67 *Diſtributiones quotidianæ, debentur beneficiatis intereſſentibus Concilio generali, ac ſi diuinis intereſſent, etiam ſi ſtatuto Eccleſiæ, contrarium caueretur; ſi ſoliti eſſent intereſſe, non verò ſi interſint Synodali, aut Prouinciali. Poſſet tamen Eccleſia declarare, illas ipſis deberi.*

68 *Diſtributiones quotidianæ, debentur abſentibus à diuinis, qui nomine & iuſſu ſuarum Eccleſiarum occupantur in computatione redditúum, & ſumptuum ipſarum.*

69 *Diſtributiones quotidianæ, ſi ſit ambiguum, an debeantur, conſuetudo poterit interpretari.*

70 *Diſtributiones quotidianæ, debentur Canonicis exiſtentibus in curijs Regis, nomine ſuarum Eccleſiarum, & extractis in diputatos.*

71 *Diſtributiones quotidianæ, non debentur, Eccleſiaſticis aſſumptis in Regum, vel Principum conſiliarios. Et ratio diuerſitatis inter hos & Diputatos aſſignatur.*

72 *Diſtributiones quotidianæ, debentur Canonicis Eccleſiæ cathedralis, Sede vacante, aſſumptis in Vicarios generales, Officiales, vel Viſitatores, etſi præſentes non ſint.*

73 *Diſtributiones quotidianæ, debentur Canonicis delegatis à Sede Apoſtolica, in Concilijs Prouincialibus deſignatis; dum in cognitione dictarum cauſarum occupantur; quamuis diuinis non interſint, etſi iuſtè ab alio excommunicentur.*

74 *Diſtributiones quotidianæ, debentur examinatoribus beneficiorum, ſi ſine fraude abſint à choro.*

75 *Diſtributiones quotidianæ, debentur Parochis occupatis in Sacramentorum adminiſtratione, vel in ſepulturis mortuorum; ſecus in alijs Clericis.*

76 *Diſtributiones quotidianæ, debentur ex conſtitutione aliquarum Eccleſiarum, clericis, ſi ob celebrandam Miſſam, vel audiendam confeſſionem, vel ad ſociandum corpus Domini, dum ad infirmos ducitur, fuerint occupati.*

77 *Diſtributiones quotidianæ, debentur abſenti, ſi per alium inſeruiat Eccleſiæ, & aſſiſtat horis*

Digitized by Google

Canonicis; ſi de hoc ſit conſuetudo immemorialis.
78 *Diſtributiones quotidianæ, non debentur Clericis peregrinantibus, ſiue ex deuotione, ſiue ex voto.*
79 *Diſtributiones quotidianæ, debentur Clericis, qui crucis aſſumpto charactere, ad hæreticorum exterminium, ſe accinxerint, ſicut etiam qui proficiſcuntur ad liberandam terram Sanctam, ipſas conſequuntur.*

SANCTVM Concilium
Tridentinum, in vſum reuo
cans Conſtitutionem Boni
facij 8. in cap. vni. de Cler.
non reſid. lib. 6. ſtatuit in
Seſſ. 24 c. 12. de refor. verſ.
Diſtributiones vero, ne ip-
ſas recipiant Clerici, qui ſtatis horis non in-
terſuerint, quauis colluſione, aut remiſsio-
ne excluſa. Circa quod decretum, apud Ec-
cleſiaſticos timoratæ conſcientiæ frequenter
dubitari contingit. An ſint aliqui caſus, in
quibus iure optimo lucrari poſsint diſtribu-
tiones abſentes à choro, ac ſi præſentes diui-
1 nis horis intereſſent? Cum namq; diſtribu-
tiones quotidianæ aſsignentur in ſtipēdium,
ijs, qui quotidiano miniſterio in celebran-
dis diuinis officijs diurnis & nocturnis ſub-
ſeruiunt Eccleſiæ, perſonali reſidētia, vt pro-
bant Couar. lib. 3. vari. cap. 13. ex princ. Du-
rand. de Rittib. Eccleſiæ lib. 3. cap. 25. ex nu.
2. Rebuf. in Concord. rubr. 1. tit. de collation.
§. 1. in glo. verb. Diſtributionum. Et in tract.
nominat q. 9. nu. 39. Coſm. in pragm. Sanct.
tit. quo temp. quiſq. deb. eſſe in choro. §. in-
uet in gloſ. verb. Diſtributiones, Alexand.
Monet. de diſtributionibus, 1. p. q. 4. ex nu 9.
Rodriguez tom. 3. quæſt. regul. q. 74. art 4.
verſ. quarta ratio eſt, pag. 425. Ita vt prędictę
diſtributiones, ex propria natura, tātum pro
pręſentibus & intereſſentibus actu diuinis
officijs conſtitutæ ſint, vt notatur in cap. de
cætero de Cleric. non reſid Rebuſ. de priui-
leg. ſchol 31. num. 12. in princ. Pariſ. conſ. 32.
num. 4. & in conſ. 33. volum. 4 ex num 1. op-
time Durand. in dicto cap. 25. nu. 4. & 6. Gu-
tierrez lib. 2. Canonic. quæſt. cap. 15. num. 9.
Thom. Zerola in prax. Epiſcop. cap. 1. §. Di-
ſtributiones quotidianæ, in principio, & ra-
tione laboris, & operis impenſi in domini
vinea, nimirum Eccleſia, & tanquam merces
redditur, vt notat Pariſ. conſ. 33. num. 3. vol.
2 4. Gigas. conſ. 144. num. 6. & 13. Adeò vt
nec valeat conſuetudo in contrarium, Due-
ñas reg. 206. Couar. vbi ſupra, Nauar. lib. 3.
tit. de Cler. non reſid. conſ. 11. num. 2. Rippa
reſpon. 44. num. 8. in tit. de arbitr. & arbitra-
tor. Monet. 2. part. q. 12. num. 37. Alphonſus
Hojed, de beneſ. 1. p. cap. 17. num. 5. Etiam ſi
ſit conſuetudo immemorialis, Hojed. ſupra.
num. 9. in fin. Monet. 2. p. q. 12. num. 38. in fin.
vt ſaltem ſpe huius lucri, Clerici ad reſiden-
tiam perſonalē facilius inuitētur. Vt ex Abb.
in cap. licet, num. 3. de præbend. tradit Deci.
in conſ. 279. num. 4. eleganter Yuo Carno-
tens. epiſt. 75. Pariſ. conſ. 33. num. 1. volu. 4.
Stephan. Durant. cap. 25. num. 4. Bar. Vgolin.
de Simon. tab. 1. cap. 9. §. 4. nu. 2. Rebuf. in di
cto §. 1. in dicta glo. verb. Diſtributionum, in
verſ. & fuerunt iſtę pag. 307. Tiber. Decian.
conſ 69. vol. 2. num. 2. Videtur igitur dicen-
dum, vt qui eas lucrari velit, teneatur cū alijs
in choro, vel altera parte Eccleſiæ, vbi illę di-
ſtributiones lucrifiunt, perſonaliter reſidere,
& horis diuinis intereſſe, eo modo, quo cæ-
teris ſtatutum eſt, cum diſtributiones quoti-
dianæ non dentur ratione canoniæ ſimplici-
ter, ſed ratione intereſſentię, & miniſterij per
ſonalis, vt ait Anaſt. Germon. de Indult. Car-
dinal. §. tibi quo ad vixeris num. 23. qua pro-
pter, licet ſtudium Theologię ſit alias priuile
giatum in fructibus in abſentia percipiendis,
tamen quotidianæ diſtributiones non deben
tur, vt habetur in cap. licet de Præbend. Con
cil. Trident. ſeſſ. 5. cap. 1. de reformat. Rebuf.
de priuileg. ſchol. 81. Paul. Fuſc. lib. 2. cap. 29.
nu. 10. verſ. Non tamen. Gambar. de offic. &
poteſt. legat. delat. lib. 6. ex num. 21. Iariſsi.
Monet. 2. p. q. 8. ex princ. & ex num. 12. in fin.
& optimè in quæſt. 10. ex num. 2. & 23. qui ex
num. 4. id ampliat, vt procedat, etiam in ijs,
qui dant operam, & incumbunt ſtudijs Iuris
Canonici & ciuilis. Ad quod ſunt etiam con
ſulendi Felin. conſ. 18. nu. 7. Abb. in cap. tuę
fraternitatis num. 5. & 6. de Cleric. non reſi-
den. Horat. Luc. de priuileg. ſcholar. 1. p. pri-
uilegio 100. eleganter Tiber. Decian. conſ.
43. vol. 1. ex num. 1. nec ijs, qui ſunt in ſerui-
3 tio Epiſcopi, vel Papæ, vt in. c. de cætero, &
in c. Cum dilectus, de Cleri. non reſident. iux
ta gloſ. in verbo exceptis. in cap. vlti. de reſ-
crip. in 6. Ceballos quęſt. 585. numer. 7. & 15.
Nauarr. lib. 3. de Cleric. non reſiden. conſ. 11.
ex princ. nec etiam Vicario generali Epiſco-
pi, qui etſi de Iure communi priuilegiatus
ſit, ita vt non teneatur reſidere, non tamen
percipit diſtributiones quotidianas, ſed ſo-
lummodo fructus, vt tradit Hojed. de beneſ.
2. p. cap. 10. num. 16. Quinimo habens à Ro-
mano

Digitized by Google

mano Pontifice priuilegium,vt fructus bene
ficij etiam abſens integrè recipiat, acſi eſſet
præſens,non conſequirur diſtributiones quo
tidianas,iux. glo. communiter receptam, in
verb.Adfuerint,in dicto cap.vnic.de Cleric.
non reſidend.in.6.& tradit Rebuf.in praxi.3
par.tit de Breu.Apoſtol.nu. 45. Dueñas reg.
206.in prin.Monet.1.p.q.6.nu.12 & latè poſt
alios probat Conarr.lib.13. Variar.cap.13.
nu.2.Optime Calderin.in conſ.1.tit.de Cle-
ric.non reſiden.Ioan.de Ocon.in Repet.cap.
vni.de Cleric.non reſiden.in 6.nu.10.Caſſad.
deciſ.vni.per tot.de Cleric.non reſid. Gigas,
conſ.144.ex nu.25.Graff.2.p.deciſsion.lib.3.
cap.15.nu.9.Gutier.in dicto cap.15.ex nu.12
Flamin.Pariſ.de Reſignat.benef.lib.6. quęſt.
2.num.30.Fran.Viuius,in com.opinion.verſ.
Diſtributiones quotidianę,fol. 46. ſubdens,
quod vbicumq. Pontifex, etiam abſenti per-
cipere fructus permiteret, & ei deberi ſtatue
ret, acſi reſideret in eadem Eccleſia; adhuc
enim ex hac Indulgentia, fructus beneficij di
ſtinctos & ſeparatos à diſtributionibus quo-
tidianis perciperet is,non autem ipſas diſtri-
butiones,quæ tantum diuinis Intereſſentibus
conferuntur. Quod etiam annotauit Caſſad.
poſt alios,quos adducit in deciſ. vnic. in tit.
de Cleric.non reſid.Couar. vbi ſup. Rodrig.
tom.3.Quęſt.regular.quæſt.74.art.4.verſ. Se
cunda ratio, optimè Hojed. de Benef.1.par.
cap.12.num.8.& in cap.17.num.5.late vol.1.
com.opin.fol.93.verb.Diſtriburiones.Graff.
in dicto num.9.Monet.2.par.quæſt.14.n.21.
Et ratio eſt,quoniam appellatione fructuum
beneficij Eccleſiaſtici, diſtributiones quoti-
dianę non comprehēduntur. Selua de Benef.
3.p.q.12.ex num.33. Couar.d.cap.13.nu.1.
Andr.Gambar.de offic.& poteſta.Leg.delat.
lib.6.ex num. 18.Hojed.de Benef.1.p.cap.12
num.8. Flamin. Pariſ.de Reſign. benef.lib.6.
quęſt.2.num.30.& quos refert Monet. 1. par.
quæſt.6.ex n.1. in fin.niſi quando omnes fru-
ctus beneficij,conſiſtunt in diſtributionibus.
Monet.dicta q.6.& latius infra dicetur. Imò
5 ex eod.Monet.2.p.quæſt.14.num. 22. Quam-
uis priuilegium alicui à Summo Pontifice
conceſſum ſit, vt poſsit in abſentia percipere
fructus,redditus,prouentus,obuentiones, &
emolumenta,ſui Canonicatus, atq. etiam di-
ſtributiones quotidianas;adhuc non compre
hendit mortualia, ſiue anniuerſaria,per ratio
nes ab illo traditas.Idem docet Zerola in pra
xi. 2.p.§.Diſtributiones,in fin.

Ex quibus inferunt Doctores,nullum pri-
uilegiatum & exemptum ab obligatione re-
ſidendi,percipere poſſe diſtributiones in ab-
ſentia,niſi ex cauſis enarratis in dict.cap.vni.
Quoniam etſi priuilegium fingat abſentē cau
ſa ſtudij,vel ob ſeruitium Epiſcopi,vel Papæ
reſidere,non tamen fingit, intereſſe eum di-
uinis,Rebuf.in concord.tit.de collat. §.1. in
gloſ.verb.Habeatur,pag.311.quæ intereſſen
tia neceſſaria eſt, vt quis diſtributiones con-
ſequatur,vt ſupradictum eſt, & probatur, in
dicto cap.vni.& in dicto cap.de cætero, & in
d.c.Licet,& in cap.fin. de Reſcrip. in 6. & in
c.cum non deceat,de elect.in 6. Concil. Tri-
dent.ſeſſ.21.cap.3.& in dicta ſeſſ 24. cap.12.
6 Hojed.in d.c.17.n.8.Et hinc etiam eſt, quod
condēnatus per ſententiā ad reſtituendū fru-
ctus perceptos,& percipiendos,vt accidit in
violento poſſeſſore,non tenebitur reſtituere,
nec relaxare diſtributiones quotidianas; quę
nullo modo debētur abſenti,Rodrig.3. tom.
Quæſt.regul.q.74 art.4.verſ. Vnde condem-
natus,Andr.Gambar.de offi.& poteſt.Legat.
lib.6.nu.34.Boer. deciſ.340. num.4. Monet.
de diſtribut.p.1.q.6.num.11.vbi id. in.nu.16.
limitat, niſi quando omnes beneficij fructus
conſiſtunt In diſtributionibus, ne verba ſen-
tentiæ reddantur eluſoria. Ita Decian. conſ.
43.num.16.vol.1.Petr.Gregor. tract. de Be-
nef. cap.7.num.12.Monet.2.p.quęſt.10.num.
24.& tunc quidem intelligi debet, eas diſtri-
butiones eſſe relaxandas, quas percepit, &
obtinuit is, qui ſubcubuit in cauſa, non verò
eas,quæ cęteris Canonicis ob eius non inter-
eſſentiam accreuerunt.

Quæ omnia licet vera ſint, adhuc tamen
diligenter conſideratis,quę in hac materia va
rijs in locis à Doctoribus traduntur, placet
in pręſenti,quā plures recenſere caſus, in qui
bus abſens à diuinis,lucratur diſtributiones,
ac ſi cum alijs intereſſet, & præſens eſſet.
7 Primus eſt de beneficiato,qui ex morbi impe
dimēto, non poteſt perſonaliter adeſſe diui-
nis officijs,hic namq;de iure communi ſcrip-
to, ſecluſa quauis conſuetudine, licitè perci-
pit diſtributiones quotidianas in abſentia,vt
probat tex.in dict.cap.vni.§.qui verò,& opt.
tex.in cap.1.de Cleric. ęgrot. vbi glo. fin. di-
cit,quod Clerici in ægritudine, ſtipēdijs ſuis
priuari non debent, vt trad. Monet.2.p.q.5.
num.48.& latè in quæſt.6. ex num.1.Silueſt.
in ſumma,verb.Beneficium,nu.3. Ludou.Go
mez in Reg.de infirm.reſign.q.9.verſ.quadra
geſimum ſeptimum,fol.89. Dueñas reg.206.
verſ.limita ſeptimo, etiā ſi nulla de hoc extet

conſuetudo in Eccleſia, vt aduerſus Philip.
Francum in d.c.vni.nu.4. defendunt Couar.
lib.3.Vari.c.13.nu.8.& Ioan. Ocon.in c. vni.
de Cler.non reſid.in 6.nu.66.aſſerentes de iu
re communi ſcripto eas deberi,etiam ſemota
omni conſuetudine; quam etiam opinionem
ſequuntur Gutier.lib.1.Canonic. Quæſt. c.1.
nu.140.Hojed.de benef.1.p.c.17.nu.15.Due
ñas regul.206.verſ.limit.7.Abb. in c. Ad au-
dientiam, nu. 5. de Cleric.non reſiden.Paul.
Fuſc.de viſitat.lib.1.c.15.nu.25.verſ.Et infir-
mo,& in cap.20.nu.26.Spin.in ſpecul.teſtam.
in glo.9.prin.nu.30. Moneta vbi ſupra. q. 6.
nu.7.Selua de Benef.4.p.q.6.n.9. ſubiungẽs;
quod quãdo infirmitas eſt ita leuis, quod nõ
impedit perſonalem reſidentiam, & adhibet
exẽplũ in eo, qui laborat quartana,nõ lucra-
tur quis diſtributiones,niſi diuinis interſit.

Mihi tamen in hac re ea placet opinio, vt
inſpiciatur,an infirmitas ſit talis, quæ cauſet
dãnum,vel aggrauet morbũ,ſi infirmus exeat
à domo,vt interſit diuinis,vt etiam aduertit
Thom.Zerola in dict. 1.p.§. Diſtributiones,
nu.3.verſ.Hoc fallit,& Monet. 2.p.q.6.nu.9.
Si enim noceat; vel impediat conualeſcen-
tiam,minimè tenebitur perſonaliter Eccleſiæ
deſeruite ad lucrandas diſtributiones. Argu-
mento eorum; quę circa recitationem diuino
rum officiorũ docent Autores grauiſsimi, &
præſertim Thom. Zerola in dicto verſ. Hoc
fallit. Vndè hoc totum iudicis arbitrio relin
quitur,iuxta ea,quæ ex multis trad. Hojed.in
d.c.17.nu.16.& optimè Menoch. de arbitra.
caſu 60.ſubdens in.nu.17. quod quãdocunq.
quis ita ſit debilitatus,vt muneri,de quo agi-
tur,incumbere nõ poſsit,vt non poteſt vale-
tudinarius, & infirmus; à paritate rationis,
diſpoſitio loquens de infirmo, in debilitato
locũ habebit.Vnde optimè Ocon.vbi ſup.nu.
70.ait quod ſi Beneficiarius potionẽ ſumpſe-
rit,vel medicinam, aut ſanguine minutus ſit,
ſecluſſa etiã cõſuetudine, diſtributiones quo
tidianas lucrabitur: de qua etiam Monet. 2.
par.quæſt.6.num.8.

Aduertendum tamen eſt, ſupradictam ſen
8 tentiã,quod Clerico infirmo debentur diſtri
butiones quotidianæ, quãdo vera exiſtit cau
ſa infirmitatis, ampliãdam eſſe,etiã ſi quis ex
propria culpa in morbum inciderit; eo enim
caſu,adhuc diſtributiones conſequitur,vt ad
uerſus Philip.Probũ,in d.c.vni.n.17.cẽſet Co
uar.in d.c.13.n.8.verſ.ſeptimo,quem ſequun
tur Paul.Fuſc.in allegato,c.20.nu.26. Rodri.
in ſum.1.p.cap.33.nu.6. verſ. *De aqui ſe infiere,*
Tho.Zerol.in prax.Epiſcop.1.p.§. Diſtribu-
tiones,nu.3.verſ.ſexto debentur,fol.74. Op-
timè Monet.2.p.q.6.ex nu.12. Gutier.in d.c.
1.nu.138.Et inter alias ea mihi videtur potiſ-
ſima ratio, ne afflictis addamus maiorem af-
flictionem, priuando eum diſtributionibus,
iux.l.diuus,ff.de offi.Præſid.& in l. tã demẽ-
tis.C.de Epiſcop.audient, ne duplici damno
infirmus afficiatur,argum.l.ſi pecuniam, §. ſi
acceperit,ff.de condit.cauſ.dat.

9 Obſerua tamen,tùnc infirmum lucrari di-
ſtributiones,quãdo cum erat ſanus, intereſſe
ſolebat horis Canonicis; tunc ſi quidem infir
mus ex iuris artificio & fictione reputatur
præſens,argum.tex.in l.cum hæres verſ.Sed ſi
quibuſdam,vbi gloſ.in verb.imputãtur.ff.de
ſtat.liber. Et cum tantum præſtet fictio in ca
ſu ficto,quantum veritas in caſu vero, vt ha-
betur in l. lex Cornelia, ff. de vulg. hinc eſt,
quod cum iſte iudicetur vt pręſens,ſequitur,
quod propter infirmitatem rectè percipit di
ſtributiones,cum tunc non ſtet per eum,quo
minus non interſit diuinis; & ſic iudicatur, ac
ſi verè reſideret,argum.regul.cum nõ ſtat de
reg.iur.in 6.cum ſimilibus.Quod ſi talis Cleri
cus ægrotus,nõ erat ſolitus reſidere,& inter-
eſſe diuinis officijs, dum bene valebat, tunc
infirmitas illius non iudicatur pro præſentia
& intereſſentia, cum eo caſu, ipſa infirmitas
non pręſtiterit cauſam abſentiæ, & tunc qui-
dem Clericus infirmus non lucrabitur huiuſ-
modi diſtributiones,& expreſsè hanc opinio
nem ſequuntur,Selua in allegato,nu.9. Spin.
in d.glo.9.nu.30.verſ.Sed tenẽdo, Caldas de
renou.Emphyt.q.5.nu.23.verſ.Vnde ſi Cano
nicus,fol.33.Rodrig.in d.c.33.nu.6. Enriq.
lib.13.Theologię moralis c.13.nu.4.in fin.in
addition.in littera Y.Tiber Decian.conſ.69.
vol.2.nu.8.Ang in ſum.ver. Clericus,7.nu. 7.
Doctor Mich.Martinez del Villar,in 9. part.
del Patronado de Calatayud,nu.4.in fin.pag.
439.& in 4.p.nu.21.pag.288.Nauar.de horis
Canonicis.c.11.ex nu.9 in final.verb.Monet.
2.p.q.6.nu.21.Gutier.in d.c.1.n.138.Couar.
in d.n.8.verſ.ſexto, optime Corſet.in ſingul.
152.incip.an quilibet infirmus, Abb.in c.Ad
audientiam,nu.5. de Cler. non reſid. optimè
Ocon.vbi ſup.n.69.Anton. Meneſ.in l.1. nu.
44.ff.de legat.2.Coſin.in pragm.ſanct.tit.quo
temp.quiſq.in glo.verb.percipiunt, fol. 137.
Rebuf.in concord. in rubr. de collationibus,
§.1.in gloſ.verb.Impedimẽto,pag.301. in fi.
reprobata opinione Petri Nauarra de reſtit.
lib.2.cap.2.ex nu.240.aſſerente, infirmum lu-
crari

ctari diſtributiones, etiam non ſolitum intereſſe horis diuinis, ex eo quod poſſet habere in animo venire ad chorũ, eo die, quo ægrotauit, & propter infirmitatem ſuperuenientem intereſſe non potuit. Quem meritò reprehendit Rodrig. in d. nu. 6. in fin. Videndum tamen eſt, quod inferius dicetur in caſu 19. in fi.

10 Limitatur etiam ſupradicta ſententia à Gutierrez in d. cap. 1. ex nu. 139. vt tunc demum infirmus conſequi debeat diſtributiones, quando præſens eſt in loco, vbi eſt Eccleſia, cui tenebatur deſeruire, ſi ſanus fuiſſet, ſecus verò ſi eſt abſens ab ea: tunc enim, vt ipſe ait, nullo modo habebit diſtributiones quotidianas, cum etiam ſi ſanus eſſet, eas non lucraretur tanquam abſens, niſi conſuetudine fuiſſet obtentum, vt infirmus etiam abſens lucretur illas: quia tunc ipſa erit ſeruanda. Quod etiam cenſet Couar. in dicto n. 8. verſ. octauo. Contrariam tamen ſententiam vt veriorem defendit Alex. Monet. 2. p. q. 6. n. 19. & 20. affirmãs, non eſſe admittendum ſtatutum diſponens, infirmos abſentes extra ciuitatem, percipere non debere quotidianas diſtributiones: quia id admitti & intelligi tantùm poteſt, vbi iſte infirmus abſens à ciuitate, licet ęgrotus non eſſet, non intereſſet diuinis, vel aliàs non ſoleret intereſſe, ex eo, quia tunc infirmitas non eſſet cauſa abſentiæ: quando tamen iſte abſens, aliàs diuinis intereſſet, tunc per prædicta, & quia tex. in dict. cap. vni. mandans tribui diſtributiones abſentibus cauſa infirmitatis, indiſtinctè loquitur; indiſtinctè intelligendum eſt. cap. Romanorum ſeu. 19. d. cum ſimilibus.

11 Secundò, exiſtimo, id etiam locum habere in Clerico, quem alio ſe conferre acquirendę ſanitatis cauſa oporteat, vt putà ad balnea, vel ad celeberrimum aliquem medicum, vel etiam vt cœli ſibi officientis inclementiam effugiat, & ad ſalubrius & propitius ſe transferat: quia hic omninò dicetur, cauſa infirmitatis abeſſe, & lucrabitur diſtributiones interim in abſentia, teſte Alex. Monet. 2. par. q. 6. num. 10.

12 Tertiò, Id etiam ampliatur in eo, qui tanquam morboſus, ſeu infectus morbo aliquo contagioſo, putà lepra, peſte, & huiuſmodi, à ciuitate abeſſe iubetur: is enim interim nullum damnum ſentire debet, cum iniuſtus ſine culpa abſit. Monet. in dicta quæſt. 6. nu. 11.

13 Quartò, idẽ procedit in Clerico, qui vtroque lumine priuatus eſt, & de illo, qui podragra, vel pedum ægritudine ita eſt afflictus, vt rebus proprijs intereſſe nequeat. Monet. 2. p. q. 6. nu. 16. & 18.

14 Secundò, conſequenter dubitari ſolet, an quemadmodum miniſtris Eccleſiæ, qui morbo impediti perſonaliter miniſtrare non valent, quotidianæ diſtributiones debentur; ſic etiam eas lucretur beneficiarius ſenex, & ſi perſonaliter diuinis officijs non interſit, cum ſenectus ipſa per ſe morbus ſit, vt inquit Comicus, & Cicero in oratione Quinti Mutij: & ita inter infirmos, ſenes enumerentur, vt refert Abb. in c. magnæ, num. 8. de voto. dum dixit, ſtatutum loquens de infirmis, in ſenibus locum habere. Et probatur in cap. 1. §. ſin autem Epiſcopus de Cler. ægrot. lib. 6. vbi diſpoſitum in Epiſcopo ægrotante, vt poſſit coadiutorem impetrare; ſtatutum etiam eſt in Epiſcopo ſenio ægrotante, quod reſpondet etiam Pariſ. conſ. 29. vol. 2. num. 68. & referunt Menoch. caſu 60 ex num. 7. Hojed. in d. cap. 17. num. 17. Flammin. Pariſ. de Reſignat. benef. lib. 5. quæſt. 3. num. 47. Et quamuis magis communis Doctorum ſententia ſit, quod inter valetudinarios & infirmos, ſenes non connumerãtur, vt ex Felin. Gomeſ. & Rebuf. probant Hojed. & Menoch. vbi ſupra, & Monet. 2. par. quæſt. 7. nu. 1. & 3. & dixi in 3. par. Collect. 15. num. 8. & ſenſit etiam Alciat. de præſump. reg. 1. præſump. 53. dum ſcripſit, infirmitatis definitionem non conuenire ſenibus. Idq. etiam probat tex. in d. cap. 1. §. ſin autem Epiſcopus de Cler. ęgrot. lib. 6. dum diſiunctiuam ponit inter ſenem & infirmum.

Poſſunt tamen, meo iudicio, hę opiniones interſe diſſidentes & contrariæ, conciliari fędere diſtinctionis, quam poſt alios afferunt Hojed. in d. num. 17. Monet. 2. par. q. 7 nu. 5. Menoch. in d. caſ. 60. num. 10. vt prior ſententia locum habeat, quando ſenex adeò ſenio confectus eſt, vt illi negotio, de quo ageretur, ſupereſſe non poſſit, & tunc ſenex habetur pro infirmo. Poſterior verò procedit, quãdo commode intereſſe poteſt, & eo caſu ſenex non reputatur infirmus. Qua ſuppoſita opi-
15 nionum conciliatione, reſpondetur propoſitæ quæſtioni, quod tunc Beneficiarius ſenex non reſidens diuinis officijs, habet diſtributiones, quando ſenio ita confectus eſt, vt non poſſit commodo perſonaliter Eccleſiæ deſeruire; tunc ſiquidem ſenectutem eſſe morbum, & valetudinario, & infirmo ſenem æquiparari, dicendum eſt. Et mihi quidem id optimè probatur, ex l. 3. §. quem ira ſenio, ff. de vac. Mun. quo loco dicitur ſenio confectum ex-

Digitized by Google

cuſari à munere perſonali: Ergo à reſidentia, & per conſequens abſq. eo quod reſideat, lucrabitur diſtributiones. Quam etiam opinionem ſatis expreſſe tenet Hojed. in dict. n.17. & alij prædictam diſtinctionem adhibentes.
16 Quo autem pacto cognoſcatur huiuſmodi ſenectus, per quam non poteſt quis rebus ſuper eſſe, iudicis arbitrio relinquitur, vt pluribus relatis tradunt poſt alios Menoch. caſu. 59. Hojed. de Benef. 1. par. cap. 17. num. 18. Maſcard. concluſ. 1295. num 8. Flamin. Pariſ. dict. lib. 5. queſt. 3. num. 56. Monet. 2. par. quæſt. 7. ex num. 7. qui in num. 15. vt indubitatum exiſtimat, eum, qui octuageſimum annum expleuit, omnino etiam ab intereſſentia ipſa diuinorum officiorum excuſari, & tamen percipere debere quotidianas diſtributiones; hic enim præſumptione iuris, & de iure, iudicatur, non poſſe in Eccleſiam conuenire, diuiniſque intereſſe. Non negarem tamen, citra octogeſimum quoq. annum poſſe aliquem ita ſenio confectum eſſe propter naturæ ſuæ imbecillitatem, ſicut robuſtiorem, poſt octogeſimum: atq. adeò tanquam infirmum reputari, vt in abſentia percipiat quotidianas diſtributiones, vt optimè cenſuit congregatio præfecta interpretationi Tridentini Concilij ad ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformat. in vna Rauennaten ſi. Senio ita confectum vt reſidere & intereſſe diuinis non poſſit, modò aliàs intereſſe conſueuerit, percipere debere quotidianas diſtributiones. Vnde quidem, iudicis arbitrio relinquendum eſſe cenſeo, quis dicatur ſenio confectus; cum non poſſit aſsignari regula certa, in qua ætate propter complexionis imbecillitatem quis ita ſenio confectus iudicetur, vt ſine ſalutis incommodo, Eccleſiam adire non poſſit; vel vt nõ teneatur, ea munera in Eccleſijs obire, quę à Canonicis corporale obſequium, ſeu corporis laborem requirunt, putà canendi Miſſam Conuentualem, Euangelium, aut Epiſtolam, vel thurificandi, & cætera huiuſmodi faciendi: nam & perſonalia munera, ea ſunt, quæ corporis laborem & ſolicitudinem animi, ac vigilantiã principaliter requirunt, l. 1. §. illud tenendum ff. de Muner. & honor. ſeu quæ animi prouiſione, & corporali intentione, ſine aliquo gerentis detrimento pertractantur. l. munerum ciuilium, ff. de Mun. & honor. In quare peritis in arte, & medicis ſtandum eſt. l. hac ædictali. §. his illud. C. de ſecund. nupt. cap. frater nitatis, & ibi Doctor. de frigid. & maleficiat. & notat Prob. in d. cap. vnic. de Cleric. non reſid. in 6. num. 14. vel etiam aſſertioni & iuramento ipſius ſenis, attenta perſonæ qualitate: vt in ſpecie docet Prob. d. num. 14. Ipſe
17 etiam Alex. Monet. in tract. de diſtribution. quotid. 2. par. quæſt. 12. ex num. 57. vbi defendit probabile eſſe, admittendam eſſe conſuetudinem legitimè præſcriptam, ſecundũ quã, ſenibus Clericis ſaltem poſt ſeptuageſimum annum (licet Eccleſijs diuiniſq. Officijs non interſint) quotidianæ diſtributiones dentur; vbi etiam plura cumulat de ſenibus.
18 Tertiò, in dubium reuocari poteſt, an abſens à loco beneficij tempore peſtis, habeat quotidianas diſtributiones, cum tunc dicatur abſens ex iuſtiſsima cauſa, vt per Rom. conſ. 263. num. 2. Nec mirum, quia peſtis fugienda eſt, vt per Bart. & alios in l. de ętate, ff. ad Trebel. Alex. in l. caſus, C. de teſt. Deci. cõſil. 283. nu. 2. vbi allegat. cap. negotiatorẽ. 88. diſt. quia peſtilentia eſt morbus acutiſsimus & contagioſus, qui omnes alios ſuperat. cap. ſicut. El 1. de ſimon. Pariſ. de reſignat. lib. 12. q. 6. n. 14. & plura in id congerunt Gomeſ. de infirm. reſig. queſt. 9. fol. 88. latè Rip. de peſte in princip. ex num. 8. Roland. conſ. 81. vol. 1. ex num. 36. vnde in. nu. 33. ait, quod peſtis eſt iuſtiſsima cauſa timoris, & abſentiæ à loco cõtagioſo: quod etiam referũt pluribus Doctorib⁹ relatis, Monet. 2. p. q. 5. n. 74. Flam. Pariſ. de Reſign. benef. lib. 5. q. 3. nu. 251. qui etiam Rolan. in. nu. 41. in eod. conſ. 81. refert ex Hẽrri. Boich. in c. quoniã frequenter. vt lite. non conteſt. quod, vbi aër eſt infirmus & peſtifer, poteſt beneficiatus ſe abſentare à beneficio; nec aduerſus eum debet procedi ad priuationẽ, ſed debet expectari, quouſq. ceſſauerit impedimentũ peſtis; eſt enim peſtis acerrima cõtagio, & periculoſa omniũ labes, latè Rolan. d. conſ. 81. ex nu. 34. Ex quibus videtur dicẽdum, quod impeditus hoc iuſto impedimento, non cogatur reſidentiã facere, & non ſolũ percipiat fructus ſui beneficij, ſed etiã ratam diſtributionũ quotidianarũ, cum nulla maior poſſit eſſe neceſsitas, quã peſtis, vt ait Rebuf. in prax. in tit. diſpenſar. de nõ reſiden. nu. 31. Deumquè videatur tentare, qui in loco contagioſo cõtendit habitare, ex Rip. in d. prin. nu. 8. vnde cõſequenter apparet dicendũ, abſentẽ propter peſtẽ à loco beneficij, vbi perſonaliter reſidebat, obtinere diſtributiones: quã cõſuetudinẽ validã eſſe, quãuis de iure id nõ procedat, atteſtantur Couar. lib. 3. Var. c. 13. num, 8. verſ. nono, Rip. de peſte cap. 1. n. 145. Alexand. Monet. de diſtribut. quotid. 2. p. q. 5. num,

Digitized by Google

nu.76.ſubdens,hunc abſentẽ a loco beneficij tẽpore peſtis,percipere quidem poſſe fructus principales beneficij,non tamen quotidianas diſtributiones, niſi id conſuetudinẽ obtentũ, & inductum ſit.Quod etiam,vt ipſe ait,in ſpecie diffiniuit ſacra congregatio Concilij Tridentini in vna Siracuſana & Patauina in hęc verba.Diſtributiones nõ lucratur abſens,etiã tempore peſtis exiſtentis in loco reſidentiæ, niſi probaretur ex antiqua conſuetudine, diſtributiones dari ſolitas abſentibus ex iuxta cauſa. Mihi tamẽ huiuſmodi conſuetudinem, iuri admodum conſonam eſſe videtur, ſi pon deretur tex.in d.c.vni.de Cler.non reſiden.in 6. ibi niſi corporalis neceſsitas eos excuſet, iuxta ea,quę ſuperius de hoc contagioſo morbo dicta ſunt.Limitarem tamen iſta(niſallor) vt non procedant in eo, qui obtinet beneficium curatum, qui certè debet tanquam bonus paſtor animam ſuam ponere pro ouibus ſuis. Similiter etiam non procedunt ſupradicta,quando ex huiuſmodi abſentia cultus diuinus patitur notabilem defectum obpaucitatem miniſtrorum,vel res & bona Eccleſię iacturam, aut populus & infirmi penuriam Sacerdotum pro miniſtrandis Sacramentis patiuntur: tunc ſiquidem, qui tenentur ad reſidentiam, nec fructus beneficiorum, nec diſtributiones obtinebunt,ſi non reſideant; his namq. caſibus, iuſtè reuocantur indulgentiæ, & conſuetudines, ac ſtatuta liberantia beneficiatos à reſidentia,vt optimè aliqua allegando,probat Mich.Martinez in q.parte del patronado de Calatayud num.3.pag. 438. pręſertim his, quibus cura animarum imminet, cum melius ſit,eos mortem pati,quàm gregẽ, & officium deſerere tempore neceſsitatis,iuxta notata à Ripp.in d.cap,1.de peſte ex num. 147. Maiol. de irregularitate, lib.2.c.20.n.3. Rodrig. in ſum. 1.p.c.35.n.2. & aliqua trad. Rebuf.ſupra num.30.Gomez in bul.Cruc.in quarta clauſula.n. 27. Quæ omnia mihi adeò vera videntur, vt nullus relinquatur dubitandi locus,præſertim poſtquam à maioribus accepi in praxi hãc opinionẽ obſeruatam fuiſſe ab hoc inſigni Capitulo Eccleſiæ B.Mariæ de Pilari anno 1564.Quo tempore,cum grauiſsimo peſtis flagello,hæc Ciuitas Cæſarauguſtana fuiſſet oppreſſa, præuio Theologorum, & Iuriſconſultorum.Conſilio fuit decretum,vt durante eo morbo peſtiſero, remanerent in præfata Eccleſia nonnulli Canonici,Beneficiati, & miniſtri, ne cultus diuinus & bona Eccleſię damnum ſubirent,& cæteri omnes Eccleſiæ præbendati,quò vellent,pergerent; hac tamen lege,& conditione, vt ſi aliqui ex his, qui hic remãſerant, decederent à vita,vel recedere vellent ab hac Ciuitate,abſentes redire,& in eorum locum ſuccedere,& deſeruirè tenerentur. Quo factum fuit, vt neceſsitati fidelium,& ſeruitio Eccleſię ſufficienter fuerit prouiſſum: atque ita æqualiter inter preſentes, & abſentes diſtributiones fuerunt diuiſæ.Quod planè iuſtum & iuriconſonum videtur, eò præſertim, quòd maior pars redituum præbendarum præfatæ Eccleſiæ, in diſtributionibus quotidianis aſsignatur: quo caſu,vſque ad alimenta debentur fructus diſcedenti cauſa peſtis, vt tradit Rippa.in dicto cap.1.numero 146.vnde optimo iure, abſentes percipere potuerunt diſtributiones. Et huic noſtrę conſuetudini ſimilis eſt,quæ aſſeruatur (vt à viris fidedignis accepi) in quam plurimis Hiſpaniæ Eccleſijs.

19 Quartò,non minus eleganter dubitari poteſt, an ſit valida conſuetudo, & ſtatutum aliquarum Eccleſiarum, quibus cauetur, vt per quadraginta dies,aut per duos menſes (vt ex priuilegio Pontificis habent Canonici Eccleſiæ maioris Mediolani, teſte Monet. ſecunda parte quæſtione 13. numero 12.) in diſcurſu cuiuslibet anni, Beneficiati abſentes à choro, poſsint percipere diſtributiones quotidianas; quod tempus placuit aſsignari dictis perſonis Eccleſiaſticis,ad neceſſariam, & honeſtam corporis, & animi delectationem vel recreationem ſubeundam,ad reſq. familiares componendas; vt ſic miniſtri Eccleſię ex interuallo regredientes ad cultum diuinum,alacriori ſpiritu illi incumbant, & ſe tradant; alioquin aſsidua, & non interrupta intentio in Officiorum Diuinorum decantatione plerumq. tædium & triſtitiam parit. argum.cap. non medincriter de conſecrat.diſti. 5. Quam opinionem me teferens ſequitur Monet. 2.p. quæſt. 12. num.54. Et poſt longam latamque diſputationem reſoluit, vt veriorem. Ocon. in repet.cap.vni.de Cler. non reſiden.in.6.ex nu.18.in fin.ad interpretationẽ tex. in Concil. Trid. ſeſſ. 24.c.12.de refor.in verſ.prętereа, vbi obtinentibus Dignitates,Canonicatus,Prębendas, aut Portiones in Eccleſijs Cathredalibus, aut Collegiatis permittitur, ab eiſdem Eccleſijs abeſſe per ſpatium trium mẽſiũ, in quolibet anno; & fructus integrè percipere, ac ſi præſentes,& reſidẽtes eſſent.Quę opinio efficaciter ſuaderi poteſt ex tex. in c. vni.de Cler.nõ reſid.in 6. vbi duo excipiũtur caſus,

Digitized by Google

caſus, in quibus abſentibus diſtributiones debentur: quorum alter eſt, vbi aliqua neceſsitas corporalis ſubeſt, in quo proculdubiò includitur caſus interpretationis propoſitæ. Nec negari poteſt, quin prædicti menſes nō ſolum ad rem familiarem, verū etiam ad neceſſariam & honeſtam corporis animiquè delectationem, vel recreationem, à Concilio indulgeantur, vt ſuperius dictum eſt. Vt obiter tamē dicam, iſti duo, vel tres menſes, quibus conceditur licentia à Concilio, vt quis abeſſe poſsit ab Eccleſia, intelliguntur extra tempus Aduentus, Natiuitatis Domini, Quadrageſimę & Paſchatis, vt ex deciſione Illuſtriſſimorum Dominorum Cardinalium interpretum Sacri Concilij, tradit Alphon. Vega in Spec. curat. cap. 17. n. 12. Nihilominus tamen Ioan. Prob. in cap. vni. de Cler. non reſid. in 6. n. 34. tenet, inualidā & iniuſtam eſſe huiuſmodi cōſuetudinē & Eccleſiarū ordinationē, Clericoſq. ita recipientes diſtributiones, vti fures, teneri ad reſtitutionem; tribuit namq. occaſionem peccandi, minuit etiam cultum diuinum, vt dicit Ocon. ſupra ex. n. 16.

Mihi tamen hæc opinio nimis dura, & rigoroſa viſa eſt in 3. p. Coll. 15. n. 7. Et ſic contrariam tanquam veriorem, & æquiorem ſequutus fui; quam etiam me referens, ſequitur Viuald. in Candel. 4. par. c. 5. num. 48. Modo tamen poſtquā ad manus meas peruenit per celebre illud opus doctiſsimi Flaminij Pariſij de reſign. benef. cenſeo, optimo iure in dubium reuocari poſſe, quę prędictarū opinionum ſit verior; elegantibus namq. rationibus defendit ipſe Flam. has diſtributiones minime poſſe conferri, his, qui diuinis Officijs non interſunt in his duobus, vel tribus menſibus, quibus abeſſe licet. Vt docet in lib. 1. quæſt. 10. num. 65. ſubdens, id ita cenſuiſſe, ſacram Concilij Tridētini congregationem, etiam ſi conſuetudo eſſet in contrarium; vt apparet ex vna Eccleſ. Toletanæ die ſecunda Auguſti 1584. Et idem cenſet Thom. Zerola in prax. Epiſcop. §. priuatio fol. 168. in fin. verſ. primum his verbis: An his tribus menſibus, quibus abſunt Canonici, hoc iure permittente, non ſolùm lucrentur redditus beneficij, verum etiam diſtributiones quotidianas? Sacra Congregatio cenſuit negatiuè declarar. 3. Quam deciſionem ait Monet. in d. quæſt. 12. num. 56. intelligendam eſſe, non de quadragenaria legitime præſcripta conſuetudine de qua loquitur, ſed de conſuetudine decennali. Idem tamen Monet. in 2. p. q. 13. n. 33. refert aliam dictorum Dominorum interpretum declarationem, dum ad ſeſ. 24. cap. 12. de refor. in vna Mediolanenſi reſpondit, per Concil. Trid. eo loco, ſublatas eſſe omnes vacationes, per quas licebat Canonicis, duos aut tres menſes abſentibus, diſtributiones percipere.

Ego vero, pro vera interpretatione huius dubij, obſeruandum eſſe cenſeo, id, quod omnibus notiſsimum eſt, Eccleſiaſticos videlicet, quibus in Eccleſijs cōferuntur quotidianę diſtributiones, in duplici eſſe differentia; quod eſt notandum aduerſus Monet. 2. p. q. 13. n. 43. Alij enim ſunt ſeculares, de quibus intelligēdę ſunt, & loquuntur prædictæ Dominorum interpretum deciſiones, qui non poſſunt percipere diſtributiones in abſentia. Alij vero ſunt regulares, & ij abſentes de licentia ſuperiorū, eas conſequi poſſunt. Et ne iſta à me dicta eſſe abſq. legitima ratione aliquis arbitretur, id mirifice probat quędā deciſio dictorū Dominorum Cardinalium interpretum Sacri Cōcilij, facta ad inſtantiam. & preces Domini Prioris huius Sanctæ Eccleſiæ B. Mariæ de Pilati, vt conſtat ex literis ſibi tranſmiſsis ab Illuſtriſ. & Reuerendiſ. Dño Cardinali Carafa, Præſidente dictæ congregationis, quas proprijs oculis vidimus & fideliter de verbo ad verbū trāſcribimus: Admodum Reuerende Domine, quod attinet ad decretum Concilij Trid. ſeſſ. 24. c. 12. §. præterea, & §. diſtributiones, & id, de quo apud vos dubitatur, ad ſacramq. Concilij pręfati interpretem congregationem relatum fuit, & cōgregatio cenſuit, decretum illud, nō comprehendere Canonicos regulares; ſed nulla habita ratione ipſius Eccleſiæ, ſtatuti; & cōſuetudinis, Canonicos regulares poſſe, de ſuorū ſuperiorū licētia, ex cauſa rationabili, abeſſe per id tēpus, quod ipſis permittetur, & ſic abſentes diſtributiones quotidianas eatenus percipere, quatenus ſuperiori, & capitulo videbūtur eis cōcedendæ. Portionarios verò ſeculares, qui diuinis non interſint officijs, diſtributiones quotidianas minime cōſequi poſſe, niſi ex cauſis à iure permiſsis. Cenſuit itē, Canonicos regulares, cū legitima ſuperiorum licentia abeſſe poſſe etiā vltra quadraginta dies, abſq. amiſſione alicuius partis fructuum. Portionarijs autem ſecularibus abſentibus non deberi fructus, niſi pro tēpore, quo ex ſtatuto ſeu cōſuetudine Eccleſię ipſis abeſſe licet; modo nō vltra tres menſes abſint. Quę tu obſeruanda curabis, & bene valebis in Domino, qui te incolumem conſeruet. Romæ die 12. Februarij. 1586.

1586. tuus in Domino A. Cardin. Caraſa.

Inſignis ſane declarario, ſummaquè cum ratione valde fauorabilis, Illuſtribus admodum Dominis Canonicis huius Almæ Eccleſiæ. Etenim cum ipſa fuerit prima torius Religionis Chriſtianæ,& in qua Beatiſsima Virgo adhuc in humanis agens,ſuum primũ voluit domicilium collocare, eiuſq. ſacratiſsimam Imaginem, quam ab illis vſquè ad hęc noſtra tempota magna venetatione colimus, nobis reliquerit, poſtquam illum locum ſua preſentia conſecrauerat. (Cuius laudes libenter proſequerer, niſi vererer nè cũ multa, & maxima a me dicta eſſe exiſtimarem,& plura tamen & maiora a me prærerita eſſe viderentur,) merito illi inſeruientes,eiuſq. obſequio peculiari voto adſtricti, & mancipati, ſingularibus ac honorificis exemptionibus, & priuilegijs, frequenter à Sede Apoſtolica condecorantur. Qui plura de origine, antiquitate, & miraculoſa fundarione,huins toto terrarum orbe celebris Baſilicę ſcire deſiderat,perlegat quam plutes Aurhores grauiſſimos à me relatos in 1. p. Collectanea 43.n. 8. quos,& alios multos eleganter admodum contexuit eruditiſsimus Sacræ Theologiæ Doctor, ac Dominus meus colendiſsimus Bartholomeus Laurẽtius Canonicus & Prior meritiſsimus præfatæ Eccleſiæ in ſuo indice aurhorum omnium qui de aduenru D. Iacobi in Hiſpaniam, eius prædicatione,diſcipulis,fundationeq. Eccleſię B. Mariæ de Pilari, aliqnid literis commendarunr,& pleniſsimã de his omnibus habebit cognirionem. Quam non ſine magno Dei beneficio conſecuta eſt præclatiſsima hęc noſtra Cinitas Cęſarauguſtana totius Hiſpaniæ decus & ſplendor, caput inuictiſsimi Regni Aragonum. Ideoque hoc anno 1613. ſumma animi alacritate & exultatione, duodecimam diem mẽſis Octobris, dedicationi huius ſanctiſsimi Templi, perpetuis futuris temporibus conſecrauit: & omnes ipſius incolas ab operibus ſeruilibus, illa die vacare, publicò ædicto præcepit. Sed vt eò vnde paulò anteà fluxerat, noſtra reuertatur oratio.

Circa dictam Concilij declarationem obſeruandũ eſt,quod quamuis ex pręfata declaratione dominorum interpretum Sacri Concilij, pręfatis Canonicis Regularibus concedatur faculcas, vr poſsint abeſſe à ſuis Eccleſijs per tempus, quod ipſis fuerit permiſſum à ſuis ſuperioribus, & ſic abſentes quotidianas diſtributiones percipere; Intelligo tamen,vt huiuſmodi licentia peti, vel concedi poſsit ex iuſta cauſa, vel rationabili, & non pro ſolo libiro, aut ex cauſa iniuſta, & irrationabili. Qui namq. ad aliqua vana vel mala acciperet pręd̃ictos dies, peccaret quidẽ coram Deo,& in foro conſcientiæ reſtituere teneretur, licet in foro exteriori,ſua portio nõ poſſet ei denegari; vt optimè ex Palud. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 5. in fin. probat Nauat. de hor. Can. cap. 5. num. 20. & in cap. 21. num. 63. Idquè etiam optimè apparet ex verbis dictæ epiſtolę Illuſtriſsimi Cardinalis Caraſæ ſuperius relatæ, ibi ex cauſa rationabili abeſſe per id tempus,&c, Ponderando illa verba, ex cauſa rationabili.

Pro conſolatione tamen multorum, ſubdit Nauar. in dicto num. 63. quem ſequitur Monet. 2. p. quæſt. 13. n. 47. Quod qui principaliter accipit præfatos dies conceſſos ad peregrè proficiſcendum ad viſitandos cognatos vel amicos, vel ad alia iuſta negotia ſucceſsiua, etiam intra ciuitatem, vbi eſt Eccleſia, vno vel multis diebus gerenda, non peccat, nec tenetur reſtiruere illa, quæ ſecundùm formam ſtaruti lucratur abſens ab horis, licet multis horis, in quibus horę dicuntur in choro, ipſe intendat ludis, vel alijs rebus vanis, vel malis: tum quia quod principaliter intenditur, eſt attendendum, l. ſi quis nec cauſam ff. de reb. cred. & dies prædicti accipiuntur principaliter ad iuſtas ocupariones: tũ quia nec minus principaliter accipiuntur ad illa vana, & mala, licet illa incidant, & occurrant intendenti principaliter bonis & iuſtis negotijs. Doctiſsim. tamen Ioan. Ocon. vbi ſupra n. 23. probat, quod vti prædictis tribus menſibus abſquè rationabili cauſa, eſt peccatum, minimè tamẽ Beneficiarios ob id obnoxios eſſe reſtitutioni fructuum, & diſtributionum in abſentiis perceptarum; cum vtrumq. bona fide percipiant. Concilij auhroritate inducta. Supradicta tamen opinio ita demum iure ſubſtineri poteſt, ſi proprer hanc abſentiam, Eccleſia miniſtrorum defectum non patiatur, vt me referens aduertit Monet. 2. p. quæſt. 12. num. 56. ad fin. & in quæſt. 14. num. 27. vbi optimè docet, quo pacto poſsit practicari.

Quinto ex dicto capit. vni. de Cler. non reſidẽ. lib. 6. ex illis verbis, corporalis neceſſitas, inferunt ſcribentes comprehendi omne iuſtũ impedimentum, propter quod non poteſt clericus adeſſe diuinis, vnde nõ tãtũ quia medicinã, vel potionem aliquã medicinalem

ſumpſit, vel quia eſt ſanguine minutus; ſed etiam, quando ſine culpa ſua aliud iuſtum impedimentum interuenerit, aut vi detineatur, vt non poſsit chorum adire, lucrari debet diſtributiones quotidianas in abſentia, ac ſi pręſens diuinis eſſet; vt docent ſcribentes in dicto cap. vni. & ibi Geminian. in §. qui verò, num. 5. Et optimè poſt alios trad. Nauar. lib. 3. tit. de Cler. non reſid. conſ. 9. num. 4. Subiungens in num. 5. idem eſſe, & ſi quis poſsit ire, modo non poſsit ſine lęſione corporis.

Idemq. iuris eſſe exiſtimo & hic poteſt eſſe ſextus caſus, in quo abſens diſtributiones lucratur. Si quis ob metum aliquem iuſtum non interſit diuinis, pulchr. Alexan. Monet. de diſtribut. quotid. 2, p. quęſt. 5. num. 54. & ex n. 58. late tradit, quis & qualis debeat eſſe huiuſmodi metus, cum ille iuſte impeditus ſit, & ſit regula, quod abſens, vel impeditus iuſto impedimento reſidentiam facere, non ſolùm poteſt percipere fructus ſui beneficij, ſed etiã ratam diſtributionũ quotidianarum, vt trad. Rip. de peſte. cap. 1. num. 144. Hinc inferens, quod qui non audet morari in loco beneficij propter partialitates, ſi ſe illis non immiſcuit, licitè cõſequitur diſtributiones quotidianas; quia neceſsitas defendendi corpus ſuum, eum cogit abeſſe: Quę neceſsitas cum ſit vrgens, eſt cauſa ſufficiens, vt abſens lucretur diſtributiones iux. ea, quę poſt alios trad. Couarr, lib. 3. var. cap. 13. num. 8. verſ. decimo Boer. deciſſ. 340. n. 4. verſ. vel intereſſent. Optime Monet. 2. p. q. 5. num. 71. qui id intelligit verum, modo ipſe beneficiatus non fuerit in culpa, immiſcendo ſe huiuſmodi partialitati. Sed quia omnes de tali familia partiales habentur, & is poteſt eſſe caſus ſeptimus.

Octauus caſus ſit. Non eſt priuandus quotidianis diſtributionibus ille, qui obſes datus eſt ab Eccleſia, & ſic detentus, aut etiam repreſaliarum cauſa captus fuit, ac detinetur; vtroq. enim caſu, abſens dicitur propter publicũ bonũ, atq. Eccleſiã: & ideo nõ debet, ei vllũ inde dãnũ ſequi Monet. 2. p. q. 5. ex n. 56.

Sexto memini me dixiſſe in 3. p. Collect. 15. in fi. ſeruitium quadraginta annorũ Eccleſię pręſtitum, liberare beneficiatum à reſidentia, lucrarique diſtributiones quotidianas in abſentia, quamuis ipſe nõ interſit diuinis, vt expreſsè cauetur in conſtitutione quadã huius Archiepiſcopatus condita anno 1515. ab Illuſtriſ. & Reuerendiſ. Domino D. Alphonſo ab Aragonia in tit. de priuileg. incip. cum ſenes, quam me referens approbat Monet. 2. p. q. 7. num. 21. & in q. 12. num. 61. vbi carpit & reprehendit Nauar. lib. 3. tit. de Cler. non reſid. conſ. 3. aſſerentem, non eſſe validam huiuſmodi conſtitutionem, & pugnare Concilij Trident. Decretis. Nihilominus tamen præfatam conſtitutionem vidi non ſolùm ſemel, ſed iterum atq. pluries practicari in hac Eccleſia B. Mariæ de Pilari, circa perſonas Michaelis Aunes, Portionarij in anno 1587. & Michaelis Paſtor, Beneficiati, in anno 1593. Et in Eccleſia Metropolitana Cæſarauguſtana circa perſonam Iacobi Nauarro, Portionarij anno 1587. & Bernardi Sanz, Beneficiati anno 1595. & Ludouici Herrera, anno 1598. & Petri Cortes, Beneficiati, anno 1599. Qui omnes cum per quadraginta annos perſonalem reſidentiam in præfatis Eccleſijs legitimè probaſſent, diſtributiones quotidianas cum cæteris fructibus, & emolumentis ſuarum præbendarum; mandatum fuit reſpectiuè à Capitulis ipſarũ Eccleſiarum, ipſis perſolui integrè, & ſine diminutione aliqua. Quod etiã per ſuam ſententiam decreuit eruditiſsimus Dñs meus ac integerrimus Iudex Licenciatus Gaſpar Arias de Reynoſo, Officialis Eccleſiaſticus huius Archiepiſcopatus Cęſarauguſtani, & Archiprębyter de Belchite, & Maioricarum hæreticę prauitatis Inquiſitor deſignatus, cũ lis, & quęſtio verteretur ſuper his, inter præfatum Michaelẽ Paſtor, ex vna, & Beneficiatos Eccleſię de Pilari ex altera. Ex quibus quidem ſatis apparet, prędictã conſtitutionem vti veram, iuri & ęquitati cõſonã recipiendã fore. Ego certè ab hac praxi munita ſententijs tot grauiſsimorum virorum, non auderem diſcedere, eò præſertim, quia conſtat mihi, in quampluribus Diœceſibus conſtitutionem huic ſimilem obſeruari, abſq. aliquorum cõtrouerſia, & repugnantia. In Epiſcopatu Pãpilonenſi ſeruatur iſta conſtitutio edita ab Illuſtriſ. Dño D. Bernardo Rojas à Sandoual tunc illius Eccleſiæ Epiſcopo in lib. 3. conſt. Synodal. tit. de præben. c. 6. Nunc verò ſũmo Eccleſiæ vniuerſalis beneficio, Archiepiſ. Tolet. & S. Romanę Eccleſię Cardinali meritiſsimo: Quam conſuetudinẽ, & ſtatutum valere, affirmat in ſpecie Monet. 2. p. q. 7. ex n. 20. Dumtamen Eccleſia miniſtrorum non patiatur defectũ, vt habetur in noſtra conſtitutione Cęſarauguſtana à me relata in 3. p. Collect. 15. num. 9. iuxta notata per Felin. in c. cum omnes de conſt. n. 11. verſ. Et idem tenet. Et deniq. quod teneat ſtatutum, quod ſenibus & benemeritis, qui ſaltem

per

per quadraginta annos continuos Eccleſiæ
inſeruierunt, diuinis intereſſendo, dentur di-
ſtributiones, licet amplius diuinis non inter-
ſint, ſatis paret ex declarat. ſacræ congregat.
quæ præeſt interpretationi Concil. Trident.
cuius ad ſeſſ. 24 cap. 12. de reformat. in vna
Oſcenſi hæc ſunt verba: Licet ſtatuta ſint ſu-
blata, per quæ abſentibus dantur diſtributio
nes; nihilominus Gregor. 13. ſenibus & be-
nemeritis miſertus, mandauit, ſtatutum Com
poſtellanum tolerari, per quod debentur di-
ſtributiones non ſeruientibus, qui per qua-
draginta annos iam ſeruierunt. Quam refert
Monet. 2. p. q. 13. num. 41.

Septimo, beneficiarius abſens ab officijs
22 diuinis propter aliquam neceſsitatē, vel cau-
ſam euidenter vtilem ipſi Eccleſiæ, valet con
ſuetudo, quod percipiat quotidianas diſtri-
butiones. Dueñas reg. 205. verſ. limita ſexto.
Couarr. lib. 3. Variar. cap. 13. nu. 8. verſ. octa-
uo. Hojed. de benef. 1. p. c. 17. num. 19. & in
2. par. cap. 10. num. 16. Gutierrez lib. 1. Can.
Quæſt. cap. 1. num. 144. Nauarr. lib. 3. tit. de
Cleric. non reſiden. conſ. 10. ex num. 4. Lelius
Zechus de republ. Eccleſ. cap. 24. nu 6. verſ.
quinto, pag. 265. Pariſ. conſ. 32. vol. 4. ex nu.
18. Coſm. in pragm. Sanct. tit. quo temp. quiſ-
què deb. eſſe in choro. in gloſ. verbo Actua-
liter. fol. 136. & probatur in diſt. cap. vni. de
Cleric. non reſid. in 6. ibi; Qui verò aliter de
de diſtributionibus ipſis quidquam recepe-
rit, exceptis illis, quos infirmitas, ſeu iuſta &
rationabilis corporalis neceſsitas, aut eui-
dens Eccleſiæ vtilitas excuſaret. Idq. apertè
fuit deciſum à ſacra congregat. Concil. Tri-
dent. in vna Tridentina, vbi abſolutè cēſuit,
etiam nulla conſuetudinis habita mentione,
eos, qui abſunt propter Eccleſię vtilitatem,
23 diſtributiones quotidianas nō amittere. Nec
his obſtat, quod contrarium videtur proce-
dere de iure, vt abſens cauſa vtilitatis Eccle-
ſiæ, non poſsit de iure communi percipere
diſtributiones, vt optimè probatur in cap.
cum non deceat de elec. in 6. ibi; Fructum be-
neficiorum ſuorum, quæ obtinent in illis Ec-
cleſijs, quarum negotia proſequuntur, & etiā
aliorum, quos reciperent, vel poſſent recipe-
re, in ipſis Eccleſijs reſidendo integrè (quo-
tidianis diſtributionibus duntaxat exceptis)
recipiant. Cui obiectioni quam plures ſolu-
tiones referunt Ocon. in d. c. vni. de Cleric.
non reſiden. in 6. num. 65. Monet. 2. par. q. 11.
ex num. 11. & ex nu. 36. gloſ. in verb. Vtilitas
in dicto cap. vnico, vbi ſcribentes. Quarum

vltima à Doctoribus cōmuniter recepta eſt,
vt dictum. c. vni. procedat, & loquatur in Ec-
cleſijs, in quibus eſt conſuetudo, quod abſens
ex cauſa vtili ipſi Eccleſiæ, recipiat diſtribu-
tiones: huiuſmodi namq. conſuetudinem va
lidam eſſe, deciditur in eo tex. textus verò in
d. c. cum non deceat, intelligatur & procedat
in Eccleſijs, vbi non eſt talis conſuetudo,
quod abſens etiam ex cauſa ipſi Eccleſię vti
li, recipiat diſtributiones. Quam ſolutionem
poſt alios ſequitur Hojed. 1. par. cap 17. nu.
19. & 2. par. cap. 10. num. 16 Gutierrez dict.
cap. 1. num. 145. Couarr. tamen in dicto cap.
13. num. 8. verſ. octauo aſſerit, quod ceſſante
conſuetudine, ſi huiuſmodi abſens pro vtili-
tate Eccleſię non ſe abſentat à ciuitate, vel
loco, in quo habet beneficium, ſed tantùm
abſens eſt ab officio pro vtilitate Eccleſiæ,
percipit diſtributiones: & ſic procedit deci-
ſio dicti cap. vnici. Si tamen quis ſit abſens
extra locum, vbi habet beneficium, etiam
ſi pro vtilitate Eccleſiæ, non conſequitur di-
ſtributiones, vt habetur in dicto cap. cum
non deceat, niſi id conſuetudine fuerit obtē-
tum. Quam diſtinctionem amplectitur etiam
Coſm in Pragm. Sanct. tit quo temp. quiſque
debeat eſſe in choro, in §. tollens in glo. ver-
bo Actualiter, ex fol. 136. dum tamē pro quo
tidianis diſtributionibus, quas quis amittit
propter abſentiam, recompenſetur ab Ec-
cleſia, ex ſalario ſibi conſtituto ad proſequē-
dum negotium vtile ipſi Eccleſiæ; aliàs ſi nul
lum foret ſibi ſalarium aſsignatum non vi-
detur ſibi de iure, quod amittat diſtributio-
nes, cum non teneatur quis proprijs ſtipen-
dijs militare. cap cum ex officij de præſcrip.
Nec debet cuiquam ſuum officium eſſe dam
noſum. Ex l. cum quidam C. de Adminiſtr.
tutorum cap. cum non deceat de Elect. in 6.

Mihi tamen ſemper verior viſa eſt opinio
Io. Monachi relata à Boer. in deciſ. 17. n. 15.
& trad. Decián. conſ. 69. vol. 2. n. 5. Qui intel-
ligunt d. c. Cum non deceat, in illo, qui in Ec
cleſia tunc nō reſidebat; ſed ex alia cauſa erat
abſens, quamuis commiſſum ſibi fuiſſet nego
tium ad vtilitatem Eccleſiæ: textus vero in
dicto cap. vni. loquitur in eo, quidum aderat
pręſens ſeruitio Eccleſię, pro vtilitate ipſius
Eccleſiæ fuit abſens, qui certe recipit diſtri-
butiones. Cui ſolutioni optimè conueniunt,
ea, quæ ſuperius dicta ſunt de clerico ægroto
abſente à loco beneficij; qui non conſequi-
tur diſtributiones. Hoc autem intelligitur,
modo ille, qui abeſt propter Eccleſiæ ſuæ vti

Digitized by Google

litatem,aliàs diuinis intereſſet,ſeu ſoleret diuinis intereſſe.Ita in ſpecie poſt Ioan. Monachum in d.c.cum non deceat,docet Graff.2. p.lib.3.cap.15.num.13. Monet.2. par. quęſt. 11.num.34.

Aliter etiam concordat huiuſmodi iura Monet.2.par.quæſt. 11.num.22.vt cap. cum non deceat loquatur in eo, qui proſequitur non illius Eccleſiæ vtilitatem, cui ſpecialiter adſcriptus eſt; dictum verò cap. vnicũ,procedat in proſequente vtilitatem illius particularis Eccleſiæ, cui adſcriptus eſt: qui merito conſequitur diſtributiones in abſentia, non vero in dicto cap.cum nõ deceat. Hęc autem ſolutio etſi in ſe vera ſit,certe diuinatoria videtur. Præterea dubito, quo pacto, proſequens cauſam alterius Eccleſię, conſequatur fructus ab integro (exceptis diſtributionibus)in propria Eccleſia,cum hoc aduerſetur omni rationi. Vnde certe melior mihi ſemper viſa eſt eorum iurium correctio, vt ſpeciale id ſit, in dicto capit. cum non deceat, eò quia, illi, qui ad Sanctam Sedem transmittendi ſunt, pro inſtructione dictæ electionis,expenſis electi,transmitti debent, vt habeatur in c.cupientes de elect.in 6.ad quem tex.ſe refert Pontifex in d.c.cum nõ deceat, atq; ideo,cum iam expenſas habeant ab electo, non immerito ſi ei non aſsignentur diſtributiones, quemadmodum in d. cap. vni. vbi prob. Ancharr. num. 1. & ibi Gemin. §.ſtatuimus.num.5.Franc.num. 3. quia cum diſtributiones iure humano introductę ſint, poteſt illud ius tolli ab eo,qui ipſum condidit,& poteſt Pontifex aliquem priuilegiare, preſertim in beneficialibus, in quibus Papa habet ſummam poteſtatem cap.2.de pręb.in 6.cum alleg.à Monet.in tractatu de Option. cap.8.quæſt.1.num.2.

Octauo retenta ſupradicta declaratione, optimè infert Nauarr.lib.3, tit. de cler. non reſid.cõſ.10.quod Canonicus,Dignitas, vel alias beneficiarius ſecularis, vel regularis, reſidendo Romæ de mandato ſui ſuperioris, vel capituli, pro cauſis & negotijs Eccleſiæ ſuæ agendis,vel gerendis,cenſetur ſatisfacere obligationi, quam habet reſidendi in ſua Eccleſia,ſecundum iura antiqua,& noua Cõcil. Trid.etiam quoad quęrendas diſtributiones in abſentia. Quod in praxi ita vidi obſeruatum ab inſigni capitulo huius Almę Eccleſiæ B.Mariæ de Pilari.cum eruditiſsimo Domino Doctore Bartholomeo Laurẽtio eiuſdem Eccleſiæ Canonico religioſiſsimo, & iã nunc tertio ad illius prælaturam meritiſsimè euecto, huiuſq; Regni Aragonum Hiſtoriographo fideliſsimo, mihi ob ſingulares eius animi dotes chariſsimo,ac obſeruantiſsimo cum Romæ eſſet,miſſus pro rebus & negotijs arduis prędictæ Eccleſię gerendis, circa annum 1583. vbi manſit per aliquot annos, & ſemper,iura,obuentiones,redditus, & diſtributiones fuerunt ſibi ſolutæ, ac ſi diuinis interfuiſſet,ex eo præcipue,quod de mandato dicti capituli fuit miſſus. Quod etiam tradit Iacob de Graff.2.p.lib.3.cap. 15.nu. 10.
24 ad fin.Gutierrez lib.1.Can.quæſt.c.1.n.143. Monet.2.p.quæſt.11.num.39.

Nono valet conſuetudo,vt quis in abſentia percipiat diſtributiones quotidianas,quã do huiuſmodi conſuetudo inducta eſſet ſciẽte & patiente,vel tolerante Papa; quia ex tali ſcientia Pontificis diſpenſatio inducitur: vt in terminis alios referens tradit Couarr. in d.c.13.num.5.in fin. Dueñas regula 206. verſ.limita quinto Abb.conſ.94.vol. 1. Monet.2.p.q.12.num.45. Hojeda in dicto cap. 17.num.13.vbi eleganter aduertit,quod tũc temporis ex hac ſcientia, & tolerantia Romani Pontificis inducitur diſpenſatio, quãdo ipſe Pontifex dicit, ſe tolerare aut diſsimulare huiuſmodi conſuetudinẽ; non tamen quando eam conſuetudinem tantùm conniuet, per ea, quæ pulchre notat Couar. in 4. 2. p.c.6.§.10.nu.15.cum alijs ab eodem allegatis & à Monet.2.p.q.12.ex num. 46. vbi optimè Papa namq; ſciente, per aliquot actus contrarios excluditur conſuetudo. Couarr.
25 lib.2.var.c.16.num.6.verſ.quinto,& quos refert Monet.in d.q.12.num.5.

Decimo non priuari debet diſtributionibus,is qui leuãdi corporis cauſa,abeſt à choro,vt aperte ſonat ipſe tex.in d.c. vni,neque aliquis vnquam negauit. Quod intelligendũ eſt, modò ſtatim redeat, neque plus temporis,quam neceſſe ſit,impendatur,iux.tradita à Nauar. de hor.Can.cap.69.in fin.& cap.7. ab Alex. Monet 2.p.quæſt. 5. num.49. & 50. Subdens idẽ dicendum eſſe de eo, qui egreditur aliquantiſper foras ad reſpirandum,ſeu recreandum ſpiritum fatigatum. Idque voluerunt Ioan.Andr.& Innoc.in c.dolentes de celebr. Miſs. & gloſſ. communiter recep. in Clem. 1. verb. rationabili cauſa,eod.tit.ponentes hanc pro rationabili cauſa egrediendi
26 à choro,& Eccleſia,ante finem officij,eamq. æquiparantes infirmitati.

Vndecimò lucratur diſtributiones in abſentia

Digitized by Google

ſentia, qui à Sũmo Pontifice hniuſmodi gratiam, & priuilegium obtinuerit, vt dicit glo. in verbo adſuerint,in dicto cap.vni. Quia tamen Ioan. Andr. in explicatione dictæ gloſſę fatetur, quod non meminit, ſe vidiſſe vnquã tale priuilegium emanaſſe à Sede Apoſtolica, Idemq. fatetur Coſm.ad pragm.ſanct. tir.de collationibus in §. primo cum in gloſſ. nihil, verſ. quę in quocumq. priuilegio fol.225. Sic hic libuit inſerere illud, quod annis proxime elapſis vidi obtentum à Summo Pontifice per Dominicum Sanchez Portionariũ huius Sanctę Eccleſię Beatæ Mariæ de Pilari, apud Romanam Curiam commorantem, cuius renor eſt. ¶ Clemens Papa Octauus. Dilecte fili ſalurem & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicuri nobis nuper exponi feciſti, tu qui de portione Collegiatę Eccleſię Bearę Marię de Pilari Ordinis Sancti Auguſtini Canonicorũ regularium Cæſarauguſtan. vni Clerico ſeculari conferri conſueta, à nobis prouiſſus nuper fuiſti,& illius poſſeſsionem iam per annũ & vltra apprehendiſti, ſeu noſtro & Cameræ Apoſtolicę nominibus apprehẽdi curaſti, obſequijs nobilis viri Antonij Ducis Sueſſę apud nos,& Apoſtolicã Sedem chariſsimi in Chriſto filij noſtri Philippi Hiſpaniarũ Regis Catholici Oratoris, in eius ſecretaria aſsidue incumbas, ne id porrò cum tuo detrimẽto fiat, nobis humiliter ſupplicari feciſti, quatenus in præmiſsis opportunè, de benignitare Apoſtolica conſulere dignaremur. Nos igitur indemnitati tuę prouidere volẽtes, tibi, vt à die per te habitæ, ſeu procuratorem tuum, poſſeſſionis dictæ portionis, vel ceſsionis per dictã Cameram in tuum fauorem factæ, pro tempore, quo in dictis ſeruitijs inſtiteris, omnia, & ſingula, eiuſdem portionis fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta, ac diſtributiones quotidianas, etiam manuales, ac alia quęcumq. ad dictam portionem ſpectãtia groſſam, & aliàs quomdolibet nuncupata, & in quacumq. re & ſpecie conſiſtentia, quę alijs quibuſcunq. præſentibus & reſidentibus, ac diuinis Officijs intereſſentibus, dari, & concedi ſolent, & debent, dempta tamen tertia eorundem fructuum & diſtributionum parte, quę preſentibus & ſeruientibus accreſcat, etiam ſi in dicta Eccleſia primã reſidentiã nõ feceris, ac ſi in eadẽ ptimam huiuſmodi perſonalem reſidentiam feciſſes, ac diuinis Officijs tã diuinis, quã nocturnis intereſſes, percipere, exigere, & leuare, ac in tuos vſus, & vtilitates conuertere, liberè & licitè poſsis, Apoſtolica auctorirate, tenore pteſentium concedimus, & indulgemus. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtrę pœna dilectis filijs, Priori, Capitulo, & Canonicis eiuſdem Eccleſię, Portionarijs, æconomo, & omnibus alijs, ad quos ſpectat, quarenus fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta ac diſtributiones, anniuerſaria, & alia præfata portionis huiuſmodi, conſignent, ac ſoluant, ſoluique & conſignari faciant; nec te ſuper præmiſsis, vel eorum occaſione, quauis aurotitate, quomodolibet moleſtare vel impedire audient, ſeu præſumant. Quo circa, dilectis filijs cauſarum Curiæ Camerę Apoſtolicæ, Generali auditori & Officiali Cęſarauguſtanen. ac Archidiacono de Daroca in Eccleſia Cęſarauguſtanen. per preſentes committimus, & mandamus; quatenus ipſe, vel duo, aut vnus eorũ per ſe vel alium ſeu alios, tibi in pręmiſsis, efficacis defenſionis præſidio, aſiſtentes faciãt, auctoritate noſtra, præmiſsis omnibus & ſingulis, iuxta preſentium tenorem, pacificè frui & gaudere, non permittentes te de ſuper à quoquam, quomodolibet indebitè moleſtari, conrradictores quoslibet, & pręmiſsis non parentes, per cenſuras & pęnas Eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iutis & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcẽdo, inuocato ad hoc, (ſi opus fuetit) auxilio brachij ſecularis; non obſtãtibus piæ memoriæ Bonifacij Papę Octaui pręd eceſſoris noſtri, de vna & Cõcilij Generalis de duobus dietis, dummodo quis, vigore preſentium, vltra tres dietas non trahatur, alijſquè quibuſuis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec nõ dictæ Eccleſię, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque iudultis, & lirteris Apoſtolicis illius Eccleſię præſuli Priori, Canonicis, & Capitulo, ac Portionarijs, & quibuſuis alijs perſonis, ſub quibuſcunquè tenoribus, & formis, ac cum quibuſcunq. clauſulis, ac decretis in genere & in ſpecie, ac aliàs in contrarium etiam motu proprio quomodolibet conceſsis, approbatis & innouatis, quibus omnibus, & ſi de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis & ſpecifica expreſſa, ac indiuidua mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda foret, illorum tenores preſentibus pro exptesſis habentur, illis aliàs in ſuo robore permãſutis, hac vice duntaxat, ſpecialirer & expreſsè derogamus, cõtrarijs quibuſcunq. aut ſi Priori & Capitulo pręfatis, vel

qui

Digitized by Google

quibuſcunque alijs communiter vel diuiſsim, Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romę apud Sanctum Marcũ ſub annulo Piſcatoris die 4. Septembris 1597. Pontificatus noſtri anno ſexto. M. Veſtrius Barbianus.

27 Et quamuis ab huiuſmodi breui & mandato fuerit prudentiſsimè ſupplicatum ad Sanctiſsimũ Dominum noſtrum Papam, pro parte Dominorum Prioris, & Capituli de Pilari, ex quam plurimis cauſis, iuri & rationi inhęrentibus, & ex eo præſertim, quia in dicta gratia non fuit appoſita clauſula derogatoria ſpecialis Concilij Tridenr. quæ omnino neceſſaria eſt ap ipſum derogandum: ibi enim prohibitum eſt, diſtributiones cõferri abſenribus & non reſidenribus, vt cauetur ſeſſ. 24. cap. 12. in fin. & ideo in tali diſpenſatione debuit apponi clauſula derogatoria ſpecialis, vt nõ obſtante tali conſtitutione conciliari poſſet impetrans obtinere prę fatas diſtributiones. Optime Alex. Raudens. de Analog. lib. 1. cap. 37. nu. 4. Caualcan. 1. p. deciſ. 29. nu. 16. Alex. de Imola conſ. 122. vol. 4. nu. 9. Rom. conſ. 436. col. 2. verſ. ſexta & principalis ratio. Matienz. lib. 5. tit. 10. l. 3. glo. 11. ex prin. Sarmient. lib. 3. ſelect. cap. 14. Viual. in Candelab. tit. de abſolutione, nu. 13. verſ. Quia quando. Pariſ. de reſign. benef. lib. 6. quæſt. 2. ex num. 37. ſaltem eo pacto, quo docet Couarru. lib. 4. Variar. cap. 16. num. 6. verſ. Nam vt alibi. ijs namquè generalibus per quoduis Papę reſcriptũ, aut conſtitutionem, aut priuilegium, aut decretum, non intelligitur eſſe derogatum; niſi con ciliaris Conſtitutionis mẽtio in ipſis expreſſa facta ſit, vt tradũt pulchrè Anaſt. Germon. de Indult. Cardinal. §. per quæ ſublatis, num. 58. optimè Felin. cap. 1. num. 28. de Conſt. & in cap. nonnulli, num. 3. de Reſcrip. Henrriq. lib. 7. cap. 26. nu. 3. vbi additio in littera S. optimè etiam Gutierrez in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. num. 173. eleganter Couar. in 4. 2. par. cap. 8. §. 9. num. 6. verſ. Quibus ego addo. Molin. de iuſt. & iur. tom. 1. tract. 2. diſputat. 173. verſ. Si autem reſcriptum, ex pag. 987. Henrriq. lib. 7. cap. 26. num. 3. optimè Marc. Ant. Cuchus, lib. 1. Inſtit. Maior. tit. 2. ex n. 3. Alph. Hojed. de benef. 2. par. cap. 12. num. 85. Car. Tapia in Rubr. ff. de conſtit. Princip. cap. 2. num. 3. pag. 29. Rodrig. tom. 1. quęſt. 20. art. 10. verſ. vnde in omnibus Conſtitutionibus, & in explic. bul. §. 9. nu. 70. verſ. *Porque quando*. Borgninus, 1. p. deciſ. 29. num. 16. Loazes ſuper matrim. dubitation. 16. ex princip. Cæſar de Graff. deciſ. 9. tit. de Reſcrip. nu. 12. Vnde eleganter dicit Tho. Zerola in prax. Epiſcop. 1. par. §. penſio poſt med. & in 2. par. §. abſolutio. fol. 3. verſ. Sed ad hoc reſpondetur, quod in concesſione generali facta cõtra diſpoſitionem Concilij, non ſufficit clauſula de rogatoria generalis; quia Conſtitutio conciliaris tacitè continet clauſulam derogatoriã, & propterea ei non derogatur per clauſulas generales: eleganter Thom. Sanchez, tom. 1. de matrim. lib. 3. diſputat. 26. num. 7. Ex quibus, & alijs, quæ conſultò omitto, cum non ſint pręſentis ſpeculationis, merito fuit admiſſa prædicta ſupplicatio à doctiſsimo viro Domino Licenciato Arias de Reynoſo Officiali Eccleſiaſtico, & executore præfatę concesſionis: illi enim à Summo Pontifice prædictę gratiæ commisſio demãdata fuerat, per quam quidem appellationis delationem, abdicauit à ſe omnem iuriſdictionem præfatus dominus executor, & in ſuperiorem transfudit, vt per tex. in cap. Cum appellationibus, de appella. in 6. trad. latè Lancel. de Attentat. 2. par. cap. 12. limit. 1. ex nu. 67. & limitation. 22. num. 28. Et quamuis ſupplicatione pendẽte non recipiat diſtributiones prædictus portionarius Dominicus Sanchez, ſatis conſtat ad rem noſtram, aliquando ipſum Summum Pontificem, concedere priuilegiũ, vt in abſentia quis recipiat diſtributiones quotidianas, præcipuè quando in obſequium Domini Regis aliquis extat occupatus, vt de facto contigit in mihi multis titulis colendiſsimo Domino Doctore Martino Carrillo, qui cum ex mandato Regis noſtri Phillippi 2. per multũ temporis, abſens à ſua Metropolitana Cæſarauguſtana Eccleſia, cuius eſt meritiſsimus Canonicus, Regnum Sardiniæ viſitaſſet, omnes, ac ſingulas diſtributiones Eccleſię ſuę ſic percepit, ac ſi ſemper in illa pręſens extitiſſet. Cui Pontificis mandato omnino parendum eſt, niſi contineat obreptiones & ſurreptiones, quæ in præſenti pro parte dicti Capituli fuerunt allegatæ, vt ipſius breuis & gratiæ executio impediretur.

28 Duodecimo, Inquiſitores hęreticæ prauitatis habentur in omnibus ſuis Beneficijs, Dignitatibus, & Præbendis, pro præſentibus & reſidentibus, & percipiunt integros fructus ſuarum Prębendarum ſimul cum diſtributionibus quotidianis, ex priuilegio ſpeciali, fauore

uore fidei eis conceſſo à Paul. Tertio, & Pio Quinto, Pontificibus maximis; vt tradit Rojas de priuil. Inquiſitorum nu. 420. & in ſing. 96. ſubdens, huiuſmodi priuilegium Apoſtolicum in Hiſpania, Maieſtate Regia in ſuo ſupremo Tribunali confirmatum eſſe, ita vt ſine aliqua tergiuerſatione executioni mandetur. Quod etiam adnotauit Spin. in ſpecul. teſtamen. in gloſ. 3. princip. num. 78. & Michaël Martinez del Villar in 4. par. *Del Patronado de Calatayud* nu. 8. pag. 228. qui limitat, vt non competat prædictum priuilegium dictis Inquiſitoribus obtinentibus beneficia, quę vulgariter nuncupantur conducticia, vel ſeruicia, qualia ſunt (vt ipſe ait) fere omnia beneficia Archidiaconatus Calataiubij: Inquiſitores inquam, vt ipſe teſtatur, poſsidentes huiuſmodi beneficia, non recipiunt diſtributiones quotidianas in abſentia: quod ſemel atquè iterum pronuntiatum extitiſſe, affirmat, Cuius doctiſsimi viri dictum apud me ſatis dubium eſt, per ea, quæ in numero ſequenti notantur.

Duodecimo non ſolùm huiuſmodi priuilegium eſt conceſſum Inquiſitoribus obtinētibus beneficia ſimplicia, aut dignitates; ſed etiam habentibus beneficia curata, vt trad. Spino in d. nu. 78. Vnde meritò dubia mihi videtur doctrina Ceuallos in pract. q. 585. nu. 12. aſſerentis, dicta priuilegia Inquiſitoribus conceſſa, non extendi ad beneficia curata. Si enim illa habeant, non lucrantur in abſentia fructus; cuius contrarium verius eſſe arbitror; ne ob hāc rationem illud ſacrum Inquiſitionis munus priuetur huiuſmodi viris; qui magna cum laude, apud Deum, & apud homines, Eccleſiæ vniuerſali mirificè deſeruiunt.

Tertiodecimo hoc priuilegium, vt abſens à diuinis, conſequatur diſtributiones quotidianas, optima ratione fauore fidei, conſuetudine, & conſtitutione quamplurium Eccleſiarum, & ſummorū etiam Pōtificū decretis, extēſum eſt ad Conſultores & Miniſtros ſancti Officij Inquiſitionis, vt ijs miniſterijs & officijs deſeruientes lucrētur omnes fructus, prouētus, & diſtributiones ſuorū beneficiorum, ac ſi actualiter reſiderent: ipſi namq. bono reipublicæ, & Eccleſię quieti incumbunt, quo pacatius & quietius eorum induſtria & labore viuamus in hoc ſeculo, liberi ab incurſibus inimicorum ſanctæ fidei Catholicę. In cuius rei teſtimonium extat Bulla Innoc. VIII. Pont. Max. ſuper hoc edita anno 1486, vbi fauore Fidei, conceſsit ſimilem gratiam ipſis Inquiſitoribus & Miniſtris Sanctæ Inquiſitionis, ſub horum verborū tenore. Concedimus Inquiſitoribus, & quibus ipſi Inquiſitores, durante dicto officio, & quinquennio tenere ſecum contigerit, eiuſdemquè Fidei & Officij Conſultoribus, Procuratoribus, Promotoribus, Notarijs, carceris cuſtodibus, Nuncijs, ſiue Curſoribus, & alijs Miniſtris pro huiuſmodi Officij exercicio opportunis, & teneri ſolitis eorum officia, & miniſteria huiuſmodi actualiter exercētibus: vt quandiu huiuſmodi eorum, imò fidei præfatæ officijs, & miniſterijs inſiſtent infra dictum quinquennium proximè futurum, fructus, redditus, & prouentus, quorumcunquè beneficiorum, præbendarum, & dignitatum, & illorum ratione percipi ſolita, quotidianas etiam diſtributiones, anniuerſaria, & alia emolumenta quæcumquè, necnon quos, quas, & quæ poſtquam officijs & miniſterijs huiuſmodi operam dare cęperant, hactenus percipere poterant reſidendo, & intereſſendo, cum ea integritate libere percipere, & exigere valeant, cum qua illos, illas & illa perciperent, & haberent, ſi in Eccleſijs, ſiue locis huiuſmodi perſonaliter reſiderent, &c. Quod priuilegium poſtea fuit extenſum ad aliud quinquennium ab eodem Innocentio, vt patet ex literis. Datt. Romæ prima die menſis Iunij Anni 1490. & ſimiliter per Alexandrum Sextum ſecundo die Ianuarij 1496. & iterum per eundem Alexandrum decimotertio Ianuarij, 1501. & per Iulium Secundum die decimoſexto Nouembris 1505. & iterum vigeſimoquarto Martij 1511. Et deniq. per alios Pontifices ſucceſſores fuit huiuſmodi prorrogatio confirmata, & extenſa ad hęc & maiora beneficia & priuilegia. Vnde cum dicta prorrogatio de inueterato ſtilo ſoleat concedi per Romanos Pontifices, rectè proceditur per Dominos Inquiſitores ad ipſius priuilegij obſeruantiam, & executionem abſque huiuſmodi prorrogationis oſtenſione, pro vt alias firmauit Rota loquens de prorrogatione remiſſoriæ apud Belarmin. par. 2. deciſione 402.

30 Quarto decimo, quamuis priuilegio Summorum Pontificum ab vniuerſitatibus & ſtudijs generalibus obtentum ſit, vt beneficiati in ipſis ſcholis reſidentes, & literis operam dantes, percipiant in abſentia fructus ſuorum beneficiorum, & præbendarum; in

Digitized by Google

hiſquè priuilegijs non comprehenduntur diſtributiones quotidianæ, & quæ pro anniuerſarijs defunctorum dantur, quæ tantùm intereſſentibus conferuntur, vt ſuperius in principio dictum fuit, & tradit Franc. in capit. vnic. §. ſtatuimus num. 3. de Cleric. non reſiden. in 6. & probat optimè ad intellectum Eugenianæ Bullæ conceſſæ Vniuerſitati Salmanticenſi, Didacus Perez lib. 1. tit. 2. l. 8. in gloſ. ſtudios Generales, in verſ. inter alia autem, pag. 45. Anton. Gomez in explicatione Bullæ Cruciat. in quarta clauſula, nu. 29. Spin. in gloſ. 9. princip. numer. 29. Couarru. lib. 3. Variar. cap. 13. num. 2.

31 Horum tamen Doctorum opinio declaratur, vt non procedat in illis Eccleſijs, in quibus omnes beneficij fructus, & prouentus in diſtributionibus quotidianis cóſiſtút, nulliquè ſunt fructus groſſæ, nequè præbendæ diſtincti, ſed vnicuiquè beneficiario quotidie aſsignantur ſingulæ metretæ vini, certi panes, & aliquæ pecuniæ, tam pro ratione groſſę, quàm diſtributionum; vt antiquis temporibus fieri conſueuerat, & in hac Eccleſia de Pilari obſeruatur: quia eo in caſu huiuſmodi abſentes, eas diſtributiones conſequentur. Diſtributiones namquè computantur in fructibus, quando non ſunt prębendæ alij redditus, quam diſtributiones, ne cóceſsio Principis reddatur eluſoria, vt aduertit Andr. Gambar. de offic. & poteſta. Legat. delat. lib. 6. num 32. quo fit, vt intellectus illius Eugenianæ gratiæ ſit, quod quando omnes fructus præbendę conſiſtunt in diſtributionibus, tunc fructus abſentium non accreſcút intereſſentibus diuinis officijs, ſed etiam ipſis abſentibus commorantibus in ſtudijs applicantur; & hoc quidem fauore ſtudij: vt & ipſum priuilegium conceſſum Vniuerſitatibus aliquid operetur: & hoc notarunt expreſſe Rebuf. de priuileg. Scholar. priuilegio 31. num. 12. Ant. Gom. in dicto num. 29. verſ. quod tamen, & ſentit Abb. quamuis aliquantulum obſcurè in cap. licet, num. 8. de præben. optimè Didac. Perez lib. 1. tit. 10. l. 1. in glo. 1. pag. 167. verſ. vnde infero, Ioan. Ocon. in repetit. cap. vni. de Cler. non reſid. in 6. nu. 13. Petrus Gregor. de benef. c. 17. nu. 12. Martinez del Villar in 4. p. del Patronado de Calatayud, nu. 8. in fin. optime Tiber. conſ. 42. vol. 1. num. 13. & Spino in dicto num. 29. aſſerens, ſe ita obtinuiſſe in quodam Canonico de Caliz, qui in Vniuerſitate Salmanticenſi reſidebat, & retulit omnes fructus ſuæ præbendæ pendere in quotidianis diſtributionibus. Quam forſan contrarium defendi valeat, vt in eo caſu abſens cauſa ſtudiorum nó percipiat quotidianas diſtributiones per ea, quæ tradit Monet. 2. par. quęſt. 10. ex num. 24. contraria tamen opinio magis recipitur à Doctoribus. Idemq. etiam obſeruandum eſt, quando Eccleſia nullas haberet diſtributiones quotidianas, niſi ſolùm mēſam (vt aiunt) groſſam, quę diuideretur in fine anni inter præſentes: quia ſimili modo, debetur ſtudentibus, qui legitima licentia obtenta, ſtudiorũ cauſa abſunt, vt allegãdo alios tradit Camil. Borrelius conſ. 16. num. 6.

Pro vera tamen huius articuli intelligẽtia, & eorum, quæ proximè dicta ſunt circa Eugenianã Conſtitutionem conceſſam Vniuerſitatibus generalibus, obſeruandum cenſeo, non eſſe audiendos: imò potius reijciendos, qui minus rectè affirmant, huiuſmodi priuilegium dictæ Eugenianæ conceſsionis derogatum eſſe per Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 1. de reform. in fin. ibi: vel vigore Eugenianę Conſtitutionis ſuſpẽdi poſſe, &c. huiuſmodi namq. verba minimè ad Eugenianã vniuerſitatibus conceſſam referuntur, ſed tantùm ad Eugenianam curialibus Romanis indultã; nam cũ iure communi Familiares & Miniſtri Papę à reſidentia excuſarẽtur, iuxta tex. in cap. cum dilectus, 14. de Cler. non reſid. ibi (cum familiaris noſtri, &c.) controuerſum fuit, an illa excuſatio ex literã illius textus dumtaxat familiaribus competeret, an verò ad omnes in Romana Curia exiſtẽtes porrigeretur. Cui difficultati occurrit Eugenius IIII. concedendo curialibus priuilegium, vt reſidentes Romę, fructus perciperent in abſentia, & huic priuilegio derogat Concil. Trid. in d. cap. 1. Ocon. in repet. dict. c. vni. nu. 59. & Rodrig. in addit. ad §. vni. Bullæ Compoſit. n. 4. verſ. *Quanto a la ſegũda duda*, pag. 279. verſ. tamen, licet priuilegia vniuerſitatibus generalibus, ex d. c. 1. ſeſſ. 23. derogata nõ cenſeãtur expreſſè; tamen ab eadem Trid. ſynod. ſeſſ. 6. c. 2. de reform. derogata ſunt in illis verbis; Nulliq. priuilegio, &c. vbi generaliter diſpẽſationis, indulta, & cõſtitutiones de nõ reſidendo, aut de fructibus in abſentia percipiẽdis. (In quibus d. Eugeniana cõſtitutio cõprehenditur) derogantur, exceptis diſpẽſationibus, iuſtis de cauſis cõceſsis. Hodie itaq. neceſſaria erit licẽtia in ſcriptis, vt deciditur in d. ſeſ. 23. c. 1. verſ. diſcẽdẽdi autẽ, vel quod, vt abſẽs, vel reſidens in aliqua vniuerſitate generali habeat

nouam

nouam licentiam à Papa, vel Epiſcopo, vt gaudeat priuilegio dictæ Eugenianę gratiæ, & fructus recipiat in abſentia. Et ita in ſupremo Senatu Hiſpaniæ, iudicio contradictorio, ſemel atq. iterum pronunciatum eſt. Qua noua licentia ſecurè reſidentes in prædictis ſtudijs fructus percipiunt. Gomez in dicta quarta clauſula num. 31. & ita in praxi receptum eſt. Ocon.ſupr. nu.59.in fine. Et ita vidi practicari in Vniuerſitatibus Oſcen. Ilerden. & Salmanticen. vbi plures annos iuri Canonico & ciuili operam dedi, & demum in Vniuerſitate Cæſarauguſtana, me exiſtente Rectore dictæ Vniuerſitatis, anno Domini 1599.

32 Quamuis non temere (ni fallor) defendi poſſit per clauſulam illam generalem Concil. Trid. in dicta ſeſſ.6.cap.2. in verſ. nulli priuilegia, ſeu indulta, &c. nō fuiſſe derogatam Eugenianam illā conſtitutionē; lex enim generaliter loquens, non tollit priuilegiū alicui ſpecialiter conceſſum, vt plura cumulando proſequitur Gabr.lib.6.com.opin.tit. de legibus, conclu.1.per totam, præſertim in nu.1. & 3. Iacob. de Simoneta de reſeru.benef.q.99 nu.27. Caſſan.conſ.32.nu.10. Ioan. Redin. de maieſt.Princip.in §.non armis ſolùm decoratam.2.p.nu.187. & maxime vbi agitur de derogatione priuilegij, vel gratię habentis clauſulam derogatoriam, dantē ſpecialem formā diſpoſitioni contrariæ, qualis eſt iſta Eugenianæ conſtitutionis. Tunc ſiquidem quamuis derogatio, quæ fit per viam legis, ſufficiat quod ſit generalis; requiritur tamē, quod fit cum iſta clauſula, Non obſtantibus quibuſcunq. priuilegijs ſub quacunq. forma verborum conceſsis, vel cum alia clauſula huic ſimili, vt trad. Felin. in cap. nonnulli. n.6. verſ. Sed vbi agitur de Reſcrip. Rip. in cap.1.num.55. eod.tit. Deci. in l.certum, nu.4. ff. ſi cert.pet. Clauſula igitur huiuſmodi, cum non reperiatur in Concilio, videtur quod per ipſum nō ſit derogata dicta Eugeniana cōſtitutio, imò quod remaneat in viridi obſeruantia. Reſpōderi etiam poteſt, quod in dicta deciſione Concilij tolluntur & abrogantur priuilegia, & indulta perpetua de non reſidēdo, aut de fructibus in abſentia percipiendis, vt conſtat ex litera Concilij. Gratia autem dictæ Eugenianæ Conſtitutionis non eſt perpetua, ſed temporalis, hoc eſt, dum quis in aliqua vniuerſitate dat operam literis. Vnde non videtur abrogata per dictum Concilium, cum nō ſit ita pręiudicialis, acſi eſſet perpetua.

33 Quintodecimo retenta ſupradicta declaratione, infertur idem iudicium ferendū eſſe de Beneficiatis, vel Canonicis, qui ſeruitio Epiſcopi, vel Romani Pontificis interſunt, quod percipere debeant diſtributiones quotidianas in abſentia, quando omnes ſuorum beneficiorum fructus in diſtributionibus cōſiſtunt; quia tunc diſtributiones ſuccedunt, & ſubrogantur loco præbendæ, atq. ideo eius naturam ſortiri debent, ne priuilegiū de percipiēdis fructibus in abſentia, eluſorium ſit. Et hoc eſt de mente ſacræ Congregation. dū ad ſeſſ.5. cap.1. in quo de electione præbendæ Theologalis agitur, in vna Eugubina, & Mediolanenſi cenſuit, quod ſi nullę ſint præbendæ, eoq. Canonicatus tantū diſtributiones quotidianas habeant, idem ſtatuendum quod de prębendis, cum earum loco ſuccedant.

Hæc tamen vera intelligenda ſunt, & procedunt in caſibus, in quibus dicti beneficiati ob prædictam rationem excuſantur de iure à reſidētia ſuorum beneficiorū, iux.tex.in cap. cum dilectus.c.ad audientiam, &.c.de cętero de Cler.non reſid. vt putà, quando quis principaliter eſt in ſeruitio Pontificis; ſecus vero pro lucro ſuo, vt quia eſt ſcriptor Bullarum, aut Procurator in Palatio: Tunc enim ſicuti non excuſatur à reſidentia, quia abeſt gratia, ſui lucri, & non contemplatione ſeruitij Romani Pōtificis, vt tradunt Alphon. Hojed. in d.cap.17.nu.29.verſ.ſeptimus caſus eſt. Lud. Lop.1.par. Inſtr.conſc.cap.249.pag.62. verſ. tertia cauſa, Rebuf.in prax. tit. de diſpenſat. de non reſid.nu.33. Salzedo ad Diaz.cap.52. in lit.C.verſ.tertius caſus, pag.144. Similiter etiam non recipit diſtributiones in abſentia, quamuis ſeruiat Summo Pontifici, & totum ſuum beneficiū conſiſtat in diſtributionibus; & pari etiam ratione Epiſcopus, qui non poteſt habere in ſuo ſeruitio vltra duos Canonicos, vt probatur in dicto cap.ad audientiam. Selua de benef.4.par. quæſt.6. ex nu.10.poſt medium, niſi Eccleſia tot & tantis abundaret Canonicis, qui poſſent ſufficere ad ſeruitium Eccleſiæ remotis illis, quos Epiſcopus habet ſecum, vt declarant ſcribentes ſupra, Rebuf. ſupra numer. 7. & Selua ſupra num. 11. Quo etiam caſu cum non excuſentur à reſidentia Canonici ſupernumerarij commorantes cum Epiſcopo, non recipiēt diſtributiones quotidianas, imo nec ipſi duo Canonici eas poſſunt recipere, niſi quādo Epiſcop' haberet eos pro ſuo ſeruitio, ſecus autē

ſi eos vocaſſet abſquè iuſta cauſa, ad venandum forte, vel pro voluptate, cum tunc temporis tale ſeruitium non excuſet eos à reſidentia: Nec ſimiliter quando cultus diuinus deſtrueretur, vt dicit Rebuf. vbi ſupr. ſi Epiſcopus vellet habere ſecum illos duos Canonicos, huiuſmodi enim caſu cum non permiſſum ſibi ſit. eos ſecũ habere, nec ipſi poſſunt lucrari diſtributiones in abſentia, quemadmodum etiam nec quando Epiſcopus vnius Eccleſiæ vult, ſecum habere Clericos alterius Eccleſię, ſeu diœceſis, vel Archiepiſcopus Clericos ſuorum ſuffraganeorum, Salzedo ad Diaz cap. 52. pag. 144. verſ. ſecundus.

25 Elegans tamen dubium eſt, vtrum Clerici inferiores Canonicis gaudeant ſupradicto priuilegio, vt faciant fructus beneficiorum ſuos, ſi inſeruiant Epiſcopo? Aliqui enim Doctores videntur extendere deciſionem tex. in cap. de cætero, & in cap. ad audientiam de Cler. non reſiden. ad inferiores Clericos, dummodo concurrat diſpenſatio Epiſcopi, vt per Ioan. Andr. in dicto cap. ad Audientiam verſ. dici poteſt, quem ibi ſequuntur Butr. num. 9. Cardin. q. 4. Imol. nu. 13. Ioan. de Anan. in princ. & Ancharran. in 5. notab. Hoc tamen non ita indiſtincte admiſſum eſt à Rota in deciſ. 222. par. 2. in nouiſſim. in inferioribus Clericis, ſed ita demum, ſi etiam concurrat vtilitas Eccleſię, iuxta diſtinctionẽ Abb. in dict. cap. ad audientiam, n. 8. & alias Rota ita etiam tenuit, vt per Put. deciſ. 294. in vna Placentin. lib. 3. non enim eſt tanta communio inter Epiſcopum & Clericos inferiores, ſicut eſt inter Epiſcopum & Canonicos, qui ſunt corporis eius membra, vt conſiderant prędicti Doctores; & cum hæc materia ſit damnoſa Eccleſijs, & per eam abſentiam diminuatur cultus diuinus potius eſt reſtringenda, quam relaxanda, vt ait Abb. in c. cum dilectus. num. 7. de Cleric. non reſiden. Selua de benef. 4. par. quæſt. 6. num. 13. aſſerens non debere Epiſcopum diſpenſare ſine cauſa, cum id ſit contra ius, quæ omnino notanda ſunt ad intellectum dicti cap. de cætero, & cap. ad audientiam de Cler. non reſid. Monet. tamen in 2. par. quęſt. 8. nu. 2. defendit ſolos Canonicos non autem alios Clericos huiuſmodi prærogatiua gaudere poſſe, vt Epiſcopo ſeruiẽtes, licet abſint ab Eccleſia, præbendarum, ſeu portionum ſuarum fructus percipiant; nam vterquè tex. in cap. de cætero, & in cap. ad audientiam præciſſe loquitur de Canonicis, quorum appellatione pluſquam certum eſt, minime comprehendi poſſe alios Clericos, ſaltem in materia odioſa, in qua non debet fieri extenſio de perſona ad perſonam, ex regulis vulgatis.

3 Sexto decimo non inelegãter dubitatur, an Canonicus, vel Archidiaconus viſitans Eccleſiam, iura vel redditus ſuæ præbendæ, interim percipiat diſtributiones quotidianas? Et quidem eas lucrari indubitati iuris videtur, per doctr. Coſm. in pragm. ſanct. tit. quo temp. quiſq. deb. eſſe in choro in gloſ. percipiunt verſ. ſed an hic reprobetur pag. 137. & Philip. Franc. in cap. vni. de Cleric. non reſiden. in 6. num. 2. in fin. vbi Geminian. nu. 4. & Archidiac. in prin. Cum viſitando prædicta iura, & loca, ſeruiat Eccleſiæ in re vtili, omniſque vtilitas Eccleſiæ (maxime ſtante conſuetudine) ſit ſufficiens, vt Canonicus, vel Eccleſiæ beneficiatus percipiat diſtributiones, ex Iacob. de Graff. in 2. par. ſuarum deciſionum lib. 3. cap. 15. num. 13. fol. 136. quam etiam opinionem ſequitur Monet. 2. p. q. 11. num. 63. niſi vbi iſte Archidiaconus non propriam Eccleſiam, ſed ſolum Eccleſiam ſuæ diœceſis viſitaret, etiam iure viſitandi ſibi cõpetenti; nam tunc non eſſet habendus pro præſente in choro, quod probat duabus deciſionibus manuſcriptis ſacrę Congregationis Concilij Tridentini.

37 Decimoſeptimo valet conſuetudo, quod ille qui pro vtilitate, aut rebus Eccleſiæ abſens fuerat, de foris veniens, per aliquantulũ tempus, vt putà per tres dies, domi manere poſſit, antequam Eccleſiam adeat, & tamen illorum dierum diſtributionem percipiat, huiuſmodi namq. conſuetudo videtur eſſe rationabilis, quæ propter labores itineris concedit dies illos, vt aliqualiter quieſcat, vt tradunt in terminis Iacob. de Graff. dicta 2. par. lib. 3. cap. 15. nu. 21. & Coſm. in pragm. ſanct. tit. quo temp. quiſq. deb. eſſe in chor. in §. tollens in gloſ. verb. percipiunt ad med. pag. 137. Alexan. Monet. de diſtribution. quotidian. 2. par. quæſt. 12. num. 40. & me allegat pro hac opinione, quam ipſe etiam ſequitur 2. par. quæſtion. 12. num. 49. Gemin. in cap. vnic. de Cleric. non reſiden. num. 3. & Franc. num. 2. & dixi in 3. p. Collect. 15. nu. 7. poſt medium; ex eo quod etiam vbi quis debet continuato tempore gerere actũ, dantur ſibi aliqui dies ad quieſcendũ, vt notatur in c. quãuis in glo. verbo cõtinuatis de offi. ord. in 6. & nihilominus dicitur continuare actũ; eo

eo quod aliquid dicitur continuum,licet ibi ſit aliquod interuallum, gloſ.in verb. quotidiana, in cap. ſint tibi. El 1. De Conſecrat. diſtinct.5 gloſ. verb. continue in cap. fin. de verb.ſign in 6. & not. Abb. per illum tex. in cap.cum cauſam numer. 2. de elect. Feln. in prohem.decretal.verb. Rex pacificus. nu. 3. prope fin.pulchre Roman. conſ.263.per tot. & conſ.264.nu.3.& in l. 1. lu 1.& 2.lect. nu. 18. ff.ſolut.matr.vbi Rip. num. 107. Capiz. deciſ. 37. num. 5. & quamuis Monet. in 2. par. quæſt. 12.num. 50. arbitretur ſupradicta procedere,etiam ſi quis non abſit ob Eccleſiæ vtilitatem, ſed ob aliam cauſam, ob quam etiam non perciperet quotidianas diſtributiones, is namque ſi rediens domi ſe contineret per duos, aut tres dies, ad res ſuas componendas, antequam ad Eccleſiam accedat, vt pro his diebus diſtributionibus gaudere debeat,ac ſi diuinis interfuiſſet.Cęterum quia hoc cum praxi fere omnium Eccleſiarum pugnat, ideo non placet hæc ſententia.

Ex prædicta ratione cenſeo valere conſuetudinem tanquam rationabilem, (modo ſit legitime præſcripta) vt ijs qui abfuturi ſunt ob Eccleſiæ vtilitatem, duo vel tres dies dentur ante diſceſſum, ad colligendas ſarcinulas. Et tamen pro eo tempore percipiant quotidianas diſtributiones, ſicut pro toto eo quod abfuturi ſunt, vt optime tradit Monet.2.par.quæſt.12.nu.52.& 54. verſ. Tum quod valet.

38 Decimo octauo ſi quis omittat in ſingulis horis Canonicis, vel nõ intereſſendo, vel ad alia extranea ſe conuertendo, aliquid minus decima parte illius horæ, poterit lucrari diſtributiones, vt optime probatur ex traditis ab Alexan.Monet. de diſtribut. quotidia. 2.part. quæſt.3. ex numer.33.vſque ad 37.& 42.

39 Decimonono valet conſuetudo, vt diſtributiones quotidianæ diuidantur inter eos, qui interſunt officio diuino certis horis, licet non interſint omnibus horis, ita vt qui eſt in vna hora, habeat diſtributiones, ac ſi omnibus & ſingulis horis illius diei interfuiſſet; vt conſuluit Bertrand. conſ. 118. nu. 6. vol.6. quem refert & ſequitur lib. 1. com. opin. fol. 93. verſ. & licet hoc. Quam conſuetudinem validam eſſe, nec multum præiudicialem eam eſſe Eccleſijs fatetur Roch. de Curt. in cap.fin. de Conſuet. fol. 43. col. 3. verſ. valeret tamen conſuetudo. Quam etiam opinionem ſequitur Dueñas reg.206. verſ. limita ſecundo Monet. 2.par.quæſt.12. num. 42. verſ. ſecundo limitatur, & Hojed. de benef 1.par. cap.17. num. 11. qua fretus ratione,aſſerit Ceſar de Graſſal. in deciſ.116. num.8. valere conſuetudinem quã lucrantur diſtributiones pro toto anno, reſidendo & intereſſendo diuinis,certa anni parte.

Hęc tamen Doctorum opinio nunquam mihi placere potuit,cõtraria enim longe verior eſt, iſtaq. pernicioſa, iniuſta & oneroſa eſt, tendens ad diminutionem cultus diuini, argum.cap.ex parte de Conſtit.& cap. 1. de conſuet. in cuius fauorem fuerunt diſtributiones introductæ, vt beneficiarij facilius aſſidui eſſent diuinis officijs, vt vltra alios ſupra trad.Nauarr.de horis Cano.cap.13.nu. 10.& 11.Monet. 2 par. quęſt.3. nu. 50. Quo fit vt optima ratione ipſa opinio reprehendatur in Concil. Baſilien. in tit. quo tempo. quiſq. debeat eſſe in choro in §. tollens, vbi tollit prorſus abuſum illum,quo in vna duntaxat hora præſens, totius diei diſtributiones vſurpat; vt optime ibidẽ declarat Coſm. in glo. in verb. vſurpat.fol.135. vnde merito hanc ſecundam opinionem vti veriorem defendunt Iacob.de Graff.in 2.par.lib.3. c.15. num.12.optim.Nauarr.lib.3.tit de Cler.non reſid.conſ.8.ex princ. Rodrig. in ſum. 2. par. cap.34.num.2. Monet.2.par.quęſt.3.num.20 & 50.eleganter Ioan.Stephan. Durantius de ritibus Eccleſiæ lib.3.cap.25. nu.6. ſubdens ſtatuta quarundam Eccleſiarum, quibus qui adſunt certis horis, aliarum horarum diſtributiones lucrantur,pernicioſa & iniuſta eſſe, quod ſatis probari videtur in Concil. Trid. in ſeſſ.24.in d.c. 12. ſi diligenter perpendantur verba illius verſ. Diſtributiones vero,qui ſtatis horis interfuerint, recipiãt,reliqui quauis colluſione, aut remiſſione excluſa his careant. Expendenda namquã ſunt illa verba ſtatis horis, & poſtea quauis colluſione, aut remiſſione,probatq. id itidẽ Pij V. conſtitutio.138.in magno bullario 12. calẽdas Octobris 1571.Idq. etiam ex eo probatur, quod regulariter non liberatur debitor ſolutione vnius partis debiti.l.plane.ff.fam.hercilcũdę l.furor.§.lucius.ff.de vſur.imo qui egreditur chorũ,antequam finiatur hora abſq.iuſto impedimẽto,vel alia iuſta cauſa,non ſolũ amittere diſtributiones,ſed etiam ſaltem venialiter peccãdo,imo & lethaliter,ſi ob id omitteret partẽ notabilẽ horæ,poſteaq.nõ ſuppleret eã priuatim pronũciãdo,affirmãt Nauar.

B 2

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

de hor.Canon.cap.10.num.11. Couar.lib.3. var.cap.13.num.6. per rationem relatam ab Alexan.Monet.de diſtribut.quotid.2.par.q.3 ex num.23.

Cogitaui ipſe pro anctoritate tenentium primam opinionem, quod tunc valeat conſuetudo, vt qui adfuerit alicui ex horis Canonicis conſequatur diſtributiones aliarum horarum, ſi ob rationem alicuius officij ſibi in Eccleſia competentis, vel ex aliqua alia cauſa diſceſſerit ab horis Canonicis, & choro, quæ cauſa licet omnino iuſta non ſit, honeſtã tamen aliquam occupationẽ inducit, ita quidem ne temere ad otium, forſam ad illicita Canonici diuertant, vt dicit Couar.lib.3.variar.cap.13.nu.8.verſ.decimotertio: cui ſententiæ optime conſonant, qnæ ex Palud. refert & ſequitur Nauarr.de hor.Canon.cap.5. num.20.& in cap.21.num.63.ſcilicet ſtatutũ Eccleſiæ, quod abſens ab horis certis diebus, vel horis lucretur diſtributiones, non excuſare eum, qui abeſt, vt otietur, ludat, aut alijs rebus vanis, aut malis intendat, licet in foro exteriori non debeat ei detrahi ſua portio; qui ergo non ad iſta egreditur chorum, ſed ad ea quæ ex Couar.dicebamus, vt quia procurat aliqua negotia Eccleſiæ, vel agit opera aliqua ſancta, & honeſte eſt occupatus, videtur dicendum, lucrari diſtributiones, licet ob hanc cauſam non interſit omnibus horis, ſed tantum aliquibus; vel aliter dici poteſt cum Alex. Monet.2.par.q.3.num.45.conſuetudine poſſe quidẽ aſsignari omnes diſtributiones totius diei aliquibus horis, quibus ſi quis interfuerit, omnes illius diei acquirat; nõ tamẽ poſsit quis intereſſendo vni horæ, acquirere diſtributiones aſsignatas omnibus horis, quam declarationem non contrariam deciſioni Dominorum Cardinalium probat ibidem Moneta.

40 Vigeſimo qui abſens eſt à choro ob aliquam iuſtam cauſam, maxime ordinatam ad recitationem & cantum chori, puta inquirendi Pſalm. Antiphonas, præuidẽdi lectionem, Lamentationem, aut Reſponſorium à ſe canendum, deferendi prunas ad thurificãdum, & alia huiuſmodi lucrifacit diſtributiones, quãuis poſtea teneatur priuatim ſupplere, quod omiſsit; quod intellige ſi omiſſerit notabilem partem horę: ita Nauar. de horis Canon. cap.10.nu.69.in fin.& 70.& cap.11. ex num.36.& c.16.ex nu.66. id tẽperans in cap. 11.modo commode id antea, vel poſt tempus horarum fieri non potuerit, ampliat vero in dicto c.10.etiam in trãſmittente Nuncios neceſſarios, quæ omnia approbantur à Monet.in dicta.2.parte, quæſtion. 2. numer. 45.

41 Vigeſimoprimo quamuis conſuetndo ſit, quod mortuo Canonico eius hęredibus dentur frnctus primi anni, vt tenet. Io. Andr. in cap.vni.num.3.Anchar.num.2.in fin.& ibidẽ Franc.in princ.num.2.& Gemin.in §.qui vero num.7.de Cler.non reſid.in 6. tamen huiuſmodi conſuetudo non eſt admittenda, qno ad diſtributiones quotidianas, vt referunt Doctores vbi ſupra, & Monet 2. par.q. 12.ex num.65.vbi optime: Nihilominus tamen in aliquibus Eccleſijs (vt à fidedignis accepi) talis conſuetudo ſeruatur in praxi, & diſtributiones conferuntur hæredibus defuncti per aliquod tempus, pro ſoluendis debitis, aut legatis defuncti. Et in hac alma Eccleſia de Pilari per nouem dies poſt obitum Canonici, ex antiquiſsima conſuetudine famulis Canonici defuncti, pro eorum victu, aſsignantur diſtributiones, fructus ac redditus, ac ſi Canonicns in humanis ageret.

Vigeſimoſecundo quærit Nauarr.de hor.
42 Can.cap.5.num.21. de eo qui chorum egreditur ante horam finitam, aut omitit venire, aut intrare prætextu eundi ad naturæ neceſſaria, aut barbam reſecandi, aut aduẽtus hoſpitis, ſeu actuum Scholaſticorũ, aut ob alias excuſationes ſimiles, quę ſtatuto, vel conſuetudine Eccleſiæ reputantnr iuſtę, ſi non ſint veræ, poſsit percipere diſtributiones quotidianas illius horæ? Frequenter namq. (vt ipſe ait) contingit, quod ſint vera, & non vera impedimenta, vt cum quis ſe excuſat a veſperis, vt radatnr ſibi barba, & facit eam radi lõge poſt veſperas forte ſub noctem, aut excuſat ſe cauſa eundi ad actum Scholaſticum, & poteſt illum adire ante horam inceptam, aut poſt eam finitam, aut excuſat ſe cauſa aduentus hoſpitis, & ante vel poſt aduẽtum eius, poteſt intereſſe horæ, à qua ſe excuſat: Cuius quæſtionis pars affirmatiua dicit Nauarrus, quod olim viſſa fuit ſibi vera, nunc autem altius cogitanti æquior ſibi videtur negatiua, tum quia parum vel nihil detrahit cultui diuino, qui raſuram barbæ, ob quam potuit excuſari ab aliqua hora, ſi feciſſet in ea radi, protrahit in noctem, vel aliam horam proximiorem, cum ſi protrahere non poſsit, illa hora faceret eam radi, tum quia benignior eſt, & conſuetudo videtur ita interpretari, quę cum

quæ cum nihil, vel parum noceat diuino cultui, ſatis poteſt probari, hactenus Nauarr. Quæ tanti viri opinio mihi vera videtur, aduerſus Monet.2.par.q.13.num.45. contrariũ affirmantem; dum tamen ob huiuſmodi excuſationem & impedimẽta (licet non vera) propoſita tamen à dicto beneficiario cultus diuinus detrimentum aliquod non patiatur, ob defectum præſentiæ ipſius beneficiati, circa quæ non pauci errant, vt aduertit idem Nauarr.de horis Canon. cap.5.num. 18. diſtributionum namquè quotidianarum elargitio, aut prouentuum, præbendarum ve in eas partitio non inducit neq. tollit obligarionẽ eundi ad horas, cum ea naſcatur ex titulo & poſſeſsione Canoniæ & Prębendæ, vt Concilium illud Martini Papæ innuit in cap. fin. 92.diſtin.præfata largitio diſtributionũ, ſolum eſt quoddam calcar & cauſa impulſiua nos incitans ad eundum ad Eccleſiam, vt dicit Nauar. in dicto nu. 18. & optimè in cap. 18.de horis Canonicis ex nu. 10. Quo fit vt non tantum amiſsionem diſtributionum, ſed & quandoquè peccatum incurrat abſens à choro, dum diuinum officium celebratur, ex Nauar.in dicto num.18. vt ſi ob ipſius abſentiam non recitatur officium publicum, aut non cum ſolemnitate debita, in quibus caſibus exiſtimo non valere ſtatutum, vel conſuetudinem Eccleſiæ, qua conceditur facultas, vt poſsit quis abeſſe diuinis propter ſupradictas cauſas, reſecandi ſcilicet barbam, aduentus hoſpitis, ſeu actuum ſcholaſticorum, &c. Multò igitur minus erit validum huiuſmodi ſtatutum quando impedimenta, quę allegantur à beneficiario, non ſunt vera, & ſi cultus diuinus notabile detrimentum patitur.

43 Vigeſimotertio Clericus exul factus à ciuitate abſq. eius culpa non ſolum non priuatur beneficio, vt tradit Abb.in cap.1.num.3. de arbitris, ſed nec diſtributionibus quotidianis, conſequitur enim ipſas, ſi antea conſueuerat intereſſe diuinis, vt tradit additio ad Abb.in dicto. num. 3. in litera E. optimè Felin.in cap.cum omnes, nu.22.in fin.de conſtit.Pariſ.conſ.32.vol.4.num. 19. Couar. lib. 3.variar.cap.13.num.8.ex verſ.decimo, Nauarr.lib.3.tit.de Cleric.non reſiden. conſ. 9. num.7.Gemin.in cap. vnico.§. qui vero aliter.nu.6.de Cler.non reſiden. in 6. Ceuallos in pract.q.585.nu.16. Alex.Monet.2.p.q.5.n. 80.Bern.Sandoual.de offi.Eccleſ.par.6.cap. 17.circa medium vbi eam communẽ appellat: & quamuis Couarr. hanc opinionem limitet, vt tantum procedat, vbi conſuetudo definiuit, quod abſenti ex iuſta cauſa dentur diſtributiones; optime tamen Calderin. in conſ.17.tit.de præben. probat quod generalis conſuetudo, vel conſtitutio Eccleſiæ de ſubtrahendis redditibus præbendarum abſentibus non extẽditur ad hunc caſum, quia id eſſet irrationabile & iniquum, ſic ipſum lucrari diſtributiones, iura enim quę dicunt, quod ſolum intereſſentes diuinis percipiant illas, non includunt caſum impoſsibilẽ Canonico intereſſendi, vt tradit Calderi. vbi ſup.

Imo quamuis ob propriam culpam eſſet exul factus, eas cõſequitur, dummodo culpa non ſit ordinata ad iſtud, ſcilicet ad finem nõ reſidendi, ex Pariſ.in d.nu.19. & faciunt tradita per Deci.in cap.1.in 2. lect. num. 47. de iudic. & ſatis iſta probantur ex generalitate verborum dicti Calderin.in d.conſ.17.tit.de præbend.quando enim culpa non eſt ordinata ad ipſum caſum, non nocet.l.non omne, ff. de ſtat.lib.l.2.§.ſi non propter, ff. ad l. Rod. de iact. Quod etiam mihi elegantiſsime probari videtur ex notat.per tex.in c.quia diuerſitatem, de Conc. pręb. quem ad hoc extollunt plures Doctores, vt impeditus ſiue facto, ſiue culpa, ſiue iure, ex culpa quę non fuit ordinata ad caſum, ſeruatur illęſus, & excuſatur, etiam ſi eius origo prouenerit ex culpa impediti, nec enim abſquè culpa potuit ibi Epiſcopus ſuſpendi, & tamen excuſatur intra tempus ſuſpenſionis; ad quod quidem dictum tex.extollunt Iaſſ.in §.turſus, nu.26. inſt.de Act.& ibi Gom. num.15. Couarr. in 4.2.par.c.3.§.5.num.7. Rebuf.in prax.tit.de deuolutionibus, nu.13. & plures quos congerit Pinel.in auth.niſi tricennale tempus, C.de bon.mat.nu.46.vbi rationem aſsignat; quia culpa ibi non fuit ordinata ad caſum impedimenti, aliter enim impedimẽtum ex culpa ad illud ordinata, non excuſaret.

44 Vigeſimoquarto quæritur, an excommunicatus, vel ſuſpenſus à iure, vel ab homine, ſit priuatus fructibus beneficij & diſtributionibus Eccleſiaſticis? Et quia in hac materia aliqui ſunt caſus conſiderandi, dicendũ eſt primo; quod iuſte excommunicatus non facit ſuos fructus huiuſmodi, imo tenetur, ſi quos perceperit, ad reſtitutionem: Marian. Socin. in c.ſacris.nu.109.& ſequitur Imol.Peruſ. in d.verſ.Verũ.Gab.in 4.diſt.18.q.2.art.3.dub. 1.S.Antonin.3.p.tit.24.c.79.verſ.nono excõmunicat⁹ Sum.Angelica.ver. excõmunicatio. vlt.n.10.Silue.in verb.Clericus.4.in vlt.quęſ.

 & plu-

& plures relati à Sayro de Cenſuris lib.2. capit.3. num. 24. Ripa.in cap.1.de iudic. num. 27. Gigas de penſion.quæſt.64.in princ. Maranta de Ordi. iudic.6.part. tit. de Appellat. num.179.Couarr.lib.3.var.cap.13.nu.8.verſ. duodecimo hinc etiam deducitur, Iul. Clar. lib.5.§.fin.q.73.num.7.Peregrin.de iure fiſci lib.3.tit.11.n.7.Lancelot.de Attent.2.p.c.12. limitat.22.num.1. pag.253. Flamin. Pariſ. de Reſign.lib.4.q.3.nu.52. optime Ioan. Ocon. in Repet.cap.vni.de Cleric.non reſiden.in 6. ex nu.72.Monet.in 2.par.quæſt. 15.ex num. 18.Rodrig.in ſum.1.par.cap.33.nu.4. eleganter Gutierrez lib.1. Can.Quæſt. cap.1.ex nu. 90.vſq.ad 103.ratio eſt quia ex quo eſt extra Eccleſiam,& eius communionem,nihil quod Eccleſiæ eſt,poſsidere debet, vt docet Sum. Pont.d.cap.Paſtoralis in fi. & ibi glo.in verb. Subtrahuntur de appellat. 2. probatur, quia beneficium datur propter officium & ſeruitium, & Eccleſia fructus aſsignat ſub eo modo, ſi expedite facere poſsit officium, quod excommunicatus facere non poteſt. Hanc etiam ſententiam tenet Henrriq. Henrriquez lib.13.c.13.nu.4. Didac.Perez lib.8.tit.5.l.1. pag.174.ſubdens cum Couarr.ſupra, quos ſequitur Gutierrez in d.c.1.n.96.hanc opinionem communiter eſſe receptam;& in tantum locum habet, quod quamuis ſuſpenſo à beneficio propter crimen ex redditibus beneficij alimenta ſint miniſtranda, ne is cogatur mendicare,grauatus inopia in opprobrium & dedecus ordinis Clericalis, glo. & Doctores in d.§.verū,& glo.in verb. Admiſerant, in cap. cum Vitonienſis de elect.addit.ad Rip.in c.1. de iudic.num.27.in lit.A. Surdus de Alimen. tit.1.quæſt.19.num.15.Abb.in cap.Apoſtolicæ col.3.& Felin. nu.9. de exception. qui intelligit hoc locum habere,niſi Clericus ſuſpēſus fuerit propter contumaciam, ex quo poteſt ſi vult ſe purgare, Surd.d.q.19. num. 16. Excommunicato tamen nihil ex redditibus Eccleſiæ datur, etiamſi is egenus & pauper ſit,Iul.Clar.lib.5.§.fin.quæſt.73. num.7. Couarr.in dicto verſ.duodecimo.Præſertim quā do in eius poteſtate eſt,ſe retrahere ab excōmunicatione, quæ medicinalis in obediente eſt,ex glo.communiter recep.in d.§.verum.

45 Barthol.tamen Vgolin.de excom.mai.tab. 2.tit.12.num.4.verſ.4. pag.412.cenſet, quod quando excommunicatus non habet,vnde ſe ſuſtentet,ſuiſque laboribus victum ſibi honeſte parare non poteſt, ex illis fructibus ſubueniendum eſt ei,ne pereat:& idem affir. Abb. in cap.Paſtoralis.§.Verum nu.16.de appellation.& ibidem Deci.ex num. 18. & Felin. in cap.Apoſtolicæ num.12.verſ. Adde quod de exception.Monet.2.par. quæſt.15. ex nu.27. Franc.Murc.deciſ.881.ex n.2. Veram autem rationem differentiæ quare alimenta ſint præſtanda Clerico depoſito,vel ſuſpenſo,& non excommunicato, tradit poſt alios Gutierrez ſupra num.99.

46 Sciendum tamen eſt in præſenti,quod quā uis excommunicatus non percipiat fructus beneficij, tenetur tamen priuatim & occulte horas Canonicas dicere, & onera beneficij perſoluere, ſcilicet penſionem,charitatiuum ſubſidium,& alia ſimilia,per ea quæ tradunt. Didac.Perez & Couar.ſupra, Gigas de penſion.in dicta quæſt. 64. optimè Gutierrez in dict.cap.1.ex nom. 124. Vgolin. in tract. de cenſur.Eccleſiaſt.tit. de excommunicat. mai. tab.2.cap.12.in verſ.quare penſionarij,& dixi in 2.par.Collect.65. num. 5. optime Couar. in cap.Alma mater 1.par.§.3. nu.8. Gomez. in Explic.bul.ad 5.& 6.clauſulam nu.47.Surdus tit.1. quæſt.82.in finalibus verbis.Humada in l.18.tit.9.part.1. in gloſ.2.n.1.& 2. Ant. de Campos de ceſſat. à diuinis num. 88.

47 Fructus etiam medio tempore percepti iuſte excommunicato ſequuta abſolutione minime ſunt reſtituendi,Plaça de delict.cap.11.nu.7. niſi expreſſe in ſententia Papæ dicatur, quod ei reſtituantur,vt prob.Didac.Perez in dicta pag.174.in verſ.concluſio tertia, Gutierez in dicto cap.1.num. 133.in dict.cap. Apoſtolicæ num.12 de excepcion.

48 At vero fructus beneficij excommunicato iniuſte ſunt reſtituendi probata iniuſtitia, vt tradit Didac.Perez in dicta pag.174.verſ.ſecunda concluſio,Rodrig.in d cap.33.num 6. Gutierrez in d.c.1 .ex num.135.Surd.de Aliment.tit.1.quæſt.82.ex num.14.Barth. Vgolin.de excom.mai. tab.2.cap. 12.n.4.pag.412. Henriq. in d.lib.13.cap.13.num.4.in fi.verſ. Si excōmunicatio, Nauarr. lib.3. tit.de Cler. non reſiden.conſ.9.num.6.Lancelot.in dicta limitat.22.num. 5.& 6.Couarr.lib.3.var.c.13. num.8.verſ.duodecimo. Hanc etiam ſententiam ſequuntur quamplures citati a doctiſsimo Sayro de cenſuris lib. 2.cap.3.num.25. & ratio eſt quia cum hęc priuatio pæna ſit, ea affici non debet, qui non deliquit. Vnde in tuto loco reponendi erunt,vt ei reſtituanrur poſt abſolutionem, dummodo in mora non fuerit petendi abſolutionem, quia cum tunc ex ſua culpa in excomunicatione maneat,fructus

ſtus amiſſos tempore moræ culpabilis, non recuperabit.

49 Præterea quod magis attinet ad noſtrum inſtitutum circa fructus, qui diſtributiones quotidianę dicuntur, dicendum eſt, quod iniquè excommunicatus eas diſtributiones exigere poteſt, cum eo tempore, quo excommunicatio iniuſta in eum lata fuit, præſens erat in loco beneficij ſui, eratquè ſolitus diuinis officijs ante impedimentum excommunicationis adeſſe, ex Felin. in cap. Apoſtolicæ nu. 12. verſ. Diſtributiones de excep. Couar. vbi ſupra in verſ. Cæterum, Didac. Perez in dict. lib. 8. tit. 5. l. 1. pag. 175. verſ. Aduertendum tamen eſt, Rodrig. in d. cap. 33. num. 6. Surd. in tit. 1. q. 82. num. 15. verſ. alias ſecus. Ocon. in d. cap. vni. num. 74. Gutier. in d. cap. 1. nu. 137. Petr. Nauar. lib. 2. de Reſtitut. cap. 2. nu. 238. opt. Monet. 2. par. quæſt. 15. ex nu. 32. Henriq. in d. num. 4. in fin. Sayrus de cenſuris, lib. 2. cap. 3. num. 27. vbi plura cumulat. Quamuis contrarium teneat Dominic. in cap. contumaces. 50. d. cuius opinio vera eſt ſecundum aliquos ex proxime allegatis in eo, qui ante excommunicationem non conſueuerat diuinis officijs adeſſe, is enim nequaquam habebit quotidianas diſtributiones eius tẽporis, quo iniquè fuerit excommunicatus, quia cum antea non accederet ad Eccleſiam, nec lucrabatur quidquam ex diſtributionibus, ita eſt prę ſumendum durante pręmiſſo impedimento idem factutum, cap. ex ſtudijs de præſumpt. Vnde quemadmodum ſi non acceſiſſet, nullũ emolumẽtum nec intereſſe conſequi poſset, ita in propoſito caſu etiam ſi iniuſtè fuerit excommunicatus, nõ lucrabitur diſtributiones illius temporis, quo in excommunicatione extitit. Pro qua reſolutione faciunt quæ in ſuperioribus dicta ſunt ex Felin. Surd. Monet. 2. par. quęſt. 15. ex nu. 36. Couar. & quam pluribus alijs de impedito morbo, qui lucratur diſtributiones, ſi præſens ſit in eadem vrbe, & ſolitus fuiſſet intereſſe horis: idem ſimiliter dicendum eſt de iniuſte excommunicato. Et quamuis Petr. Nauar. de reſtit. lib. 2. cap. 2. ex num. 240. arbitretur excommunicatum, & infirmum conſequi diſtributiones etiam nõ ſolitum adeſſe diuinis officijs, ex eo quod poſſet habere in animo venire ad chorũ eo die, quo ægrotauit, vel fuit excommunicatus, in hiſquè caſibus propter infirmitatem, vel excommunicationem ſupetuenientem priuari iniuſte diſtributionibus Eccleſiaſticis; hanc tamen opinionem merito reprehendit Rodrig. in d. num. 6. in fin. Contraria namq. verior & ſecurior eſt, quam ego in vno tantum caſu limitarem cum Gutierrez d. cap. 1. nu. 141. vt puta niſi conſuetudo adſit, vt iniuſte excommunicatus, vel alias legitime impeditus etiam abſens à prædicto loco, vel oppido ipſas lucretur, ea namq. ſeruanda erit, ſicut in terminis de abſentibus à loco beneficij ex iuſta cauſa decidit Ripa, quem ſequitur Couarr. vbi ſupra.

50 Vgolinus etiam in dicto cap. 12. in princ. num. 4. cenſuit, iniuſte excommunicatum nõ poſſe repetere huiuſmodi diſtributiones ab illis Clericis, quibus fuerunt acquiſitę, ſed ab eo qui iniuſte excommunicauit ipſum, argumento cap. Sacro. 5. cumq. aduerſus de ſent. excom. & ea quę tradit gloſ. in verb. ocaſionem in c. 2. de offi. ordin. in 6. Optimũ tamẽ meo iudicio eſt conſilium, quod dum pendet quęſtio ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia cenſuræ, petatur fructus & reddatus conſeruari, vt cõſtito de iniuſtitia reſtituantur ipſi abſoluto, hoc enim difficilius fiet fructibus iam cõſumptis, Felin. in cap. Apoſtolicæ, num. 12. de exception. Monet. 2. p. q. 15. nu. 44.

Item quamuis verum ſit in iure, quod depoſitus, vel verbaliter degradatus ab ordine, officio, vel beneficio amittit diſtributiones quotidianas, Couarr. lib. 3. cap. 13. nu. 8. verſ. duodecimo hic etiam, Iul. Clar. q. 73. num. 7. Vgolin. de Cenſur. Eccleſiaſt. tab. 2. cap. 12. in prin. ſecundum quos ei ſunt danda alimenta ex ipſis redditibus Eccleſiaſticis, ſi aliunde non habeat, vnde commode viuat, ne in dedecus ſtatus Eccleſiaſtici cogatur mendicare; ſi tamen iniuſte depoſitus fuit, recuperat diſtributiones per ea quæ de ſuſpenſo & excõmunicato dicta ſunt, & trad. Monet. 2. par. q. 17 num. 25. qui in nu. 27. & 30. vbi ait, quod quamuis degradatus, ſeu actualiter depoſitus eo ipſo amittat quotidianas diſtributiones, ſi tamen iſte degradatus fuerit in priſtinum ſtatum reſtitutus, & abſolutus, recuperabit beneficium & diſtributiones; imo etiam iuſte degradatus, cum debeat habere alimenta ex ipſis redditibus Eccleſiaſticis, habebit etiam ex diſtributionibus, vbi neq. ex fructibus præbendę, nec aliunde habeat vnde viuat.

51 Quamuis etiam ſecundum veriorem ſententiam ſuſpenſus ab oficio non cenſeatur ſuſpenſus à beneficio, vt reſoluit Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 160. Viuald. in tit. de ſuſpenſionis. num. 156. verſ. Item Didac. Perez lib.

lib.5.tit.1.l.1.pag.31.verſ.in oppoſitum.Aduertit tamen Humada in l.17.tit.9.par. 1. in gloſ.17.ſic ſuſpéſum ſimpliciter ab officio ad certum,vel incertum tempus a iure vel homine propter delictum,contumaciam,infamiã, ſcandalum vel aliam cauſam,non eſſe ſuſpenſum à beneficio quoad fructus groſſæ, ſecus quo ad diſtributiones quotidianas;niſi ſuſpẽſio adeo ſit perpetua tacite vel expreſſe,quod habeat vim priuationis.

52 Iniuſte tamen ſuſpenſus ſiue ab officio, ſiue à beneficio recuperat diſtributiones quotidianas,quidquid in contrarium declinauerit Gemin.in cap.contumaces 50.diſt. Tenendum tamen eſt ſecundum Felin.in c. apoſtolicæ num.12.de exception.Abb.c. cum bonæ num. 6. verſ. eo autem abſoluto de ætat. & qual.& quos refert Monet.2.p.q.15.n.42.

53 Ex prædictis infertur canonicum aut beneficiatum iniuſte, & abſq; cauſa legitima in carcerem incluſum, & detentum, etiam ſe mota quacumq; conſuetudine contraria,percipere debere diſtributiones quotidianas, eaſq; ipſi debitas eſſe de iure;cum is abſque eius culpa,in eodem loco exiſtens,vbi habet beneficium,impediatur adeſſe diuinis, vt tradit.Couarr.lib.3.var.cap.13.num.8.verſ. vndecimo,Ceballos in pract.q.585.numer.15. Ocon.ſupra.num.71.Lælius Zechus de republ.Eccleſ.c. 24. num. 6. verſ.ſexto debentur pag.265.Thom.Zerola 1.par.prax. Epiſcop. §. diſtributiones verſ.octauo debentur fol. 74.Monet.2.par.quæſt.5.num.80.& pulchre Nauarr.lib.3.tit.de cleric.non reſid.conſil.9. ex princip.ſubdens in n.9. quod licet indicia ſufficiẽter efficiãt capturã iuſtã, quo ad hoc vt index capiens excuſetur à delicto,& culpa male capiendi; non tamen efficiunt,vt ſit iuſta quo ad id,ob quod eſt captus; vnde exiſtimat,expectandã eſſe ſentẽtiã, vt ex ipſa appareat,an iniuſte fuerit in vinculis detentus, ſi namq; abſolutus & innocens fuerit iudicatus,debẽtur ei diſtributiones,eo modo quo ſupradictum eſt;quam etiam opinionem ſequitur Monet.in d.2.p.q.5.ex num 81.

54 Item cum tẽpore ceſſationis à diuinis clerici non inſeruiant Eccleſiæ,vt dicitur in c.ſi canonici de offi.Ord in 6.cum ex magis cõmuni doctorum opinione introductum ſit, vt eo tempore non poſsint celebrari diuina officia,vt trad.Lud.Lop.in inſtr.conſ.2.p.c. 21.de ceſſat.à diuin.in verſ.his nihilominus pag.961.Couarr.in c.Alma mater.2.p.§.4.n. 7.appellat hanc opinionem veriorem & vſu receptam, quem etiam ſequuntur Viuald. in Candel.2.par.tit.de ceſſat.à diuinis nume. 6. Anto.Gomez in explicat Bul.Cruz.ad fin.illius pag.121.verſ.ſecunda regla.& in explic. quinte clauſulæ dictæ Bullæ num.16.ex fol.58 vbi etiam optime ſatisfacit argumentis pro contraria opinione adductis,quod etiã pulchre præſtitit defendens eandem opinionem Gutierrez lib.1.can.quæſt.c.10.ex nu.4.verſ. nihilominus,qui omnes aſſerunt,celebrari diuina non poſſe tempore ceſſationis generalis,etiam ſeruata forma c.alma mater de ſent. excomm.in 6.reprehenduntq; eorum opinionem,qui dictum cap.alma mater in §.adijcimus extendunt ad generalem ceſſationem ad inſtar generalis interdicti;quo fit audiendos non eſſe doctores contrarium aſſerẽtes,quos referunt Viuald.ſupra,Couarr.d. nu. 7. verſ. quinto & Gutierrez in d.num.4.Sunt tamen in hac difficultate conſulendi Henriq.lib.13. cap.53.nu.1.& 2.& Monet.2.p.quęſt.16.n.9.

55 Cum igitur eo tempore clerici non celebrẽt diuina,nec inſeruiant Eccleſiæ,non conſequuntur diſtributiones quotidianas,ſed potius cædunt ipſi Eccleſię ; tenebitur tamen ipſis clericis ſatisfacere is,cuius occaſione ceſſatũ eſt,vt probat tex.in d.c.ſi canonici §.ſi autẽ, & trad.Menoch.de Arbitr.caſ.180.numer.4. Gomez in dicta explicat.ad quintam clauſulam in vltim.verb.fol.68.& in fine dictæ Bullæ Reg.35.fol.124.Alphon.Vega in ſum.1.p. cap.103.caſ.6.in final verb.Henrriq.lib.13.c. 52.num. 3. Optim Ant. Campos de ceſſat.à diuinis ex num.98.verſ.ſi autem & in titul. Declaracion de lo que ſe ha de guardar en tiempo de ceſſacion in 34. & finali declaratione,Monet.2.p.q.16.num.36.Couar.c.Alma mater 2.p.§.4.num.7.verſ.tertio eandem opinionem.Ex quibus colige caſum, in quo abſens à celebratione diuinorum officiorum percipit diſtributiones. Quæ autem ſit iuſta cauſa ob quam à diuinis ceſſare poſsint clerici,declarat optime Menoch. in dicto caſu 180.ex num.5.

56 Item clericus excommunicatus pro cauſa Eccleſiæ,& defenſione ſuorum iurium, lucratur(etſi diuinis non interſit)fructus,& diſtributiones beneficij;Gutier.lib.1. Can. quæſt. cap.1.num.142.& 147.inferens in num. 150. eas pari ratione lucrari prouiſores & officiales generales à Capitulo, Sede Epiſcopali vacante deputatos,ſi excommunicentur ob cauſam officij,cuius eſt iuriſdictio,quã exercent.

De-

Determinationem virorum peritorũ vni-
57 uerſitatis Salmanticenſis, circa obſeruãda in ceſſatione à diuinis refert Bart. Medina in 1. p. inſtruc. de confeſ. c. 11. §. 14. ex fol. 44. Lud. Lop. in 2. par. inſtr. conc. c. 21. de ceſſat. à diui. pag. 962. lat. Ant. Gomez in fin. explicat. Bul. Cruz. in tit. nueua declaracion de lo que en tiempo del entredicho y ceſſacion à diuinis ſe ha y deue guardar ex fol. 121. vbi etiã examinantur conditiones decem, quæ dicta ceſſatio exigit, vt ſit legitima, de quibus etiam diſſerunt Alph. Vega in ſum. 1. p. c. 103. caſ. 6. Henrriq. lib. 13. tit. de excommunic. cap. 52. num. 2. Soto in 4. diſtinct. 21. q. 3. a numer. 2. verſ. tertia concluſio. De quibus omnibus optime agit Anton. de Campos de ceſſatione à diuinis in fin.

58 Aduertendum tamen eſt in hac materia, quod qui virtute alicuius Bullæ, vel priuilegij poteſt miſſam audire tempore interdicti, non poterit eam audire tempore ceſſationis à diuinis; vt tradunt Alph. Viual. in dict. titu. de ceſſat. à diuin. nu. 15. Rodrig. in ſum. 1. p. cap. 117. num. 3. & in explic. Bul. Cruz. §. 5. n. 8. Medin. in d. §. 14. verſ. Lo decimo, Couarr. in d. num. 7. verſ. nec tamen erit Ant. Bernar. in ſum. c. 34. num. 42. verſ. y por eſto, Vega in d. caſ. 6. verſ. regla ſexta, Nauarr. in Man. Lat. cap. 27. num. 189. in prin. Ant. Cãpos de ceſſacion. à diuin. ex num. 44. & in num. 90.

59 Interdicta Eccleſia, beneficiatus qui conſueuerat in ea reſidere, & non dedit cauſam interdicto, conſequitur diſtributiones quotidianas, ex Paul. Paris. conſ. 32. vol. 4. nu. 24. Monet. 2. par. q. 16. num. 29. Scrutin. Sacerd. 1. p. tract. 12. de interdicto. pag. 290. in fin. In iuſte etiã vel nulliter interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, recuperare debebit illas, cõſtito de iniuſtitia, vel nullitate Monet. 2. par. q. 15. ex num. 46. Monet. 3. p. q. 6. num. 46.

Item Eccleſia polluta lucrantur diſtribu-
60 tiones beneficiati, qui conſueuerunt in ea reſidere, nec pollutioni cauſam præbuerunt, & ita vidi practicari in hac Eccleſia B. Mariæ de Pilari in veſperis Purificationis ſanctiſſimæ Virginis, anno 1598. Nam cum ipſa Eccleſia eſſet polluta per magnã ſanguinis effuſionem iniurioſe ſubſecutam, ob quam non fuit in ea celebratum iux tex. in c. ſi Eccleſiã de conſecr. Eccleſ. vel altar. donec fuit reconciliata, & quia conſtitit præfatam Eccleſiam eſſe conſecratam, huiuſmodi recõciliatio debuit fieri per Epiſcopum, iux. deciſsionem tex. in cap. aqua de conſecr. Eccleſ. vel altar. Soto in 4. diſ. 13. q. 2. art. 3. ver. quod ſi fuerit & plures quos recẽſui in 2. p. collect. 135. n. 1. vbi annotaui, quod ceſſante priuilegio ſolus proprius Epiſcopus poteſt eam reconciliare vel alius Epiſcopus, cui ipſe commiſſerit vices ſuas; Quod etiam ſequuntur Rodrig. in ſum. 1. p. c. 154. n. 17, Lud. Lop. in 2. p. Inſtruct. conſcienc. c. 79. de Euchariſtia pag. 298. verſ. vnde iam, Lælius Zechus de Sacram. tit. de Miſſa c. 7. verſ. Eccleſia vero, doctiſsimus Didacus Nuño in 3. p. D. Thom. q. 83. art. 3. pag. 976. ante fin. Io. Azor. inſtit. Moral. lib. 10. c. 26. verſ. quinto decimo quæritur. Thom. Zerola in Prax. Epiſcop. 1. p. §. pollutio verſ. tertio vnum notato. Henriq. lib. 9. c. 27. n. 6. Lancel. Inſtitu. Canon. lib. 2. tit. 18. §. conficí autem. Quod notandum eſt aduerſus Emanuelem Sa in Aphoriſmis confeſ. tit. Eccleſia, nu. 20. aſſerentem, Eccleſiam etiam conſecratam recõciliari poſſe per ſimplicẽ Sacerdotẽ ex cõmiſsione Epiſcopi, aqua prius per Epiſcopũ benedicta cũ cinere, ſale & vino; qua in re (ſalua pace) iſte pater fuit decept⁹, nec illi⁹ ſentẽtia defendi poteſt, & ita in die ſequẽti Purificationis B. Mariæ ex licentia Illuſtriſ. & Reuerend. dñi Archiep. Cæſarauguſt. D. Alphonſi Gregotij fuit præfata Eccleſia reconciliata per admodum Illuſt. & Reueren. D. D. Petrũ Iayme Epiſcopũ Albarrecin. Diputatũ huius Regni in ipſo anno, & poſtea fundatorẽ inſignẽ Conuẽtus Albarrecin. Ord. Prædicat. & quamuis per aliquas horas diuina officia non fuerunt celebrata in ipſa Eccleſia, durante ſcilicet pollutione ipſius, nihilominus tamen diſtributiones fuerunt aſsignatæ omnibus miniſtris, vt patet ex libris Eccleſiæ de diſtributionibus in dicta die ſolutis, & idem etiam obſeruari vidi in eadem Eccleſia a die 14. menſis Nouembris, anno 1600. vſque ad diem 20. eiuſdem menſis & anni, quo tempore fuit ipſa Eccleſia polluta ex quadam ſanguinis effuſione iniurioſe ſubſecuta.

61 Quia tamen hæc materia frequens eſt, & quotidiana, aduertendum eſt ex doctoribus in cap. vlt. de cõſecrat. Eccl. vel alt. in 6. quod ad hoc vt Eccleſia dicatur polluta, aliqua neceſſaria ſunt, quorum vno deficiente non eſt polluta, nec conſequenter indiget reconciliatione: Primo vt homicidium, ſanguinis, vel ſeminis effuſio ſit publica, non enim ſufficit, vt ſciatur à duobus vel tribus, Abb. in cap. ſignificaſti num. 2. de Adult. Secundo vt ſit magna effuſio ſanguinis, Tertio vt fiat intra Eccleſiã. Quarto vt ſit voluntaria, ex quo dedu-

citur quod ſi homicidium ſit cauſatum vim vi repellendo, non eſt polluta Eccleſia; Soto in 4.d.13.q 2.art 3. Victor. in ſum. ſactam. tit. de Eucharistia. n.99. Silbeſt. vbo conſecratio §.5. Nauar. c.27 n.251. Item ſi aliquod horũ, quibus polluitur Eccleſia, interuenerit in Eccleſia, & ignoratur, & contingat, quod poſt octo dies venerit ad noticiam, ſi interim ibi fuerit celebratum, non opus eſt reconciliatione, quia vnica ſola celebratione dicitur Eccleſia reconciliata, Alph. Caſtr. lib.2.c. vlt. in fin. de lege pen. trad. Thom. Zerola in prax. Epiſcop. 1. p.5. pollutio in verſ. quinto nota to; qui etiam in verſ. ſeptimo aduertit. quod ſi quis percuſerit aliquem in Eccleſia cauſan do tumorem, qui poſtea opus ſit, vt aperiatur ferro, dicitur quod Eccleſia ſit polluta, quia percuſsio fuit iniurioſa; Ratio eſt, quia non eſt de eſſentia pollutionis Eccleſiæ vt sãguis exeat, ſufficit enim quod percuſio ſit iniurioſa, & quod ſanguis poſtea exeat in quantitate, ſecus vero (vt ipſe ait) ſi quis verberaret aliquem in Eccleſia cauſando liuorem,
63 quia tunc non eſt polluta Eccleſia.

Item Auditores Rotę Romanæ conſequuntur fructus & diſtributiones ſuarum præbendarum in abſentia, ac ſi actualiter reſiderent, ex Bulla Clem.7. incip. cõuenit & trad. Lælius Zechius de Repub. Eccleſ. c.11. nu.2. nec mirum quidem, quod eis hoc priuilegiũ concedatur, ſunt namq; domini Auditores de Rota viri inſignes & doctiſsimi vt trad. Corraſ. in Comment. lib.2. tit. 9. numer. 56. Optime Gom. in prohem. ad regul. Cancell. q.2. verſ. quarto pro iſta parte, Marta de tribunalibus vrbis cap. 3. ex num. 6. & vt alibi dixi merentur, vt his & alijs priuilegijs &
64 gratijs à Sede Apoſtolica condecorentur.

Item Collector generalis cameræ Apoſtolicę, Subcollectores, Aduocati, Procuratores fiſcales, & notarij in cauſis ſpoliorum & iurium præfatæ Cameræ, eorum officio durante nõn ſolum ſunt exempti à iuriſdictione ordinariorum, vt patet ex literis Pauli Tertij & Pij Quarti Greg XIII. & Sixti V. & notat Thom. Zerol. in prax. 2. p. 5. exempti verſ. 6. quamuis id deneget idẽ Zerola in 1. p. 5. exẽptio verſ. 5. tamen lucrantur diſtributiones quotidianas in abſentia, vt patet ex Bulla Sixti V. data Romæ in monte Quirinali, ſub annulo piſcatoris die 8. Maij 1590. ſui Pontificatus anno 6. & in cap. cũ ſicut accepimus, vbi adeſt Clauſula huius tenoris, concedentes eis & eorum cuilibet eorum officio durante, quod omnes & ſingulos fructus, ac diſtributiones, etiam mere quotidianas, quorumcumq; beneficiorum & præbendarum ſuarum, etiam ſi dignitates maiores poſt Põtificales, vel officia in cathedralibus, vel Metropolitanis Eccleſijs etiam Canonicatus in ſimul de iure conſuetudine, vel Sedis Apoſtolicę indulto & diſpenſatione quilibet eorum obtinuerit, in abſentia integre, libere, &
65 licite percipere valeat.

Item quamuis canonicatus vel beneficiatus, qui fuit priuatus Canonicatu vel beneficio, non percipiat quotidianas diſtributiones, cum dentur ratione Canonicatus, cap. dilectus, 1. cap. pro illorum iunct. ſuis gloſ. de præb. ſi tamen intra legitimũ tempus appellauerit, cum ſententia priuationis beneficij proculdubio ſit diffinitiua, à qua certiſsimi iuris eſt bis appellari poſſe, l.1. de appellation. legitimaq; appellatio ſuſpendit iudicatum quoad futurum, & quo ad pręſens extinguit l. ſi ad turpil. c. ſæpe de appell. interim ergo donec cognoſcatur de iuſtitia appellationis, & contra ſe tres ſententias conformes reportet, percipiet clericus iſte priuatus quotidianas diſtributiones pro tempore, quo diuinis interfuerit, & Eccleſiæ inſeruiet, & quãdo ſententia priuationis bis fuerit confirmata, carebit diſtributionibus & fructibus à die commiſsi criminis, vt formatæ contra eum inquiſitionis, vt optime tradit Monet. 2. pat.
66 q.17. ex num. 33.

Rurſus quoniam Eccleſia Dei, viris doctis illuſtratur, ad ipſiuſq; regimen ſunt literati valde neceſſarij, vt plura cumulando dixi in 1. p. collect. 15. num.1. & in 2. p. Collect. 56. num. 4. (atq; ideo ſancta Synodus Tridẽtina in ſeſ. 24. de refor. c.12. ait vt in Prouincijs, vbi id commode fieri poteſt dignitates omnes, & ſaltem dimidia pars Canonicatuũ in Cathedralibus Eccleſijs & Collegiatis inſignibus, conferantur tantum Magiſtris, vel Doctoribus aut etiam Licenciatis in Theologia, vel Iure Canonico; in dicta etiam ſeſ. 24 cap. 8. definitur vt in omnibus Cathedralibus Eccleſijs penitentiarius inſtituatur, vbi id cõmode fieri poterit, qui Magiſter ſit, vel Doctor, aut Licenciatus in Theologia, vel in Iure Canonico) huiuſmodi igitur Theologi ſi cauſa lecturæ vel prædicationis ſtudeant, diſtributiones quotidianas habere debent, nec illas capitulum poteſt eis denegare, quamuis diuinis officijs non interſint, vt trad. Coſin. in prag. ſanct. tit. de collatio. in §. primo, cum,

in

in gloſ.nihil.fol.224.& in gloſ.perdat & in gloſ.verb.diuinis fol. 225. & ibidem Rebuf. in gloſ.in verb.legem pag.303.& in glo.ver. abſens, & in gloſ. habeatur pagin. 311. & in gloſ.nihil perdat pagin.312.& rationem aſsignat, nam Canonicus Theologalis ſtudendo pro lectura aut prædicatione, non ſolum cenſetur pręſens eſſe, ſed etiam reſidere & intereſſe diuinis, quæ opinio vera mihi videtur, quamuis ab ea diſcedat Monet.2.par. quęſt.11.ex num. 72. & 73. niſi (vt ait) conſuetudine vel ſtatuto Eccleſię cõtrarium obtentum ſit.

Nec obſtat ſupradictis, ſi dicatur, quod ſtudentes vel docentes Theologiam, quamuis in abſentia percipiant fructus beneficiorum ſuorum, iux.tex.in cap.ſuper ſpecula. de magiſt.non tamen habent quotidianas diſtributiones, cap.licet de præb.quæ non dantur niſi diuinis officijs intereſſentibus, vt deciditur in cap.vni.de Cler.nõ reſid.in 6. ſicq. Sacra congreg. quæ præeſt interpretationi Concil.Trid.ad ſeſ.24 cap. 12. de reform. in vna tridentina reſpondit, abſentem cauſa ſtudiorum pro eo tempore non lucrari diſtributiones quotidianas; quæ ergo maior ratio extat, quare hic conferantur diſtributiones, illic vero denegentur? Reſpõdit enim Coſm. in dicta gloſ.nihil fol.21.quod in d.c.licet cũ ſimilibus lex fingit abſentes eſſe pręſentes, non vero diuinis intereſſentes, ideo non habent ſtudentes diſtributiones quotidianas, quas ex ſola pręſentia non habetent, niſi diuinis intereſſent, ideo fictio legis non plus operatur quam veritas, c.literas de temp. ordin.c.debitum de bigam. cum ſimilibus, ſed caſus de quo loquimur fingit Theologum, qui iam pręſens eſt, cũ reſidere teneretur, ab ſentem à diuinis pro ſtudio, vnde merito cõſequitur diſtributiones; quam etiam ſolutionem aſsignat Rebuf. in dicta gloſ. habeatur pag.311. Mihi tamen videtur huiuſmodi ſolutionem non plene ſatisfeciſſe dubio propoſito, quod augetur, ſi ſupponimus, quod canonicus ſtudet, vel legit in eadem ciuitate, vbi habet prębendã: quare ergo ſi legit in ipſa Eccleſia, habetur, ac ſi diuinis intereſſet, minime vero ſi legit in Vniuerſitate, quę eſt in eadem ciuitate, vbi habet prębendam? Cui difficultati non eſt ſatisfactum per ſolutionem ſuperius adductam a Rebuf. & Coſma.

Vnde ego conſidero aliter ditimendam eſſe controuerſiã, vt ſcilicet in d.c. ſuper ſpecula & in d. c. licet, docentem Theologiam deſeruire Eccleſię vniuerſali, quia ipſa indiget viris doctis, propterea ei in dictis iuribus conferuntur fructus beneficij in abſentia, at vero qui dat operam literis pro lectione aut prędicatione in eadem Eccleſia, vbi habet canoniam vel præbendam, non ſolum deſeruit Eccleſiæ vniuerſali, ſed etiam vtilitati & commodo ſuę Eccleſiæ particulari, quo caſu iuſte percipit fructus & diſtributiones, quamuis non interſit diuinis, quod optime probatur ex d.c.vni.de Cler.non reſid.in 6.ibi euidens Eccleſiæ vtilitas: quę verba de vtilitate propriæ Eccleſię intelliguntur, quia ſtipendium diſtributionum non debetur niſi ijs, qui Eccleſiæ illi inſeruiunt, cuius ſunt illæmet diſtributiones, Io. Andr. in c.vnico de cler.non reſid.in 6.numer.3.verſ. Item intelligendum eſt, & ibi Philip.Probus num.29.Anchar.num.4. in princ.Gemin.ibidem.5.qui vero num.8.Graff.p.2.lib. 3. cap. 15.num.11.verſ. item intelligendum eſt atq; ob hanc forraſſe rationem Sacr. congr. quę præeſt interpræt. Conc. Trident.hoc ipſum aperte declarauit, dum ad ſeſſ.5.cap.1. in vna Abulenſi in hæc verba ait: docentes & lectores Sacrę Scripturæ, quando legunt & illis diebus, quibus habetur lectio, licet ſint abſentes, habentur tamen pro pręſentibus, etiã quo ad diſtributiones quotidianas, quod plane intelligendum eſt, quando docent, vel legũt in propria Eccleſia, cui adſcripti ſunt; ne aduerſetur alteri declarationi eiuſdem cõgregationis ad ſeſſ.5.c.1.de reform. vbi abſolute declarauit, lectoré percipere non debere quotidianas diſtributiones, quod ſane per ſupradicta inteligendum eſt, quando in alia, non vero in propria Eccleſia legit, ex quibus optimo iure apud nos præualuit conſuetudo, vt Canonicus, vel quiuis alius pręb endatus per ſex dies habeatur in choro pro præſenti, diſtributioneſquè per id tempus percipiat, ſi pro concionando in eadem Eccleſia ſtudeat, ſecus vero ſi in alia, quia tunc non habetur vt pręſens, dum namque concionis lectionis ve parandę prætextu aut defatigationis, quę inde aliquando exiſtit cauſa, ſi à choro abeſt, diſtributionum illius officij particeps quis eſt, in quo pręſens non adfuerit.

66 Item qui cauſa ſuę Eccleſiæ proprię, cui adſcriptus eſt, à capitulo miſſus in aliquo publico munere, putã Magiſtratus, ſi Eccleſia illa haberet iuriſdictionem & imperium, vel ſaltem

ſaltem legationis ad Sũmum Pontificē, Principem, ciuitatem, cauſa quoq; gratulationis abeſſet, diſtributiones perciperet: is enim dicitur, rem vtilem Eccleſiæ ſuæ facere; & abeſſe cauſa ſuæ Eccleſiæ, vt docte adnertit Monet. 2 p. q 11. ex num. 92.

67 Alter caſus poteſt eſſe, ille quem referunt Rebuf. in prax. 3. par. tit. de diſpenſ. de non reſid. num. 34. & Coſm. in prag. Sanct. ritul. de collat. 5. primo cum in gloſ. nihil in fin. verb. pag. 225. Opt. Decian. conſ. 69. vol. 2. nu. 11. Salzedo ad Diaz in cap. 52. liter. C. verſ. quartus caſus pag 144. in fine, qui fuit deciſus in Conc. Conſtan. ſeſſ. 19. in. §. penult. videlicet quod beneficiati, qui adſunt Concilio generali, recipiant omnes fructus, etiam diſtribntiones, quæ dantur intereſſentibus diuinis officijs, nam cenſentur pręſentes, & habētur pro reſidentibus, vt ibi, etiā ſi caueatur, ſtatutis Eccleſię contrarium, quo in caſu derogantur. Quod etiam tenet Iacobat. de Concil. lib. 5. art. 6. in fin. verb. intelligendo dictum Concilium, dummodo pręfati beneficiati conſueti eſſent deſeruire Eccleſijs in diuinis; vnde intentio Concilij fuit, conſeruare tantum intereſſentes Cōcilio in eo ſtatu, in quo forent, ſi non acceſsiſſent ad Concilium: vnde ſi accedens non lucrabatnr antea diſtributiones, minime etiam percipiet pręſens in Cōcilio, vt recte annotauit Tiber. Decian. in d. conſ. 69. ex num. 9. in fi. & n. 11. vbi etiam notat, quod non admittuntur aſſiſtentes Concilio ad diſtributiones quotidianas omnium beneficiorum, ſi vnus plura haberet, perinde ac ſi vere in dictis beneficijs reſideret, ſed tantum intelligitur reſpectu vnius beneficij quoad diſtributiones quotidianas, quas præſens recipiebar. Ex quibus pulchre decidit Capitulum Taruiſinum, non teneri reſtituere, nec dare Epiſcopo Limocienſi, ſimul & Canonico Taruiſino abſenti in Concilio Tridentino, diſtributiones quotidianas debitas Canonicis Taruiſinis, interreſſentibus diuinis officijs, cum dictus Epiſcopus antequam ſe conferret ad Concilium, non faceret reſidentiam perſonalem pro canonicatu, nec tanquam Canonicus intererat Concilio, ſed vt Epiſcopus. Vnde iura & fructus Epiſcopatus habebit, ac ſi in eo reſideret, non vero Canonicatus, cum ibidem ante dictum Concilium non adeſſet, nec perciperet diſtributiones Canonicatus: ex quibus certe infertur, non recte ſenſiſſe Monet. in 2. par. quæſt. 11. num. 90. aſſerentem Canonicū qui præſens eſt Concilio generali, non poſſe percipere quotidianas diſtributiones, contraria namq. ſententia verior ex dictis apparet, & tenenda.

Aduerte autem, quod qui tanquam Theologus vel Canoniſta Concilio intereſſet nomine ſui Capituli ab eo miſſus, quia tunc rem ſuę Eccleſię vtilem ageret, perciperet in abſentia quotidianas diſtributiones, Monet. 2. par. quæſt. 11. num. 91.

Idem pari ratione videtur dicendum de clericis, qui adſunt Concilio Synodali vel Prouinciali, non enim ipſis proprium munus debet eſſe damnoſum, argum. l. videlicet. ff. ex quib. cau. maior. vt trad. in expreſſo Salzedo cap. 52. in lit. C. pag. 145. verſ. idemque pari ratione, cum ij pro vtilitate Eccleſiæ adeſſe cenſeantur. Contrarium tamen habemus deciſum in conſtitut. huius Archiepiſcopatus Cęſarauguſt. in tit. de Cler. non reſid. incip. Cum iuxta ſanctiones canonicas fol. 21. vbi fructus tantum beneficiorum, non vero diſtributiones iubet conferri commorantibus in Synodo vel Concilio Prouinciali. Arbitror tamen, quod vbi talis conſuetudo vel ſtatutum non vigeret, poſſe Capitulum Eccleſiæ declarare, abſentes ob hanc cauſam lucrari diſtributiones, cum id cædat in vtilitatem Eccleſiarum, cum frequenter vel vt in plurimum tractetur de condendis ordinationibus Eccleſiaſticis, de temporalium & ſpiritualium rerum Eccleſiaſticarum reparatione & incremento; & quamuis conſuetudine effici non poſſit, quod quotidianæ diſtributiones debeantur abſentibus, qui non interſunt diuinis officijs, id tamen procedit in generali conſuetudine, ſecus autem ſi eſſet conſuetudo ſpecialis priuilegians aliquem ex aliqua iuſta vel rationabili cauſa, neceſſaria vel vtili ipſi Eccleſię, qualis eſt iſta, de qua loquimur, quia tunc valida eſt huiuſmodi conſuetudo, vt pluribus allegatis probat Hojeda in dicto cap. 17. num. 10. & Dueñas Reg. 206. verſ. limita primo.

68 Ob ſupradictam etiam rationem infero, valere Eccleſiarum conſuetudinem, vt diſtributiones conferantur illis, qui abſentes à diuinis nomine & iuſſu ſuarum Eccleſiarum occupantur in computatione redditnum, vel ſumptuum ipſarum Eccleſiarum, Monet. 2. par. quæſt. 11. num. 47. qua ratione idem obſeruandum eſt, dum ijdem occupantur in cōputatione quartędecimæ, charitatiui ſubſidij, & ſimilium rerum, in quibus de cōmodo,

do, vtilitate, vel damno Eccleſiarum agitur.
Ex ea ratione etiam, quia quandocumq. con
tigerit aliquis caſus, in quo Iure Pontificio
ſcripto, non ſit expeditum, abſentibus nō de
beri diſtributiones, imò ex eodem iure cum
69 ſit ambiguum, an debeantur, poterit conſue-
tudo hanc ambiguitatem interpretari, & de-
clarare, cum nihil nouum, nec iure contrariū
apertè ſit per eam inductum, vt trad. Couar.
in dicto cap. 13. num. 3. ante fin. & Hojed. in
d. cap. 17. num. 12. Dueñas Reg. 206. verſ. li-
mita tertio. Vnde cum in prędictis & ſimili-
bus caſibus non ſit de iure contrarium de-
ciſſum, imò ipſis fauere videatur tex. in d. c.
vni. de cler. non reſid. in 6. ibi Eccleſię vtilita
te, eſt dicendum, validam eſſe cōſuetudinem
ſpecialem, qua pro ipſis negotijs abeſſe con-
ceditur, & quando circa hoc eſſet aliqua iu-
ris ambiguitas, eam poteſt conſuetudo de-
clarare.

70 Ex dictis etiam infertur, optimo iure præ-
ualuiſſe conſuetudinem in omnibus Eccleſijs
Cathedralibus & Collegiatis inſignibus hu-
ius Regni, vt Canonici earundem extracti in
Diputatos, vel in aliud Regni officium, ſimi-
liter etiam electi, vel nominati à Capitulis
ipſarū Eccleſiarum, vt accedant ad curias ge
nerales, quę celebrari ſolent, à domino noſtro
Rege, obtineant diſtributiones quotidianas
in abſentia, dum exercent prædicta munera
& officia, ac ſi diuinis interfuerint. Cū enim
in prædictis curijs & officijs frequenter aga-
tur de conſeruandis priuilegijs & libertati-
bus Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum, & nè
vectigalibus & alijs oneribus, vel legibus ve-
xentur Eccleſiæ, quibus ipſi adſcripti ſunt, &
ad hoc impediendum aſsiſtant nomine Ec-
cleſiarum aliqui Canonici & Prælati Regni,
meritò dicendum eſt, pro vtilitate omnium
Regni Eccleſiarum, eos intereſſe hiſce acti-
bus, & officijs, lucrariq. diſtributiones quo-
tidianas iuxta diſpoſitionem tex. in d. c. vni.
71 de cler. non reſid. in 6. Ex his tamen non li-
cet inferre, quod aliqui minus rectè opinan-
tur, ſcilicet conſiliarios Eccleſiaſticos Regū,
vel Principum ſecularium, eodem etiam frui
priuilegio, conſequiq; poſſe diſtributiones
quotidianas in abſentia, aiuntq. ipſos, non
tantum abeſſe pro vtilitate reipublicæ, ſed
etiam ipſarum Eccleſiarum; contingit namq.
Eccleſias plures & diuerſos habere proceſ-
ſus, ad cauſam ſui patrimonij redditunm &
aliorum iurium, tam temporalium, quam ſpi
ritualium ſpectantes, pro quorum conſerua-
tione eſt ipſis Eccleſijs fauorabile, vt eligan-
tur, & creentur conſiliarij Eccleſiaſtici, vt eos
proſequantur, vt ſic faciliùs eorum negotio-
rum expeditionem aſſequantur: vnde opti-
mo iure poſſe huiuſmodi conſiliarios conſe-
qui diſtributiones arbitrantur, iux. tex. in c.
vni. de cler. non reſid. in 6. vbi pro vtilitate
Eccleſiæ abſentes eas percipiunt.

Ego tamen verius exiſtimo præfatos Con
ſiliarios Regis lucrari fructus beneficij in ab
ſentia, non tamen conſequi diſtributiones
quotidianas cum Plaza de delict. c. 19. n. 23.
ad med. Boer. deciſ. 17. per tot, non enim ſuf-
ficiunt prędictæ cauſę ad obtinendas diſtri-
butiones in abſentia, ſicuti videmus eas mi-
nime ſufficere, vt deſeruientes Epiſcopo, vel
Romano Pontifici ipſas lucrentur, vbi ma-
gis frequenter tractatur negotia Eccleſiarū,
quam in Curijs & Conſiſtorijs Principum
ſæcularium, vt patet ex. c. de cętero & in cap.
cum dilectus & ibi gloſ. in verb. fructus de
cler. non reſid. Ratio autem quare obtinen-
tibus ſupradicta officia Diputationis & ſimi
lia, conferantur diſtributiones, non verò ob-
tinentibus ea, de quibus hic agitur; illa mihi
videtur potiſsima, quia pro eligendis his ma
gis quęritur induſtria perſonæ ad dicta offi-
cia obtinenda, an videlicet ſit literata, & in
negotijs arduis expediendis perita, ad ip-
ſaquè munera ſubeunda benemerita, quam
quod ſit canonicus, vel an id ſuæ Eccleſię ſit
vtilius; vnde cum non conſulatur beneficio
Eccleſiæ, cui adſcriptæ ſunt in dicta electio-
ne, ſed tantum inſpiciatur induſtria & peri-
tia perſonæ electę, non mirum ſi Eccleſia hu-
iuſmodi electis non faueat ſuis muneribus &
gratijs, nec conferat diſtributiones in abſen-
tia, quod ſecus fieri ſolet in ijs, qui eliguntur
Diputati, ſeu in alijs Regni officijs, vel vt in-
terſint congregationibus generalibus Regni.
Ipſi namq. & ſi frequenter eligantur peritio
res, nominantur tamē habito reſpectu, quod
ſunt Canonici, ita quod ſi ipſis deficeret
illa qualitas Canonicatus, non poſſent eligi,
nec inburſati in officijs Regni, cum nomine
ſuarum Eccleſiarum interueniant in prædi-
ctis Curijs & officijs, repręſentantes capitu-
la & capitulares Eccleſiaſticos totius Regni:
vnde non mirum, quod ab Eccleſia gratijs &
fauoribus honorētur dicti Canonici, & quod
diſtributiones ipſis abſentibus conferantur;
Et hæc mihi videtur genuina & vera ratio,
quare diſtributiones quotidianas lucrantur
Diputati & alij officiales Regni, qui eligun-
tur

tur cum qualitate, quod ſunt Canonici, minime vero eas conſequuntur Conſiliarij Regij, Cancellarius Competentiarum & alij officiales, ex eo præſertim, quia non eliguntur attenta prædicta qualitate Eccleſiarum, vel Canonicatuum, quos poſsident; ſed tantum attenta eorum induſtria, & maxima ſufficientia, quibus magnopere decorantur, vt ad huiuſmodi honores & officia promoueri valeant à Principibus ſecularibus. Vnde quamuis ita promoti ad huiuſmodi dignitates gerant aliqua negocia Eccleſiæ, non tamen ex eo ipſis conferri debent diſtributiones quotidianæ, cum ex quadam antidorali obligatione ad id teneantur, vel aliter ipſis ſatiſfieri poſsit, & ita audiui annis elapſis obſeruari in Eccleſia Tiraſonenſi, cum Illuſtri admodum & Reuerendiſ. Domino D. Catolo Muñoz meritiſsimo Epiſcopo Barbaſtrenſi, inſigniq. fundatore Conuentus de Graus Ordinis Prędicatorum, olim vero Canonico ipſius Eccleſię Tiraſonenſ. qui cum ob eius ſummam eruditionem cum prudentia coniunctam, gereret grauiſsima negocia de mandato domini noſtri Regis, circa diſmembrationes fere omnium Epiſcopatuū huius Regni, poſtea etiam dum eſſet Iudex competentiarum iuriſdictionum Regni, & demum dū eſſet Regens ſupremi Conſilij Regnorum Coronę Aragonię, in omnibus prędictis officijs & dignitatibus, nunquam obtinuit diſtributiones Canonicatus abſens à diuinis, bene tamen, dum tanquam Canonicus præfatæ Eccleſię officium Regni ſunctus fuit; & idem ſimiliter vidi obſeruari in Eccleſia Metropolitana Cæſaraug. cum Illuſtr. Admodū & Reuerend. domino D. Martino Terrer hodie Epiſcopo Turolenſi, tunc verò ipſius Eccleſię Canonico, qui dum fuit Iudex Competenciarum, abſens à diuinis, non fuit lucratus diſtributiones, benè tamen quando extractus fuit vt Canonicus in aliquod Regni officium.

72 Ex dictis infertur, ſede epiſcopali vacāte, Canonicos Cathedralis Eccleſiæ creatos & electos in Vicarios Generales, Officiales, & Viſitatores lucrari diſtributiones, abſentes à choro, etiam ſi ratione prefatorum officiorum eis aſsignetur ſalarium; quia cum de iure ſuccedant, qui ſunt de Capitulo, in ijs officijs conſequuntur, quod eis competit, vt in ſuperioribus de extractis in Diputatos Regni dictum eſt.

73 Ex ſupradictis etiam infertur, lucrari etiā diſtributiones in abſentia, Iudices in Concilijs Prouincialibus deſignatos, iuxta deciſionem Concil. Trid. in ſeſſ. 25. cap. 10. de reforma. quibus cauſę à ſede Apoſtolica delegantur, dum enim de ipſis cognoſcunt, quamuis non interſint diuinis, conſequuntur diſtributiones; cum ratione Canonicatus & prebendarum, quas poſsident, ad id munus eligantur: vt prob. tex. in c. ſtatutum de reſcrip. in 6. vnde non debet eis eſſe damnoſum tale officium, ſed per ſuperius dicta lucrantur diſtributiones. Qui ſi ob eam cauſam, quam gerunt excommunicentur iuſte vel iniuſte, nō ſolùm fructus præbendę lucrantur, vt arbitratur Gutierez in dict. cap. 1. num. 151. ſed & diſtributiones conſequi debere, per ſupra dicta, iuri conſonum eſſe cenſeo.

74 Eas ſimiliter diſtributiones arbitror lucrari examinatores beneficiorum, ſi ſine fraude abſunt à choro, vt ex deciſione 526. dominorum Cardinalium interpretum Sancti Concilij Trid. tradit Lælius Zechus de Republic. Eccleſiaſt. tit. de beneficiatis num. 13. ad fin. (quamuis contrarium affirmet Monet 2. p. quæſt. 11. nu. 61.) Ait enim prędictus Lęlius, Canonicum, qui cauſa examinis, vel tanquā examinator à Synodo Diœceſana electus ex decreto Concil. Trid. Seſſ. 24. c. 18. de Refor. vel alia ratione ad examē deputatus fuit, diſtributiones lucrari, dum ea de cauſa à choro ſine fraude abſit.

Aduerte autem quod Monet. 2. pat. q. 11. num. 62. & 63. fatetur, quod quamuis Canonico abſenti cauſa viſitationis ſibi demandatę ab Epiſcopo, ſecluſo priuilegio, conſuetudine, aut ſtatuto, non debeantur diſtributiones quotidianę, dum cauſa viſitationis à choro abeſt, vbi autem cum Epiſcopo, ſeu eius Vicario generali, aut de illorum alterius mandato, Eccleſiam propriam viſitaret, ei debentur quotidianæ diſtributiones.

75 Item Parochus, cui imminet animarū cura, ſi non interſit diuinis ob Sacramētorum adminiſtrationem, vel ſepeliendum mortuos, non priuatur diſtributionibus, imò ex integro ei conferuntur, dum curam exercet; cum non debeat ſuum officiū eſſe damnoſum, argum. l. cum quidam C. de adminiſtr. Tutor. cum ſimilibus, nec teneatur proprijs expenſis militare, cap. cum ex officijs de preſcrip. & tradit Lęlius Zechius de Repub. Eccleſiaſtica cap. 24. num. 6. verſ. & diſtributiones debentur, pag. 265. & in pag. 270. verſ. ſi verò cura eſſet, Thomas Zerola in prax. Epiſcop.

1 par.5.diſtributiones num.3. verſ. ſecundo debentur.Quod ſecus, circa hoc munus ſepe liendi mortuos, aliquibus viſum eſt, quo ad alios Clericos, & Eccleſiæ præbendatos: ij enim,ſi ob hãc cauſam diſcedant,vel abſunt à diuinis priuãtur diſtributionib⁹: & hęc eſt praxis(vt ſepe audiui)quã pluriũ Eccleſiarũ.

76 Conſtitutione etiã ipſarũ Eccleſiarũ caue tur,quod Clerici recedentes à choro,dũ diuinum officiũ canitur,lucrantur diſtributiones,ſi id fieri contingat, ob celebrandã Miſſam,Monet.2.p.q.11 ex nu 48.verſ. infertur tertiò,& ex nu. 52.vel ob ſacramentalẽ confeſsionẽ audiendã,Monet. d.q.11.nu. 65. & 68.qui id procedere cẽſet,non ſolũ in Pœnitentiario,qui ex decreto Conc.Trid.ſeſſ.24. c 8.de refor.in omnibus Cathedralibus Eccleſijs,vbi id cõmodè fieri poteſt, inſtituendus eſt,vbi inſtitutus nõ fuerit; ſed etiam in alijs,qui hoc onus ſubeunt, cõſuetudine induci poſſe, ait,vt dum audiunt confeſsiones tempore diuinorum , percipiãt quotidianas diſtributiones. Similiter poſſunt percipere illas , qui ad aſſociandum Dominicum corpus, dum ducitur ad infirmos, abſunt à choro,quod apud viros doctos & pios laudabile viſum eſt,idquè in hac alma Eccleſia Beatæ Mariæ de Pilari obſeruatur,dũ tamen ad minus decẽ, aut duodecim Clerici remaneant,vt deſeruiant choro , & diuina officia pſallant, ne Eccleſia miniſtrorũ & choro inſeruientiũ defectum patiatur;argu.c.cum ad hoc,de Cler.non reſid.quod autem debeantur diſtributiones Sacerdoti audienti ſacras confeſsiones, vel miniſtranti alia Sacraméta intra Eccleſiã,vel extra,ſatis probatur ex Cõcil.Trid.ſeſſ.24.c.8.quod incipit , Apoſtolus monet,in finalibus verbis,& trad. Thom.Zerola in prax.Epiſcop.1.p. §. diſtributiones, nu.3.verſ.tertio Sacerdoti.fol.60.

77 Quãuis Clericus abſens,per aliũ deſeruiẽs, nõ lucretur diſtributiones,vt docet Calderi. conſ.vnic.de Cler.nõ reſid. Couar.lib.3.var. cap.13.nu.2.Monet.2.p.q.5.nu. 20. & q.12. num.47.verſ.limitatur quintò;id tamen non procedit,quando conſuetudo immemorialis eſſet in contrariũ.quod quis per alium inter eſſendo,& ſeruiẽdo Eccleſiæ,lucretur diſtributiones etiam quotidianas: ea namq. conſuetudo erit admittenda,vt pluribus cõprobat Auguſt.Beroi.q.114 ferè per totã,quem
78 ſequitur Monet.d.q.12.nu.48.

Quamuis abſens cauſa peregrinationis nõ debeat haberi pro præſente in choro,vt per cipiat diſtributiones,vt reſpondit ſacra Congregatio Trid.Concil.ad ſeſſ.24.c.12. de refor.teſte Alex.Monet.2.p.q.5.ex nu.51.quia hæc abſentia neceſſaria non eſt , neq. ad aliquã ex cauſis expreſsis in d.c.vni. reducitur. Vnde, ſiue quis peregrinetur ex deuotione, ſiue ex voto,nõ lucratur diſtributiones quid quid dicat Monet.2.p.q.13.nu.46.quia in c. conſultationibus de offic.Delegat. abſolutè æquiparãtur abſentia,cauſa peregrinationis, & cauſa ſtudiorũ. Et cũ abſentes cauſa ſtudiorũ non percipiãt diſtributiones iuxt. c. licet, de præb.idem videtur dicendũ de eo,qui ab eſt cauſa peregrinationis;alias ex voto occaſionẽ ſumeret fraudandi Eccleſiã, illi debitũ obſequiũ,& cultum non præſtando.Imò etiã ſi peregrinentur de licentia Epiſcopi, tãtum conſequuntur fructus groſſos.Zerola in praxi. 1.p. §. diſtributiones verſ. ad tertium in final.verbis.

79 Clerici tamẽ beneficiati, qui crucis aſſum pto charactere, ad hæreticorũ exterminium ſe accinxerint , percipiunt redditus beneficiorum,& diſtributiones quotidianas , ſicut etiã lucrantur illas, proficiſcentes ad liberandam terram ſanctam, c. excommunicamus.1. §.Catholici de hæret. Marian. Socin.in c.ad liberandũ n.4 de Iudęis,vbi etiã Felin. n. 6. Caſſador.deciſ. vni.de Cler. non reſid.nu.1. Et hæc dicta ſufficiant de hac prima quæſt.

Quæſtio ſecunda.

An Canonico nõ legitime impedito, ſatis ſit ad lucrandas diſtributiones quotidianas, recitare priuatim horas, antea, vel poſtea, in domo, vel Eccleſia, & ſolum præſentialiter adeſſe in choro, abſque hoc, quod cum alijs ibidem cantet,aut recitet?

SVMMARIVM.

1 *Canonicus aſſiſtens in choro,ſi non recitat & pſallit cum alijs , tenetur ad reſtitutionem diſtributionum iuxta aliquorum ſententiam.*

2 *Canonicat⁹ eſt inſtitutus ad diuina facięda in choro.*

3 *Aſſiſtens in choro, non ſatisfacit præcepto dicendi horas,dicendo ſuos verſus ſummiſſe.*

Digitized by Google

4 *Diſtributiones quotidianæ ſolum dantur ſubſeruientibus Eccleſię perſonali miniſterio, in celebratione diuinorum officiorum.*

5 *Canonici non tenentur cavere in choro canta figurato, quod vulgo dicitur, Canto de Organo.*

6 *Canonicus ſola præſentia corporali in choro aſsiſtens, licitè recipit diſtributiones quotidianas, etiam ſi non recitet, ſecundum opinionem Medinæ, & quo pacto ſit vera num. 13.*

7 *Nullum diſcrimen reperitur in iure inter Canonicos, & Beneficiatos, quantùm ad cauſam & culpã, ratione cuius, priuandi ſunt diſtributionibus.*

8 *Opinio Medinæ ſupra adducta nõ placet auctori.*

9 *Leges, quamuis rigidæ, ſeruandę ſunt, & ſecundũ ipſas iudicandum eſt.*

10 *Ad lucrandas diſtributiones, non ſufficit pręſentia corporalis in choro, ſed aliqualis attentio, ſaltem ad verba, neceſſaria eſt.*

11 *Declaratur opinio Cordubæ.*

12 *Canonici iuxta conſuetudinem, pſallere in choro non tenentur, cum limitationibus ibi poſitis, & nu. ſequen. & licitè diſtributiones percipiunt.*

13 *Conſuetudine poteſt introduci, vt diſtributiones dentur abſentibus.*

14 *Vera auctoris reſolutio in propoſita quæſtione.*

15 *Clerici etiam ſi non habeant voces ſonoras, tenentur canere in choro.*

16 *Declaratur caput 12. ſeſſ. 24. Concil. Trid. & refutantur Petr. Aragon, & Petr. Nauarra.*

17 *Declaratur motus proprius Pij V. circa horas Canonicas.*

1 NON leuis extat difficultas inter ſcribentes, an Canonicus nullo canendi, pſallẽdi ve impedimẽto detẽtus, in choro aſsiſtens, horis nocturnis, atq. diurnis, ſola corporali præſentia, iuſtè in foro conſcientiæ, diſtributiones, quæ Canonicis alijs aſsiſtẽtibus, & pſallentibus dari ſolẽt, percipere valeat; an verò teneatur ad reſtitutionẽ diſtributionũ ſic perceptarũ. Quidam enim exiſtimãt, teneri ad teſtitutionẽ dictarũ diſtributionũ, ſi non pſallit, & recitat cũ alijs: quã opinionẽ ſequitur Soto de iuſt. & iur. lib. 10. q. 5. ar. 4. pag. 881. verſ. Aut enim animaduertendũ. Nauar. lib. 3. conſil. rit. de celebr. miſſ. conſ. 13. nu. 2. de horis Canonicis. c. 10. n. 47. & c. 11. n. 41. & in Miſcel. de orat. 79. Iacob. de Graff. lib. 2. deciſ. cap. 52. nu. 22. & c. 53. ex n. 4. late Alex. Monet. de diſtrib. quotid. 2. p. c. 2. ex nu. 31. Eman. Rodr. in ſum. caſ. conſc. to. 1. c. 43. num. 5. Ludou. Beja in reſponſ. caſ. conſc. caſ. 55. p. 1. Hanc etiã ſentẽtiã videtur amplecti grauiſsimus Pater Raphael de la Torre to. 1. de partibus potẽtialibus iuſtitię, tit. de horis Canonicis, controueſia. 10. diſputatione 7. pag. 358. Quorum Doctorum ſententia ijs rationibus corroboratur.

2 Prima deſumitur ex natura inſtitutionis Canonicatuũ, quæ quidẽ eſt, diuina facere in choro, & nõ veluti mutus ſedere, ſed pſallendo aſsiſtere; vt apertiſsimè ſtatuit Tridentina Synodus ſeſſ. 24. c. 12. de refor. loquens de Canonicis, & Dignitatibus in Eccleſijs Cathedralibus inſtitutis in hæc verba: Omnes per ſe diuina, & nõ per ſubſtitutos, cõpellantur obire officia, atq. in choro ad pſallendũ inſtituto, hymnis, & canticis, Dei nomen reuerenter, diſtinctè, deuotèq. laudare. Si ergo hęc eſt natura & ratio inſtituti ipſorũ, fit vt debito ſui officij minime ſatisfaciãt, qui ſolã naturalẽ, & corpulentã præſentiã exhibent.

Neq. ſatisfaciunt dicentes, nõ fuiſſe illud præceptũ impoſitum Canonicis, ſed Prælatis iuſiſſe vt cõpellant Canonicos, id facere, vt Eccleſia ſuo antiqno nitori reſtituatur; quod ſi Pręlati id neglexerint, peccabũt, non verò Canonici, ſi habeant cõſuetudinẽ præſcriptã non pſallendi in choro. Quoniã Synodus ſupponit præceptũ primæua inſtitutione Canonicatuum tale eſſe, vt patet ex illis verbis; in choro ad pſallendũ inſtituto. Et quãuis pręceptũ immediatè ad Prælatos, ad id cõpulſuros dirigatur, mediate ad Canonicos ipſos dirigirnr; fruſtra enim daretur Pręlatis talis compellendi facultas, ſi ipſi Canonici ſe poſſent ſua cõſuetudine defendere, & excuſare.

Secundo id confirmatur ex Concil. Baſil. ſeſſ. 21. de quo in Pragm. ſanct. Gallic. tit. quo modo diuina officia ſint celebrãda. §. ſtatuit igitur, fol. 128. vbi dicitur, quod cum pſallendi gratia ibidẽ cõueniãt, muta & clauſa labia tenere non debent; ſed omnes, pręſertim qui maiore funguntur honore, in Pſalmis, Hymnis, & Canticis., Deo alacriter modulentur. Vides iam quomodo Patres aperte dicant, non ſtare, ſed pſallere in choro, non clauſa labia iunctaq. tenere; ſed Deo reuerenter, & diſtincte modulari debere; qui ergo id nõ adimpleuerint, ſuoq. muneri ex officio minimè ſatisfecerint, obligãdi erunt ad reſtitutionẽ. Et idẽ viſſus eſt ſentire Iacob. Mainer. in Enchir. Iud. Eccleſ. notab. 119. ſubdẽs quod illi qui tenẽtur intereſſe diuinis officijs, minime ſatisfaciũt, niſi cũ effectu adſint, celebrãdo & canendo, & officiũ non implent, & obſequia non præſtant in choro, non dicẽtes officium

cum

cum alijs Clericis; imo ab eo abeſſe videtur puniri q. poſſe dicebat Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 5. num. 6.

Tertio vt ait Illuſtriſs. & Reuerendiſ. Dominus Cardinalis Caietanus Angelici Doctoris D. Thom. acutiſsimus interpres Ordiniſquè Prædicatorum decus, & ornamentum maximum, tom. 1. Opuſc. tract. 31. reſponſ. 8. non ſatisfacit pręcepto dicendi horas, ad lucrandum diſtributiones quotidianas, Canonicus, aut Prælatus qui eſt in choro, & partem dimidiam nō canit, etiamſi illam recitet ſummiſſe, & aliam dimidiam partem audiat, idem Caiet. in ſum. in verb. Horæ, in fin. Armilla ibi. num. 22. Nauar. in Enchir. cap. 10. num. 47. & cap. 11. num. 42. & cap. 21. Miſcel. 79. Ergo multominus illas lucrabitur, ſi nullam partem ibi cum alijs recitet, nam ratio chori conſiſtit, in communicatione vnius cũ alio; ita vt quidquid diuini officij ibi dicitur, ſit commune alteri, & hoc eſt per ſe in tali modo alternatiuo dicere, ad quē chorus eſt inſtitutus, ſic dictus quaſi conſentio cantantium, vel in ſacris multitudo collecta, alternatim reſpondētes Clerici in duplici choro cōſtituti, iuxta ordinem Beati Ignatij, qui poſt Petrum fuit tertius Epiſcopus Antiochenſis, denotantes Angelos & ſpiritus iuſtorum laudantium Deum, quaſi reciproca voluntate, vt referunt Paul. Fuſc. de Viſitat. cap. 20. lib. 1. nu. 2. Francolin. de Horis Canon. 1. p. c. 3. ex nu. 26. Guiller. Durand. in Ration. diuin. Offic. lib. 1. c. 1. nu. 18. probatur & explicatur hoc magis. Quia quilibet obligatus ad officium diuinum, tenetur ad totum officiũ dicendum c. 1. de celebrat. Miſſ. ergo, vel per ſe, vel per communicationem cum alio; cum autem dicit totũ per ſe, tunc poteſt ſibi ſummiſſe dicere, vt autem cum alio dicat, oportet vt illi communicet orationē ſuam, quod non facit, quando ſibi ſoli dicit. Etenim cum aliquis ſic partem ſuam dicit, non vt communē, ſed vt propriã, non cōmunicat in ea cum altero; igitur non communicat cũ altera parte chori, ac proinde non ſatisfacit. Confirmatur quia vt ſatisfaciat in choro, debet dicere partē ſuã, non qualitercũq. ſed vt cōmunem, quod nō dicit, qui ſummiſſe dicit, quia dicit vt propriã. ergo recitãs per ſe, & nō cũ alijs, non ſatisfacit obligationi connexę choro, atquè adeo, nec diſtributiones huic coniunctas lucrabitur.

Quartò diſtributiones quotidianæ ſolùm
4 dãtur in ſtipendiũ, his, qui quotidiano miniſterio in celebrandis officijs diuinis, diurnis & nocturnis ſubſeruiunt Eccleſiæ perſonali miniſterio; vt latiſsimè probãt Couar. lib. 3. var. c. 13. ex prin. Paul. Fuſc. de viſit. lib. 1. c. 15 nu. 25. Pariſ. conſ. 33. vol 4. ex nu 1 Rebuf. in concord. in rub. 1. de collat. §. 1. verſ. diſtributionũ, & in tract. nominat. q. 9. n. 39. Felin. in c. ad aures nu. 14. de Reſcrip. Alban. c. 25. n. 2. Coſm. in pragm. ſanctio. tit. quo tēpore quiſquis deb. eſſe in choro, in §. iubet. in glo. ver. Diſtributiones, Didac. Spin. in ſpecul. teſtamen. in glo. 9. prin. n. 28. Ant. Gom. in explic. bullæ Crucia. in 4. clauſ. n. 29. ergo qui eas lucrari voluerit, neceſſe eſt, vt cũ alijs in choro, vel altera parte Eccleſię, vbi illæ diſtributiones lucrifiunt, decãtet, recitando, pſallendo, vel cãtãdo, eo modo, quo cęteris ſtatutũ eſt.

Quintò & vltimo, probatur hæc ſentētia ex extrauag. Pij V. ſuper hoc ædita; vbi poſtquã dixerat, non recitãtes nō facere fructus ſuos, nec diſtributiones, ſubdit; tametſi aliquis choro addictus nō recitãs, omnibus horis Canonicis cũ alijs pręſens adſit, fructuſq. & diſtributiones fortè aliter aſsignatas, ſola præſentia, iuxta ſtatuta, cōſuetudinē, fundationē, aliàs ſibi lucrifeciſſe prætendat: quibus verbis ſentit, eũ, qui eſt choro addictus, ſi tamen nō recitet cũ alijs in choro, licet ſit præſens, nō poſſe lucrifacere fructus & diſtributiones, quã extrauagantē pulchrè & elegãter ad hoc intētũ pōderat Monet. in d. q. 2. n. 35.

Hæc tamen opinio (ſi recte conſideretur) aſpera, nimiſq. ſcrupuloſa, & rigoroſa videtur. Si nãq. Canonici, vt lucrētur diſtributiones, tenētur ſub reſtitutionis onere in Eccleſia canere, certè innumeri Sacerdotes, & pij, & eruditi tenerētur reſtituere magnã partē fructuũ ſuorũ beneficiorũ, cum innumeri Sacerdotes & Prælati ſępiſsimè recitent horas antea, vel poſtea in domo, vel Eccleſia; qui nec ad aliquã reſtitutionē diſtributionũ ſic perceptarũ, teneri exiſtimant, dũmodo præſentes ſint choro, illiq., attētione aliqua ſaltē corporali aſsiſtant, & nullum defectum miniſtrorum ob id patiatur cultus diuinus.

Secundò ſi eſſet neceſſariũ, vt licitè lucrētur diſtributiones, diuinũ officium pſallere in choro, ſequitur dicendum, in diebus feſtiuis ſolemnibus, cum officium dicitur cantu figurato, qui Hiſpano ſermone appellatur (*Canto de Organo*) Canonicos teneri illum canere, vel non lucrari diſtributiones, illum autē pauciſsimi Canonici ſciunt canere, imò nec illũ intelligunt; vt experientia patet, & ta

 men

men in illis ſolemnitatibus, multò maiores diſtributiones aſsignātur Canonicis intereſſentibus; ergo neceſſariò dicēdū videtur, nō canentes lucrari poſſe diſtributiones, vel certe dānari deberet dictus cōmunis vſus Eccleſiarū, quod temerariū & impiū eſſet. Et non
5 teneri Canonicos canere, cū officiū ſit cātu figurato, ſed ſatis eſſe quod habeant Capellanos mantionarios, ſeu etiā cantores, qui id muneris exequantur, nec teneri eos ad reſtitutionē docent in ſpecie Nauarra de reſtit. lib. 2. c. 2. dub. 3. nu. 205. Alex. Moneta de diſtrib. quotid. p. 2. q. 2. n. 5. neq. enim (inquiūt) decet eorū grauitatē, illo genere cantus vti. Sed & alia ratio huius rei afferri poteſt, ex cōmuni conſuetudine totius orbis recepta, tolerata, & approbata, Papa, cæteriſq. Prælatis videntibus, & tacentibus, prout in quauis cōſuetudine arguunt Doctores in cap. fin. de conſuetud. maximè verò Roch de Curt. ſect. 4. nu. 25. & Nauar. vbi ſupra nu. 217.

Tertiò idem probari poteſt ex diſpoſitione iuris, quæ huic parti fauet plurimū, nā in c. 1. de Cler. nō reſid. in 6. ſic habetur. Diſtributiones, his, qui in choro adfuerint, dentur. In cuius textus ornatū, videndus eſt Couar. lib. 3. var. c. 13. & idē prorſus dicitur in c. licet de præb. & in Conc. Trid. multis in locis idem ſtatuitur, vt patet in ſeſſ. 21. c. 3. de refor. in verſ. & cæteros diuinis intereſſentes, & in ſeſſ. 22. c. 3. de refor. in verſ. diuinis interſit, & in ſeſſ. 24. c. 12. de refor. in verſ. Diſtributiones verò, qui ſtatis horis interfuerint, recipiāt. Si ergo prædicta iura ſtatuunt, quotidianas diſtributiones eſſe conferendas his, qui interſint, & nihil amplius, vt illis dentur, exigunt, videtur certè dicendum eos, qui adſunt, licitè eas percipere, iureq. facere ſuas. Idq. pulchre probatur, ex doctrina Abb. in c. cum olim de ſent. & re iudic. n. 6. ibi diſtributiones dātur reſpectu intereſſe diuinorū, & nō præciſſè reſpectu cātus. Quare Alphon. Madrigal. in Inſtruct. ordinan. religioſ. Sacerdot. & Epiſc. ſub titul. de maior. ordin. aſſerit, Canonicū, qui aſsiſtit in choro, ſua præſentia, quādo diuina officia celebrantur, ſed tamē ipſe non recitat, quia ſemper eſt loquēdo cum alijs, modo ea domi recitet, ad nullā diſtributionum reſtitutionem teneri; quia inquit, officiū principale, propter quod recipit diſtributiones, eſt, vt ſua præſentia aſsiſtat in choro, dū diuina officia celebrātur, aurorizādo chorum: id ex eo quoque comprobans, quod licet Sacerdotes loquantur interſe in proceſsionibus mortuorū, accipiūt diſtributiones à ſecularibus, quamuis dentur illis, nō ſolū pro ſua præſentia, ſed vt orent pro mortuis. Propter quas rationes doctiſsimus & religioſiſsimus pater Cathedræq. Primariæ Salmanticenſis moderator Frater Bartholom.
6 Medina, in lib. 1. Inſtruct. de Confeſſores c. 14. §. 11. fol. 77. verſ. *Pero ofreceſe*, aſſerit hoc eſſe dubiū graue, de quo ſoleat pluries inter rogari. Et quamuis fateatur, aliquos non defuiſſe Doctores, qui tenuerint, eas diſtributiones in caſu præſentis quæſtionis, integrè fore reſtituendas, & motū proprium Pij V. id viſum fuiſſe ſignificare; ipſe tamen negatiuā tuetur partē, ſcilicet, quod in hoc caſu, diſtributiones illæ ſic receptæ à Canonicis, nō veniunt reſtituendę, etiā ſi horas Canonicas in Eccleſijs Cathedralibus, ſeu Collegialibus, ipſi cū alijs non recitauerint, aut cātauerint in choro, ſed tantū priuatim in ſuis domib⁹; ſuoq. muneri, ait, ſufficienter ſatisfacere, etiā ſi vt praui Eccleſiaſtici, confabulētur in choro interſe, dū diuina celebrātur officia. Quæ opinio licet non in totū, eam tamē ad ſupradicta affirmandū, ipſe Medina his eſt inductus rationibus: cui etiā fauere videtur Lud. Lop. 2. part. Inſtruct. conſc. c. 99. & Alphon. Vega in Sylua caſ. lib. 1. caſ. 290. in fi. ſcilicet, quia potiſsimū munus, gratia cuius huiuſmodi diſtributiones illis cōferuntur, illud eſt, vt ſua preſentia, aſsiſtētiaq. chorū, aliaq. diuina officia auctorizātes, Eccleſiæ repręſentēt decorē; quod quidem munus videtur explere, etiāſi, vt dictū eſt, vt praui Eccleſiaſtici, tales Canonici nō cātēt, ſed cōfabulētur in choro interſe, & officiū diuinū non ibi perſoluant.

Secūdò id Medina cōfirmat exēplo; quia res haud incerta eſſe videtur, quod Clerici, vel Canonici, dū proceſsiones, vel exequias defunctorū funerales comitātes, garriēdo cō fabulationib⁹ interſe habitis præoccupātur, nō ideo eas diſtributiones amittunt, quas fideles pro ſimili aſsiſtētia, & comitatu funerū ſoliti ſunt erogare: nec aliquid diſcriminis intereſſe videtur, ſed eadem prorſus ratio eſt de Clericis, ſeu Canonicis comitantibus ſic proceſsiones, aut funeralia, & de Canonicis, ſic cōfabulādo, aſsiſtētibus diuinis officijs in choro: & propterea cōcludit Medina, extrauagātē Pij V. ſuę huic ſentētię nō aduerſari.

7 Hæc tamen opinio, mihi nunquā placere potuit, & vt id faciliùs oſtendā, obſeruandū eſt, nullā diſtinctionem reperiri in iure inter Canonicos, & alios beneficiatos, quantū ad cauſam

cauſam & culpā,ratione cuius priuandi ſunt diſtributionibus,quod quidē euidens eſt ex tex.in c.vni.de Cler.non reſid.in 6.quod decretū innouauit S.Synod.Trid.in ſeſ.24.in c.12.de refor.ibi enim,ob eandē culpā, ſine aliqua differentia Canonici, & alij Clerici Beneficiati priuantur diſtributionibus. Idem etiā apparet ex Can. vlt.92.diſt. quem Can. Gratian.vir certè & Theologię,& Iuris peritiſsimus(vt referūt Couar.lib.4.var.cap.9.in prin.& in 4.2.p.c.6.§.11.n.2.&in c.Raynuti nu.20.verſ.Cæterū Gratian.Sarmien.de reddit.Eccleſ.3.p.c.1.nu.2.in fin.& in c.4. nu.9. Duaren.in præfation.de ſacr.Eccleſ.Miniſtr. verſ.vnū eſt à Gratiano)falſò attribuit Martino Papæ in concilio,cū potius deſumptus fuerit ex Canon.63.Synodorū quarūdā Græcarū, quas collegit D. Martinus Bracarenſis Epiſcopus,vt videre eſt tom.2.conſil. Præterea in Clem.graui de celebr.Miſſar. Miniſtri Eccleſiarū,qui ibi contēta faciunt, reprehenduntur:nomine autē miniſtrorū Eccleſiæ,certū,eſt intelligi omnes, qui cultui diuino deſtinati ſunt,tex.etiā in c. dolentes de celebr. miſſ. ſine aliqua differentia, tā Clericis, qui nō ſunt Eccleſiarū Prælati,quā etiā ipſis Prælatis,in virtute ſanctę obediētiæ præcipitur, vt diuinū officiū, nocturnū pariter & diurnum,ſtudioſè celebrent, pariter, & deuotè. Idem ſimiliter colligitur ex Concil. Trid. in d.ſeſſ.24.c.12.verſ.omnes vero,vbi poſtquā conciliū confirmauit d.c.vni.de Cler. non reſid.in 6.ſubdit.Omnes verò diuina per ſe, & nō per ſubſtitutos cōpellantur obire officia; & paulò inferius:Atq.in choro ad pſallendū inſtituto,hymnis,& canticis Dei nomen reuerēter,diſtinctè, deuotèq. laudare. Vbi dictio vniuerſalis(omnes) cūctos Clericos ſua ſignificatione cōprehendit, & ad omnia verba refertur, quia eadē clauſula includuntur; vt ibi clarè apparet: Quid quod, ſi conſulantur fundationes,ſeu erectiones Eccleſiarū,in cuius mentem venire poterit fundatoris,ſeu erectoris Eccleſiæ animū fuiſſe,vt Canonici, qui præcipui debent eſſe in miniſterio Dei in choro,diſtributiones lucrentur,pro ſola corporea,ſeu animali reſidentia, etiam ſi mente ex deliberatione perpetuò euagētur, aut ibi (quod peius eſt)de rebus inutilibus colloquātur? certē(niſi ego fallor)nullus ſanæ mentis
8 iudicabit. Vnde conſtat,diſcrimen inter Canonicos, & alios Beneficiatos aſsignatū à dicto Medina,decretis Eccleſiæ,rationi,ac inſtitutioni Eccleſiarum diſſentaneū eſſe: cum enim beneficium detur in Eccleſia propter officiū,vt eſt in iure manifeſtum,ex c.fin. de reſcrip.in 6.quod qualeq.officiū eſt in Eccleſia Dei,aſsiſtere corpore in choro,cum volūtaria mentis euagatione, in nullo miniſtrando cultu Dei,imo colloquendo de rebus inutilibus,vt propter hanc actionē, (quæ natura ſua peccatū eſt)beneficia tam pinguia(qualia ſolent eſſe Canonicatus in multis Hiſpaniæ Eccleſijs)ſint inſtituta, ac propter hanc actionem diſtributiones illis conferantur?

Præterea ait Medina,certum eſſe,diſtributiones dandas eſſe Canonicis,qui proceſsionibus interſunt, colloquētes mutuò interſe: & vt eius verba præcedentia, & antecedētia ſignificant,loquitur de Canonicis,qui nō attendentes ijs,quæ in Pſalmis,& deprecationibus dicuntur,tempus conſumunt collocutionibus mutuis.Id autē,quo argumēto probari poſsit,certè non video, neq. in Canone aliquo poteſt habere fūdamentū,caput enim vnicū de Cler.non reſid.in 6.ſic ait; de diſtributionibus etiā pro defunctorū anniuerſarijs largiēdis,idē decernimus obſeruandum: cū ergo ad diſtributiones,quæ his,qui interſunt horis Canonicis, conferūtur iuſtè percipiendas,præſentiā non tantū corporalē, ſed humanam hominis attētè, & deuote Deum laudātis neceſſariā eſſe dicant iura ſupra allegata, apparet manifeſtè ad diſtributiones pro anniuerſarijs defunctorū iuſtè conſequēdas,eandem præſentiā neceſſariā eſſe;cū Eccleſia in eodē cap.idem de vtriſq. decreuerit obſeruandū. Iam verò ſi rationē cōſulamus, quis quęſo pius,ac catholicus homo exiſtimādus eſt,eius mentis fuiſſe, vt Canonicis pro præſentia tantùm corporea, aut huiuſmodi inani interſe collocutione, aliquam pecuniæ quantitatē,aut donare,aut teſtamento relinquere voluerit,in ſubſidiū animę ſuæ,aut animarū,quæ pœnis Purgatorij cruciantur? Nullus certè.Quis enim hāc donationē,piā cauſam?quis hoc legatū,piū iudicabit?nullus. An nonne omnis,qui ex deliberatione,mēte euagatur,peccat,vt ait D.Baſil.in lib.qui inſcribitur,Inſtitutio ad vitā perfectā,&de orādo Deū?magis is Deū offēdet,atq. irritabit,quā aliquid ab eo impetrabit? Ita certè. Actioni, quæ natura ſua peccatū eſt,imò & quæ in audiētiū nō mediocre ſcandalū vergit(vt potè vana illa cōfabulatio,tēpori, loco, & perſonis tā diſſentanea) Eccleſiæ inſtitutione, aut defunctorū, piorū ſcilicet hominū voluntatibus,ſtipendium debebitur?minimè gētium.

Digitized by Google

Vltimò in cōfirmationem huius veritatis, accedit motus proprius Pij V. quē ipſemet Medin.refert loco dicto, vbi Sātiſsimus Pontifex decreuit,huiuſmodi Eccleſiaſticas perſonas,quæ choro addictæ ſunt,non ſatisfacere ſuæ obligationi,neq. diſtributiones percipere poſſe, licet domi integrè recitēt diuinū offi-ium,ſi choro interſint,ex deliberatione nō attendētes, aut de rebus inutilibus colloquentes. At dictus Barth.Medin. neſcio quo pacto poſsit reſpōdere,nimiū ſibi videri hūc
9 eſſe rigorē;leges enim,quamuis rigidæ,ſeruādæ ſunt.l.iſtæ quidē de eo quod met. cauſ. l. proſpexit,ff.Qui & à quibus manumiſ. & D. Iſidor.lib.5.Etymol.c.10.ait non eſſe liberū iudicare de legibus,ſed ſecundū ipſas iudicādum eſſe, tradit eleganter Lud.Moli.de primog.lib.4.c.11.n.61.& iuſtè Imperatores ſāxerunt inſtar ſacrilegij eſſe,iudicare de Principum decretis.l.2.C.de crimi.ſacrileg.

Cæterum quamuis ex his, quæ dicta ſunt, opinioni Medinę,eiuſq.fundamentis ſufficiēter ſatisfactū eſſe videatur,nihilomin' tamē, quia non inapparētes ſolutiones habēt, vniçuiq. corū reſpondebo, ne aliquid ex adductis ab ipſo remaneat intactū. Et ad primum reſpōderi poteſt,quod Canonici garrientes, vel cōfabulantes in choro inter diuina peragenda officia,tantùm abeſt,vt ſua perſonali præſentia choro,& diuinis officijs decorē,& auctoritatē adiūgāt,vt more puerorū garrulantiū, ſeu homuncionū leuiū, quantū eſt ex ſe,conturbent præſtrepentes chorū,& diuinū officiū deturbēt , quare hac ratione tātū abeſt,quod cōtributionū merc. dē mereantur, vt etiā à tali faſtigio eminentiæ mereātur deturbari ; cum tunc nec ſtudioſe, nec deuotè celebrent diuinum officium,iuxta textum in cap.dolentes de celebrat.Miſſarum.

Ad ſecundū ex exēplo Canonicorū comitantiū confabulādo ad Eccleſiā funus, nō deeſt in prōptu ratio diſparitatis;quia reſpōderi poteſt(vltra ea,quę ſupra adducta ſunt,dū de veritate huius dubij actū eſt,) quod cū inuitātes eos ad talia proceſsionalia funera,ad pōpam temporalē videantur reſpicere,ſicut in delatione veſtiū lugubriū,& in ambiendo ſepulturā honoratiorē in loco Eccleſiarū digniori,ſolo illo comitatu Canonicorū , etiā inter exequias funerales garrientiū(cū poti' pro defūcto preces ad Deū debuiſſent fundere)videtur ſibi metipſis ſatisfacere , ſcientes iā vſum: At S.Matri Eccleſiæ nō ſatisfit,quia genus quoddā corruptionis, atq. peruerſionis eſt,vt qui ſunt ſic ſtipendiati,pro cultu diuino propagando,& decore quodā illū illuſtrādo,ſuis ibi garrulis locutionibus illud interturbent , & quantū eſt ex ſe dehoneſtent. Eo maximè cū Eccleſia(prout decet)præcipue dirigat mentē, vt ſui miniſtri , quos alit quotidianis diſtributionibus, magis ibi cultum exhibeant Deo ore, & mente , quā ſola quadam garrula, & obturbante diuinum officium aſsiſtentia corporali.

Vt igitur iam in hac ancipiti quæſtione tertiā,verioremq. opinionē referā , vt certa ab incertis ſeparemus, aliqua præmittēda ſunt, & primū certū eſt,quod regulariter loquēdo (exceptis certis caſibus in iure expreſsis) Canonici,etiā ſi horas Canonicas priuatim recitent,ſi tamē ſuā præſentiā corporalē in choro nō exhibeant , nō lucrātur diſtributiones quotidianas in foro animæ,vt eſt aperta determinatio in Conc. Trid.ſeſſ.24. in c.12.de refor.& idē definitur in c.vni.de Cler.nō reſid in 6.& in c.licet de præben. & tradunt in ſpecie Nauar.de Reſtitu.lib.2.c.2.nu.200.& quos refert Monet.de diſtrib.2.p.q.2.n.4.

Secundò præmittendū eſt,quod ad lucrādas diſtributiones,non ſatis eſt,præſentes in choro ſolū adeſſe; ſed requiritur aliqualis attētio ſaltim ad verba,ſcilicet, quod attētione quadā ſaltē externa corporis, ſint aſsiſtentes,vt tradit Nauar.in Enchir. de orat.c.13.
10 n.17.& 19.quē ſequūtur Petr.de Aragō.2.2.q.83.de orat.art.13.pag.870.col.2.Petr. Nauar.to.1.de Reſtit.lib.2.c.2.ex nu.202.optimè Alex.Monet.in d.q.2.ex n.15.iuxta textū & ibi notat.in c.dolētes de celebr.Miſſ.ad lucrandū enim fructus,atq. diſtributiones,neceſſariū eſt , vt Canonici Eccleſiæ præceptū adimpleāt, & certū eſt,quod licet demus Eccleſiā interiorē attentionem non præcipere, quod tamē præcipiat externā,nullus eſt qui dubitet,hoc eſt quod pręcipiat in Canonicis & alijs,qui choro interſunt, quādā cōpoſitionē,modeſtiā,& recolectionē externā,vt ſcilicet nō ſcribāt,vel cōfabulētur in choro, &c. licet interius nihil attendāt. Si ergo Eccleſia hanc præcipit , & ob eam, licet non meritoriam coram Deo,ſed apparentem dumtaxat, exterius ſtipendia aſsignat, certè oratio illa, qua quis , nec mente , nec corpore intentus eſt ijs,quæ in choro cantantur , ſed eſt murmurationibus , aut fabulationibus , aut alijs externis actibus coniuncta, non erit diſtributionibus digna. Quoniam idem erit, ac ſi nō recitauerit horas,ſeu choro nō adfuerit; pa-

ria

ria enim ſunt, aliquid non facere, aut non facere rectè, ſeu legitimè quoad ſubſtantialia. cap. inter corporalia de transla. Epiſc. c. Veniens de præsb. non baptiz. l. ſi autem nullū, C. de legit. hæredib. deniq. abeſſe dicitur, qui licet corpore præſens ſit, abeſt tamen animo & intellectu. l. 2. §. furioſus. ff. de procurat. lateq. oſtendit Sfort. Odd. in tract. de reſtitu. in integr. q. 5. art. 6. num. 39. Certum eſt autem abſentibus non dari diſtributiones, cap. vnic. de Cleric. non reſid. in 6. ſic immeritò putauit Cordoba lib. 4. q. 13. in dub. vltim. iuxta fin. beneficiarium licet nullam attentio
11 nem habeat, etiam exteriorem, eſſe à reſtitutione immunem, cum certe non faciat id, ob quod ſtipendium datur non ſolum vere, nequè etiam ficte, ſeu apparenter. Verum eſt quod ſi non notabiliter tempore horæ, ſed modice in his ſe occupauerit, vt ſi conſignet chirographum, aut vnum verbum, aut alterum loquatur, non ob id tenebitur ratam illius diei, imo nec illius horæ reſtituere, vt docet Petr. de Aragon, & Petr. Nauarr. ex d. num. 202. Moneta, & quos ipſe refert part. 2. q. 2. ex nu. 21. Nauar. in tractat. de ſilentio in choro fere per totū, quem edidit ad c. in loco benedictionis 5. q. 4. quia quod parum eſt pro nihilo reputatur.

12 Tertio præmittendum eſt id, quod ex Bernar. Sandobal. de diuin. offic. c. 6. tradit Petr. Nauar. in d. c. 2. nu. 217. quos etiam ſequitur Pet. de Aragō vbi ſup. pag. 870. ſcilicet quod etſi ſecundum rigorē iuris, & veterem Eccleſiarum inſtitutionem, & fundationem Canonici per ſe pſallere, & cætera diuina officia obire tenebantur, tamen de conſuetudine iā à multis annis recepta, tolerata, & approbata oppoſitum cernimus obſeruari, Papa, cæteriſq. Prælatis vidētibus & tacētibus, quod quamuis id ita ſe habeat, non tamē omni ex parte priſca, & antiqua illa cōſuetudo ceſſaſſe videtur, nam Canonici miſſas per hebdomadas, Euangelia, & Epiſtolas pſallendo dicunt, & in horis Canonicis incipiunt Horam, Capitulam, Lectiones, & Orationes canunt, Epiſcopoquè celebranti aſsiſtunt, & plura alia, & ſic ſolū quo ad horas introductum videtur, vt per Capellanos dicātur; & quod Canonici choro aſsiſtant, & ſua aſsiſtētia Dei gloria cōpleatur, præterquā quod eſt ſane multo pulchrius, ad proximorumq. conſolationē, & ædificationē, & ad Dei laudē accomodatius, quod coadiurores (quos portionarios vocāt) & Capellanos & Miniſtros (quos Cantores dicunt) habentes, diuina officia mira ſuauitate, & vocū varietate inſtrumentorumq. cantibus exequentes, ipſi veluti maiores Sacerdotes omnia conſpiciāt, & gubernent, quæ ab inferioribus decantantur, ſic Caiet. in ſum. verb. Horæ Canonicæ in final. verbis aſſerit, maiores in choro non debere cantare, ſed à minoribus cantata meditari, ſic ob hæc officia, quæ & cōſuetudo habet, & in ſe non ſunt minima, dātur eis redditus & diſtributiones, cum igitur talis conſuetudo vigeat, & Prælati conſentiant, hinc fit vt dicūt Doctores ſupra, ne canentes peccent, nec ad aliquam teneantur reſtitutionem. Id etiā poteſt probari ex diſpoſitione iuris, quod huic parti fauet quā plurimū, nam in c. 1. de Cler. nō reſid. in 6. ſic habetur, diſtributiones, ijs, qui in choro adfuerint, dētur, & idē dicitur in Conci. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de refor. in verſ. Diſtributiones vero, qui ſtatutis horis interfuerint, recipiant, & multis in locis ſupra allegatis idem habetur, ſi ergo prædicta iura ſtatuunt quotidianas diſtributiones eſſe conferendas ijs, qui interſunt, non mirū ſi iuridice dicta conſuetudo ſit introducta, vt non pſallentibus aſsignentur diſtributiones: & eo magis ſupradicta apparebunt veriſsima, ſi attendamus quandoq. conſuetudine effici poſſe,
13 quod huiuſmodi diſtributiones debeantur aliquibus abſentibus, qui non interſunt diuinis officijs vt docent Couarr. lib. 3. var. c. 13. n. 3. verſ. Primū, & in nu. 8. verſ. hoc etenim caſu. Dom. Soto lib. 10. de iuſt. & iur. q. 5. art. 6. verſ. Poſtremū deniq. Deci. in c. cū omnes, in 2. lectura nu. 6. in fin. de conſuet. Roch. de Curt. in c. fi. de cōſuet. ſo. paruo. 15. col. 2. Hojed. de benef. 1. p. c. 17. ex nu. 10. & dixi latius in 3. p. Collect. 15. num. 17. & ſimiliter valere conſuetudinē, quod diſtributiones quotidianæ diuidātur inter eos, qui interſunt officio diuino certis horis, licet nō interſint omnib' horis, tradit Hoje. c. 17. n. 11. & habetur in cōmun. opin. tit. de Presb. & Cler. c. 3. n. 3. Roch. de Curt. in c. fin. de cōſuet. fol. paruo 49. col. 4. in prin. licet ſtatuto non poſsit induci, Pragmat. Sanct. fol. 164. in glo. in ver. vſurpat, in fin. & quod vbi adſunt mantionatij, induci poſsit conſuetudo, vt non teneantur Canonici pſallere, dūmodo id à pijs viris fiat poſt Petr. Nauar. in d. dub. 3. n. 207. tenet Monet. in 2. p. q. 2. n. 43. ergo fortiori ratione valebit cōſuetudo in qua dicimus diſtributiones deberi, non quidem abſentibus, ſed præſentibus, quamuis non pſallant in choro.

Digitized by Google

Quarto & vltimo præmittendū eſt ſupradictam conſuetudinem tunc temporis validā mihi videri, excuſareq; canonicos, ne per ſe pſallant in choro, ſed ſatis eſſe ad lucrandas diſtributiones, vt ipſi attentione aliqua ſaltem corporali aſsiſtant, quādo ex eo nullum defectum miniſtrorum patitur cultus diuin': vnde ſi Capellanos non habent neceſſarios, vel ſi habent, non adſunt, tenentur ipſi horas Canonicas pſallere ſub onere reſtitutionis, vt docent Aragon & Nauarr. vbi ſup. num. 205. & Monet. in d. quæſt. 2. num. 25. nam cum tunc nec per ſe, nec per alios officium adimpleant, & defraudent Eccleſiam debito ſeruitio horarum, ob quod, ſicut ob cauſam totalem, vel ſaltem principalem datur illis ſtipendium, fit, vt ad illius reſtitutionē ſine dubio obligētur. Hinc certè (ni fallor) excuſari poſſunt à reſtitutione omnes illi, qui aſsiſtunt diuinis officijs in choro, eo pacto, quo dictū eſt, quamuis non pſallant cum alijs, quando ornatus, & decus cultus diuini ob id non patitur aliquam diminutionem, vel defectum miniſtrorum, quod certum eſt, niſi adſit hac de re ſtatutum, vel conſuetudo alicuius Eccleſiæ, vt canonici ipſi canere teneantur ſub pœna amiſsionis diſtributionum, ea namque ſeruanda eſt omnino, vt optime probat Monet. d. q. 2. ex num. 28.

14 His quatuor præmiſsis, & iactis fundamētis facilis & indubitabilis redditur tertia, & verior opinio in propoſita quæſtione, ſcilicet quod non teneantur Canonici aliquā facere reſtitutionem diſtributionum, quamuis non pſallant, ſed domi officium dicāt, dummodo præſentes ſint in choro, illiq; attentione aliqua, ſaltem corporali, aſsiſtant, quando ex eo diminutionem aliquam, nec defectum vllum patitur cultus diuinus: in hac concluſione videtur conſentire Raphael de la Torre vbi ſupra de partibus potentialibus iuſtitiæ tom. 1. tit. de Horis Canonicis controuer. 10. diſput. 9. vbi ait, quod quantumuis Canonici & alij obligati ad intereſſendum choro, quando diuinū Officium perſoluitur, recitauerint illud domi, tenentur poſtea choro aſsiſtentes attētionem interiorem habere, vt impleant præceptum aſsiſtendi horis, ſiue illud impleant canendo, aut recitando in choro, ſiue diuina audiendo. Probatur quia aſsiſtētia in choro, quando dicuntur horæ, quæ ex præcepto exiguntur à præfatis, debet eſſe actus humanus ſufficiens ad moralē præſentiā, ſed ſine attentione, nō poteſt actus eſſe humanus nec vlla, præſentia moralis: ergo. Confirmaturq; qui ibi, dormiret, aut attentiſsime ſtuderet, legendo aut ſcribendo, abſq; controuerſia non haberet præſentiam neceſſariam; ſed perinde ſe habet, qui nullo modo attendit, ſed omnino mentis attentione voluntaria, eſt in alijs rebus occupatus: ergo. Tandem hæc aſsiſtentia non tantum præcipitur, vt actus humanus, & moralis, ſed etiam vt religioſus, & ad cultum Dei pertinens: ergo non quamcunque attentionem requirit, ſed religioſam, & ad cultum Dei pertinentē, ita vt aſsiſtentes Deum orēt, vel ei ſe ſummittant, eum ve honorent, vel ſaltem attendant ad ea, quæ dicuntur, tanquam ad res ſacras. Quæ cōcluſio, quia ſatis, ſuperq; extat iuribus & rationibus corroborata ex his, quę pro illius intelligentia fuerūt præmiſſa, non diutius in ea erit immorandū. Probet autem ex his ſeipſum miniſter Eccleſiæ, quando licitè lucrari poſsit diſtributiones, ne animę ſuę detrimentum patiatur, & hæc à me dicta eſſe intelligat, nō certè eo animo, vt feruor deuotionis tepeſcat, cum magis ſępe indigeamus ſtimulis, & calcaribus ad feruorem animorum excitandum, ſed vt ſciat prudens Lector, quando ab onere reſtituendi diſtributiones ſit immunis, nam & ſi quis nō recte obeat diuina officia, & male faciat non pſallendo, cum poſsit, tamen recte deſeruit Eccleſię quantum ad id, quod Eccleſia ordinauit, ob quod illi aſsignatur ſtipendium, ita vt ad illius reſtitutionem non teneatur.

15 Hic tamen libuit admonere, reprehenſione dignum eſſe errorem quendam vulgarem quā plurimorum Eccleſiaſticorum dicentiū, eos nolle canere in choro, quia non habēt voces ſonoras, errant quidem, & aduerſus eos eſt perlegendus Nauarr. cap. 11. de Orat. & Hor. Canon. num. 41. & Coſmas in pragmat. Sancion. tit. quomodo diuin. offic. ſit celebr. in §. ſtatuit igitur in gloſſ. verb. ſubtrahit, vbi dicit quòd non eſt admittendus quis, ſi dicat quòd non canit, quoniam vocem ſonoram nō habet, quia ex diuerſitate vocum reſultat melodia tota, & dulcis repræſentatur cantus, ſicut videmus in organis, in quibus ſunt fiſtulæ paruę, groſſę, & groſsiores ſonū emittentes, & totam melodiam ornantes, & in Templo Domini non ſolum erant vaſa aurea, ſed argentea, & ænea, ideoq; voces (vt ipſe ait) non ſunt à choro ſubtrahendę, ſed quilibet ſecundum gratiam ſibi à Creatore datam fructum labiorum ſuorum cū puritate conſcientiæ, animique deuotione debet Deo porrigere,

gere, quod etiam refert, & ſequitur Iacob. de Graff. 2. par. lib. 3 cap. 17. num. 16.

Ad rationes vero in confirmationẽ primę illius opinionis ſuperius allatas, facile ex prædictis reſponderi poteſt: ad primum enim, ſecundum, tertium, & quartum argumentũ dici poteſt, quod licet officium Canonicorum ſit horas Canonicas pſallere in choro, ſi primam eius inſtitutionem attendamus; tamen de conſuetudine ſolum eſt, vt Miſſam ordinatim pſallant in Eccleſia, & horarum officiũ ſuo ordine faciant, eo ſcilicet pacto, quo ſuperius dictum eſt in præmiſsis pro tertia opinione: tunc enim non tenentur per ſe pſallere, ſed ſufficit per Capellanos, niſi quãdo cultus diuinus patiatur diminutionem miniſtrorum, & in hoc caſu intelligerem loqui omnia iura allegata in dictis argumentis in contrarium adductis, & ſic etiã intelligi debet Con
16 cil. Trid. in d. ſeſſ. 24. c. 12. in illis verbis, Omnes Canonici per ſe diuina, & non per ſubſtitutos compellantur obire officia, atq. in choro ad pſallendum inſtituto hymnis & canticis Dei nomen reuerenter, digne, & diſtincte laudare, licet aliter dicta verba Concil. interpretati fuerint Petr. de Aragon vbi ſupra, pag. 871. & Petr. Nauar. in d. cap. 2. ex n. 221. ſcilicet quod Concilium non dicit Canonicos teneri obire officia per ſe, & non per ſubſtitutos, neq; quod ipſi nomen Dei laudent in hymnis, &c. ſed quod compellantur id facere, & ſic pręceptum non dirigitur ad ipſos, ſed ad Prælatos, qui, ſi in eo negligentes fuerint, peccabunt, non autem Canonici ſua vtẽtes conſuetudine. Vnde Armil. in ſum. verb. horæ Canonicæ num. 21. & Tabienſ. nu. 29. & Angel. ibid. nu. 22. cum dixiſſent, Canonicos debere in Eccleſia officiũ dicere in choro, ſubdunt, & Prælati vel illi, ad quos pertinet facere hoc obſeruari, ſi omittant mortaliter agunt, quaſi præceptum ſit non ad Canonicos, ſed ad Epiſcopum, vel ad alios obſeruatores, quibus ex officio conuenit. Cæterum quoad vſq. id factum fuerit, licitè Canonici poterunt ſua vti conſuetudine, quorum Doctorum ſolutio merito repręhenditur ab Alexan. Monet. tract. de diſtribut. quotid. 2. par. quęſt. 2. num. 34. verſ. neque valet, ideo namquè præcipitur Prælatis vt compellant, quia Cononici ſua naturà iam tenentur; & ſic eſt quædam executio obligationis, vt patet ex dictis verbis: in choro ad pſallendum inſtituto, quæ eſt quędam ratio, quare compellendi ſint Canonici ad pſallendum.

Ad illud etiam, quod in contrarium adducebatur ex Concil. Baſilien. reſpondendum eſt, ibi conſilium magis dari, quam præceptũ imponi, vtuntur enim patres verbo, debent, quod conſilium denotare videtur, quod ſi aliquis contendat eſſe præceptum, certè conſuetudine legitime pręſcripta iam eſſet derogatum, ſicut de ipſa primeua inſtitutione dictorum Canonicatuum in tertio præmiſſo diximus.

Ad vltimum argumentum de extrauagan.
17 Pij V. reſpondetur ſenſum illorum verborũ, ſi recte conſideretur, non eſſe illum, quem arguendo afferebamus, ſed is eſt planus & verior ſenſus, quòd ille, qui non recitauerit horas, ſcilicet in choro, nec extra, quamuis choro adſit, prætendens ſola præſentia lucrari, non lucrifaciet fructus, nec diſtributiones: Itaq. illa particula (cum alijs) non eſt iungẽda verbo recitans, quaſi voluerit Papa ſignificare, quod non recitans cum alijs in choro, non lucrifaciat, ſed eſt iungenda illi verbo, præſens adſit, quaſi dicat quod tenetur reſtituere non recitans, tametſi ſit præſens cum alijs in choro omnibus horis, prætendens ſolam præſentiam ſufficere ad lucrandas diſtributiones, licet non recitet intra, nec extra chorum, & ita interpratatur dictũ Motum proprium Petr. Nauar. tom. 1. de reſtit. lib. 2. cap. 2. ex num. 224. & quod iſte ſit verus ſenſus poteſt colligi ex eo, quod illud verbum, ſola præſentia oſtendit locum de non dicente horas, etiam in camera, ſed ſolum, quia præſens eſt in choro, vult lucrari fructus, & diſtributiones: nos vero non ſolum præſentiam ſufficere putamus, ſed recitare horas oportere, ſaltim priuatim, & ſic dicta conſtitutio non aduerſatur concluſioni propoſitæ.

Quæſtio tertia.

An teneatur Sacerdos pręmittere aliquam ex horis Canonicis ante Miſſæ celebrationem ſub reatu peccati mortalis?

1 *Celebrare Miſsam licet, non dicta prima.*
2 *Miſſam licet dicere non recitatis matutinis, cum præceptum, conſuetudo, nec lex adſit, quę ad hoc obliget.*

3 *Con-*

3 *Conſuetudo omnes non obligat ad peccatum mortale.*

4 *Peruertere horas Canonicas, non eſt peccatum mortale.*

5 *Sacerdos impeditus à recitatione diuini Officij, bene poteſt dicere Miſſam.*

6 *Matutinum dicere hora Nona, aut ſequenti veſpertina, non eſt peccatum mortale.*

7 *Miſſam dicere ante dictas matutinas, eſt peccatum mortale, ſecundum veriorem ſententiam iudicio multorum cum limitationibus, & num. 12.*

8 *Opinioni Doctorum dicentium conſuetudinē eſſe de aliqua re, ſtandum eſt, donec contrarium probetur, & idem dicendum eſt, ſi fateantur communem eſſe opinionem.*

9 *Quando ſunt opiniones pro vtraq; parte, ſtandũ eſt maiori parti Doctorum.*

10 *Opinioni Doctorum ſtandum eſt, vbi lex non reperitur.*

11 *Quod vſu receptum eſt, à iure cautum eſſe videtur.*

12 *Quotieſcunq; alicui præcepto apponitur indignationis pœna, inducitur peccatum graue.*

13 *Rubrica Miſſalis quæ incipit, ritus ſeruandus in celebratione Miſſæ, importat præceptum.*

14 *Cõmunis opinio in iudicando, & conſulendo ſemper eſt tenenda, & quæ dicatur magis communis opinio.*

15 *Verba geminata maiorem vim habent.*

16 *Miſſam poteſt quis celebrare non præmiſſa confeſſione, ſi deſit copia Confeſſoris, & vrgeat neceſſitas celebrandi.*

17 *Concordia ſupradictarum opinionum, & auctoris ſententia.*

18 *In die Natalis Domini non licet dicere niſi ſolam Primam Miſſam nocte, & ante Laudes.*

1 IN hac quæſtione, vt certa ab incertis ſeparemus, ſuponendũ eſt, nos minime loqui de recitatione Primæ, aut cæterarum horarũ, quæ ipſam ſubſequuntur, an ſcilicet aliqua illarum neceſſario reciranda ſit ante Miſſæ celebrationem, conſtitutiſsimum enim eſt, & indubitatum apud omnes fere Doctores, licitum eſſe ſacrum agere ante dictam primam, vt docent Nauar. in Man. cap. 25. nnm. 83. & de Oration. cap. 3. num. 69. & cap. 21. num. 30. Sot. lib. 10 quæſt. aſſo. 1. pag. 883. verſ. de Prima, Ledeſ. in ſum. quando dictr. Euchariſt. cap. 23. in fi. Suarez guntur à præfati tic. 3. diſput. 82. ſect. 1. pag. ſufficiens ad moto colligitur, Ant. Bernad. in tione, nõ poteſt :26. Silueſt. verb. Miſſa El 1. num. 6. verſ. Qui verò, & ibidem Tabien. nu. 7. & Armill. num. 3. Petr. Bollo in œconomica Canonica 1. claſ. c. 3. §. 6. pag. 82. in fi. Tolet. de Inſtr. Sacer. lib. 2. c. Primum verſ. de prima autem pag. 118. Maiol. de Irregul. lib. 3. cap. 24 num. 1. Henrriq. lib. 9. tit. de Miſſa c. 24. n. 7. pag. 821. & ibi optima addirio in lit. O. Iacob. de Graff. in deciſ. caſ. conſc. lib. 2. c. 40. num. 6. Eman. Rodriguez in ſum. 1. p. c. 249. n. 12. verſ. *Lo ſegundo*, Ioã. Azor. inſtit. Moral. lib. 10. cap. 28. in fi. verſ. vigeſsimo quæritur Marcel. Francolin. de hor. Canon. cap. 42. n. 1. Qui pie aduertit in cap. 16. num. 17. quod ſi matutinum ſero antequam cubitum eatur, ſit dictum, decens eſſe, vt mane ſaltèm prima ante celebrationem Miſſę recitetur, ne videatur illotis, vt aiunt, manibus, & abſq. aliqua præparatione, quæ per Canonicarum horarũ recitationem fieri debet, illico ſacrificium rã ſacrum, & tremendum offerre.

De matutino igitur eſt dubium celebre, vtrum ſcilicet Miſſa poſsit celebrari, antequã ipſum matutinale officium fuerit perſolurũ? & quidem licet fateamur cũ Nauar. de Orat. cap. 3. n. 70. recitationem matutinarum diſponere hominem ad Miſſam deuotius, & reuetentius dicendam, inde ramen in ferre nõ licet, vllum eſſe præceptum, per quod quis ad
2 id teneatur, imo ſi recte conſideretur, nullum adeſt præceptũ, aut conſuetudo obligans ſub peccato mortali Sacerdotes ad recitandum matutinum, priuſquam ſacrificium Miſſę offerant; vt expreſsè afirmanr Dom. Sot. in. 4. d. 13. quęſt. 2. art. 2. in fi. & Clarius in lib. 10. de iuſt. & iur. quæſt. 5. art 4. concl. 2. pag. 883. Medin. 1. par. inſtructionis Confeſſoris c. 16. §. 2. in fi. Eman. Rodrig. in ſum. 1. p. cap. 249. n. 12. latè. Ledeſm. in ſum. 1. p. rit. de Sacram. Euchar. c. 23. verſ. octaua concluſio, Cuchus lib. 5. tit. 6. num. 36. Lud. Lop. inſtr. conſc. 2. p. cap. 79. de Euchatiſtia in verſ. denique, neq; hic ex pag. 297. & in c. 105. de hor. Can. verſ. nunc tamen pag. 359. Ioan. Bapriſt. Corradus in reſp. caſ. conſc. caſ. 242. Hieronymus Llamas in 3. par. Methodi cap. 5. §. 15. El 1. ex pag. 501. Alphon. Veg. in ſum. 2. p. cap. 41. caſ. 16. Quam etiam ſententiam tenent Petr. Arag. 2. 2. quęſt. 63. art. 12. ex pag. 832. in fi. verſ. de ordine, Vega in ſpecul. curatorum c. 10. §. 28. n. 254. verſ. *Tambien* fol. 196. Eman. Soarez in Aphoriſm. confeſ. tit. de Miſs. num. 22. Marc. Ant. Cuch. & alij vbi ſupra, & late & erudite Franciſ. Suarez in d. ſect. 1. ex pag. 1245. Dicens quod licet demus hanc recitarionem

tionem per ſe conducere ad maiorem deuotionem, tamen Eccleſſa non præcipit quidquid ad celebrãdã Miſſam cum maiori deuotione poteſt conducere, neq. hanc præparationem vnquam ſpecialiter deſignauit. Nam quamuis in miſſali de hoc admoneantur ſacerdotes, tamen ibi nullum eſt verbum præceptiuum, ſed ſolum declaratur, quod fieri expedit, quemadmodum etiam ibidẽ admonentur Sacerdotes, vt prius aliquantulum vaccent orationi, quam celebrent, & tamen illud non intelligitur eſſe præceptum, ſed cõſilium, quod cum ſit voluntarium, ſequi nemo cogitur l. 2. in fin. ff. mand. tex. & gloſ. in cap. cum olim de arbirris, idem etiam de cohortatione dicimus, quæ non cogit, ſed volũtatem liberam excitat, vt habetur in c. vlt. in fi. diſt. 4. cum ergo nullum adſit preceptum, conſuetudo, vel lex, quę id diſponat, & pręcipiat, ſed ſolum moneat, & inducat ad recitandum marutinas ante celebrationem Miſſæ, id non obſeruare, etiam nulla exiſtente cauſa, non erit peccatum mortale, cum non ſint multiplicanda temere, & ſine cauſa peccata mortalia.

3 Secundo eadem opinio confirmari poteſt ex eo, quia quamuis fateamur, conſuerudine ſtabilitum eſſe contrarium eius, quod decidi tur à tot grauiſsimis auctoribus citatis, adhúc tamen non omnis conſuetudo, etſi laudabilis ſit, obligat ſub reatu mortali, niſi recepta ſit, vt obligans communiter ad peccatum mortale, quia eſt de re graui; qualis certe nõ videtur iſta de qua loquimur, vt aſſerunt pręfati doctores, ille enim ordo, vt prius dicatur matutinale officium, quam Miſſa, non ipſis videtur res magni momenti, neq. enim (vt dicit Suarez) ad cultum Dei multũ ſpectat, neque ad reuerentiam Sacramenti, neque ad alium grauem finem, qui ad Dei, vel proximi charitatem pertineat, & ideo non eſt cõmuniter acceptata huiuſmodi conſuetudo inter Theologos peritos, tanquã obligans ad mor
4 tale; niſi forte (vt inquit Lud. Lop.) inter vnũ aut alium ſcrupuloſum, ſicuti etiam dicere ordinatim Horas Canonicas, conſuetudine receptum eſt, non tãmen contra iſtum ordinem ire, & eum peruertere, peccatum mortale eſt, vt vltra Ludou. Lopez, & Franciſc. Suarez ſupra, tenet Sot. in 4. diſtinct. 13. q. 2. a. 2. in fi. Nauar. de hor. Can. cap. 3. num. 67. Marcellus Francolinus in tract. de hor. Can. cap. 42. ex num. 8.

5 Tertio pro eadem opinione facit nam Sacerdos impeditus à recitatione diuini officij, ob cauſas, quas referunt Nauar. in man. c. 25. ex n. 100. Aragon. 2. 2. quęſt. 83. art. 12. pag. 854. Duran. de reddit. Eccleſ. lib. 3. c. 23. per tot. Iacob. de Graff. lib. 2. deciſ. cap. 54. ex n. 1. & Eman. Rodrig. tom. 1. caſſ cap. 142. pag. 447. is inquam, legitimam habens excuſationem dicendi officium diuinum, bene poteſt ſacrificium Miſſę peragere, etſi nec dixerit, nec dicturus ſit horas Canonicas, vt contra Sumiſtas reſoluit Aragon in dict. art. 12. pag. 857. idq. etiam tenent Suarez vbi ſupra pag. 1246. col. 1. poſt med. Francolin. in d. cap. 42. num. 27. Lud. Lop. in d. cap. 79. pag. 298. col. 1. & c. 105. de Hor. Can. pag. 360. verſ. immo ſi quis, Illuſtr. Dominus Cardinalis Frãciſcus Toletus, qui primus ex Religione Societatis Ieſu, ad Cardinalatus dignitatem fuit euectus in ſua doctiſsima, & vtiliſsima Inſtructione Sacerdotum lib. 2. cap. 14. poſt principium, eruditiſsimus Ioannes Azor, eiuſdem Societatis Religioſus in inſtitutionibus moralibus lib. 10. cap. 28. ad finem, in verſ. decimo octauo quero, Emanuel Sa, eiuſdem etiã inſtituti, & profeſsionis in libello aphoriſmorum, in verbo Miſſa, num. 22. Sapientiſsimus Pater Dominicus Soto in 4. diſtinct. 13. quęſt. 2. art. 2. in fin. verb. & in lib. 10. de iuſt. & iur. quęſt. 5. art. 4. pag. 883. verſ. imo verò, ergo non eſt neceſſarium, officium matutinale recitare ante celebrationem Miſſæ, ex eo pręſertim, quia Miſſa non cõnumeratur inter horas Canonicas, vt ex omnium ſententia reſoluit Nauar. de hor. Can. cap. 3. num. 29. & c. 22. n. 30. verſ. ſecundo quod, Coſm. in pragm. ſanct. tit. quo tempore quiſque debet eſſe in choro, in verb. Miſſa in princip. Francolin. c. 29. num. 1. ſed ſunt diſtincta officia, & vnum non habet neceſſarium ordinem, vel connexionem ad alterum; nã regulariter Miſſa poteſt celebrari ab initio auroræ, vſq; ad meridiem, ex Sot. in d. art. 2. verſ. iam verò Coſm. in d. verb. Miſſa poſt med. pag. 132. Salzed. in pract. crim. c. 46. pag. 128. Suarez 3. p. quæſt. 83. art. 2. ſect. 4. verſ. dico primo. pag. 1120. Rodriguez in explicat. Bul. Cruc. §. 13. num. 8. & 9. Viual. in Candel. 1. p. tit. de Sacr. Euchariſt. num. 151. & allegati à Francolin. ſu
6 pra cap. 41. ex princip. matutinum verò hora Nona, aut etiam ſequenti veſpertina priuatim ſoluere, nõ eſt peccatum mortale, vt tradunt Nauar. in Man cap. 25. num. 107. & de Hor. Canon. cap. 3. num. 59. in fi. Lopez in d. cap. 105. pag. 360. Suarez vbi ſupra, & Sot. in dict. art.

Digitized by Google

dicto artic.4. Emanuel Rodr. tom.1. c.139. num.4. Si ergo ſoluere nocturnum officium poſt ſextam, aut nonam horam diei, aut etiã poſt veſperas, non eſt peccatũ mortale: nulla videtur efficax ratio, quare celebrare prius Miſſam ſit mortale, quandoquidem diſtincta ſunt officia, neque vt dictum eſt, vnum habet neceſſarium ordinem ad alterum.

Quamuis autem ſupradicta opinio tali-
7 bus, ac tantis rationibus, & inſignium virorum auctoritatibus confirmata ſit: contraria tamen ſecurior, & à Doctoribus magis recepta videtur, quòd ſcilicet ſit peccatum mortale, ante Matutinarũ recitationem ſacrũ facere. Quam quidem ſententiam defendũt, non ſolùm vnus, aut alter ſcrupuloſus, vt dicebat Ludouic. Lopez, ſed quamplures Theologi, & Iuriſperitiſsimi, in albo primariæ doctrinæ poſiti, numero quidem maiores, qualitate verò, & ſcientia (ſalua pace) non minores, quàm pro contraria parte adducti; tenẽt enim hanc opinionem S. Antonin 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 4. in fin. Petr. Palud. in 4. diſtinct. 13. q. 2. artic. 2. concluſ. 2. Nauar. in manua. c. 25. num. 83. verſic. Decimooctauo, & de hor. canonic. cap. 3. num. 70. & in cap. 21. num. 30. vbi hanc opinionem dicit communem; & idem aſſerit Iacob. de Graff. lib. 2. deciſ. c. 40. num. 5, Lælius Zechus de ſacramentis, tract. de Miſ. cap. 16. in princ. pag. 325. Petr. Bollo in œconomica canonica, 1. claſe, c. 3. §. 6. pagi. 82. verſic. Primum eſt. Micha. Timoth. de ſacrif. Miſſ. tract. 1. quæſt. 2. Coſm. in pragm. ſanct. tit. quo tempore quiſque deb. eſſe in choro, in princip. in verb. Miſſa, fol. 132. Ludouic. Beja. caſu 54. pag. 270. verſic. Quia celebrare ante Matutinas. Melch. de Huelamo in epithome ceremoniarum & myſteriorum Miſſæ, §. 2. in verſi. *Los quales Maytines*, pag. 355. Petrus Alagon in compendio Nauarri, c. 25. num. 83. Pedraza in ſum. pag. 106. in verſi. *Si dixo Miſſa antes*. Anton. Berna. in ſumma, c. 27. num. 26. Armilla in ſumma in verb. Horę, num. 18. & in verb. Miſſa, nu. 3. & ibi Tabien. num. 7. D. Raimund. in ſua ſum lib. 3. titu. de ſacramentis iterandis, in gloſ. verb. Pro defunctis, pag. 326. in impreſsione Romæ nouiter edita, Ang. in ſum in verb. Miſſa, n. 42. Thom. Zerola in praxi Epiſcop. 1. p. in §. Horæ canonicæ, num. 12. Simon Maiol. de irregularitate lib. 3. c. 24 n. 1. Ioan. Gaſcon in declaratione ceremoniar. Miſſalis Romani, pagi. 64. in verſic. *Primeramente*, & Petrus Ruiz Alconolado in alia huic ſimili, quam condidit fol. 25. col. 2. fol 26. col. 2. fol. 54. col. 1. & fol. 64. col. 1. & communem appellat Ioãnes Stehan. Durant. de ritibus Eccleſ. lib. 3. cap. 24. num. 13 Henriq. Henriquez lib. 9. titu. de Miſſa, c. 24. num. 7. vbi etiam ait, id colligi ex Miſſali Romano Pij Quintii idemq; ſenſiſſe, & iſtius opinionis fuiſſe illos graues & Doctiſsimos viros Magiſtros, Gueuaram inquàm, & Gallum, & alios recentiores. Et hanc etiam ſententiam amplectitur Ioannes Azor in Inſtit. moral. lib. 10. cap. 28. in verſic. Decimoſeptimo quæritur. & Viuald. in Candelab. Eccleſ. tit. de ſacramento Euchariſt. num. 111. & doctiſsimus Marcel. Francolinus, meritò à Nauarro laudatus de oratione in 72. Miſcellan. in princip. ipſe inquam Francolin. de Hor. canon. cap. 16. n. 17. poſtquàm alios pluſquam decem autores referens vltra ſupra allegatos, optimè hanc ſententiam defendit, eamquè dicit communẽ, & idem Francolin. in cap. 42. ex num. 2. aſſerens id etiam ſenſiſſe Sylueſtrũ in ſum. in verbo Miſſa, el 1. num. 6. verſic. Quartum. Qui, licèt pro contraria opinione allegetur tanquam pungens hanc partem, non tamen videtur diſcedere ab ea, niſi in caſu, quo occurrerit aliqua neceſsitas repẽtina, cui nõ poſſet obuiari, aut aliàs immineret ſcandalum graue, aut aliquid tale; quo certè caſu manifeſtum eſt apud omnes, qui hanc tuẽtur opinionem, quòd licet ante Matutinum Miſſam celebrare, nam etiam ſi eſſet præceptum expreſſum in contrarium, virtus tamen epiciiæ dictaret, in tali caſu præceptum non eſſe ſeruandum, præſertim cùm ſimus in materia iuris poſitiui, vt ex his, quę de epiicia dixerit Angelicus Doctor D. Thom. decus & ornamentum Ordinis Prædicatorum, Princeps Theologorum, & totius ſanctę Eccleſiæ ſplẽdidiſsimus Sol, & ipſius acutiſsimus commẽtator Illuſtriſſ. Cardinalis Caiet. 2. 2. q. 120. artic. 2. Soto lib. 1. de iuſt. & iure, quæſt. 7. artic. 3. Admodum Illuſtriſ. & Reuerendiſ. dominus D. Franciſcus à Soſa Epiſcopus Oximenſis de largit. munerum regularibus interdicta ex num. 13. & in num. 30. Morla 1. p. tit. 1. quæſt. 15. num. 6. Vnde, vt ait Francoli. non opus erat Sylueſtro, propter huiuſmodi caſum, in aliquo redarguere communem hanc ſententiam, ſed ſatis ei erat, eam ſequẽdo dicere, quòd in his caſibus cõmunis opinio locum non haberet; vt etiam idem atteſtantur Nauarr. & Alagon in dict. num. 83. idem Nauarr. de oratione cap. 21. num. 30.

Lælius

Digitized by Google

Lælius Zæchus in eod.c.16.pag.325.in princip.Petrus Bollo in dicta pag.82. poſt med. Albert.de Ferrariis de Horis canonicis, in princ n.23.de quo in vol.15. tractat Ioannes Azor in dicto cap.28.in verſic.Decimoſeptimo quæritur,in fin. Armilla in d.verb.Horę,num.28 Hieronym.Llamas in 3.p.methodi,c.5 pag.502.Franciſcus Ortiz Lucius in reſol.caſ.cap.5.notab.3.fol.16.in verſic.*Nota que ſtay neceſsidad*, Simon Maiol. Henriq. Ludouic.Beja, Alagon, Viuald.& Toletus in loco proximè citandus, Ioan.Baptiſta Côrta. in reſponſ.caſ.côſcient.caſu 242.in verſic.Celebrare, Sumiſtæ, & ferè omnes in locis ſuperius adductis,qui omnes hanc opinionē tenendo,eam limitant, quando ſcandalū, aut repentinus caſus, vel nimia, retardatio Miſſæ,vel alia ſimilis cauſa,côtrarium ſuaderet: ij enim caſus,vt dicūt,excuſant eum,qui Matutinum non recitauerit ante Miſſam,vt etiā tradit Thom.Zerol. in dicta praxi Epiſcop. 1.p.§ Horæ canonicę,num.12. Et tandem hanc opinionem, quòd officium Matutinale recitari debeat,antequam quis celebret, niſi adſit decens cauſa; & quòd hæc ſit communis & certa opinio, atteſtatur Petr. Ruiz Alcoholado in explicatione cęremon.Miſſalis Romani,editi Pij Quinti iuſſu in rubr. *De la preparacion del Sacerdote,que ha de celebrar*, folio 26.col.2.in verſic. *Aduiertaſe aqui.* Hanc etiam opinionem appellat communem, contrariam verò non eſſe tutam, dicit Cardina. Tolet.in inſtruct Sacerd.lib.2.c.1. verſic.Alterum verbum,pag.117. Eandem etiā ſentē tiam tenet Iacob. de Graff.in deciſ.caſ.conſcientiæ,lib.2.cap.40.num.5.aſſerens,id Sacerdotibus eſſe præceptum ſub peccato mortali in Miſſali Romano nouo; & tutiorē & multò probabiliorem appellat Ioan. Azor in dicto cap.28.in verſic.Decimoſeptimò quæritur. Contrariam denique opinionem periculoſam eſſe fatetur, Melch. de Huelamo in epith.cęremoniarum Miſſę, §.2.in verſic. *Los quales Maytines.* Et pręſertim in hoc Archiepiſcopatu Cæſarauguſtano, vbi ſub tit.de celebrat.Miſſæ,fol.49.Petrus Epiſcopus ſanciuit,ne quis antequàm Matutinas canonicas dixerit, Miſſam præſumat aliquatenus celebrare.

Fundatur autem hæc ſententia à præfatis Doctoribus.Primò in generali conſuetudine Eccleſię,quam ſatis oſtēdunt tot graues auctores,quorum certè atteſtationibus aſſerētibus,aliquid eſſe de conſuetudine,credi, &
Ob quam rationem forſan nō immeritò dici poteſt, exēptionem fori, aliaq; priuilegia clericis & eorum rebus conceſſa, in cauſis, & negotiis tēporalibus, criminalibusvè, nō poſſe in totum per Sūmum Pontificem rolli, aut reuocari, nō quidē per rationē à Doctoribus adductā, quia ſcilicet ſunt à iure diuino conceſſa, vt cōſtat ex ſupradicta diſtinctione; ſed ex eo quod cùm à toto fidelium cętu ſint approbata, & ob publicā eccleſiaſticæ reipublicæ vtilitatem inſtituta, ſcandalū graue ex huiuſmodi reuocatione inter fideles facile poſſet oriri, in dedecus & opprobriū eccleſiaſtici ſtatus, vt optimè adnotauit Couar. in practi. c. 31. n. 4. verſic. Eſſet enim, & Surd. conſil. 301. vol. 3. n. 53. Ex eo etiā. quia cùm præter Sūmorum Pontificum auctoritatē habeāt clerici pro ſuis immunitatibus & exēptionibus Imperatorū priuilegia, & tacitū, & expreſſum quādoque cōſenſum omniū chriſtianorū orbis; ſic, quāuis Pontifex reuocaſſet ſuas cōceſsiones & priuilegia, remanerēt nihilominus illæſa priuilegia Principū ſecularium; ex quorū conceſsione ſunt etiā dicti clerici exempti ab eorūdem ſecularium iuriſdictione, & poteſtate.

13 Qua quidem retēta diſtinctione, duo pręcipuè ex ea notāda ſunt in hac materia ſcitu digna; ex primo enim illo capite, ſeu diſtinctionis mēbro, ſciēdum eſt, iure diuino prohibitū eſſe iudicibus ſecularibus procedere, vel ſe intromittere in cognitione cauſarū ſpiritualiū, neq; principaliter, neque incidenter, vt probatur in c. decernimus, c. quanto de iudic. c. lator, c. cauſamquè, qui fil. ſint leg. glo. in verb. Spirituali, in c. ſi iudex, de ſent. excō. in 6. & proſequitur plura referēdo Morl. 1. p. tit. 2. in initio ex n. 123. niſi ad id Romani Pōtificis accedat licentia, vt tradunt Vanci. de nullitat. ſent. ex deffect. iur. ord. n. 54. verſi. Et iudex. Farinac. in d. q. 8. nu. 18. Poteſt nāquè Summus Pontifex ex cauſa, quæ ſibi iuſta videatur, diſtinguere, limitare, vel declarare ius diuinum, vt in aliquibus caſibus particularibus nō procedat eius deciſio, vt ſuperius dictū eſt, ex Couar. in 4. 2. p. c. 6. § 9. n. 4. Decia. vbi ſupra n. *66*. Bouadilla lib. 2. c. 18. ex n. 42. Ioan. Gutier. lib. 2. pract. q. 1. n. 18. In quibus quidem caſibus poteſt Sūmus Pontifex delegare, aut priuilegio committere iudici laico, vt cognoſcat de re ſpirituali; & eo quidē caſu laicus, vt delegatus apoſtolicus, iuſtè cognoſcere poteſt, vt optimè tradūt Ioan. Segu. Daual. in director. 1. p. ca. 11. nu. 4. Bellug. in Spec. Princ. rub. 11. §. Vidēdum, ex n. 13. Paz in prax. tom. 2. prælud. 2. ex n. 13. Steph. Auf. in rep. c. 1. de offic. ord. q. 4. n. 6. Card. in repe. c. perpēdimus, n. 6. in fin. & n. 7. de ſent. excō. Feli. in c. 2. n. 3. de maior. & obed. Sigiſ. Scac. lib. 1. de iudic. cauſ. c. 11. n. 92. Alex. cōſil. 8. volu. 1. n. 1. verſ. Poteſt etiām. Carol. Graſal. reg. Franc. lib. 2. iur. 17. poſt principiū, Rodrig. in in ſum. 1. p. c. 156. in finalibus verbis.

Secūdò etiā ex vltimo capite prędictæ diſtinctionis infertur, nō iure diuino, ſed tātū humano, ex cōſtitutionib' videlicet apoſtolicis, quib' ius ciuile, & cōſēſus Principū chriſtianorū ſe ſubſcripſit, clericos exēptos eſſe in tēporalib' cauſis, tàm ciuilibus, quàm criminalib' à iudicio, & foro ſeculari, Morl. poſt alios ſupra in d. tit. 2. in initio, n. 125. verſ. Sed quoad cauſas. Quā exceptionem (cùm ſit iuris poſitiui) nulli dubiū eſt, poſſe Sūmum Pontificē iuſtè, & ſanctè, quoties id viſum fuerit, expedire chriſtianę reipublicę, limitare, ac reſtringere, vel quoad quoſdā clericos, vel quoad quaſdam cauſas, vt de ipſis cognoſcat iudex ſecularis. Cùm enim huiuſmodi exemptio iure humano iuſtis ex cauſis data ſit, poterit ex publica vtilitate reſtringi, certisvè limitibus diſtingui, nè quid in pernitiē cōmuni

raris

Digitized by Google

tatis conceſſum eſſe videatur. Ob quam rationem, & forſan propter negligentiam itidem Prælatorum, qui iuſto remiſsius Clericorum crimina vlciſcuntur, ſuamquè iuriſdictionem vltra limites nihilominus extendũt quandoque, vt optimè aduertit Bouadilla lib. 2. cap. 18. num. 95. verſ. (*Y como quiera*) & in nu. 109. & quia Clerici, non obſtante clericatu, Sunt Ciues Reipublicæ, & eius membra, ex Sot. in 4. diſt. 25. q. 2. art. 2. verſ. quarta concluſio. Alb. Velaſc. in conſult. 100. ex num. 2. Menoch. conſil. 1000. num. 26. Surd. conſ. 301. num. 7. & ſic quatenus leges ciuiles ad pacem & tranquilitatem Reipublicæ ſpectant, ipſi Clerici tenentur eis parere, tametſi à pœnis iuris quæ ſunt corporales, ſære ſemper ſint exempti; non enim Clerici propter homicidia, vel furta ſuſpenduntur. Ob has igitur, & alias legitimas cauſas, ſumma cum ratione priuilegijs Summorum Pontificum, vel conſuetudine etiam legitimè præſcripta, rectè obtentum fuit à Principibus ſecularibus, vt pro bono Reipublicæ res, & bona ipſorum Clericorum, in quã plurimis caſibus ſubijciantur foro ſeculari, vt coram eo conueniri valeant; plures caſus retuli in 1. part. Collect. 37. & multos etiam congerit Bouadilla elegantiſsimè lib. 2. cap. 18. ex num. 50. aliquos etiam examinat Portoles in Schol. ad Molin. §. Clericus ex n. 8. & Caſſan. conſ. Burg. rubr. 1. §. 5. ex num. 47. col. 197. & alios referunt Rodrig. in addit. §. 9. bul. Cruc. ex num. 82. pag. 181. & Ioan. Garſia de nobilit. gloſ. 9. ex nu. 28. optimè Sigiſmund. Scaccia lib. 1. de iudic. cauſarum ex n. 53. Bañes. 2. 2. q. 67. art. 1. in quinta concluſione, pag. 269. Et hinc quidem fatentur Doctores, quod ſi
14 iudex laicus videt Clericum in alterius iniuriam præparatum, abſquè metu excommunicationis poteſt (ſi de fuga ſuſpectus ſit) eum capere, & in carcerem mittere, vt iudici ſuo tradat; vt referunt Salcod. ad Diaz, in praxi cap. 122. in litera B. Farinac. lib. 1. quæſt. 8. ex num. 116. Iul. Clar. §. fin. quæſt. 28. nu. 6. Azeued. lib. 1. tit. 3. l. 9. pag. 78. ex num. 3. Decian. lib. 4. cap. 9. n. 118. Auendan. de exeq. mand. lib. 1. cap. 22. n. 2. verſ. item ſi facta, Ceballos quæſt. 267. ex num. 5. Bouadilla lib. 2. cap. 18. num. 50. & 327. Menoch. caſu. 180. ex nu. 18. Zerola in praxi Epiſc. 1. par. §. excommunicatio cauſa efficiens, verſ. quartum dubiũ, fol. 69. & 70. verſ. vndecimum. Et quod iudex laicus poſsit Clericum delinquentem capere, deprehenſum in crimine, vel rixa, non tamen vt ipſum detineat, ſed præſentet iudici Eccleſiaſtico; ſi tamen in Clericali habitu incedebat, alias ſecus, tenet Ioachin. Mynſinger. Centur. 2. obſeruat. 67. verſ. octauus, & vide eundem in obſeruat. 65. & Ioan. Garſia de nobilitate, gloſ. 9 ex nu. 29. declarat, quando & in quibus delictis, iudex ſecularis poſsit procedere ad capturam Clericorum.

Nec ſupradictis obſtat, ſi dicatur quod quamuis priuilegium Pontificis poſsit tribuere iuriſdictionem ipſis laicis, cõſuetudo tamen etiam ſi ſit immemorialis, circa exemptionem iſtam Clericorum à foro ſeculari, nihil operatur, iux. tex. & notat. in c. Clerici de iudic. & multa quæ tradunt Didac. Perez lib. 3. tit. 1. l. 2. pag. 467. verſ. quæri etiam poteſt, Anaſt. Germon. lib. 3. cap. 15. n. 65. Surd. conſ. 301. ex nu. 54. nam eorum omnium ea eſt potiſsima, & communis ratio, quod iſta exemptio fuerit inſtituta à iure diuino, cui nulla conſuetudine derogari poteſt, iux. tex. in cap. vltim. de conſuetud. Hæc tamen ratio non eſt omnino certa, cum in pleriſque caſibus exemptio competat Eccleſiaſticis de iure poſitiuo, maximè in ijs, quæ ſpiritualia nõ ſunt, vt ſuperius dictum eſt; ideo huiuſmodi ratio adducta à Doctoribus dubitationem patitur, præſertim quia, vt inquit Ioan. Garſia in dicta gloſ. 9. num. 43. verſ. hęc omnia, conſuetudo mixta procedens ex tacito conſenſu Clericorum & laicorum, maximã vim habet, etiã in his quę Eccleſiaſtica ſunt, quęmadmodum annotarunt per glo. & Doctores in cap. vir autem de ſecund. nupt. Farina. in dicta quæſt. 8. num. 3. verſ. limita ſecundo, poſt Couar. dicto cap. 31. num. 5. qui ſaluando prædictam communem opinionem, dicunt; quod quamuis conſuetudo non poſsit in totum, & generaliter Clericorum exemptioni pręiudicare, ac derogare, bene tamen poterit in aliquibus caſibus, & ex rationabili cauſa illam reſtringere, vt etiam tradunt Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 36. num. 3. & Felin. in cap. ſi diligenti. nu. 17. de for. compet. Vnde valida cenſetur dicta laicorum conſuetudo, niſi ex ea parte, qua dedecus imminet ordini Eccleſiaſtico, vel graue damnũ infertur quieti, ac tranquilitati miniſtrorum Dei. Sic frequenter obtinuit praxis, vt in pluribus caſibus coram dictis iudicibus ſecularibus conueniantur Eccleſiaſtici, quod rectè potuiſſe præſcribi, eleganter probat Bellug. in ſpec. princ. rubr. 11. §. videndum, ex numero decimotertio.

Circa

Circa ſecundum caput propoſitæ quæſtio
15 nis ſciendum eſt, veriſsimum eſſe in iure, priuilegium fori competere nedum Clericis in ſacris cõſtitutis, ſed etiam prima tonſura dũtaxat initiatis; quemadmodum colligitur ex notat. in cap. vni. de Cleric. coniug. in 6. & in l. Presbyteros, C. de Epiſcop. & Cler. & in c. 2. ibi (aut Clericum vllum) de for. compet. Ant. Scap. de iur. non ſcrip. lib. 1. cap. 1. nu. 2. Ant. Gom. tom. 3. var. cap. 10. num. 3. verſ. in ſecundo vero, Rolan. conſ. 4. vol. 1. ex nu. 16. Dec. in cap. Clerici, nu. 63. de iudic. Salced. in prax. cap. 62. num. 9. Decian. lib. 4. cap. 9. nu. 21. Didac. Perez lib. 1. tit. 3. l. 1. pag. 62. verſ. nomine Clericorum, Farinac. quæſt. 8. nu. 5. & in num. 6. hoc ampliat, vt etiam huiuſmodi exemptio competat etiam Clericis coniugatis, dummodo nõ ſint bigami, vt etiam annotatur in dicto cap. vni. & tradunt Iul. Clar. in dicto §. fin. quæſt. 36. ex num. 8. Salced. in dicto cap. 62. num. 13. Decian. dicto cap. 9. nu. 40. Bellug. in ſpec. princip. rubr. 11. §. videamus in princ. & ibi additio, in litera A. Farinac. in dicta quęſt. 8. num. 8. ita vt à iuriſdictione laicorum exempti omnino ſint, tam coniugati, quam non coniugati, & tam in ciuilibus, quam in criminalibus; vt tradit additio ad Bellugam in litera A. verſ. quę autem dicta, iuxta tex. in dicto cap. vnico de Cleric. coniug. vbi in hoc aſsignatur certa forma, quæ debet obſeruari in veſtibus clericalibus deferendis, ſaltem ab ipſis coniugatis, vt hac fori immunitate frui valeãt; vt copioſe explicat Couar. in pract. cap. 31. ex nu. 7. & in cap. 32. ex principio, Auend. de exequ. mand. 1. par. cap. 22. num. 11. Thom. Zerola in prax. Epiſcop. 1. par. §. Clericus. num. 2. Iul. Clar. in dicta quæſt. 36. num. 13. qui pulchre more ſuo in nu. 19. reſoluit, hanc eſſe diffe-
16 rentiam inter Clericum coniugatum, & non coniugatum, quod Clericus coniugatus eo ipſo, quod nõ defert habitum, & tonſuram, abſque alia monitione amittit fori priuilegium; Clericus autem non coniugatus, minime priuilegio priuatur, etſi non deferat habitum & tõſuram, niſi poſt monitionem; idque etiã trad. & ſequitur vol. 1. commun. opin. pagin. 26. verſ. Clerici à poteſtate, ad med. Roland. conſ. 4. vol. 1. ex num. 31. optime Farinac. in dicta quæſt. 8. ex nu. 60. Portoles in tit. de compet quæſt. 5. num. 18. Couar. in dicto cap. 32. ex princip. eſt tamen cõſulendus Decian. in dicto cap. 9. ex num. 88. qui iſtud limitat, vt non ſit neceſſaria huiuſmodi monitio, vt amittat hoc priuilegium Clericus, qui non deferens habitum, immiſcet ſe inormibus & ſæuis; ad quod etiam recurrito ad notata per addit. ad Bellug. vbi ſupra, & per Iul. Clar. in dicta quæſt. 36. nu. 23. vbi idem dicit procedere non ſolum in ſimpliciter tonſurato, ſed etiam in eo, qui ſacris ordinibus eſt decoratus; pro quo ſunt etiam conſulendi Couar. in dicto cap. 32. nu. 2. verſ. tertio, vol. 1. commun. opin. pag. 532. verſ. Clericus non coniugatus. Ant. Scap. de iur. non ſcrip. lib. 1. cap. 14. Farinac. in dicta quæſt. 8. ex num. 63. hoc tamen quo pacto intelligendum ſit, inferius declarabitur.

Sciendum tamen eſt, hoc priuilegium fo-
17 ri, quod competit ipſis Clericis tonſuratis, tam coniugatis, quam non coniugatis, iure tantum humano, & non diuino eis fuiſſe conceſſum; vt aduertit Bernard. Diaz. in prax. cap. 96. pag. 335. colu. 1. quem ſequitur Couar. in pract. cap. 31. num. 5. verſ. tertio illud obſeruandum eſt, Humada in l. 54. tit. 6. par. 1. in gloſ. 2. nu. 14. Farinac. dicta quæſt 8. nu. 2. in fine. Qua quidem retenta opinione, moribus recte adquiri poteſt, & præſcribi, vt ſupradicti Clerici, tantũ in criminalibus ſint exempti à iudicibus ſecularibus, non vero in cauſis ciuilibus, in quibus quidem conueniri non poſſunt coram iudicibus Eccleſiaſticis, ſed coram laicis: de qua conſuetudine atteſtantur Couar. in dicto cap. 32. num. 1. & Farinac. in dicta quęſt. 8. num. 5. & Humada in dicto num. 14. Sigiſmun. Scaccia dict. cap. 11. num. 20.

Sunt tamen qui contrarium exiſtimant, exemptionem inquam ipſorum Clericorum iure diuino omnibus fuiſſe conceſſam, tam
18 preſbyteris, quam ſimpliciter tonſuratis, & coniugatis; & quidem per dictum cap. vnic. de Cler. coniug. in 6. nouiſsimè confirmatũ à Concil. Trident. in ſeſſ. 23. cap. 6. iuſtis de cauſis fuiſſe reſtrictum ius illud diuinum, & exemptionem ipſis tonſuratis, coniugatis ve conceſſam, vt tantum in criminalibus ſint exempti, non vero in cauſis ciuilibus, Couar. in dicto cap. 31. num. 7. vt optimè probant Anaſt. Germon. lib. 3. cap. 15. ex nu. 66. vſq. ad num. 64. eleganter Gutierrez de iuram. 1. par. cap. 17. ex num. 11. pulchre inſurgens cõtra Lap. allegat. 118. contrarium aſſerentem, quorum rationes tranſcribere nolo, cum fa-
19 cile ſit cuilibet, hos Doctores conſulere. Ex ipſis tamen auctoribus duo in hac materia animaduerſione digna mihi videntur, quorum

rum primum eſt,quod tex. in d.c. vnico debeat intelligi, vt tantum ibi concedatur exẽprio fori in cauſis criminalibus, non vero in ciuilibus. Secũdum eſt,quod quamuis fateamur à iure diuino eis competere exemptionem fori, bene tamen poteſt Summus Pontifex declarare,& reſtringere ad Clericos primæ tonſuræ,& ad coniugatos pertinere, qui alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati, eidem Eccleſiæ actu ſeruiunt,& miniſtrant; etenim Chriſtianæ Reipublicæ expedire viſum eſt, vt huiuſmodi exemptio coniugatis,& alijs primi characteris Clericis,non aliter competat, quam ſi tõſuram,& veſtes, quę ſunt Clericorum inſignia,deferant.

Vnde colligitur,quod hoc quod tantum ſint exempti in criminalibus, non quidẽ fuit conſuetudine acquiſitum,neq; pręſcriptione, vt ſuperius dicebatur, ex mente Doctorum affirmantium iure humano, & poſitiuo Clericos eſſe exemptos; ſed quia Romanus Pontifex, qui potuit declarare ius diuinum, voluit in dicto cap.vni.in criminalibus eos tantum eximere, & poſtea Concilium,confirmãdo deciſionem dict.cap.vni.noluit ipſius textus determinationẽ ampliare ad cauſas Clericorum ciuiles; vnde tantum remanent exẽpti in criminalibus. Poteſt ſiquidem Pontifex iuſtis ex cauſis motus (prout cenſendum eſt)reſtringere hanc deciſionem quo ad certos Clericos,lites,& cauſas, prout etiam optimè aduertit Azebed.lib.1.tit.4.l.1.num.2. quod quidem optima ratione,& ſumma prudentia in præſenti caſu conſtitutum fuiſſe, ex alijs præſertim mihi perſuadeo; indecentiſſimum quippe erat in Dei Eccleſia,vt optime refert Salced. in prax.cap.62.num.9.in fin.meros cerdones, pelliones corriarios,fullones,aut ignauos nebullones,nudę tonſurę prætextu,immunitatibus frui, quæ in Clericorum fauorem, diuino muneri miniſtrantium,conceſſæ fuerunt. Vnde etiam quia experientia compertum eſt,Clericorum primę tonſuræ numerum vltra mentẽ Eccleſiæ excreſcere, eorumque malitia maiora delicta frequentius ab ipſis perpetrari, quam à laicis;vt ex pluribus refert Bouadilla in dicto cap.18.num.66.ad finem.Quod plane in maximum Reipublicæ diſpendium vertebatur, nam ob priuilegium iuriſdictionis Eccleſiaſticæ,quod ipſis competebat,anſam, & audaciam ſumebant delinquendi,& in grauem diuinæ,atque humanæ iuſtitiæ lęſionem, à iudicibus ſecularibus eximebantur, & à iudicibus Eccleſiaſticis impuniti remanebant, vel ſaltem condignis pœnis non afficiebantur. Sic ſanctiſsime Sancta Synodus Tridentina præcauendo huiuſmodi damna, & mala, in dicta ſeſſ.23.cap.6.incipit nullus prima tonſura initiatus, definiuit,(& quidem hoc iure vtimur) quod nullus Clericus primæ tonſurę, aut in minoribus ordinibus conſtitutus, gaudeat priuilegio fori, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat,aut clericalem habitum, & tonſuram deferens,alicui Eccleſię de mandato Epiſcopi inſeruiat; vel in ſeminario Clericorum,aut in aliqua ſchola,vel vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos, verſetur. In Clericis vero coniugatis, ſeruetur conſtitutio Bonifacij VIII. quę incipit,Clerici qui cum vnicis,modo ij Clerici alicuius Eccleſię ſeruitio,vel miniſterio ab Epiſcopo deputati,eidem Eccleſiæ ſeruiant,vel miniſtrent, & Clericali habitu,& tonſura vtantur. Hactenus concilium. Quibus quidẽ caſibus ſi apud magiſtratum ciuilem accuſatus fuerit Clericus, vti poterit fori præſcriptione, & exceptionem declinatoriam opponere,quocunq; tempore,etiam poſt ſententiam; vt optimè probat Anaſt.Germon.lib.3.cap.15.ex numer.50.

Circa ipſius tamen Concilij deciſionem
21 in dicto cap.6.aliqua ſcitu digna adnotanda occurrunt,& primumeſt, quod quamuis prima tonſura initiati,non incedant cum habitu,& tonſura,nec ſeruiant diuinis, gaudent tamen priuilegioCanonis,licet amittant per hunc tex. Concilij priuilegium fori, ſi non deferant habitũ, & tonſuram, vel non obtineant beneficium Eccleſiaſticum. Vnde eos percutiens erit excommunicatus;nam Concilium non tollit priuilegium Canonis, licet tollat priuilegium fori, vt tradit Iacob. de Graff.lib.2.deciſ. cap.49. ex num. 28. qui ſic interpretatur verba concilij.Contrarium tamen tenet Auendan. de exeq. mand. 1. par. cap.22.num.11.verſ. imo ſi tempore,aſſerens quod ſi Clericus non probauerit veſtibus Clericalibus indutum fuiſſe tempore commiſsi criminis,non ſolum non gaudet priuilegio Clericali, ſed quod qui illum offendit, non incidit in ſententiam excommunicationis. Et idem probat Menoc.lib.6 præſumpt. 76.num.12. dicens à pœna excommunicationis excuſari illum, qui percuſsit Clericum repertum in habitu laicali.

Cęte-

Cæterum has opiniones quo ad hunc vltimum articulum, ſic reduci poſſe ad concordiam exiſtimo, vt ſi quis ignorãs iuſta, & probabili ignorantia, aliquem eſſe Clericum, percuſſerit eum, non incedentem cum habitu & tonſura, non incidat in excommunicationẽ, bene tamen eam incurrit, quando percutiẽs id ignorauerit ignorantia craſſa, & ſupina, pro qua quidem deciſione benefacit tex. & quod ibi notatur in cap. ſi vero. El 2. vbi glo. communis, in verb. ignorauerit de ſentent. excom. quam ſequitur Plaza de delict. lib. 1. cap. 27. num. 13. & 20. Iul. Clar. §. fin. quæſt. 77. num. 7. & dixi in 1. par. Collectan. 24. numer. 11.

22 Vlterius circa dictum concilium ſciendũ eſt, quod quamuis tonſuratus habeat beneficium, ſi tamen non incedat cum veſtibus clericalibus, & capiatur à iudice laico pro aliquo delicto, non ei ſuffragatur ad effectum effugiendi forum ſecularem, probare ſe habere titulum & collationem beneficij Eccleſiaſtici; niſi probet etiam habere poſſeſsionem ipſius beneficij; alioquin non remittitur iudici Eccleſiaſtico, vt optime ſuo more adnotarunt Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 36. num. 21 in fin. & ibi Biuard. in addit. n. 14. Lud. Lop. 1. par. inſtr. conſc. c. 286. pag. 810. verſ. quod ſit quaſi in poſſeſsione, & Proſper. Farinac. in dicta quæſt. 8. in. num. 70. & in. nu. 45. aſſerens ſe ita vidiſſe obſeruari, à Reuerendiſsimo Gubernatore, Romæ, in anno 1580 Pro qua quidem ſententia benefacit, quoniam is, qui ſolum titulum ſine poſſeſsione habet, beneficium obtinere non dicitur, vt trad. Caſſan. conſ. 30. ex num. 16. Felin. conſ. 40. ex nu. 4. Boer. deciſ. 171. num. 26. & in deciſ. 313. nu. 3. Coſm. in pragm. ſanct. tit. de pacif. poſſ. §. ordinarij, gloſ. in verb. inquirant, pag. 6. Nec ius illud datum per collationem eſt firmum, & efficax, ante poſſeſsionem, Rebuff. conſ. 186. num. 18. Couar. lib. 3. var. cap. 16. num. 6. verſ. eſt tamen.

Hæc tamen ſententia, etſi ab his viris grauiſsimis vera iudicetur, & quandoque in hoc Aragoniæ Regno in praxi fuerit obſeruata, mihi tamen ſemper cõtraria verior viſſa eſt, vt ſcilicet qui collationem beneficij obtinet, beneficium habere dicatur, ſaltem ad hoc, quod fori priuilegio gaudeat; nam per ſolã collationem, & titulum beneficij, abſq. eius poſſeſsionis ingreſſu, quis beneficium habere dicitur; nec poſſeſsio attenditur, vt docẽt Roman. conſ. 350. nu. 17. Zabarela in Clem. vt ij qui. nu. 25. de ætat. & qual. optime Millis in ſuo repert. in verbo obtinere dicitur quis beneficium, Couarr. lib. 3. var. cap. 16. in princ. Flamin. Pariſ. de reſign. beneſi. lib. 10. quæſt. 6. num. 2. Rebuf. in prax. 3. par. tit. de ſimon. in reſign. ex num. 25. & hinc eſt, quod in beneficialibus non attenditur principaliter poſſeſsio, ſed titulus; nam poſſeſsio nihil habet ſpiritualitatis, ſed titul⁹, vt notat Boer. deciſ. 24. num. 8. per tex. in cap. ex frequentibus de inſtitution. & hinc eſt praxis, quod iudex laicus cognoſcit de poſſeſsione beneficij, minime tamen de titulo, vel de cauſa proprietatis: quia cum hoc ſit quid ſpirituale, eſt incapax, vt de eo cognoſcere valeat. Secus vero ſi tantum, vel principaliter agatur de poſſeſſorio, quia cum illud ſit quid temporale, vt dicit glo. in verb. ſpiritualibus, in cap. literis, de iuram. calum. poteſt de eo cognoſcere iudex laicus; vt docet Couarr. in pract. cap. 35. nu. 1. Gutierrez lib. 1. canonic. quæſt. cap. 34. ex num. 16. & Bouadilla lib. 2. cap. 18 num. 141. vbi optima additio in lit. H. & plures Doctores recenſui in 2. par. Collect. 4. ex princ. Vnde ad effectum, vt immunitate Clericali quis gaudeat, forumque ſecularem effugiat, videtur nullius conſiderationis eſſe, quod habeat, vel non habeat poſſeſsionem beneficij, dum tamen habeat titulum; cum ſpiritualitas tituli, magis quam commodum temporalitatis, quod acquiritur per poſſeſsionem, videatur neceſſaria ad obtinendam fori exemptionem. Quod ſecus dicendum eſt, ſi de promotione ad ſacros ordines aga-
23 tur, tunc enim ex Concil. Triden. deciſione, in ſeſſ. 21. cap. 2. de refor. non ſolum titulum, ſed & pacificam poſſeſsionem obtinere debet promouendus, ne ob priuationem poſſeſsionis, id eſt temporalitatis, cogatur mendicare in opprobrium, & dedecus ſtatus clericalis. Quod iura abhorrent, per tex. in cap. cum ſecundum de præben. cap. diaconi. 93. diſt. & quando dicatur quis beneficium pacifice poſſidere, elegãter declarat Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 15. nu. 77.

Nec huic reſolutioni obſtat, quod contrariam ſententiam defendant Proſper. Farina. & Lud. Lopez viri quidem alter in iure noſtro inſignis, alius vero in Theologia ſatis eruditus, & Iul. Clar. quem merito doctiſsimum appellat Burſat. in conſ. 77. vol. 1. relatus à Ioſeph. Ludou. in deciſ. Lucen. 16. nu. 24. Item & quod ſecundum ipſorum opinionem iudicatum fuerit Romæ.

Reſpon-

Reſpondetur namq. quod hęc noſtra ſententia, non eſt Doctorum patrocinio deſtituta, habet enim pro ſe Doctores grauiſsimos, qui eam defendunt, inter quos eſt Gigas de penſion. quæſt.94.num.12. Anaſt. Germon.lib.3.cap.15.num.59.verſ. at vero, vbi reprehendit conſuetudinem Mediolanenſem, & expreſſe eam defendit Hierony. Pottoles, in Schol. ad Molin. in tit. de competencia. quæſt.5.per tot. vbi in num. 9. refert ita in facto contigiſſe, & magno præuio conſilio grauiſsimorum Iuriſconſultorum, ſe vidiſſe, in hoc Aragoniæ Regno pronuntiatum fuiſſe, die 13. menſis Maij anni 1586. à doctiſsimo domino D. Carolo Muñoz, tunc quidem competentiarum Regni Aragonum Cancellario inſigni, poſtea vero ſupremi Cōſilij Coronæ Aragonũ Regēte, ac iudice integerrimo, poſtea vero nō ſine animi noſtri ſũma lætitia, Epiſcopo Barbaſtrenſi meritiſsimo. Accedit tandem pro coronide, & confirmatione iſtius ſententiæ, quod ſecundum eã fuerit reſolutum à ſanctiſsimis & grauiſsimis illis Patribus ſacræ Cōgregationis Concilij Tridentini, die 16. mēſis Iulij anni 1587. diffinierunt enim prædicti Patres, Beneficiarium gaudere priuilegio fori, ante adeptam poſſeſsionem beneficij: vt refert Flamin. Pariſ. de reſign. benef lib.7.quæſt.1.num.47. ex quibus apparet hanc ſententiam veriorem eſſe, & in praxi ſeruandam fore.

Animaduertendum etiam eſt, poſt dictum Concil. Trident. non gaudere priuilegio fo-
24 ri Clericum tonſuratum, ſiue coniugatum, ſiue non, quamuis ipſe deferat habitum, & tonſuram, & ſeruiat alicui Eccleſiæ, vel ſit in ſeminario Clericorum, vel ſit in aliqua vniuerſitate, ſi iſta non fiant de mandato, aut licentia Epiſcopi; quod nō ſemel memini me cōſuluiſſe quibuſdam Sacriſtis, Cantoribus, & Miniſtris aliquarum Eccleſiarum, & ſtudētibus in vniuerſitatibus, qui exiſtimabant, ſe frui, potiriq. debere priuilegio fori, ita vt cōueniri minime poſſent coram iudicibus ſecularibus, ex eo pręſertim, quod erant tonſurati, deferebātque habitum clericalē, & obtinebant miniſteria in Eccleſijs, quibus ſeruiebant, vel quia reſidebant in aliqua vniuerſitate; cum enim ipſis deficiat vna ex qualitatibus requiſitis à Concilio Tridentino, vt ſcilicet huiuſmodi miniſteria, & officia, aut reſidentiam habeant de mandato, vel licentia Epiſcopi, vt verius exiſtimaui, ipſos miniſtros delinquentes, non debere remitti iudicibus Eccleſiaſticis, ſed coram ſecularibus cōueniendos fore, quod etiam videtur ſentire Azebed. lib.8.tit.16.l.1.num. 54. & optime Menoch. lib.6. pręſump.76. num.41. dicens omnino requiri mandatum Epiſcopi, non enim ſua ipſa ſponte poteſt Clericus, huic ſeruituti ſe offerre, vt gaudeat huiuſmodi fori priuilegio, ſed Epiſcopi mādatum exigitur, idque optima ratione ſancitum eſt, vt Epiſcopi certi ſint de pręſtito Eccleſię ſeruitio, ne à tonſuratis decipiantur. Menoch. conſil. 912.num.26.

25 Sciendum etiam eſt circa verbum (Inſeruiat) de quo in dicto Concilio, non ſufficere quod tonſuratus bis, vel ter inſeruiat Eccleſiæ, vt gaudeat fori priuilegio, cum ſint verba ſignificantia actum perſeuerantiuum; vnde requiritur frequentia, & perſeuerantia in ſeruicij præſtatione, ſicuti etiam in delatione habitus, & tonſuræ, vt docet idem Menoch. conſ.912.num.29.

Aduertendum tamen eſt, quod ſi virtute priuilegiorum, & immunitatum ipſarum Eccleſiarum, eiſdem miniſtris tonſuratis competant exemptiones à iuriſdictione dictorũ iudicum ſecularium, eas Sancta Tridentina Synodus in ſuo robore reliquit, cum tãtum de priuilegijs tonſuræ verba faciat. Vnde cętera priuilegia, quæ ob alias cauſas alicui pertinere poſſunt, remanent illæſa.

26 Ob quam rationem optime fuit declaratum in hoc Regno, quendam famulum cuiuſdam domini Epiſcopi mere laicum, non incedentem cum habitu, & tonſura, gaudere priuilegio fori, ita vt conueniri minime poſſet coram iudice laico, pro delicto ab eo perpetrato, ſed remittendum eſſe iudici Eccleſiaſtico, per doctrinam ſingul. Abb. in cap. 2. de for. compet. num.6. & tradunt Pottoles de competen. quæſt.11. Capicius deciſ.12. ex num.1. Theſaur. deciſ. 22. num.6. Thom. Zerola in prax. Epiſcop. 1. p. §. Epiſcopus, verſ. decimoprimo, fol.98. & in 2. p. §. Epiſcopi, verſ. vigeſimoquarto, & faciunt tradita per Bouadillam lib.2.cap.17.num.7. aſſerentem ex aliquorum ſententia, hoc intelligi in famulis tantum Epiſcoporum, non vero clericorum, qui conueniri debent coram iudice laico, & non Eccleſiaſtico. Et quamuis circa hanc diſtinctionem dubius videatur eſſe pręfatus Bouadilla, ea tamen veriſsima mihi videtur, per tradita à Sigiſmund. Scaccia de iudic. cauſarum lib 1. cap. 11. num. 22. & Iul. Clar. §. fin. quæſt. 35. nu. 18. vbi Baiard. nu.3.

Digitized by Google

Farinac.lib.1.quæſt.8.num.46. aſſerens, priuilegium hoc fori minimè concedi famulis Clericorum, ſed tantum Epiſcoporum, qui etiamſi ſeculares ſint, nullatenus poſſunt à iudice ſeculari iudicari; fori namque priuilegio ipſorum Epiſcoporũ frui debent. Menoch.de arbitrar.caſu 562.num.13. niſi eſſet tale priuilegium ab Imperatore conceſſum, vt etiam familiares Eccleſiæ,vel Clericorum eximerentur à foro ciuili, Abb.in dicto cap. 2.num.6.Menoch.ſupra.num.15.& Theſaur. in dicta deciſ.22.num.7. eſt tamen videndum vol.1.commun.opin.in nou.fol 85.in fin.dicens cum Felin.Abb.& Ant. de Butr.in cap. 2.de for.competen.quod familiares alicuius priuilegiati,ſi non ſint perpetui, ſed ſeruitores mercenarij, non gaudent priuilegio fori competenti ipſi domino.

Cauti tamen ſint iudices ſeculares in hoc, quod Epiſcopi mandatum requiſitum in tõſurato,vt gaudeat immunitate fori, non quidem ſufficit,quod ſit tacitum,ſed expreſſum omnino neceſſarium eſt. Vbi enim alicuius licentia deſideratur, ea præcedere omnino debet,Auth.licentia C.de Epiſcop. & Cler. l.ſi quis mihi bona.§.iuſſus, vbi Doctores,ff. de acquir. hæred.nec ſufficit licentia tacita, & præſumpta,ſed expreſſa omnino requiritur.Corſet.ſing.159.incip. licentia, latè Azebedo lib.5.tit.3.l.2.ex num.17.verſ. ſed contra omnia. Optimè Caballin. Milleloq.528. Molin.de primog.lib.2.cap.7. num.2. Tiraquel.in legib.connub.gloſ.7. num.8. Adhuc
27 tamen hodie per quandam inſtructionẽ poſitam in Regno Caſtellæ,in tit.4.lib.1. recopilationis,videtur eſſe neceſſarium, vt Clericus primæ tonſuræ, vel quatuor minorũ ordinum, præſentet titulos & licentiam Epiſcopi,coram iudice ſeculari, & in regiſtro,vel protocolo faciat tranſcribi, accepta fide ab ſcriba de dicta præſentatione,qua forma ſeruata,priuilegio fori gaudebit.Quibus ſeruatis,ceſſant multæ quæſtiones, & controuerſię de hac re exortæ,inter iudices ſeculares & Eccleſiaſticos de fori competentia, vt poſt alios referunt Humad.in l.23.tit.6.part.1.in gloſ.5.num.3.Rodrig.in addit.ad §.9. bullæ Cruciatæ,num.82.in fin.

Aduertendum etiam eſt, quod dum dicit
28 Concilium (inſeruiat Eccleſiæ) tempus præſens ſignificauit.Vnde requiritur, vt eo tempore,quo quis fori priuilegio,tanquam Clericus vult frui, inſeruiat Eccleſię; ſic etiam opus eſt,vt quando delictum committit,deferat veſtes Clericales, tonſuraque vtatur,& inſeruiat Eccleſię,alioquin nõ ſufficit ſi poſt delictum patratum prædicta habeat, vt tradit Azor.lib.12.cap.vltimo,verſ.decimoſexto.Et ita decidit Menoch.lib.6.pręſump.76. num.40.& in conſ.912.ex num.26.verſ.non etiam.Nam qualitas iuncta verbo,regulatur ſecundum tempus verbi,per tex.in l.in delictis.§.ſi detracta.ff.de noxal. act. vnde qualitas, vt deſeruiat Eccleſiæ, veſteſque deferat, quam Concil. Trident. in dicta ſeſſ.23. cap. 6. requirit, interuenire debet tempore delicti perpetrati. Et hinc quidem eſt, quod regulariter receptio Clericatus,beneficij,vel ſeruitij in Eccleſia poſt delictum cõmiſſum, nihil proficit aſſumenti, ad effectum exemptionis à iudice ſeculari; & ſic ab ipſo poterit puniri, abſque eo, quod delinquens fori priuilegio gaudeat,dummodo cõſtet, ipſum ordinem Eccleſiaſticum ſuſcepiſſe in fraudẽ, vt ſe eximeret à iuriſdictione ſeculari; vt tradunt Iul.Clar.lib.5.§.fin.quęſt.36. num. 43. optimè Gutierrez lib. 1.practi. quæſt. 5. ex principio,Ceballos quęſt.563.ex nu.5. multum, pulchrè Albarus Balaſ. tom.1. conſult. 48.per tot. Thom.Zerola in prax. Epiſcop. par.1.in §.Clericus,num.6.Auenda.lib.1. de exeq.mand.cap.22.num.12.Couar.in pract. cap.32.num.4.& relati à Portoles in Schol. ad Molin.in tit.de compet.quęſt.5. Didacus Perez lib.3,tit.1.in rubr.pagin.450.ex princ. Lancel. de Attentat.2.par. cap.4.limita. 20. num.16.Azebed.lib.1.tit.4.l.1.nu.3.Flamin. Cartar.de exec.ſent.capto bann.cap.fin. ſub num.308.Farinac.lib.1.quęſt.8.ex num.104. opt.Ant.Gom.tom.3 cap.10.num. 5. latiſſimè Petr.Plaza de delict.cap.35.& quam plures retuli in 2.par. Collect.23. nu.1. optimè Cancer lib.2.var.cap.2.ex num.133.Menoc. lib.6.pręſumpt.76.num.35.Si tamen conſtaret,abſque vlla fraude poſt commiſſum delictum, aliquem aſſumpſiſſe Clericatus ordinem, profecto huiuſmodi ordo eum liberaret à iuriſdictione iudicis ſecularis; vt referunt Doctores ſupracitati: Qui elegãter examinant,quo pacto poſsit iudex ſecularis procedere ad punitionem dicti delicti, nõ quidem corporaliter, ſed tantum in confiſcatione bonorum, aut pœna pecuniaria, pro vt qualitas delicti expoſcerit. Farina.lib.1.q.8. nu.107. de quo etiam vltra alios Doctores, quos refero in 1.par.Collect. 37. eſt omnino conſulendus Iul.Clar.lib 5.§. fin. quęſt. 36. num.43.Bouadilla lib.2.cap.18. numer. 77. Ant.

Ant. Gamma in tract. de ſacram. præſtan. vlt. ſupplic. damnat. quæſt. 5. num. 27. Rodrig. in addit. ad §. 9. Bul. Cruc. nu. 82. verſ. *El tercero es*, & in ſum. 1. par. cap. 156. num. 3. Balaſt. in dicta conſultatione 48. num. 4. Humad. l. 65. tit. 5. part. 1. gloſ. 8. nu. 7. verſ. quarto fallit, & in lege 23. tit. 6. part. 1. in gloſ. 5. ex num. pulchre Sigiſmund. Scaccia de Iud. cauſarũ lib. 1. cap. 11. ex num. 21. vbi latiſsimè examinat, quando præſumatur ordo Clericatus, vel religionis in fraudem ſusceptus, de quibus omnibus latiſsimè, & optime habetur in tom. 1. commun. opinió fol. 96. per totum cap. 6. & eleganter Anaſt. Germon. de ſacr. immunit. lib. 3. cap. 15. ex num. 77. Flamin. Cartar. de execu. ſenten. num. 308.

29 Exiſtimo tamen, hos ſimpliciter tonſuratos, & ſimiliter coniugatos, ad hoc vt gaudeant priuilegio fori, non ſolùm clericalem habitum, ſed etiam copulatiuè tonſuram, & habitum deferre debere, vt notat Couarr. in dicto cap. 31. num. 7. verſic. tertio. Bellug. in rubr. 11. §. videamus ex princ. Anaſt. Germó. lib. 3. cap. 15. num. 76. idque probatur etiam ex dicto Concilio in dicto cap. 6. vbi cum loquitur de ipſis, ſemper copulat, & iungit verba illa (Clericalem habitum, & tonſuram) quod ſecus quando loquitur de eo, qui obtinet beneficium: quia is priuilegio fori gaudet, præſertim in criminalibus, & ſi non deferat habitum, nec tonſuram, vt etiam aduertit Portoles in tract. de competen. quæſt. 5. num. 17. & probat optime Gutierrez lib. 1. pract. quęſt. 7. ex princ. Bouadilla lib. 2. c. 18. num. 102. in litera E. Azebed. lib. 1. tit. 4. l. 17. num. 9. verſ. ſed ſi beneficium; Ceball. quæſt. 563. ex num. 2. Quæ quidem omnino notanda ſunt aduerſus Roland. in conſ. 4. vol. 1. n. 26. & quos refert & ſequitur Farina. in dicta quæſt. 8. num. 65. Sigiſmund. Scaccia lib. 1. de iudic. cauſarum cap. 11. num. 91. & aduerſus alios ſuperius relatos aſſerentes, in Clerico coniugato duo copulatiuè requiri, habitum ſcilicet, & tonſuram, vt gaudeat priuilegio clericali, in clerico verò ſimpliciter tonſurato nõ coniugato, ſufficere alterum iſtorum, vel quod deferat habitũ, vel tonſuram. Iſta inquam communis Doctorum aſſertio, hodie minimè procedit poſt decretum Concilij Tridentini, vbi copulatiuè veſtes, & tonſuram decreuit, deferre debere Clericum, ſine vlla diſtinctione an ipſe ſit, vel non ſit cõiugatus; vnde niſi vtrumq. deferat, non gaudebit fori priuilegio, niſi quando eſſet beneficiatus, vel non haberet capillos; de quibus Sigiſmund. Scaccia lib. 1. cap. 11. nu. 83. Iul. Clar. §. fin. quæſt. 36. num. 17. & ſic ipſorum Doctorum dicta intelligi, & referri debent ad tex. in cap. vnic. de Cler. coniug. in 6. Quo quidem tempore, in coniugatis requirebantur veſtes & tonſura, in cæteris verò veſtes, aut tonſura, vt fori priuilegio fruerentur.

Similiter etiam, quamuis de iure aſſerant Doctores, Clericum non in ſacris conſtitutum, non amittere priuilegiũ fori, nec prius ſubijci iuriſdictioni iudicis laici, quàm fuerit à proprio Prælato termonitus ad deferendum habitum & tonſuram; vt teſtatur Couar. in pract. cap. 32. ſub num. 1. Et hinc ſumpta ocaſione fatigantur ſcribentes circa formam, & ſolemnitatem huius monitionis, & an vna pro tribus ſufficiat, præſertim in Synodo, vt videre licet apud Farinac. Decian. & Iul. Clar. Portoles, & alios ſuperius allegatos, & Abendan. de exeq. mand. 1. par. cap. 22. n. 14. de conſuetudine tamen, eum ſubijci iuriſdictioni iudicis laici, nullis etiam præcedentibus monitionibus, dummodo non ſit in ſacris, neq. habeat beneficium, ſi non incedat in habitu & tonſura, dixit Iul. Clar. in dicto §. fin. quæſt. 36. num. 19. & Sigiſm. Scaccia, in dicto cap. 11. num. 82. aſſerens, hanc cõſuetudinem potius probari, quam impugnari à Concil. Trident. in dicta ſeſſ. 23. cap. 6. Cui adherendo, dicendum videtur, vt veriſſimum, quod huiuſmodi Clerici ſimpliciter tonſurati, ſiue ſint, vel non ſint coniugati, ſi non incedant cum habitu & tonſura, & aliquod enorme delictum committant, priuilegium fori amittunt, etiam nulla præcedente iudicis monitione; poſſuntque tunc puniri pro ſuis exceſsibus à iudice ſeculari: vt optimè aduerſus alios defendit nouiſsimè Sigiſmund. Scaccia in lib. 1. de iud. cauſarum cap. 11. num. 79. vbi id extendit etiam ad cõſtitutum in ſacris, vt amittat fori priuilegiũ, ſi non deferẽs habitum, & tonſuram immiſceat ſe enormibus, ita quod etiam non monitus à ſuo Prelato, poſsit à iudice laico puniri. Quod ſimiliter fatentur Iul. Clar. §. fin. lib. 5. quęſt. 36. num. 23. ad fin. Ant. Scappus de iur. non ſcrip. lib. 1. cap. 14. ex num. 4. Farinac. in quæſt. criminal. lib. 1. q. 8. nu. 54. Couar. in pract. cap. 32. nu. 2. verſ. tertio his erit adijciendum. Videndus etiam eſt Mar. Ant. Cuchus in inſt. mai. lib. 3 tit. 9. num. 80. Ob quorum grauiſsimorum Doctorum auctoritatem libenter huic ſententiæ me ſubſcribo;

ſalua

ſalua tamen hac in re Sacroſanctæ matris Eccleſiæ determinatione, cui me hic, & ſemper in omnibus humiliter ſubijcio.

Circa hanc tamen veſtium delationem, quam requirit Sanctum Concilium Tridentinum, loco ſæpiſsimè obſeruato, notandum eſt, quæ dicantur veſtes clericales, & quid in hoc poſsit conſuetudine effici. Pro quibus quidem recurrendum eſt ad ea, quæ tradunt Couarr. in pract. cap. 31. num. 8. Camil. Borrel. in addit. ad Bellugam in rubr. 11. §. videamus, in verb. coniugati, in litera A. Auendan. de exeq. mand. lib. 1. cap. 22. num. 16. Proſp. Farinac. in dicta quæſt. 8. num. 69. dicens, quod cum Clericorum habitus non ſit à iure definitus, vt etiam trad. Iul. Clar. in d. quæſt. 36. nu. 13. verſ. ſed quæro. Decian. lib. 4. cap. 9. num. 96. Alexan. conſil. 149. num. 12. Camil. Borrel. in addit. ad Bellugam in rub. 11. §. videamus, in litera B. Salced. ad Diaz cap. 75. in litera A. Thom. Zerola in prax. Epiſcop. 1 par. §. Clericus, num. 14. Burg. de Paz conſ. 22. num. 5. Idcirco, illæ cenſentur veſtes Clericorum honeſtæ, quæ à communi vſu, & conſuetudine illius Prouinciæ, vbi commorantur, fuerint admiſſæ, & ſic Clericus eas deferendo, fori priuilegio gaudet. Et idem aſſerunt gloſ. in verb. ſecularis, in Clem. 1. de elect. Iul. Clar. in §. fin quæſt. 36. ex num. 13. ad fin. Azor. inſt. moral. lib. 13. cap. vlt. verſ. decimo ſexto quæritur. Guid. Pap. queſt. 138. num. 1. Alexand conſ. 149. vol. 6. num. 12. & in conſ. 8. vol. 1. in fin. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz. in cap. 75. in litera A. pagin. 250. Couarr. in dicto cap. 31. ex nu. 7. verſ. quarto illud eſt obſeruandum, Thom. Zerola in dicto num. 14. Sigiſmun. Scacc. lib. 1. de iudic. cauſ. cap. 11. num. 84. & 87. Menoch. conſil. 392. ex num. 33. Propterea ad iudicandum, an aliquis incedat in habitu Clericali, videndum eſt, an ille, qui in aliquo habitu incedit, prima facie, ſi videatur in populo, iudicatur Clericus, an verò laicus Iul. Clar. in dicta quæſt. 36 num. 14. & quidem non ſufficit, ſi vnam tantum veſtem Clericorum, & nò omnes deferat vt animaduertit Azor. lib. 13. capit. vlt. verſ. decimoſexto quæritur.

Ex qua reſolutione forſan non immeritò inferri poteſt, quod in Regnis Hiſpaniarum, vbi omnes Clerici non ſolùm veſtes talares, & tonſuram deferunt, ſed etiam barbam tonſam, & raſam, non gaudere fori priuilegio eos, qui vltra veſtes, & tonſuram non deferunt barbam raſam. Quamuis enim Concilium Tridentinum in dicto cap. 6. dum loquitur de veſtibus Clericorum, nihil dixerit de eorundem barbis, & etiam in meis Collectaneis affirmem, onus radendi barbam forſan nunquam ab Eccleſia fuiſſe ſtatutum. Idquè inter alia ex eo ſatis conſtat, quod adſint grauiſsimi auctores reprehēdētes Clericos barbā radentes, vt refert Pierius in oratione pro barbis Clericorum, relatus à Menoch. de Arbitrar. caſ. 392. ex num. 26. in fin. & notant Alexand. Raudenſ. lib. 1. de Analog. cap. 39. num. 75. Hipol. Marſil. de colum. de Eccleſ. reddit. Orig. 2 par. cap. 19. ex num. 18. aſſerentes, errore impreſſorum verbum radat, demptum fuiſſe à textu in cap. S. Clericus de vit. & honeſt. Cleric. & ſimiliter verbum (barbam) adiectum fuiſſe textui in cap. 7. Clericis eod. tit. de vit. & honeſt. Cleric. Nihilominus tamen attenta vniuerſali conſuetudine Hiſpaniæ, vbi omnes Clerici deferunt barbas tonſas, & ſimiliter, quod fere omnes Epiſcopi in ſuis conſtitutionibus imponunt Clericis præceptum, ne comam, nec barbam nutriant, ſed eas radant; vt dixi in 2. par. Collect. 11. num. 6. idquè etiam deciſum extat in Concilio Carthaginenſi, vt habetur in dicto cap. S. Clericus, de vit. & honeſt. Cleric. & ab Alexand. Tertio Pontifice maximo in dicto cap. Clericis eod. tit. quę iura, cum pro maiori Clericorum honeſtate ſint ſtabilita, non eſt credendum, voluiſſe Cōcilium Tridentinum, eis derogare, ſaltem nō facta mentione ipſorum iurium, nec ſimiliter, quod errore impreſſorum ſint corrupta, vt dixit Hipol. Marſil. de columna vbi ſupra, pręſertim cum in nullo ex codicibus nouiter excuſsis, magno quidem ſtudio ac diligentia doctiſsimorum virorum, reperiantur dicta iura correcta. Vnde quidem nunquam credidi, ea eſſe mendoſa, vt exiſtimat dictus Hipol. de Marſil. qui forſan id affirmare auſus eſt pro defenſione vſus Italiæ, vbi Clerici deferunt barbas, qui certe vſus aliter, & fortiori ratione poteſt defendi meo iudicio, abſq; eo quod vſus Hiſpaniæ, & conſuetudo quam habent Clerici deferendi barbas raſas reprehendatur. Vt ad rem igitur redeam, non immerito poteſt defendi, quod vbi fuerit vſu, & obſeruantia receptum, quod Clerici veſtes talares deferant, & nec comam, nec barbam nutriant, poteſt iudex ſecularis prętendere, non poſſe Clericum tonſuratum gaudere fori priuilegio, quamuis incedat cum veſtibus Clericalibus, niſi etiam vltra veſtes Cleri-

Clericales, comam, & barbam deferat ton-
ſas, vt communiter incedunt Clerici, cum ad
hoc vt gaudeant immunitate fori tonſurati,
nullam adhibeat differentiam cócilium, quo
ad veſtes, & tonſuram inter ipſos, & cæteros
Clericos. Vnde ſimiliter in his Regnis, nulla
debet eſſe differentia in barbis inter ipſos;
ſed quemadmodum promoti ad ſacros Or-
dines tenentur eas deferre tonſas, ſimiliter
31 etiam ſimpliciter tonſurati tenentur eas de-
ferre tonſas, vt gaudeant immunitate fori,
ne inter ipſos vlla ſit differentia, ſed æquipa
rentur in Hiſpania, in veſtibus, tonſura, &
barbis, quemadmodum voluit Sancta Syno-
dus, quod æqualiter incederent in veſtibus,
& tonſura. Cogitabis tamen ſuper his.

32 Silentio tamen prætermitẽdum non eſt,
quod quotieſcunque controuertitur, vtrum
reus per iudicem ſecularem captus, Clericus
ſit primæ tonſuræ, & minorum ordinum, de
feratquè habitũ, & illas qualitates obtineat;
quæ iuris communis ſanctionibus, & Conci-
lij Tridentini Decreto deſiderantur, huiuſ-
modi controuerſia per iudicem Eccleſiaſti-
cum, & non ſecularem dirimenda eſt; quia
cum ſit quid ſpirituale, ipſius cognitio non
ſeculari, ſed iudici Eccleſiaſtico competit;
vt eleganter deciditur in capit. ſi iudex lai-
cus de ſententia excommun. in 6. cuius tex-
tus auctoritate, opinionem iſtam commu-
nem eſſe profitentur Couarru. in practica
cap. 33. ex princip. Maranta de Ordin. Iud.
4. part. diſtinct. 11. numer. 69. in fin. Thom.
Zerola in praxi Epiſcop. 1. par. §. Clericus
num. 3. Salcedo ad Bernardum Diaz in pra-
ctic. criminal. Canon. capit. 62. numer. 14.
Belluga in ſpec. rubr. 11. §. videamus, nu. 4.
Anaſtaſ. Germon. lib. 3. cap. 15. ex num. 55.
volumin. 1. commun. opinion. pagin. 141.
verſ. Clericus an quis. Menoch. lib. 6. præ-
ſumptio. 76. numer. 34. Azebedo lib. 8. tit.
16. l. 1. num. 53. verſ. debet tamen, Farinac.
in dicta quæſtione 8. ex num. 33. Sigiſmun.
Scaccia lib. 1. de iudic. cauſ. cap. 11. numer.
88. Gamma. in tractat. de Sacrament. præ-
ſtan. quæſtione 5. numer. 29. Maſcard. con-
cluſione 689. numer. 7. Iulius Clarus. §. fin.
quæſtione 36. numer. 21. Roland. conſilio
4. volumine 1. numer. 20. Tiber. Decian.
conſil. 82. volumine 2. numer. 8. verſ. Non
obſtat. Et quamuis Guid. Pap. in quæſtio-
ne 138. incip. In camera Conſilij, & Ioan.
Gallus in quæſt. 38. aſſerant, dictum cap. Si
iudex, locum ſibi non vendicare in habitu,
quia cognoſcere de habitu, ſpectat ad iudi-
cem ſecularem, & non ad Eccleſiaſticum, ſed
ſolum procedat, quando dubitatio eſt ſecun
dum eos, Clericus ſit nec ne. Vnde quidem,
quando non ſuper Clericatu adeſt conten-
tio inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſecula-
rem, ſed an habitus, in quo repertus fuit tõ
ſuratus, vel quo indutus ſolebat incedere,
eſſet Clerici, vel Laici, tunc certe ſecularis
erit de hoc iudex, & non Eccleſiaſticus; &
in terminis ait ipſe Guido ſic deciſum fuiſ-
ſe in curia Delphinali per rationes ab eo-
dem relatas. Quam opinionem ſequitur etiã
Iul. Clar. vbi ſupra, num. 14. in fin. & in. nu-
mer. 21. verſ. Cęterum. Decian. lib. 4. cap. 9.
num. 95. Maſcard. concluſ. 962. num. 4. Ger-
mon. lib. 3. cap. 15. num. 59. volum. 1. com.
opin. in dicta pagin. 141. verſ. Clericus an
quis. Et eidem opinioni videtur adhęrere
Ludouic. Lopez in. 1. par. inſtru. conſcient.
cap. 286. pag. 810. in principio. Et de iure
Regni Portugaliæ habetur, quod quando
agitur de veſtibus Clericalibus, non verò
de Clericatu, pertinet ipſius rei cognitio ad
ſecularem, & non ad Eccleſiaſticum iudi-
cem; vt trad. Gamm. in dicta quæſt. 5. nu. 29.
poſt medium.

Contraria tamen opinio mihi ſemper ve-
rior viſa eſt de iure; in cuius cõfirmationem
multa recenſent Couar. in pract. cap. 33. nu.
1. verſ. vbi ſit quæſtio. Azebed. lib. 1. tit. 4. l. 1.
num. 2. in fin. Farinac. dicta quæſt. 8. nu. 34.
Roland. conſ. 4. volum. 1. n. 33. Bouadilla, &
relati per eum in lib. 2. cap. 18. numer. 106.
Burg. de Paz, conſil. 22. num. 2. & 3. Bel-
lug. in dicto §. videamus, num. 4. Maſcard.
in volumine 2. de probation. concluſ. 689.
ex numer. 8. ſubdens in. numer. 9. quod de
habitu, tanquam quid acceſſorio ad ſpiri-
tuale, debet cognoſcere iudex Eccleſiaſti-
cus; vt etiam cenſet Stephan. Aufred. in
tractat. de poteſtate Secular. ſuper Eccle-
ſiaſtic. in. 20. fallen. vbi reprehendit Guid.
Pap. in dicta quæſtione 138. Et facit pro
hac opinione, quia ſi cognitio, an ſit clericus,
ſpectat ad Eccleſiaſticum, vt fatetur Guido,
nulla ratio poteſt aſsignari diuerſitatis, vt in
quit poſt alios Sigiſmun. Scaccia in dict. nu.
88. in fine, cur cognitio an deferat habitum
Clericalem, non ſpectet ad eundem; cũ vtra-
què cognito tendat ad idẽ. Bene tamen verũ
eſt, quod Clerico nõ ſuffragaretur allegare, ſe
incedere in habitu, & tõſura, quando per rei
euidentiã apparet de cõtrario; vt puta quia

denudato capite appareat, quod non defert
tonſuram, & ſimiliter de habitu, eſſet enim
tunc allegatio calumnioſa, qua non attenta,
iudex ſecularis poſſet procedere ad vlterio-
ra, & denegare remiſsionem; vt tradunt
Maſcard. in dicta concluſ. 689. num. 10. Si-
giſmun. Scacc. in dicto cap. 11. num. 89. ſub-
dens in. num. 90. quod pendente cognitio-
ne, an quis ſit Clericus, vel an deferat habi-
tum Eccleſiaſticum, reus debet remanere pe-
nes iudicem ſecularem, à quo captus eſt; &
interim ipſe ſecularis debet ſilere in proceſ-
ſu, per rationem, quam refert Bouadilla in
dicto cap. 18. num. 108.

Elegans tamen dubium eſt, an dum Con-
cil. Trident. in dict. cap. 6. concedit priuile-
gium fori, habenti beneficium Eccleſiaſticũ,
cenſeatur etiam dictum priuilegium conceſ-
ſiſſe habenti penſionem ſuper fructibus ali-
cuius beneficij, ita vt is ſimiliter gaudeat fo-
ri priuilegio, exemptuſquè ſit à iuriſdictio-
ne iudicis ſecularis, ſicut ſi habuiſſet benefi-
cium? Et Gigas de penſion. quæſt. 94. nu. 8.
defendit, quod habens penſionem, huiuſmo-
di priuilegio fori gaudeat, & idem affimãt
Porroles in Schol. ad Molin. in tract. de com
pet. quæſt. 5. num. 20. pulchrè Thom. Zerola
in prax. Epiſcop. 1. par. §. Clericus, fol. 43.
verſ. ex hac doctrina, pluribus rationibus id
comprobans, & Salced. ad Bernard. Diaz in
cap. 62. num. 10. ſubdens, quod cum iſte ca-
ſus in Complutenſi Academia contigiſſet an-
no Domini 1584. ita ipſe conſuluit, & ſic po
ſtea in ſupremo Conſilio Regis iudicatum
fuit. Pro qua opinione facit, quia largo ſal-
tem modo penſio dicitur beneficiũ; vt trad.
Abb. in cap. ad audientiam, el 2. num. 2. de
reſcrip. & refert Flaminius Pariſ. lib. 2. de re-
ſigna. benefic. quæſt. 15. ex princ. quia quan-
do penſio imponitur ſuper beneficio, dicitur
fieri ſectio in penſionibus, quę tranſeunt ad
ſucceſſores beneficiatos. Andr. Gamb. de of-
fic. & poteſt. Leg de latere lib. 6. ex num 315.
33 Et hinc eſt, quod ſicuti de beneficio in impe
tratione debet fieri mentio, ita & de penſio-
ne; aliàs eſt ſurreptitia impetratio, vt probat
late Gigas de penſio. quæſt. 67. Staphil. de
liter. gratiæ, §. noua forma, numer. 11. Me-
noch. de Arbitr. caſu. 201. num. 51.

His tamen non obſtantibus, contraria
34 ſententia verior eſt, & tenenda. Penſio nam-
que non ſapit titulum beneficialem, nam ti-
tulus eſt quid ſpirituale, penſio verò nihil
habet ſpiritualitatis, ſed eſt quid tempora-
le, & aſsignari poteſt laico. Azebedo lib. 1.
titul 4. l. 1. numer. 5. Andr. Gambar. de of-
35 fic. & poteſtate Legat. lib. 6. ex numer. 298.
Gigas de penſion. quæſt. 21. & refert plures
Flaminius Pariſ. lib. 2. de reſignat. benefic.
quæſt. 15. num. 20. Rebuff. in tract. nomi-
nat. quæſt. 9. numer. 36. Corraſ. in paraphr.
Sacerdot. 1. par. cap. 4. ex numer. 1. vnde
nec etiam penſio eſt beneficium Eccleſiaſti-
cum, vt notant communiter ſcribentes in di
cto cap. ad audientiam. El 2. de reſcrip. vbi
penſio, & beneficium ponuntur vt diuerſa,
& probat optimè tex. in cap. quamuis, el 1.
de præben. lib. 6. vbi quando mandatur, ali-
cui prouideri de beneficio, vigore talis mã-
dati de penſione prouideri non poterit.
Andr. Gambar. in dicto lib. 6. num. 296. &
tradit Staphil. ſupra numer. 12. fol. 21. Selua
de benefic. 1. par. quęſt. 3. num. 11. Alphon.
Hojeda de incompatib. benefic. in. 1. par. in
præfat. num. 3. & in 2. par. cap. 7. num. 4. Fla-
minius Pariſ. vbi ſupra. num. 11. & in lib. 1.
quæſt. 10. num. 69. ſic appellatione beneficia-
36 rij non venit penſionarius. Burſar. conſil.
351. num. 27. Ioan. Azor. in inſtitut. moral.
lib. 10. cap. 4. colum. 1475. verſ. tertio quæ-
ritur ſubdens, iure antiquo attento, cum nõ
cogi poſſe ad aliquas preces ſoluendas, iure
vero nouo, qui vt Clericus penſionem obti-
net, ſoluere tenetur B. Mariæ Virginis offi-
cium; ex Conſtitutione Pij Quinti. Quod
etiam referunt Nauarr. de Hor. Canon. cap.
21. num. 10 & Marc. Ant. Cuch. inſtit. maior.
lib. 5. tit. 7. num. 17. Andr. Gambar. de offi.
& poteſt. Legat. lib. 6. ex num. 325. in fine.
Nec obſtat, quod dicebatur, in impetratio-
ne beneficij faciendam eſſe mentionem de
penſione, cum etiam & mentio fiat de alijs,
& tamen non omnia, de quibus fit mentio,
ſunt beneficia; vt docent poſt alios Alphon.
Hojeda in dicto capit. 7. numer. 16. & Fla-
minius Pariſius in dicta quæſtione 15. num.
24. Gigas de penſion. quæſtione 28. ex nu-
mer. 5. Vnde etiam priuilegium fori con-
ceſſum habentibus beneficia, non compre-
hendit penſionarios; vt pulchrè concludit
Azebedo lib. 1. titul. 4. l. 1. numer. 5. Quod
etiam Sacra Congregatio Concilij Triden-
tini cenſuit die decimo nono Iunij, anno
milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſex-
to, ſub his verbis. Capitulum ſextum, ſeſ-
ſion. 23. de reformatione Concilij Triden-
tini non comprehendit quoad priuilegium
fori eum, cui fuit reſeruata penſio ſuper

fructi-

fructibus alicuius beneficij; quã refert Flamin. Pariſ. in dicta quæſt. 15. nu. 15. & ſecundum eam deciſionem, nulli dubium eſt, poſſe iudicem ſecularem cognoſcere de perſona penſionarij delinquentis: quod quidem verũ eſſe fateor, niſi pẽſionarius alias haberet qualitates habitus, & tonſuræ ſuperius relatas; tunc quidem non ratione penſionis, ſed ob prædictas qualitates, fori priuilegio frueretur.

Iſtæ tamen opiniones poterunt ad concordiam reduci, ex his, quæ trad. Marc. Ant. Cuch. inſt. mai. lib. 5. tit. 7. num. 17. aſſerens, quod quando habens huiuſmodi penſiones, eas obtinet loco tituli beneficij, reputatur vt beneficiatus, verum ſi non loco tituli, ſed ſimpliciter tanquam quid prophanum poſſidet, in beneficiatorum numero non recenſetur. Quare nec vllo officij Clericalis exoluendi onere tenetur, cũ penſio huiuſmodi etiam mero laico dari poſſit.

Nec ſimiliter poſſidens Capellaniam, ſeu
37 beneficium vulgariter dictum ſeruitiũ Miſſarum, fori Eccleſiaſtici immunitate frui poteſt: quoniã cum regulariter huiuſmodi Capellaniæ non dentur in titulum, nec in perpetuum, ſed ſint amobiles, non veniunt appellatione beneficij; vt pulchre ad propoſitum plura cumulando, adnotarunt Azebed. lib. 1. tit. 4. l. 1. num. 7. Portol. de competen. quæſt. 5. ex num. 21. ſubdens in. num. 23. in facti cõtingentia ita iudicatum fuiſſe in hoc Regno. Quæ opinio & ſi vera mihi videatur, eam tamen limitandam eſſe cenſeo, quando alicui in perpetuũ, vel in titulum fuerit aſsignata, & collata dicta Capellania, cum auctoritate Epiſcopi; tunc ſi quidem vt Eccleſiaſticum beneficium debet iudicari; vt optime reſoluit Salced. in dicto cap. 62. nu. 12. & in cap. 18. num. 9. Azeb. in dicto num. 7. Nauarr. de Hor. Canon. cap. 20. num. 17. Azor. in inſt. moral. lib. 10. cap. 3. col. 1472. verſ. quintò quæritur, Thom. Zerola in 1. par. v. beneficium. verſ. decimo, fol. 14. Felician. de ſolis de cenſibus lib. 2. cap. fin. nu. 15. illius ſi quidem ratione (vt ipſe ait) conſtringitur Capellanus ad recitandas preces Horarias, & ad fructum reſtitutionem tenebitur pro rata omiſsionis, ſicut quilibet beneficiarius; vnde non mirum ſi in eo caſu eiſdem fruatur priuilegijs, eiuſdemquè fori priuilegio minimè potitur habens præſtimonium, quãdo ei non in titulum conceſſum eſt. Cum enim huiuſmodi præſtimonia fuerint inſtituta pro ſtudentibus, & pro ſubſidio contra infideles, & in ſola temporalitate conſiſtant, ſic quandoque non dantur in titulum beneficij perpetui; tunc quidem ea obtinentes
38 priuilegio fori non gaudent. Quando verò ipſa conceduntur in titulum perpetui beneficij, vt multoties fit, præſertim in Hiſpania; tunc quia habent onus annexum, ſeruitium videntur habere, eaque obtinentes dictum fori priuilegium conſequuntur; vt vltra Azebed. ſupra in dicto num. 7. optimè adnotarunt Menoch. caſu. 201. ex num. 56. Rebuf. de pacif. poſſeſſ. ex num. 90. Alphon Hojeda de benef. 1. par. cap. 17. numer. 25. & pulchre in 2. par. cap. 8. per tot. optime Flamin. Pariſ. de reſign. benef. lib. 2. quæſt. 1. ex nu. 124. & eo in caſu, ea obtinentes beneficia Eccleſiaſtica cenſentur habere, diuinumque officium perſoluere tenentur; vt tradunt Nauar. de Hor. Canon. cap. 21. num. 9. Ioan. Azor. inſtit. moral. lib. 10. cap. 3. colu. 1472. Et de his videtur intelligẽdus Motus prop. Pij Quinti, qui incipit. Ex proximo Lateranenſi Concilio, vbi poſtquam præcipitur, vt omnes Clerici, qui beneficia habent, diuinum officium perſoluant, ſubiungit hæc verba: declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacunq. alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia continentes, in prædictis contineri: quod certe intelligendum eſt de ipſis præſtimonijs, quæ conferuntur in perpetuum, non verò de alijs.

39 Milites etiam Alcantarenſis, Alcalatrauæ, & aliarum militarium, à ſeculari iuriſdictione ſunt exempti, & pro punitione remittuntur ad ſuperiores ſui Ordinis, Staphil. de lit. grat. fol. 134. pag. 2. in princ. Azeb. lib. 3. tit. 5. l. 14. num. 4. ex eo, vt ipſe aſſerit, quia præfati Commendatores ſunt verè Religioſi, quod etiam notant Chaſſen. 9. par. Catalag. Glor. mund. conſidera. 4. verſ. & quoniam. Bellug. in ſpec. Princip. rubr. 7. num. 7. vbi Botrel. in lit. F. Auend. de exeq. Mand. 2. par. cap. 26. numer. 11. verſ. quod dixi, 2. part. Collectan. 29. numer. 4. Quantumuis enim vxorati ſint, in caſtitate viuere dicuntur; Burg. de Paz conſilio 17. ex numer. 1. & commutatio Voti, Continentiæ in Caſtitatem coniugalem, non mutat Regulæ ſubſtantiam. Soto lib. 7. de iuſtitia & iure, quæſtione 5. artic. 3. Rota deciſ. 266. numer. 6. par. 2. in nouiſsim. Et quod præfati commendatores gaudent priuilegio Canonis. Si quis

E 2 ſuaden-

ſuadente, tradit Nauar. de reddit. Eccleſiaſt. queſt. 3. Monet. 28. Optimè Ramirez in cõfirmatione ordinis Sancti Iacobi ex pagin. 16. Quod autem non ſint exempti à ſeculari iuriſdictione, nec ſint Religioſi, vid. Gutierrez lib. 2. pract. quæſt. 111. num. 2. Burg. de Paz dicto conſ. 17. num. 3. & alij per ipſos relati. Pro reſolutione tamen eſt omnino videndus Bouadilla lib. 2. cap. 19. ex num. 10. qui pulchre, & eleganter examinat hanc quæſtionem, & inter alia notabilia reſoluit, hos Commendatores non gaudere immunitate ſuorum priuilegiorum, ſed iudici ſeculari ſubiacere, ſi delinquant, antequam emittant profeſsionem, non vero ſi poſt profeſsionẽ, & idem tradit Bouadilla lib. 2. c. 18. nu. 86.

Nouitius etiam Religionis, etſi prima Clericorum careat tonſura, gaudet priuilegio Canonis, & fori, vt optime tradit Ioan. Azor. Inſtit. moral. lib. 12. cap. 3. verſ. ſecundò quæritur, & Rodrig. tom. 3. quæſt. regul. quæſt. 51. att. 12. docet Nouitios, ſicut & profeſſos, immunitatis Eccleſiaſticæ priuilegio gaudere, forte ob reuerentiam habitus, quẽ ipſi Nouitij geſtant; tum etiam quia Nouitij quantùm ad fauores inter Religioſos cõputantur, non verò quantùm ad odia, Rodriguez tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 21. art. 11. inde inferens, virtute Bullæ Cruciatæ ipſos Nouitios poſſe eligere confeſſorem, & abſolui à reſeruatis, quia non poſſe abſolui à reſeruatis, niſi à Prælatis Ordinis, aut habenribus eorum poteſtatem, quid odioſum eſt. Vnde prohibitiones Apoſtolicæ, quibus præcipitur Religioſis, ne virtute Cruciatæ Confeſſores ſibi eligant, tantùm loquuntur de Religioſis profeſsis.

Aduertit tamen ipſe Rodri. in to. 3. quæſt.
42 regul. q. 51. art. 12. priuilegia conceſſa religioſis profeſsis, non extendi ad ipſos Nouitios, niſi ſpecialiter ipſis concedantur.

QVÆSTIO QVINTA.

An Prælatus Commẽdatarius Monaſterij Canonicorũ Regularium, dum non eſt profeſſus, habeat de iure vocem in actibus Capitularibus ipſius Monaſterij?

SVMMARIVM.

1 *Prælatus Commendatarius non profeſſus caret voce in ſuo Capitulo Canonicorum Regularium.*

2 *Commendatarij Monaſteria relaxarunt.*

3 *Prælatus Commendatarius tenetur curam, & regimen Canonicorum committere alicui Canonico eiuſdem Ordinis, ex Benedicto Duodecimo.*

4 *Prælatus Commendatarius perpetuus habet vocem in Capitulo cum cæteris Regularibus, ſecundum plures Doctores.*

5 *Commendatarius poteſt præſentare, ſicut qui titulum habet, & permutare beneficium Commendatum, cum alio dato in titulum, & fructus beneficij facit ſuos, & eos vendere poteſt, & plura alia poteſt facere, vt verus titularis, & iura omnia quæ de titularibus loquuntur, locum habent in commendatarijs perpetuis.*

6 *Abbatiale officium ſi alicui committatur, cenſetur commiſſum eſſe id, quod competit eius contemplatione, vt illud facilius exequatur.*

7 *Commendæ beneficiorum in duplici ſunt differentia.*

8 *Commendatarius perpetuus, licet habeat plenam poteſtatem in ſpiritualibus, & temporalibus, non tamen habet vocem in Capitulo, ſi non ſit profeſſus.*

9 *Vocem dare in Capitulo conuenit ratione Canonicatus, quem habet poſt profeſſionem, non vero ratione præbendæ, & dignitatis quam obtinet.*

10 *In Eccleſia B. Mariæ de Pilari, non habuerunt vocem in Capitulo Commendatarij, niſi poſtquam profeſſionem emiſſerunt.*

REVERENDISSIMVS Dominus Ioannes Trullus eruditione, litteris, ac Religione inſignis huius almæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ meritiſsimus Canonicus, ſimul & Prior Sanctæ Criſtinæ, qui extremũ vitæ ſuæ diem clauſit Epiſcopus deſignatus Albarracen. in eleganti illo libro quem edidit de Ordine Canonicorum Regularium, in lib. 1. cap. 38. nu. 2. cenſuit, Prælatum commendatarium non profeſſum voce carere in
1 ſuo Capitulo Canonicorũ Regularium. Pro cuius eximij Doctoris opinione facit primo, quia prædictus Commendatarius, cũ non ſit Canonicus Regularis profeſſus, non eſt aſſociandus cum profeſsis in Capitulo, ad hoc

vt habeat votum, & vocem, quemadmodum ſi eſſet conſtitutus in profeſsione regulari, probatur in Clem. 1. de electione. Homines ſi quidem diſparis profeſsionis ſociari minime debent, cap. in noua 16. quæſt. 7. ne ex diſpari obſeruantia, in eodem loco generetur ſcandalum, cap. Deus qui. de vit. & honeſt. Cleric. cum ex tali ſocietate regularibus ocaſio detur ſolitæ vitę rigorem relaxandi; quod eſſe nō debet, vt tradunt plura allegando Immol. in dicta Clemen. 1. num. 7. Aymon. Crauet. conſil. 96. num. 1. Deci. conſil. 640 num. 14. ipſi namque commendatarij ſunt, qui Monaſteria relaxarunt labefactarunt, & corruperunt, bonaque & iura
2 eorum diſsiparunt, & alia damna & incommoda, quæ ex commendis plerumque proueniunt, recenſent Trullo vbi ſupra, ex dicto numer. 2. Iacob. de Graff. lib. 2. deciſ. capit. 97. num. 23. Hojeda de benefic. 2. par. cap. 4. num. 12. Rebuff. in prax. tit. de commend. ex numer. 12. relatus ab Anaſtaſ. Germon. de Indult. Cardin. §. per quæ ſublatis. numer. 20. Et hinc quidem nō immerito iſtam commendatariorum incommoditatem, deplorabat Summus ille Pontifex Clemens Quintus, in extrauag. Ex ſupernæ, de præben. inter commun. Cui etiam rei maxime congruit, Conſtitutio illa Concil. Lateranen. ſeſsion 9. ſub Leone Decimo, in cap. 3. Quoniam, inquit, ex commendis Monaſteriorum, Monaſteria ipſa, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, grauiter lædun tur, quippe quorum ędificia partim commendatariorum negligentia, partim auaritia, vel incuria collabuntur, & indies diuinus cultus in eis magis diminuitur. Volumus & ſancimus, vt cum illa per obitum Abbatum, qui illis præerant, vacauerint, nul lo modo cuiquam poſsint commendari, ſed de perſona idonea iuxta præſcriptam conſtitutionem eis ita prouideatur, vt illis idonei Abbates (vt decet) pręfuturi ſint. Quod etiam ſimilibus verbis, ita decreuiſſe Innocen. Sextū in ſua extrauag. quę incipit, Paſtoralis, tradit Coſm. in Pragmat. ſanct. tit. de Collation. in §. cui rei, fol. 172. ad fin. Quibus optime conſonat, Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 10. dicens, Regularia beneficia in titulum Regularibus profeſsis prouideri conſueta, cum per obitum, aut reſignationem, vel alias illa in titulum obtinentes vacare contigerit, Religioſis tantum illius Ordinis, vel ijs, qui habitum omnino ſuſcipere, & profeſsionem emittere teneantur, & non alijs conferantur; ne veſtem lino, lanaquè contextam induant. Copioſius etiam idem Concilium Tridentinum eandem rem explicuit, in ſeſſ. 25. in decreto de Regular. capit. 21. dicens, Cum pleraque Monaſteria etiam Abbatiæ, Prioratus, & Prępoſituræ, ex mala eorum, quibus commiſſa fuerunt, adminiſtratione, non leuia paſſa fuerint, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus detrimenta, cupit Sancta Synodus, &c. Ex quibus quidem luce meridiana clarius apparet, quam odioſę ſint huiuſmodi beneficiorum commendationes iuri Canonico, & Concilijs. Et ita non mirum cuiquam videri debet, ſi ad reſarciendam vt cunquè iacturam, quę ex ipſis commendis (etiam perpetuis) prouenit, non ſolum votum adimatur in Capitulo, verum etiam iuriſdictio ipſius Pręlati commendatarij in ſubditos Regulares, temperetur & coarctetur in Concil. Trident. ſeſſ. 25. in Decret. de Regular. cap. 20. his verbis. Et quandiū durabunt huiuſmodi commendę, Priores Clauſtrales, aut in Prioratibus Conuentum habentibus Suppriores, qui correctiones, & ſpiritualem regimen exercent, à Capitulis generalibus, vel ipſorum Ordinum Viſitatoribus inſtituantur, & in cap. 21. ſubdit, vt ijs, quę nunc commendata reperiuntur, & quæ ſuos Conuentus habent, regulares perſonę, eiuſdem Ordinis expreſſe profeſſę, & quę gregi pręire, & pręeſſe poſsint, pręficiantur. Quam denique Prælatorum commendatariorum iuriſdictionem multo
3 antea mirummmodum conſtringit Benedictus Duodecimus, in Conſtitution. Canonicor. Regular. tit. quod antiquus Canonicorum numerus teneatur. Pręcipiens, quod Prælatus commendatarius teneatur, curam, & regimen, ſiue adminiſtrationem Canonicorum, committere alicui Canonico eiuſdem Ordinis, & domus, &c.

Ex quibus quidem colligitur, quod cum non leuia paſſa fuerint, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus detrimenta ipſę Eccleſiæ, & Monaſteria ex his beneficiorum commendationibus, non ſolum congruum eſſe, vt voce careant in Capitulo ipſi Commendatarij, ſed etiam vt alijs pręeminentijs, & honoribus priuentur, vt ſic auidius Regularem obſeruantiam, & Religionis profeſsionem exoptent, vt maiori cura, & diligētia regimini, & adminiſtrationi bonorum

ſpiritualium, & temporalium ſuorum Monaſteriorum conſulatur; & vita regularis ſub ditorum, eorum Religionis exemplo facilius componatur.

Secundo pro eadem opinione facit optimus tex. in cap. fin. §. præcipimus de ſtat. Monach. quem tex. optime ponderauit ad hoc Trullo lib. 3. cap. 3. ex numer. 8. in eo inquam cap. ſub his verbis præcipitur, vt in nullo monaſterio ad præbendas recipiantur Clerici ſeculares; nec ij qui recepti ſunt, locum, vel vocem in Capitulo, Dormitorio, vel Refectorio, ſeu Clauſtro ſibi vendicare contendant, ſeu Monachorum cætibus importune ſe præſumant miſcere; ſed beneficijs ſibi conceſsis contenti, conuerſentur honeſte, oportuna obſequia in Monaſterijs fideliter impendentes; nihilque vltra in ſpiritualibus, aut temporalibus exigant in ipſis Monaſterijs, vel vſurpent, &c. Ex quibus verbis ſatis aperte colligitur, quod quãdo Prælatus commendatarius non eſt religioni adſtrictus, nec ratione habitus, & profeſsionis, tunc quidem eſt Clericus ſecularis, & nec vocem in Capitulo, nec in alijs locis hic prohibitis poteſt obtinere inter regulares; per hunc tex. Eo præſertim, quia homines diuerſæ profeſsionis, paſsim interſe ſunt diſcordes, infeſti, & contrarij, vt experientia manifeſtiſsime conſtat; vnde ſcandalum graue oriri poterit; optimo igitur iure, in dicto §. prohibemus ſtatuitur, ne vocem in Capitulo cum regularibus ipſi ſeculares habeant.

4 Prædictis tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam vt veriorem defendit Alphon. Hojed. 1. par. cap. 24 ex numer. 100. quem ſequitur Mich. Martinez del Villar in 2. par. *Del Patronado*, §. 4. num. 9. & poſt longam diſputationem eandem opinionem amplectitur Didac. Perez lib. 4. tit. 11. l. 10. pag. 889. ex verſ. quibus fundamentis, cui etiam ſententiæ ſe ſubſcripſit Azebed. lib. 6. tit. 3. lege 10. fol. 58. & nouiſsime late eam defendit Eman. Rodrig. tom. 2. quæſt. regul. quęſ. 52. art. 7. ex pag. 249. Quod ſcilicet Prælatus commendatarius perpetuus, habeat vocem in Capitulo cum cæteris Regularibus; cum poſsit omnia illa exercere, quæ poteſt proprietarius, in cuius locum cenſetur ſubrogatus, vita ipſius durante. Pro qua opinione facit primo, nam Abbas commendatarius, creatus ad vitam à Pontifice maximo, habet ius in ea, & ex ipſa commenda cenſetur habere Canonicum titulum, vt tradit Rebuf. de pacific. poſſeſſor. ex num. 36. Coſm. in pragmat. ſanct. titul. de pacif. poſſeſſor. in verb. titulum fol. 59. optime Flamin. Pariſ. de reſign. benef. lib. 2. quæſt. 17. numer. 11. latiſsim. Hojed. in dict. 1. par. cap. 14. num. 6. & in dict. cap. 24. num. 100. Ludou. Gomeſ. in regul. de triennal. poſſeſſ. quæſt. 5. verſ. & pro iſta opinionę, Benedict. Capra. in tract. de permut. benef. in princip. num. 22. Ioan. Azor. inſtitut. moral. lib. 12. cap. 22. verſ. vndecimo quæritur, Anaſt. Germon. de Indult. Cardinal. §. ita quod ex num. 10. Paul. Fuſsius de viſitat. lib. 2. cap. 9. ex num. 4. Rebuff. in prax. 2. par. tit. de reprobata benef. viuent. impetrat. numer. 46.

5 Et ideo commendatarius poteſt præſentare, ſicut alius qui titulum habet, & etiam conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam, ſicut is qui habet titulum; & permutare beneficium commẽdatum, cum alio dato in titulum, & fructus beneficij facere ſuos, ſicut is qui habet titulum, & ſuper redditibus ſuæ commendæ poteſt tranſigere, ac eos vendere, ſicut qui habet verum titulum, & plura alia poteſt facere vt verus titularis; quæ referunt pulchre Trullo in dicto lib. 1. cap. 38. num. 6. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. ex numer. 37. & late Hojed. in dicta 1. par. cap. 14. num. 6. verſ. Et quamuis. Late Anaſtaſ. Germon. de Indult. Cardinal. in §. ita quod per tot. Azor. in d. verſ. vndecimo quæritur, Flamin. Pariſ. de Reſign. benefic. lib 11. quæſt. 5. ex num. 35. ac demum iura omnia de titularibus loquentia, locum ſibi vendicant in commendatarijs perpetuis, argum. Clem. fin. de Procurator. vbi Immola in 1. quæſt. num. 6. Mandoſ. in regul. 32. de impetrat. benef. vacan. per obitum familiar. Cardin. in quæſt. 7. num. 2. Chaſſen. 4. part. catal. Glor. mund. 32. conſider. verſ. & quę dicta ſunt, late Didacus Perez lib. 4. tit. 11. l. 10. pagin. 889. verſ. quia eligere. Si igitur omnia iſta facit commendatarius, ſequitur etiam quod debet habere vocem, ac votum in Captulo, ſimul cum Canonicis, vt omnia iſta quę à iure conceduntur, commode valeant expediti.

6 Secundo id confirmatur ex eo, nam cui officium Abbatiale eſt commiſſum, conceſſum etiam cenſetur omne illud, quod competit, & pendet ex officij contemplatione, vt illud facilius, & melius expediatur; vt notat. in l. 2. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. & in

cap.

capit. prudentiam, in. §. ſexta nobis. de offic. delegat. Vnde dicendum eſt, quod Pontifex, qui alicui commẽdauit Abbatiam, & eum conſtituit in caput ſui Capituli, noluit vt durante vita ipſius Abbatis, Capitulum eſſet acephalum, & ſine Prælato, tanto tempore, ſed ipſum habilitaſſe, & conſtituiſſe in plenitudine integrę poteſtatis, & iuris beneficij, conceſsiſſeque ei, omnia quæ ſunt neceſſaria, vt melius ſuum officium exercere valeat, & ſic poſſe, ac debere habere vocem in Capitulo, ſimul cum ſuis regularibus. Si namquè talis Prælatus non admitteretur in actibus Capitularibus, tam circa adminiſtrationem perſonarum, quam rerum, & in electionibus Canonicorum, & cæterarum perſonarum, ſequerentur Eccleſiæ, quam plura incommoda, & detrimenta, quę quidem, pręſente Pręlato, qui dignior eſt dignitate, & voce, cum ſit datus in Caput, cæteri vero pro membris, ceſſarent, & aliter certe parum, aut nihil vtilitatis acquireret ipſe commendatarius. Ne igitur hoc concedatur, dicendum eſt, quod ei cui officium Abbatiale commiſſum eſt, conceſſum vtiquè eſt omne illud, quod competit, & pendet ex officij contemplatione, ſicquè ei, omnino competit ius dandi vocem in Capitulo, cum cęteris Religioſis.

7 Horum autem grauiſsimorum Doctorum repugnantia, & contrarietas, circa propoſitæ quæſtionis reſolutionem, poteſt conciliari, ſi adhibeamus diſtinctionem, quam circa aliam quæſtionem referunt Hojed. de benefic. 1. part. cap. 14. num. 7. verſi. videmus ergo, Rebuff. de pacifi. poſſeſſor. num. 46. Nauarr. lib. 1. titul. de fil. Presbyter. conſil. 4. per totum, Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. capit. 9. ex numer. 2. Gomes, in regul. de triennali, quæſt. 5. verſ. dicta igitur omnia, & late Flamin. Pariſius in dicto lib. 1. quæſt. 17. per totum, quod ſcilicet beneficiorum commendæ in duplici ſunt differentia, alia namquè commenda eſt temporalis, & ad nutum amouibilis, vel donec Eccleſię prouiſum fuerit de Prælato, vel Rectore, vt in caſu. cap. nemo deinceps de elect. in 6. Et quidem cum talis commenda non tribuat titulum, nec ius in re, cum quandocunquè viſum fuerit ſuperiori, poſsit reuocari, vt tradit Mandoſ. in regul. 32. Cancellariæ de benefic. vaccan. per obitum famul. Cardin. quæſt. 9. & hinc eſt, quod huiuſmodi Commendatarij temporales, non faciunt fructus ſuos, ſed tenentur eorum reddere rationem, cum in effectu nihil aliud ſint quam quidam Adminiſtratores bonorum Eccleſiæ, vel beneficij, vt notatur in cap. cum nobis de elect. & tradit Hojeda dicto capit. 14. numer. 4. Flamin. Pariſ. dicta quæſt. 17. ex numer. 3. in his videtur dicendum, quod iuſta ratione ſimiles commendatarij non habeant vocem in Capitulo, & quod tantum de ipſis commendatarijs temporalibus, loquatur Trullo, vbi ſupra, non vero de commendatarijs perpetuis, quibus datæ ſunt commendæ à Pontifice maximo ad vitam, qui cum dicantur habere titulum Canonicum, fructuſquè faciant ſuos, ex Hojeda vbi ſupra, numer. 8. & in 2. part. capit. 4. numer. 11. Paul. Fuſcio lib. 2. de viſitat. cap. 9. numer. 4. & 5. Flamin. Pariſ. in dicta quæſtione 17. ex numer. 11. & lib. 3. quęſt. 1. numer. 111. videtur quod prędicti commendatarij æquiparantur beneficiatio, cum commenda perpetua in effectu nihil aliud ſit, quam palliata diſpenſatio. Hojed. dicto cap. 4. numer. 15. Matienzo lib. 5. titul. 10. l 6. gloſ. 2. num. 5. ſic videtur, quod dicti commendatarij perpetui, debeant habere vocem in Capitulo, & ita procedat, & intelligatur doctrina Hojedę, qui ex rationibus quas tradit, infertur quod videtur loqui de cõmendatario perpetuo, & non de temporali. Et quamuis negari non poſsit, quin damna plurima ſubſequantur ex ipſis commendis, ſiue perpetuis, ſiue temporalibus, ita vt iuſte prohibitę ſint ex Concil. Trid. Nihilominus tamen, cum illi qui perpetui ſunt commendatarij, habeant omnes pręheminentias, quę competunt veris titularibus, delegariquè poſsint cauſę ipſis, à Sede Apoſtolica, ſicut ſi eſſent titulares, ex Rebuff. de pacif. poſſ. ff. numer. 4. Flamin. Pariſ. ſupra, lib. 2. quęſt. 17. num. 13. ſimiliter videtur dicendum, quod ipſi habeant vocem in Capitulo.

8 Mihi tamen exactius conſideranti difficultatem iſtam, nunquam hęc opinionum conciliatio, ad propoſitum de quo agitur, placere potuit; nec minus aliqua ſuperiorum opinionum meo ingenio ſatisfacit. Nam quamuis commendatarius perpetuus habeat plenam poteſtatem in ſpiritualibus, & temporalibus, vt tradunt Rebuff. vbi ſupra, nu 41. & Flamin. Pariſ. in dict. quęſt. 17. n. 14. nõ tamen habere illũ vocẽ in Capitulo (ſi nõ ſit profeſſus) ſemper vt verius exiſtimaui; eo

præſertim, quia attento iure communi, ius
9 dandi vocem in Capitulo,competit ratione Canonicatus, quę habet poſt profeſsionem, non vero ratione præbendæ, & dignitatis, quam obtinet; vt tradit pulchre Abb. per illum tex. in cap. pro illorum, nu. 2. ver. not. 3. de præb. Lęlius Zechius de Repub. Eccleſia. cap. 24. verſ. ſeptimo ſoli Canonici, pagin. 260. & ad id etiam faciunt, quæ not. idem Abb. in cap. cum olim num. 8. de ſentent. & re iudic. dicens, quod habens dignitatem, vel aliud officium non habet de iure vocem in Capitulo, ſed dumtaxat habens ius Canoniæ; cui conſonant verba Innocen. in capit. 2. de inſtitut. in fin. quæ quia præclara ſunt ad propoſitum: ipſa refero, Clerici (inquit) qui præbendantur in Eccleſijs, ſi non habent ibi ius Canonicatus, nullo modo ad electionem, vel ad alia Canonica facta Capituli vocari debent; & ait Abb. in capit. ſcriptum, num. 4. de elect. nota quod Præpoſiti, qui alias non ſunt Canonici, non habent de iure vocem in Capitulo; ſoli enim habentes ius Canoniæ, faciunt Capitulum, & ita Ripp. in cap. eam te de Reſcrip. num. 14. cenſet, Decanum non dici de Capitulo; ſoli namque Canonici (vt ipſe ait) ſunt de Capitulo, niſi Decanus eſſet etiam Canonicus; Deci. itidem in conſil. 641. numer. 9. dicit, Prælatus qui non eſt Canonicus, non habet ius dandi vocem in Capitulo; & idem tenet Coſm. in pragmat. ſanction. tit. quo temp. quiſquę debeat eſſe in choro in §. tollens, in gloſ. verb. Decani fol. 136. optime in titul. de collation. §. item cenſuit in glo. verb. numerus. in numer. 10. fol. 324. quia vt dicit Abb. poſt alios in cap. cum olim, numer. 8. in verſ. ſed quia de re iudic. Quamuis Epiſcopus & Canonici faciant vnum corpus, de alijs tamen dignitatibus nihil dicitur; cap. nouit. cap. quando de his quæ fiunt à præl. Qui ergo citra Canonicos vult, ſibi ius eligendi vendicare, vel vocem in Capitulo, debet id, per aliquod ius ſpeciale probare. vt in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſ. & propriet. Et idem not. Dominicus in cap. fin. ex numer. 4. de præben. in 6. vbi dicit, quod Prælatus qui habet dignitatem tantum de iure communi, non videtur de Capitulo, & non poteſt dare vocem; quia ad ſolos Canonicos ſpectat. Vnde etiam dicit Deci. in cap. relatum ex num. 4. de præben. Qui non eſt Canonicus, licet aliam in Eccleſia habeat dignitatem, non habet vocem; quia tale ius dumtaxat competit Canonicis; & cum prædictis concordat Federicus de Senis in conſil. 100. incip. factum tale eſt, Abbas ſubiectus in verſ. præterea, vbi dicit, quod Prælatus non eſt de Collegio, nec pars Collegij, licet enim Prælatus ſit caput Collegij, & præſit Collegio, non tamen eſt de ipſo Collegio; imo vt diſtincta, & ſeparata ponuntur in iure. Et hinc quidem eſt, quod quantum ad ius dandi vocem in Capitulo, melior eſt conditio habentis Canoniam, quam dignitatem, vel aliquam præbendam; vt tradit Deci. in cap. relatum, num. 4. Hojed. in dicta 1. par. capit. 12. numer. 1. & numer. 6. ſubdens, ex magis communi Doctorum opinione, Canonicum receptum vltra numerum, habere vocem in Capitulo, quamuis careat præbenda; ad quod quidem plures Doctores adduxi in 2. part. Collectan. 10. num. 6. Quæ omnia intelligenda ſunt, niſi aliter conſuetudine introductum ſit, vt notant Abb. Ripp. & alij vbi ſupra. Vnde Thomas Triuiſanus lib. 2. deciſ. 54. numer. 31. ait, quod de iure ſoli Canonici, non autem habentes dignitates dicuntur de Capitulo, niſi aliud habeat conſuetudo. Quatenus ergo attinet ad noſtrum inſtitutum, ſatis extat probatum, ſaltem de iure communi, Prælatum nō habere vocem in Capitulo, niſi electus fuerit tanquam vnus de Capitulo; vnde quidem præcedere debet electio, ipſiuſquè profeſsio regulæ, ad hoc vt Prælatus commendatarius poſsit habere prædictam vocem, & votum, in actibus Capitularibus Canonicorum Regularium; cum non dicatur Canonicus, donec electus, & profeſſus fuerit. Et eo magis hanc opinionem veriorem iudico, quod videam, eam praxi receptam fuiſſe, in hac enim nobiliſsima Ciuitate Cęſarauguſtana, Eccleſia Metropolis, & noſtra Sanctæ Mariæ Maioris de Pilari fuerunt ambæ Canonicorum Regularium (dixi fuerunt) quia Metropolis paucis ab hinc annis ſecularis effecta eſt, à Santiſsimo Papa bonæ memoriæ Clemente Octauo, & vt ſumma cum ratione dixi in 2. part. Collect. 165. num. 2. quaſi duo lumina pulcherrima vnius corporis, & Canonicorum doctrina, & eorum vitæ integritate, non ſolum hanc vrbem, ſed & totum hoc illuſtriſsimum Regnum, mirifice illuſtrant, & exornant. In ipſis ſi quidem Eccleſijs vt à fidedignis teſtibus, & authenticis ſcripturis accepi, re-

ceptum

ceptum eſt, vt cum Priores harum Eccleſiarum commendatarij, vel non profeſsi eiuſdem religionis fuerunt, ſuffragium & votum in capitulo minimè præſtiterunt, niſi poſtquàm electi in Canonicos ipſarum Eccleſiarum profeſsionem emiſſerunt. In Eccleſia enim metropoli anno 1483. dùm eſſet Prior Antonius Sanchez, & ſimiliter poſtea cum Prior Artal, & cum aliis, idem obſeruatum fuit. Et in hac Eccleſia B. Mariæ de Pilati anno 1498. Prior Petrus Zapata, & in anno 1509. Prior Doctor Paulus, qui non habuerunt vocem in Capitulo, niſi poſt ſuſceptionem habitus Canonicorum; & poſtquàm profeſsionis voto ſe adſtrinxerunt.
10 Imò, in dicta ſancta Eccleſia de Pilari, vt habetur in libris Archiui anni 1491. diſtributiones chori, & aniuerſariorum, quæ Canonicis reſidentibus, & intereſſentibus diuinis officiis, dari conſuetæ ſunt, Priori Bartholomæo de Ariño, non fuerunt perſolutæ, ob eam rationē, vt in eodem libro ſcriptum reperitur; quia ſcilicet erat commendatarius; eadem etiam quæſtio, anno 1550. ſuborta fuit in præfata Eccleſia de Pilari inter Marcialem de Guaras Priorem Cōmendatarium, & capitulum dictæ Eccleſiæ, vtrū dicto Priori aſsignari deberent, & perſoluēdæ eſſent dictæ diſtributiones chori, & aniuerſariorum, & quidem magno præuio cōſilio, prēſertim duorum inſignium aduocatorum, Michaelis ſcilicet doñ Lope, & Victoriani Tafalla, declaratum extitit, dictum Priorem conſequi debere dictas diſtributiones, à tempore quo fuit electus in Canonicum, & non antea, quia erat Cōmendatarius.

11 Pro his etiam benè facit quod tradit Rodrig. tom. 3. quæſt. regular. quæſt 51. artic. 9. ex pag. 160. dicens, quòd quamuis Cōmendatarius perpetuus, quodāmodo verus Prēlatus cenſeatur, nihilominus tamen in aliquibus differt à vero Prēlato; vnde priuilegia Abbati, vel Prēlato conceſſa, ad Commendatarium non extendūtur. Qua propter, ob rationes prædictas, & alias, ſemper in ea fui ſententia, & conſului exemptionem conceſſam à ſanctiſsimis Pontificibus, Priori, Canonicis, & Camerario huius almæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Pilari, nequaquam comprehendere Priorem, vel Camerarium Commēdatarium, etiam perpetuum, neque ad ipſos extendi.

QVÆSTIO SEXTA.

An donatio, vel bonorum renunciatio facta ab eo, qui ingreſſurus eſt religionē, teneat; ſi in ea non fuerit obſeruata forma præſcripta à Concilio Tride. in ſeſſio. 25. de regularibus, cap. 16. Vbi etiā optime de interpretatione dicti textus diſſeritur.

SVMMARIVM.

1 *Nauarrus laudatur, vixit 108. annis, mortuus eſt anno 1586. 13. die Iunij Romæ.*
2 *Intellectus ad cap. 16. Concil. Trident. ſeſ. 25. de Regular. latè aperitur & num. 8.*
3 *Donatio facta ab eo, qui intendit ingredi religionem, quamuis nondum ſuſceperit habitum, nulla eſt, quia non fit cum licentia Epiſcopi, ſiue eius vicarij, neque intra duos menſes ante profeſsionem, quamuis in ea iuramentum interueniat, vel pactum, quod in omnē euentum, in quem dictus donator ante profeſsionem à monaſterio exeat, dicta donatio ſit nullius momenti.*
4 *Clauſula decreti irritantis annullat ipſo iure actualiter factum.*
5 *Donatio facta ante ingreſſum religionis valida eſt, poſt ingreſſum autem irrita eſt; ſi non ſeruatur in ea forma præſcripta in dicto cap. Concil. Trident. ſecundum veriorem ſententiam, & numero 8.*
6 *Opinio Moli. in propoſita quæſtione.*
7 *Donatio facta ab aliquo ante ingreſſum religionis valida eſt, rumpitur tamen per ingreſſum, ſecundum aliquos.*
8 *Intellectus ad l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat.*
9 *Congregatio Cardinalium ſacræ congregationis Concilij Tridentini, tantam habet auctoritatem, vt quæ ipſa decernit circa Concilium, à Papa cenſeatur decretum.*
10 *Menochij doctrina refutatur.*
11 *Deciſio cap. 16. ſeſ. 2. Concil. Trid. non habet locum in teſtamentis.*

12 *Deciſio dicti cap. Concilij non procedit, quando nouitius donationem, vel bonorum renunciationem, aut obligationem feciſſet, non animo gratuito, & aliquid donandi, ſed potius ſoluendi quod debebat.*
13 *Nouitius intra annum probationis, gaudet priuilegio fori, & canonis.*
14 *Donatio facta à nouitio, quare fieri debeat, cū licentia Epiſcopi, & non auctoritate iudicis ſecularis.*
15 *Cauſæ piæ indubio non eſt fauendum, quādo agitur de vtilitate pecuniaria, bene tamē quādo agitur de his, quæ de ſe ſunt immediatè pia, & religioſa.*
16 *Intellectus ad cap. ex parte, de cenſibus.*
17 *Intellectus ad Authen. Ingreſſi, C. de ſacr. ſanct. Eccleſ.*
18 *Molina reprehenditur.*
19 *Donatio & teſtamentum, non rumpuntur per ingreſſum religionis, ſecundum veriorem ſemētiam.*
20 *Monaſterium quando loco filij habeatur.*
21 *Deciſio dicti cap. Concilij, an habeat locum in militibus ſancti Iacobi, & alius, qui ducunt vxores, & in Hieroſolymitanis?*

1 DOctiſsimus Nauarr. (quē merito ſummis laudibus extollunt, & venerantur, Viuald. in candelab. Eccleſ. in princip. in tit. de auctoritate Doctorum in genere, ex num. 24. Couarr. Sarmiē. Coſta, & plures, quos retuli in 2. par. collecta. 12. num. 6. qui vltimum vitæ ſpiritū clau
2 ſit Romæ, die 13. Iunij, anni 1586. cùm centeſimum & octauum attigiſſet annū, vt refert Menoch. lib. 3. præſumpt. 1. num. 99. cuius mortem tota curia deflet, vt ait Flamin. Pariſ. de reſigna. benef. lib. 4. quæſt. 11. nu. 31. ipſe inquàm Nauar. lib. 3. tit. de donat. conſil. 7. & conſil. 8. mouet hanc quæſtionem, & toto cōnatu defendit, poſt deciſionem Cō-
3 cilij Trident. donationem, ſeu bonorum renunciationem factam ab eo, qui intendit ingredi Religionem, quamuis nō ſuſceperit habitum, nullam eſſe, niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius vicarij, fiat intra duos menſes ante profeſsionem, quamuis in ea iuramentū interueniat, vel pactum, quod in omnem euentum, in quem dictus donator ante profeſsionem à monaſterio exeat, dicta donatio ſit nullius momenti. Quam etiam opinionem ſequi videtur Thomas Zerola in prax. Epiſcop. 1. par. §. monachi, ſeu regulares, in finalibus verbis, dum refert opinionem Nauarri; neruoſè eam defendit Rodrig. in ſum. in 1. par. cap. 90. ex princip. & in 2. par. ca. 7. num. 8. eamquè comprobare nituntur ex Cōcil. Trid. ſeſſ. 25. de regular. cap. 16. vbi hæc verba habentur. Nulla quoque renunciatio, aut obligatio, antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuſcumque cauſæ piæ, valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius vicarij, fiat intra duos menſes proximos ante profeſsionem; ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſsione, aliter verò facta, etiam ſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione, etiam iurata, ſit irrita, & nullius effectus. In quo quidē Cō-
4 cilij decreto, cùm adhibita ſit clauſula decreti irritantis, videtur actum aliter factū, ipſo iure nullū eſſe, ac pro infecto haberi, ex traditis per Cabalinum in milleloq. 467. Hojeda de benefic. 1. par. cap. 10. num. 6. Neuiza. conſil. 74. num. 34. Deci. conſil. 532. per tot. Roland. conſil. 60. volum. 4. num. 23. Clauſula enim decreti annullatiua, importat formam eſſentialem, qua quidem deficiente, corruit actus, l. mulier, §. abeſſe, ff. de verbo ſignific. Menoch. de arbitrar. quæſt. 30. n. 5. Rolan. vbi ſupra ex n. 24. Felin. in cap. cum dilecta, num. 6. de Reſcrip. Iaſ. in l. quid ſi nominatim, num. 22. ff. de liber. & poſthu. Gutierrez lib. 3. practic. quæſt. 15. n. 3. Si ergo clauſula ipſa decreti irritantis importat formā, ſequitur quòd forma Concil. nō ſeruata, corruit actus ipſius donationis, & renūciationis, vnde ſi fuerit celebratus ſine licētia Epiſcopi, vel ante duos menſes ante profeſsionem, nullus, & irritus iudicari debet.

Secundò facit ad id, nam mens Concilij ſtatuentis, ne dicti actus valeant, ea quidem videtur eſſe, vt nouitius ante profeſsionem liberè poſsit recedere à Religione, ſi id magis ſibi expedire videatur, nec timore, quod nō potietur omnibus ſuis bonis, quibus intuitu ingreſſus ſe ſpoliauit, emittat profeſſionem; ſed hæc ratio æque vim habet, in renunciatione, aut obligatione facta ante nouitiatum, & in nouitiatu; ergo ſimiliter vtrūque caſum comprehendit dicta Cōcilij cōſtitutio; actum inquàm factum ante ingreſſum, & poſt ingreſſum; vnde actus antea factus erit nullus, & irritus, ac ſi factus fuiſſet poſt ingreſſum, cum lex (etiam exorbitans, & pœnalis) extendi debeat ad alium caſum, ad quem ſi non extēderetur, fruſtraretur eius deciſio, vt probatur in cap. ſi Ciuitas, de ſent.

ſentent.excom.in 6.& in cap.2.de vſur.in 6. Rodriguez in dict.cap.90.nume.1. Cancel. lib.2.variar.cap.8.nu.82. & pręſerrim quãdo eſt eadem ratio,provt eſt in noſtro caſu; runc liquidem etiam in pœnalibus fieri deber extenſio de vno caſu ad alium, ex idẽtitare rationis, vt probat l.cum mulier,ff.ſolu to matrim. & rradunt Tiraq. tract. ceſ.cau. in princip.nu.142.Alphonſ. Hojeda de beneſ.1.par.ca.17.num.40. vbi referunt alios, in hoc autem caſu,nõ ſolum militat eadem ratio,ſed maior quidem, vt fiat huiuſmodi caſus extenſio; quia grauius eſt ingreſſuro monaſterium facere donationem ante ingreſſum,& ſuſceptionem habitus,quàm poſtea; partim,quia priuat ſe ipſum facultate donandi aliis, poſtquam ſuſcepit habitum; partim quia parentes,vel cognati, volentes quærere bona ingreſſuri,vel ingreſſuræ monaſterium, facilius poſſunt conſequi quod exoptant,perſuadendo pueris,& puellis an te ingreſſum, vt donent ſua bona ſibi ipſis, vel aliis,quibus volunt,quam poſtquam in greſſi fuerint monaſterium, vel ſuſceperint habitum,eoquod ſunt iuniores,& minus ſapiunt,& plus ſubijciuntur parẽtibus, vel tu toribus,& amicis,& plus habent timoris re uerentialis,vt conſtat;at quidem poſt ſuſcep tum habitum,ſunt liberiores, ſapientiores, & minus hãbent timoris reuerẽtialis,& plu res conſultores habẽt religioſos, vel religio ſas,quæ vt perſonæ ſpirituales,& à mundanis ſeparatæ,pręſumuntur rectius eis cõſul turæ,ex maioritate autem rationis,etiam in materia pœnali extenſionem fieri debere, omnia iura proclamant,vt tradit Alex.in ad dition.ad Bald.in l.mancipia, in verſic.Turbans,C.de ſeru. fugit. Rochus deCurt.in re pet.cap.fin.de conſuet.in 7. limitat. & tradit Hojed.de beneſ.1.par.c.18.n.2.

Tertiò facit,quia indubio, ea ſumẽda eſt interpretatio, quæ magis fauet cauſæ piæ, l.ſunt perſonæ,ff.de religioſ.& ſump.funer. ſed fauorabilius eſt religioni, vt ante ingreſſum quis non poſſit donare, quàm poſt ingreſſum;cum per ipſum ingreſſum,ſe & ſua dedicet monaſterio, ita vt de ipſis amplius diſponere non poſſit, vt prob. Authent.ingreſſi,C.de ſacr.ſanct.Eccleſ.cap.quia ingre dientibus,19.quæſt.vlt. ergo donatio ante ingreſſum prohibita eſt. Ex quibus hanc opinionem non ſolùmNauar.& Rodrig.defendunt in locis ſuperius citatis, ſed etiã(licet ſub verbis aliquantulum obſcuris) eam tueri videtur Ludou.Lopez in lib.2.inſtruc. negocian.cap.39.pag.484. num.5. ſic dicẽs: Aduerte,quòd hæc donatio, ſeu alienatio, aut renũciatio bonorum, quæ fieri ſolita eſt in ingreſſu religionis,vel paulò antea, dum ſeparabat quis ad hunc ingreſſum, ſic mode rata eſt per Concil.Tridenr. ſeſ.25. cap.16. vt poſsit ſortiri effectum, validequè fieri, vbi ſic cauetur,&c. Ex quibus verbis ſatis conſtat,nõ aliter ipſum ſenſiſſe valere donationem ante ingreſſum factam, niſi ſeruetur in ea forma pręſcripta à ſancto Conci io; quod in effectu eſt,quod Doctores ſupradicti docent.Huic etiam opinioni ſe ſubſcribe re videtur Ioan Gutier.in cap.quamuis pactum,in 5.dum nutui tradebatur, num.5 in fin.in illis verbis:Sed adhuc de hoc dubito, ſi fraus huiuſmodi donationis pręſumi poſſet, quod poteſt conſtare ex modico interuallo temporis,inter donationem prędictã, & ingreſſum religionis, vel ex aliis etiã cõiecturis;ideo conſulo,vt ſemper in renunciationibus ſeruetur forma tradita in hoc à ſa cro Concil.Trident. & tamen quod ipſe Gu tierrez non loquatur de contractibus celebratis poſt ingreſſum, ſed ante ingreſſum,ſa tis apparet ex propoſita ſibi quæſtione; idẽ etiã ſequitur Cantera in 2. p. varia.c.8.n.8t. ſubdens, quod aliàs facilè poſſet eludi dictum decretum Concilij, donando aliquot dies ante ingreſſum religionis; & ne hoc ſequatur,dicendum eſſe,tales obligationes cõ prehendi ſub dicto Concilij decreto.

5 Alia nihilominus reperitur Doctorũ contraria ſententia,aſſerẽs, donationẽ inquàm factam ante ingreſſum valere,factam tamen poſt ingreſſum irritam eſſe,niſi in ipſa ſerue tur forma ſtatuta à dicto Concilio:quã ſententiam tenet Alphonſus Vega 1.par. c.91. caſ.4. & in 2.par.cap.50. caſ.3.verſic. *La ſegunda coſa*,& Borgnin. Caualcan.in 3. p. deciſ.11.num.113.expreſsè affirmans, Concilium Tridentinum intelligi debere de renũciationibus,& obligationibus factis,ab exiſ tente in nouiciatu,cùm debeat interuenire auctoritas eccleſiaſtica,nõ verò de factis extra monaſterium &nouiciatum,dum erat in ſeculo; & ideo dicit,extendi nõ debere deciſionem Concilij, ſed relinqui ſub diſpoſitione iuris communis.Quam etiam opinionem forſan tenuit etiam Ioan.Gutierrez in dict.num.5.pag.351.ſubdens dictum decre tum Concilij,attentis pręcedentibus decre tis,tantum loqui de renunciatione facta à

nouitio

nouitio,quamuis ipſe Gutierrez paulò poſt, adhuc de hac opinione videatur dubitare, dicēs,ſi fraus ex huiuſmodi donatione præſumi poſsit. In huius tamen ſententiæ cōfirmationem,rectè faciunt verba Cōcilij in dicto cap.16. vbi quidem nullum verbum habetur,de actu facto extra nouiciatum,&ante ingreſſum,ſed tantùm loquitur textus de actu & obligatione facta intra tempus nouiciatus, & intra duos menſes proximos ante profeſsionem. Vnde,vt in ſuperioribus dicebat Borgnin.primus caſus, tanquam omiſſus à Concilio,iudicandus eſt ſecundùm iuris diſpoſitionem,& non ſecundùm Concilij deciſionem,cùm tantum loquatur (vt dictum eſt) de actu facto poſtquàm quis ingreſſus fuit religionem, & celebrato intra duos menſes proximos ante profeſsionem; minimè verò loquatur, nec diſponat, circa actum celebratum ante habitus ſuſceptionem,& vltra annum ante profeſsionem; vnde,cùm ex §.illud quoque, Authent. de monachis.& per alia iura, quilibet ante religionis ingreſſum poſsit ad libitum diſponere de rebus ſuis,ſiuè ex contractu,ſiue ex teſtamento,vt etiam notat gloſ. verb. Iudiciis, in cap.2.de regular.in 6. Dicēdum videtur,dicta iura non eſſe hodie correcta per Concil. Triden.cùm in diuerſo caſu loquantur iſta, ſcilicet de actibus ante ingreſſum celebratis; Concilium verò de ipſis poſt ingreſſum, & habitus ſuſceptionem factis, & ad ſedandam forſan importunitatem, vel potius auaritiam, ne dicam ſimoniacam pactionē aliquorum religioſorum, qui interdum excæcati zelo,& animo acquirendi diuitias ſuis monaſteriis, nouitiis perſuadere cōnabantur,vt aliquas donationes, renunciationes, vel obligationes,in fauorem monaſteriorū facerent,aliàs ipſos nouitios minimè admiſſuros eſſe ad profeſsionem. Quibus malis occurrere volens ſancta Synodus in dict.c.16. non ſolùm hos actus reddit nullos, ſed eos etiam,qui præſente Epiſcopo,vel eius vicario fuerunt celebrati intra duos mēſes proximos ante profeſsionem,non aliter eos ſuū ſortiri effectum,ſtatuit, niſi ſecuta profeſsione,& quòd neque ante profeſsionem,excepto victu,& veſtitu nouitij, vel nouitiæ, illius temporis,quo in probatione eſt,quocū que prætextu aliqua bona monaſterio tribuantur; & vt abeuntibus ante profeſsionem,omnia reſtituantur, vt hoc pacto, & præhabitis ijs ſanctis conſiliis, non caro,& ſanguis,nec pecunia habita à nouitio, ſed Spiritusſancti gratia reuelet religioſis, vel illuminet,vt agnoſcant, an expediat nouitiū admitti ad profeſsionem, & multo liberius religio periculum de illo faciat,ipſequè nouitius ne hac occaſione diſcedere à religione impediatur,quod totam, vel maiorē partem ſubſtantiæ ſuæ monaſterium poſsideat, nec facilè,ſi diceſſerit, eam recuperare poſſit. Si igitur mens Concilij,vt ex eius verbis apparet,fuit nullos,& irritos reddere contractus,intra tempus nouitiatus aliter factos,quam ſeruata forma ibidem præſcripta, non debet fieri extenſio ad contractus ante habitus ſuſceptionem celebratos,iuxta regulam à Doctoribus adductam, quòd ſcilicet in materia pœnali,ſimul & correctoria,non debet fieri extenſio de vno caſu ad alium, prout notant Scribentes in l.ſi vero,§.de viro,ff.ſoluto matrim. & in Authent. quas actiones,C.de ſacroſanct. Eccleſ. Roland. conſil.27.volu.1.nu.5. & plures allegat Alphōſ. Hojed.de benef.1.par.cap.11.num.6. Iaſ.in l.cùm quidam,ex num,10.ff.de liber.& poſthum. Craue.de antiq.temp. 4.p. §.tranſeo nunc,ex num.85.

6 Quāuis autem hæc ita ſe habeant,adhuc tamē cum hac opinione non quieſcit animus ſcribentium. Doctiſsimus namque Ludouic. Moli.in 1.tom.de iuſt.& iur.tract. 2. diſputat.139.ex colu.750. ex verſic. Ambiget rurſus, ſic exiſtimat diſtinguēdum fore pro huius articuli vera reſolutione. Aut enim fuit facta renunciatio, &donatio,ſine intuitu,& animo ingrediendi religionem, an verò intuitu ingrediendi; in priori caſu validā dicit eſſe renunciationem, alioquin eo ipſo, quod quis ingrederetur religionē, reſcinderētur multi contractus,quod,vt ipſe ait,eſt ridiculum,neque vlla ratione eſt credendum, id Eccleſiam voluiſſe,cum ex eo multa damna,& ſcandala oriri facile poſſent, in magnā Reipublicæ perniciem. In ſecundo verò caſu,quando ſcilicet animo religionem ingrediēdi fuit facta,donec aliud ab Eccleſia fuerit definitum, exiſtimat,talem renunciationem,aut inductionem obligationis nullam eſſe;quia,vt ipſe ait,Cōcilium vniuerſim loquitur de renunciatione facta ante profeſſionem,non reſtringendo ad renunciationē factam tempore nouitiatus; & quòd lex nō diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus, iuribus vulgatis;tum etiam quoniam finis legis eſt,vt ſcilicet nouitius ante profeſsionē liberè

libetè recedat ſi voluerit, nec rimore, quod non potietur omnibus ſuis bonis, quibus in ruitu ingreſſus ſe ſpoliauit in teligione, quaſi coactus permaneat; quæ ratio eandem vim habet in renunciatione, aut obligatione facta ante nouiciatum, & poſt nouitiatũ; vnde vtrumque caſum comprehendi dicendũ eſt ſub diſpoſitione Concilij. Er quòd dicta Cõcilij deciſio locum habeat, etiam in tenunciationibus factis ante ingreſſum in nouitiatum, aut monaſterium, modò facta ſint animo ingrediendi monaſterium, diſponẽdiq; de bonis ad ipſum pertinenribus, intuitu talis ingreſſus, affirmat idem Molina in dicto tract.2.diſputat.149.colum.846. in fin. verſic. Non dubito.

An autẽ quis habuetir animum ingrediẽdi religionem, tempore quo fecit contractum, ſatis ſuperquè colligitur, vt ex Lopez & Gutiertez ſuperius dictum eſt, ex modico temporis interuallo inter donationem, & ingreſſum religionis, vel vt ſentit Couarru. in c.2. de teſtam.num.5.verſic.His verò, quem ſequitur Mich.Graſſ.in lib.ſentẽtiarum, §.teſtamentum, quæſt.34. num.4. Iudicis arbitrio relinquendum eſt, an ex interuallo temporis, à teſtamento ad religionem, cogitauerit quis de futuro ingreſſu; quod etiam ſequitur Cance.in 2.p.var.c.8.n.85.

7 Quarta tandem, & vltima Doctorum opinio in hac quæſtione conſtituitur, ſi dicamus donationem, vel contractum celebratũ ante ingreſſum religionis, validum quidẽ eſſe, nec viriari ex eo, quod in ipſius cõfectione, & celebratione, non fuerit obſeruata ſolemnitas Concilij, reuocari tamen, illudquè rũpi per religionis bonorum capacis in communi ingreſſum, ſicuti enim teſtamentũ natiuitate poſthumi rumpitur, vt in l.1.in fin.& in l.3.in principio, & in l. poſthumorũ, ff.de iniuſt.rupt.irrit.q;fact.teſtam. Sic etiam per monaſterij ingreſſum rumpi, dicendum videtur, cum monaſterium loco filij poſthumi habeatur, atque cenſeatur, vt in Authent.niſi rogati, C.ad Trebel.& in cap. in præſentia, de ptobat.& tradit Iaſ.in rubr.num.19.ff.de liber.& poſthum. Pottol.tract.de conſortibus, cap.14.num.16.& in ſchol.ad Molinum in §.auolorium, num.26. Gutiertez lib.1.canonic.quæſt.cap.32.num.2. Surd.de alimen. tit.1.quæſt.128.nu.8. & numero prope infinitos tetuli in 2.par.collect.111.num.1. Si ergo ſucceſsio, & cauſa monaſterij ita fauorabilis à iure cenſetur, vt monaſterium loco filij, & hæredis habeatur, vt dicitur in dicto cap.in præſentia, & per ipſum excludatur ſubſtitutus vocatus ſub conditione, ſi ſine filiis deceſſerit, vt placet communi Doctorũ opinioni, de qua atteſtantur, vltra Scribẽtes

8 in dicto cap.in præſentia, plures à me relati in dicta collect.111.num.1. Dicendum pari ratione videtur, deciſionem l. ſi vnquam, C.de reuocand.donat. locum habere, nõ tãtum agnatione poſthumi, ſed etiam ingreſſu religionis; ita vt ſecuta profeſsione religioſi, rumpatur donatio, ſicut agnatione rumpitur poſthumi.

Harum autem opinionum, negare quidẽ non poſſum, ſecundam mihi veriorem ſemper viſſam fuiſſe; vnde Concil. Tridẽt.in dicto cap.16.intelligi debet de renunciationibus, & obligationibus factis ab exiſtente in nouitiatu, non verò de his, quæ fuerunt celebratæ, antequàm quis religionem ingrederetur, dum erat in ſeculo; quas quidem obligationes legitimas eſſe, vel ſaltem à Concilio nõ irritas reddi, apud me indubitati iuris eſt; præſertim poſtquàm mihi conſtitit ab Illuſtriſsimis dominis Cardinalibus interpretibus ſacri Concilij ſic declaratũ fuiſſe dictum cap.16.ſeſ.25.die 22. Octobris anni 1573. ad inſtantiam Reuerendiſsimi Patris Generalis ſacri ordinis Minimorũ Gaſparis Paſſarelli, vt ipſemet teſtatur in ſchol. ex capitulo Barchinonenſi, in 7. de bonis nouitiorum, fol.143. & in notandis priuilegiorũ 37. de bonis nouitii morientis ante profeſsionem, pag.422. vbi ſubiungit hæc verba: Quod autem in Concilio dicitur, nullam renunciationem, aut obligationem antea factam valere, niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius vicarij fiat, intra dictos duos mẽſes; intelliges de renunciationibus tantũ factis poſt ingreſſum religionis, non autem de factis ante ingreſſum, ſic mihi conſulenti domini Cardinales reſponderunt. Quòd ſic praxi receptum eſſe affirmat Cancer in 2.p. cap.8.num.83. aſſerens, id ita ſenſiſſe dictos dominos Cardinales. Quam etiam opinionem ſequitur Ioan. Azor.inſti.moral.lib.13. cap.9.colum.1317.verſic. Quæres, an ſi renunciatio, Alphonſ. Vega in dict.1.par.c.91. caſu 4. vbi optimè ſatisfacit dubitationi, quam circa deciſionem dictorum dominorum Cardinalium mouet Rodrig. in dicto cap.90.num.1. Eandemquè ſententiam tenet quædam additio, quæ habetur in fin. cõſil.81.& in fin. conſil.82.tit. de regular. Do-

ctoris Nauarri. Obiter tamen obſeruandum eſt, illa conſilia dicti Nauarri, quæ ſuperius fuerunt allegata, ſecũdùm antiquam impreſſionem, in tit. de Donat. nunc in libris conſiliorum eiuſdem auctoris nouiter excuſsis eſſe ſituata, nõ quidem ſub tit. de Donation. ſed ſub titu. de regular. ita vt, quæ ibi erant conſil. 7. & conſil. 8. ſub tit. de Donat. nũc reperiuntur in conſil. 81. & in conſil. 82. in tit. de Regular. in calce igitùr dictorum conſiliorum 81. & 82. ſubijciuntur ab eius additionatore iſta verba: Aduertendum eſt, quia reſolutum fuit à ſacra Congregat. dict. ca. 16. Concil. Trident. ſeſ. 25. de Regular. non habere locum, in donatione facta ante ſuſceptum habitum. Ex qua animaduerſione ſatis apertè extat probatum, dictum dominum Nauarrum, dicta duo conſilia ſcripſiſſe, antequàm domini Cardinales contrarium decreuiſſent, cum ipſe in dictis conſiliis, nõ meminerit de dicta Illuſtriſsimorum Cardinalium declaratione; ſed tantum ipſius additionator curioſè animaduertit, dicta conſilia vel emendari debere, vel ſaltèm non eſſe tenenda, cùm contrarium eius quod ibi dicitur fuerit in dicta Congregatione difinitũ. Ex quibus quidem ceſſat obiectio, quam ex auctoritate dicti Nauarri in dicto conſil. 7. tit. de Donat. tradit Rodrig. in dict. cap. 90. (& ſalua pace tanti viri) potuiſſet ipſe Rodriguez legere has additiones ad Nauarr. cum iam eſſent editæ tẽpore, quo ipſe ſcripſit; vel ſaltem non ita temerè abijcere debuerat deciſionem dictorum dominorum Cardinalium ſacroſancti Concilij Trident. interpretum, cùm nulli dubium ſit, ſecundum eorũdem dominorum ſententiam interpretari debere ſacri Concilij dubia, propter ſupremam, quam à Summo Pontifice habent auctoritatem ad declarandum Concilium, vt optimè aduertit idem Rodrig. in tom. 1.
9 de regular. quæſt. 11. art. 1. & art. 2. Et eadẽ ratio habẽda eſt de ijs, quæ à Cardinalibus ſacræ Congregationis Concilij Tridentini decreta ſunt, nomine ipſius Congregationis, ac ſi à Papa conſcripta eſſent, vt eadem ſacra Congregatio reſpondit, teſte Thoma Zerola in praxi Epiſc. in 1. par. §. auctoritas, in fine, & in 2. par. §. abſolutio, poſt princip. qui allegat ad hoc declarationem ſacræ Congregat. 272. In huius ſentẽtiæ confirmationẽ facit declaratio dict. cap. 16. Concil. quã refert Farinac. in libello deciſionum variarũ Rotæ, cum declarationibus Concil. Trid. pag. 44n. vbi ſic habetur: Hoc decretum non habet locum in donationibus, aut renunciationibus factis ante ingreſſum, hoc eſt ante ſuſceptionem habitus, ſed ſi donauerit in ipſo ingreſſu, non valet donatio. Et in pag. ſequenti hæc verba ſubduntur: An diſpoſitio huius capitis in principio comprehendat illum, qui habet animum ingrediendi religionem, adhuc in ſeculo exiſtens, ſed tamen acceptatus, licèt habitum nondum ſuſceperit, donauit bona ſua monaſterio non adhibitis ſolemnitatibus, in hoc capite requiſitis? Cõgregatio cenſuit non habere locum in renunciatione facta ante ſuſceptionem habitus.

Et forſan, ſi doctiſsimus Ludouicus Molina ſupradictam dominorum Cardinalium deciſionem conſuluiſſet, nõ illam ſubtilem, magisquàm veram diſtinctionem adduxiſſet, quã ſupra retulimus in 3. opinione; cùm fateatur ibidem, ad Patres deputatos ad explicandum Concilium Tridentinum, circa dubia, quæ circa illud fuerint exorta, ſpectare, difinire, quid in ipſa quæſtione dicendum ſit. Vnde quidem, veroſimiliter credendum eſt, dictum grauiſsimum virum, nõ aliter de hac iudicaſſe quæſtione, quam dicti domini interpretes decreuerunt, & quod ſi aliter arbitraturus eſt, profectò id fuit, quia ſibi non conſtitit prædicta dominorũ Cardinalium deciſio.

Antequàm tamẽ ad vlteriora procedam
10 pro intellectu dicti cap. 16. aduertendũ cẽſeo, Menochium virum doctiſsimum minus rectè dixiſſe in lib. 2. arbitr. iud. centur. 5. caſu 436. num. 8. locum non eſſe dictæ conſtitutioni Concilij, quãdo ingreſſus religionẽ eſſet ætatis decem & ſeptem annorum, vel maioris; nam is, quandocũque voluerit intra annum probationis, liberè poteſt ſe obligare, & bonis ſuis renunciare ſine licẽtia Epiſcopi, vel eius vicarij, per rationem, quã ibi adducit; eam tamen (ſalua pace tãti viri) minimè veram eſſe cenſeo; quia dictum Cõcilium generaliter loquitur; & ſic tàm de maioribus, quàm de minoribus decem & ſeptem annis, intelligendum videtur, vt latius dixi in 1. par. collect. 50. ex num. 4. Et poſt mea ſcripta, hoc ipſum adnotarunt Ioannes Gutier. in lib. 2. canonic. quæſt. cap. 1. nu. 34. & Eman. Rodriguez in ſum. tom. 2. cap. 7. num. 7.

Secundò etiam pro ipſius cap. interpreta
11 tione, conſiderãdum eſt, quòd quãuis in eo

textu

textu prohibita ſit bonorũ renunciatio,&o-
bligatio, niſi ſeruata forma ibidẽ præſcripta,
nõ tamẽ eſt prohibitus teſtamẽtũ condere is,
qui vult religionem ingredi, ante vel poſt e-
ius ingreſſum,ſine ſolemnitate dicti Conci-
lij,vt minus rectè exiſtimauit Spino in Spe
cul.teſtam.in gloſ.12.num.50. Nam deciſio
Concilij intelligi debet de diſpoſitione fa-
cta per renunciationem,aut obligationẽ ali-
quam irreuocabiliter inter viuos,non autem
facta per teſtamentum, per quod nulla renũ
ciatio,ſeu obligatio inducitur; cùm ſemper
maneat in poteſtate nouitij,vſque ad profeſ
ſionem illud reuocare, ſeu alterare, & aliud
de nouo condere,etiam ſine Prælati licẽtia,
& conſenſu, nec illud profeſsione reuocabi-
tur,vtporè factum eo tempore,quo teſtator
liberam habuit teſtandi facultatem, vt ad-
uerſus Roderic.Suarez allegat.20. num.29.
aduertit eius additionator ibidem in lite-
ra.M. & tradunt expreſsè Michael Graſſ. in
§.teſtamentum,quæſt 34. num.5. Couarr.in
cap.2.de teſtam. num.5. in fin. Iul.Clar. in
§,teſtamentum,quæſt.28.num.6. Gutierrez
lib.can.quæſt.cap.1.num.25. Molina tract.2.
diſputat.139. colum.747. verſic. His tamen
conſtituris. Ex quibus quidem (ſaluo me-
liori iudicio) indiſtinctè teneo, ex deciſio-
ne dicti Concilij non eſſe prohibitum teſta
mentum condere, non obſeruata ſolemni-
tate,& forma ibidem præſcripta. Inquaquidẽ
ſententia,quamuis Ioannes Gutierr.non ſit
auſus perſiſtere in repet. cap. quamuis pac-
tum,de pact.in 6.in verb.Dum nutui trade-
batur, num.4. pulchre tamen eam nouiſsi-
mè ipſe defendit in lib.2. canon. quæſt.c.1.
ex num.31.verſic.His ramen, & Gaſpar Paſ-
ſarellus in ſcholiis,ex c.Barchinonenſi,in 7.
de bonis nouitiorum, fol. 143. Rodrig. in
ſum.tom.2.cap.7.ex num.8. optimè Huma-
da in l.7.tit.7.Parti.1.gloſ.3.ex num.4. ſub-
dens in num.6.deciſionem dictiConcilij nõ
procedere,quando quis condidit teſtamen-
tum,ſed tantùm in aliis cõtractibus;idéquè
fatetur Ceballos in pract.quæſt 63.ex nu.5.
verſic.Quæ diſpoſitio,& in quæſt.121.ex nu-
mero 5.Borgnin.Caualcan.in 3.par.deciſ.11.
num.113.aſſerens,dictum Concilium loqui
de renunciationibus, & obligationibus, &
non de teſtamẽto,& ſic de actu inter viuos,
& non de vltimis volunratibus,& de dona-
tionibus factis cauſa mortis,vt etiã affirmãt
Rodrig.tom.1.cap.90.num.4. Cancer 2. p.
cap.8.nume.86. & idem tenet Ioann. Gra-
cian in regu.456.num.7.affirmans,Conciliũ
non debere extendi vltra caſum, de quo lo-
quitur,cum ſit deciſio correctoria, ex doc-
trina omniũ in Authent.quas actiones,C de
ſ.c o.ſanct.Eccleſ. Cum in iſto caſu ſit diuer-
ſa ratio, cùm teſtamentum poſsit per ipſum
monachum reuocari, donatio verò,& renũ-
ciatio minimè; &ſic in iſto caſu ceſſat ratio,
quæ poterat mouere Concilium, ne ſcilicet
fiat fraus monaſterio,vel ipſi ingreſſo.

Tertiò, ſalua correctione ſanctæ matris
12 Eccleſiæ,exiſtimo, pro interpretatione di-
cti cap.16. ipſius deciſionem non procede-
re,quando nouitius donationem,vel bono-
rum renunciationem, aut obligationem fe-
ciſſet,nõ quidem animo gratuito,& aliquid
donandi,ſed potius animo ſoluendi; quod
ipſe debebat;ſi namquè ipſe eſſet debitor
alicuius quantitatis,& feciſſet actum ſolutio
nis,vel obligationis,nullo pacto dicendum
videtur,illum actum reddi nullum à Conci
lio,per ea,quæ pulchrè aduertit Rodrig. in
2.p.c.7 n.4.

Quamuis autem ex ſuperioribus ſatis ap-
pareat ſolutio ad argumenta,&rationes pro
contraria parte eius, quam tuemur, addu-
ctas,nihilominus tamen ad primum, & ſecũ
dum argumentum primæ opinionis reſpon
deo,quòd quamuis in dicto Concilio adſit
clauſula decreti irritãtis,aduerſus actus ce-
lebratos à nouitio,modis & formis, quibus
declaratum à nobis eſt dictum caput Con-
cilij;negamus tamen, ibidem adeſſe clauſu-
lã, qua irritetur, & nullus reddatur cõtra-
ctus celebratus ante habitus ſuſceptionem,
vt etiam ſacra Congregatio cenſuit; vnde
cum Concilium non loquatur de actu facto
ante ingreſſum, ſed de actu poſtea celebra-
to,iudicandus quidem ille eſt ſecundum iu
ris diſpoſitionem;iſte verò ſecundùm Con-
cilij deciſionem,vt dixi in confirmatione ſe
cundæ opinionis. Nec quidem extenſio ad
mitti debet de vno caſu ad alium in mate-
ria pœnali,ſimul & correctoriã, vt ex Cra-
uet,& frequentiori Doctorũ opinione pro
batum eſt;eo præſertim,cum non eadem ra-
tio,ſed diuerſa quidem ſit inter cõtractum
celebratum ab eo,qui eſt ingreſſus religio-
nem, & ab eo qui adhuc eſt in ſeculo nec
ſuſcepit habitum religionis. Nam quamuis
monachus nouitius, intra annum probatio
nis, tanquam laicus cenſeatur in multis, vt
tradunt relati à Molin. de primogen.lib.2.
cap.9.num.52. Gutierrez lib.2. cano.quæſt.
cap.1.

13 cap.1.nu.107.Gaudet nihilominus ipſe no-
uitius priuilegio fori, & canonis, vt aduer-
ſus Abbatem,& Innocentium tenet Spino
in Speculo teſtam.gloſ.12.num.59.in fin.&
probat cap.religioſo,§.1.de ſenten. excom.
in 6.& dixi in 1.par.collect.24.nume.17. &
tradunt Cancer.2.par.cap.1.num.117.Pla-
za de delict.cap.42.num.24. Moli.in d.diſ-
putat.139.verſic. Cum verò tam ij. Tiraq.
de retract.lignag.§.1.gloſ.8 nu.21. aſſerẽtes
inde,nouitium conueniri debere coram iu-
dice eccleſiaſtico,non verò coram ſeculari;
quibus quidem priuilegiis non potitur,qui
adhuc in ſeculo eſt,nec habitum ſuſcepit re
14 ligionis. Et hæc quidem eſt vna ex præci-
puis rationibus, quare decidit Concilium,
quod debet interuenire licentia Epiſcopi,
ſeu eius vicarij in ipſa renunciatione, quia
cùm nouitius ſit de foro Eccleſiæ,rationi,&
iuſtitiæ congruit, vt ſuus proprius iudex, ec
cleſiaſticus ſcilicet,interueniat in contracti
bus ab eo celebrandis,non vero iudex ſecu
laris;quemadmodum,dum erat in ſeculo,te
nebatur interuenire ſecularis, & non eccle-
ſiaſticus iudex. Vnde ratione fori iudicis ec
cleſiaſtici conceſsi nouitio per Concilium,
videtur dicendum,ipſumConciliũ non lo-
qui de perſona merè ſeculari,qualis regula-
riter eſt quis ante ingreſſum religionis, dũ
eſt in ſeculo,ſed indiſtinctè Concilium lo-
qui,de perſona,quæ ratione habitus ſuſcep-
ti,gaudet immunitate,& foro eccleſiaſtico;
& ſic apertè colligitur ob iudicium,& iuriſ-
dictionem,cui ſubijcitur quis per Conciliũ,
non loqui,nec intelligendum eſſe præfatum
Concilium de contractu celebrato ab eo,
qui adhuc erat in ſeculo,ſed de illo, qui fuit
celebratus ab eo,qui iam per religionis in-
greſſum eſt ſubiectus foro Eccleſiæ,& iuriſ
dictioni iudicis eccleſiaſtici, aliter namquè
iniuria afficeretur iuriſdictio regia, ſi ex eo
quod quis cogitat de ingreſſu religionis,
ſtatim ipſe, & contractus ab illo celebrari,
ſubijcerentur iuriſdictioni Eccleſiæ; quod
quidem minimè fatendum eſt. Et hoc eſt
quod vnico verbo dixit Borgnin. Caualca.
in dicta deciſ.11.num.113 dum aſſerit,Con
cilium loqui de actu facto ab exiſtẽte in no
uitiatu, cum debeat interuenire auctoritas
eccleſiaſtica,quaſi ſentire videatur, quòd ſi
non ſit in nouiciatu,non gaudeat ea immu-
nitate,quòd interueniret auctoritas iudicis
eccleſiaſtici.
15 Minus etiam mihi obſtare videtur tertiũ
argumẽtum dictæ primæ opinionis,dum in-
dubio fauendum eſſe cauſæ piæ dicebatur.
Nam reſpondetur,id procedere in ijs, quæ
de ſe immediatæ ſunt pia,&religioſa,nõ au-
tem quando agitur de vtilitate pecuniaria,
vt tradit Menoch. lib.6. præſumpt. 84. nu-
me.15.& Gutier.lib.2. canon. quæſt. cap.1.
16 num.107.verſic.Nec aduerſatur. Idquè ip-
ſis optimè probari videtur ex cap.ex parte,
de cenſib. vbi ſi fiat votum Eccleſiæ de ali-
qua menſura,intelligitur de minima, quorũ
grauiſsimorum Doctorum ſententiã, quã-
uis pro illorum ſumma auctoritate probabi
lem eſſe fatear,nec his repugnat text.in l.Ti
tia,§.vlt ff.de aur.&argen.legat.per ea, quæ
ibidem ipſi referunt: ratio tamen quare in
dict.cap.ex parte,menſura, de qua in text.in
telligitur de minima,& non de maiori, non
quidem ea eſt,quam tradunt præfati Docto-
res,quia agitur de vtilitate pecuniaria, ſed
potius ea, quam refert Couarru. in cap. in-
dicante,num.5.in fin.de teſtam. Id inquàm,
ex benigna interpretatione Romani Ponti-
ficis factum fuiſſe,dicẽdum eſt, ne videãtur
perſonæ eccleſiaſticæ inhiare lucris tempora
libus,tanquàm exactores; cùm illud votum
factum ab initio fuerit gratuito à pluribus,
qui proprio patrimonio id ſoluere teneban
tur.
17 Secundò etiam reſpondeo, quatenus di-
citur ex dict. Authent ingreſsi, quòd per in-
greſſum quis ſe,& ſua tradit monaſterio; id
quidem intelligitur,de ingreſſu cum effec-
tu,hoc eſt facta profeſsione,non verò de in-
greſſu per ſolam habitus ſuſceptionem; tũc
enim adhuc quis poteſt diſponere de bonis
ſuis vſque ad profeſsionem,vt ſatis ſuperius
dictũ eſt, & tradit Tiraq.de retract. lignag.
§.1.gloſ.8.num.29. cum intra annum pro-
bationis quis dicatur impropriè ingreſſum
fuiſſe religionem, propriè tamen, quando
emiſsit profeſsionem, vt optimè aduertunt
poſt alios Iul.Clar.in §. teſtamentum, q.28.
num.6. Tiraq.in dict.gloſ.8.num.34.Moli.in
dicta diſputat.139.colum.747. alter Moli.
lib.2.c.9.n.13.Menoch.caſu 436. num.4. &
de præſumptionib.lib.2.præſump.84. n.10.
Decius conſil.329.n.4. vbi etiam ait, quòd
eo caſu, quando emiſsit profeſsionem, pro-
cedat deciſio dictæ Authenti.ingreſsi, & ſi-
milium iurium, vt ſcilicet monaſterio ac-
quirantur bona ingreſsi;& idem tradit poſt
alios vbi ſupra Menoch.lib.4. præſumpt.83.
num.74.

Ad

Ad tertiam opinionem, deſumptam ex
8 Molin. ſuperius adductam, quamuis iam dixerimus, quid in ea tenendum ſit, reſpondetur tamen, quod licet Concilium generaliter loquatur, non tamen eſt intelligendum, loqui de renunciatione facta ante, & poſt ingreſſum, ſed tantum ſecundum ſubiectam materiam, id eſt, poſtquam quis ſuſcepit habitum Religionis; per ea quæ ſuperius dicta ſunt. Idquè vltra alios ſupra allegatos, ſatis videtur ſentire idem Molin. in dicta diſputat. 139. colum. 746. in verſ. Nouitij, vbi verba faciens de Religioſis Societatis IESV, ait, licitum eis eſſe ante ingreſſum in nouiciatum, ſtatuere de omnibus ſuis bonis temporalibus, pro ſuo arbitratu, non vero poſtquam Nouiciatum ingreſsi ſunt; & quidem ſi hæc obſeruantur in dicta Religione, quare in alijs id obſeruari non debeat, nulla iuſta poteſt interuenire cauſa, nec iudicandum eſt, viros ita pios, & eruditione, & doctrina pollentes, id decreuiſſe aduerſus deciſionem Concilij; vnde quidem opinio dicti Doctoris Molin. non ſolum patitur, & habet huiuſmodi contrarietatem à ſemetipſo, ſed etiam pugnat aduerſus ipſam deciſio Cardinalium interpretum Concilij, qui, vt ſuperius dictum eſt, declarauerunt dictum Concilium non irritare contractus celebratos, antequam quis habitum Religionis ſuſcipiat, ſed tantum poſtea celebra-
19 tos. Præterea contra ſecundum membrum diſtinctionis traditę ab ipſo Molina bene facit, quod refert Iul. Clar. in dicto §. teſtamentum, quæſt. 28. numer. 5. dicens, quod conficiens teſtamentum, etiam cogitans de ipſo ingreſſu, etſi nihil relinquat Monaſterio, non ex eo rumpi teſtamentum; quod etiam ex Bart. & alijs, vt magis receptum à Doctoribus tradit Couarru. in cap. 2. numer. 5. de teſtamen. Didac. Perez lib. 5. tit. 2. l. 1. pag. 67. verſ. ſed in quæſtione propoſita. Ceballos in practic. quæſt. 121. ex numer. 2. latiſsimè Gutierrez lib. 2. canon. quæſt. cap. 1. ex num. 2. & Mich. de Graff. in §. teſtamentum, quæſt. 34. num. 3. ex eo enim quod tex. in dict. §. illud, permittit ingreſſuro teſtamentum condere, ſic conſequenter vult, rumpi non poſſe, vt etiam aduertit Mencha. de ſucceſſ. creat. §. 20. numer. 29. & Gutierrez lib. 2. Canon. quæſt. cap. 1. n. 2. Si igitur per ingreſſum Religionis nō irritatur teſtamentum conditum ab eo, qui de ipſo ingreſſu cogitabat, quamuis nihil relinquat Monaſterio bonorum capaci, idem ſimiliter dicendum videtur, de renunciatione, vel de alio quolibet actu celebrato ante ingreſſum, vt ſcilicet non ſit irritus per ingreſſum, ex eo præſertim, quia ſit teſtamentum ante ingreſſum confectum, non irritatur à iure, vel non mutatur ab ipſo ingreſſo, antequam profeſsionem emittat, ita nociuum, & damnoſum eſt Monaſterio, reſpectu ſucceſsionis bonorum, ſicuti eſt renunciatio, donatio, aut quilibet alius contractus irreuocabilis, celebratus ante ingreſſum, ergo ſicut teſtamentum valet in præiudicium Monaſterij, nec irritatur in eo caſu, pariter dicendum eſt, valere donationem, vel renunciationem, nec irritam iudicari poſſe, ex eo quod Monaſterium excludatur à ſucceſsione per huiuſmodi actum. Et tandem ſi argumentum à ſimili valet aliquid in iure noſtro, vt communiter fatentur Doctores, pro impugnatione primi membri diſtinctionis adductæ ab ipſo Molina, perpendantur tradita à Gutierez in dicto cap. 1. nu. 2. ibi, ſecus vero ſi de Religionis ingreſſu minime cogitauit, quia tunc teſtamentum rumpitur per ingreſſum Religionis: & idem etiam ſequuntur Iul. Clar. in dicta quæſtione 28. numer. 4. verſ. ſi vero, Graſſ. in dicta quæſtio. 34. num. 3. quaſi ex his inferri videatur, quod quando quis fecit actum, non cogitans de ingreſſu, poſſe illum reddi nullum, non autem quando de ipſo ingreſſu cogitauit. Cuius contrarium colligitur ex prælata diſtinctione Molinæ, & quamuis non ignorem, reſponderi poſſe, aliud quidem eſſe in teſtamento, pro vt loquuntur præfati Doctores, aliud vero in alijs contractibus, qui reuocari, vel mutari non poſſunt, ſicut teſtamentum, hoc tamen nemini dubium eſt, quod ſi teſtamentum, in quo nihil relinquitur Monaſterio, non alteratur, vel per legem, aut teſtatorem, ita nociuum eſt Monaſterio, ſicuti donatio, vel quilibet alius contractus irreuocabilis; ergo vt ſupra dicebatur, non eſt maior ratio, quare in illo caſu, vnus contractus annulletur, alius vero irritetur; cum tam ex vno, quam ex alio, excludatur Monaſterium. Et hæc quidem omnia, quæ à me dicta ſunt, proteſtor coram Deo, non à me dicta, aut excogitata fuiſſe, animo calumniandi dictum grauiſsimum virum Molinam (quem ob eius ſummam eruditionem ſupra modum diligo) ſed tantum

animo inquirendi, & indagandi veritatem.

20 Nec tandem obſtant, quę pro quarta opinione adducta fuerunt, reſpondetur namquè, quod quamuis verum eſſe fateamur, per natiuitatem poſthumi rumpi teſtamentur, minime tamen rumpitur donatio per monachiſsimum, hoc eſt per ingreſſum Religionis; vt optimè tradit Molin. de primogen. lib. 2. cap. 9. num. 51. idquè indiſcriminatim, & ſine vlla diſtinctione procedere, vt Monaſterium in caſu. l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. non reuocet donationem factam ante ingreſſum, ita reſoluit Tiraquel. quam plures more ſuo recenſens, in d. l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, num. 43. ſubdens etiam in num. 46. elegantem interpretationem, ad illud quod dicitur communiter, quod Monaſterium habetur loco filij, vt illud procedat in vltimis tantum voluntatibus, in quibus loquuntur iura ad id allegata, non vero in contractibus, in quibus fit ſtricta, & propria interpretatio, ex Tiraquel. vbi ſupra, num. 44. imo nec ſemper in vltimis voluntatibus, ſed in caſibus tantum expreſsis, & ad hunc finem, & effectum, vt excludatur qui ſubſtitutus eſt, ſub conditione ſi deceſſerit inſtitutus ſine liberis, in quo tantum caſu loquuntur iura, vt tradit Tiraquel. in dicto num. 46. Matienzo lib. 5. recol. tit. 11. l. 7. gloſ. 2. num. 21. Tiraquel. de rerr. lign. §. 1. gloſ. 8. numer. 20. verſ. nec id quidem. Pro quibus benefacit, id quod aperte præſuponunt, atquè volunt omnes qui dicunt, Monaſterium haberi loco filij, quia hæc verba denotant improprietatem, atquè fictionem, vt aduertit Tiraq. vbi ſupra, num. 45. & Matienzo in dicto numer. 21. Et ideo non niſi in caſibus à iure expreſsis habetur pro filio; quia cum iſta ſit quædam fictio, non habet locum niſi in caſibus à iure expreſsis, ad aliosquè non extenditur; ita Bald. in authen. ſi qua mulier, num. 3. quem ſequitur Iaſſ. num. 19. & 20. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Ripa. in dict. l. ſi vnquam, quæſt. 34. num. 93. Lud. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 9. num. 45. & Pelaez alios allegans de Maiorit. 2. par. quæſtio. 3. num. 13.

An autem deciſio dicti cap. 16. Concil.
21 Tridenr. habeat locum in militibus Sancti Iacobi, & alijs, qui ducunt vxores, & in Hieroſolymitanis, vide Patiſ. de reſign. benefi. lib. 6. quæſt. 2. num. 117.

QVÆSTIO SEPTIMA.

An cenſus poſtquam creatus eſt ad rationem vnius pro quatuordecim, vel pro alio iuſto precio iuxta conſuetudinem Prouinciæ, emi poſſit pro minori, aut viliori precio abſq; vſuræ, vel iniuſtitiæ labe?

SVMMARIVM.

1 *PRecia rerum variantur pro varietate loci, tẽporis, multitudinis, vel exiguitatis mercium, & mercatorum.*

2 *Precium iuſtum cenſus dicitur, quod communi vſu cuiuſcunq; Prouinciæ taxatum & definitum eſt.*

3 *Conſuetudo, princeps, & reſpublica poſſunt taxare iuſtum precium rei.*

4 *Cenſus ſemel legitime formatus poteſt vendi minori precio, eo quo formatus eſt, quę eſt prima opinio.*

5 *Cenſus iam conſtitutus non diſtat ab alijs rebus, quæ in emptionem, & venditionẽ cadere poſſunt.*

6 *Cenſualia iam creata cenſentur bona immobilia.*

7 *Cenſus venditio facta pro minori precio, eo quo conſtitutus eſt, in vtroq; foro inualida & iniuſta eſt, quæ eſt ſecunda opinio.*

8 *Intellectus ad l. in cauſæ 2. § Idẽ Pomponius ff. de minor, & ad l. 2. C. de reſcind. vend.*

9 *Diſpoſitio d. § an procedat in foro conſcientiæ?*

10 *Concordia duarum opinionum præcedentiũ, quæ eſt tertia opinio.*

11 *Clauſula adhibenda in conſtructione contractuũ cenſualiũ ſummopere neceſſaria iudicio authoris.*

12 *Quarta opinio circa hanc quæſtionem.*

13 *Motus proprius Pij Quinti circa conſtitutionẽ cenſuum non eſt receptus in Hiſpania.*

QVIA rerum precia non ſemper
1 extant vno modo, ſed pro varietate loci, aut tẽporis, & exiguitate, aut multitudine variantur ex l. Precia rerum, ff. ad l. falcid. l. Quod ſæpe. §. fin. ff. de contrahen. emp. l. ſi venditor, in fin. ff de ſeru. export. & tradit Pinel. in l. 2. C. de reſcind. vend. 3. par. cap. 4. nu. 59. Nauarrus in Manuali Latino, cap. 23. nu. 78. Cumq; ratione loci id etiam contin-

contingat in cenſibus vt eorum iuſtum & ve
2 rum precium dicatur, quod communi vſu
Prouinciæ taxatum, & diffinitum fuerit, con
ſuetudo enim Princeps, & Reſpublica taxa-
re poſſunt iuſtum precium cuiuſcunq; rei l.
3 1. C. de Epiſc. audi. cap. 1. de empt. & vend.
Nauar. lib. 3. tit. de cenſib. conſ. 4. num. 2. &
lib. 3. de reſti. c. 2. ex num. 2. Couarr. lib. 3.
variar. cap. 9. num. 6. iuxta finem. Salon. in
2. 2. tit. quod ſit iuſtum precium in cõtractu
cenſus, col. 1319. Pedraza in 7. præcep. decal.
verſ. 13. *Si compro.* Felician. Solis lib. 2. de
cenſib. cap. 1. ex nu. 15. Ioan. Medin. de reſti.
q. 36. verſ. 2. quem iuſtum precium, Merca-
do de contract. lib. 2. cap. 6. quod in aliqui-
bus Regnis vnius pro vigeſimo, in alijs pro
decimo, vel duodecimo; In alijs tandẽ vnius
pro quatuordecimo taxatum eſſe pro iuſto
precio cenſus reperiemus, vt docent Couar.
lib. 3. variar. cap. 10. num. 2. Anton. Gomez,
in tracta. de cenſib. in 3. condit. ex num. 8. &
ibidem Emanuel. Rodriguez in dub. 1. So-
lis. in d. cap. 1. num. 6. Nauarr. lib. 3. titul. de
cenſib. conſ. 9. num. 2. Matienzo lib. 5. recol.
titul. 15. lib. 6. gloſ. 2. ex principio. & in gloſ.
4. per tot. Vega lib. 3. caſ. 357. Molin. tom. 2.
diſpu. 393. in prin. Portol. in Schol. ad forum
Deſſeantes de vſur. num. 60. Salon vbi ſup.
ex colu. 1319. in fine. Gutier. lib. 2. pract. q.
171. per tot. Villadiego in fuer. Iuzgo, lib. 5.
tit. 5. in gloſ. l. 8. fol. 301. Zerola in praxi, 1.
par. §. contractus cenſuales, num. 1. Ludou.
Lopez lib. 1. inſtr. negor. c. 4. 58. Franciſ. Gar
cia de contractib. 2. par. c. ex pag. 128. verſ.
Siguese abora la quarta, Guido Papa conſ. 180.
Conradus, de contract. q. 84. Imbert. Ru-
pellan. lib. 1. forenſ. inſti. cap. 34. Pet. Foller.
in pragma. de cenſib. in glo. verbo. dummo-
do annalis cenſus in principio. Ioan. Marti-
nez de Olan. in antinom. in lit. A. num. 95.
Pinel. in d. l. 2. 3. par. cap. 4. num. 29 Tiraquel.
de rettract. lin. §. 1. glo. 6. ex nu. 17. non in ele-
ganter, & infructuoſe examinãt iuris vtriuſ-
que interpretes quæſtionem propoſitam, &
in iure ſatis controuerſam, & in praxi fre-
quenter contingentem, an ſcilicet cenſus
poſtquam creatus, & conſtitutus eſt, pro iu-
ſto precio, vſu, vel lege, alicuius Prouinciæ
taxato, ponamus ad rationem quatuorde-
cim pro millenario, iuſte poſsit emi pro mi-
nori precio: an vero precium in quacumquè
Prouincia taxatum omnino ſeruari debeat
in ipſorum cenſuum emptione, ita vt ſi quis
vilius prædicto precio emat cenſum, pec-
cet, & ad reſtitutionem teneatur.

In qua quæſtione quatuor reperiuntur
Doctorũ opiniones, quarũ prima eſt, quòd
quando cenſus ſemel legitime eſt contra-
ctus, & formatus, minori precio vendi poſ-
ſit, quam ad rationem vnius pro quatuorde
cim. Quia poſtquam iam cenſus eſt creatus,
iamq. materia legitime formata, cenſus ipſe,
non diſtat ab alijs rebus, quæ in emptionem
cadere poſſunt, ideo iuxta iuris communis
regulas regulari, & definiri debet; vt ſi læſio
ſit vltra dimidiam iuſti precij, reſcindi de-
beat contractus, non tamen illius ſecundæ
vẽditionis iuſtum, vel iniuſtum precium ex
l. Regia eiuſq. taxatione æſtimãdum eſt, ſed
ex loci, & temporis varietate, & communi
emptorum æſtimatione, atq. ita cenſus ſicut
& rerum aliarum preciũ varietatem recipit.

Secundo id confirmatur ex eo, quia red-
4 ditus iam conſtitutus non diſtat ab alijs re-
bus, quæ poſſunt cadere in emptionẽ, & ven
ditionem, ſed in contractibus emptionum,
& venditionum iuſtum precium non conſti-
tuitur ex natura rei, ſed ex hominũ æſtima-
tione (tametſi inſana ſit) vt diligenter notat
Conradus de Contract. q. 56. in 2. ſuppoſ.
Couar. lib. 3. c. 3. n. 4. Gutier. in pract. quæſt.
lib. 2. q. 173. num. 6. Nec etiam attenditur in
precij æſtimatione, quãti res ipſa empta fue
rit, nec labor, quem in eius adquiſitione ven
ditor fuit perpeſſus; vt tradit Pet. Foller. in
pragm. de cenſib. verb. pro conſimili precio,
& Ioan. Martinez de Olan. vbi ſupra nu. 16.
Sed tantum habenda eſt ratio cõmunis ho-
minum æſtimationis ex d. l. precia rerum, &
probat Couar. in d. nu. 4. igitur precium cen
ſus iam conſtituti, æſtimandum erit ex com
muni opinione, & æſtimatione hominum, &
non ex lege Regia: Vnde ſi cenſus aliquis; iã
conſtitutus & creatus exponitur vẽdendus,
& quærantur emptores, quare cõmuni pre-
cio quamuis viliori, quam in ſui creatione
conſtitutum fuit, emi ſecure non poterit?
Cum pluris communiter non æſtimetur.

Tertio hæc opinio confirmatur etiam au-
ctoritate grauiſsimorum Doctorum, qui nõ
in firmis fundamentis & rationibus, atteſtan
tur veriſsimum eſſe in iure, prædictum cen-
ſum iam impoſitum, & fundatum, viliori
precio emi poſſe, vt refert Nauarr. in Ma-
nual. cap. 23. num. 91. verſ. Quod cenſum:
Anton. Cordoua, caſu 79. verſic. *Lo ſegun-
do.* Petr. Salazar, de vſu & conſuetud. c. 11.
numer. 93. Azebedo lib. 5. tit. 15. l. fin. nu. 1.

Sarmient.lib.7.ſelecta. cap.1. num.4. Ioan. Martinez de Olan. in Antinomia, in litera A. ex num. 113. Anton. Gomez in tracta. de cenſib. (de quo in fine bullæ Cruciatæ) in 4. condit. num. 12. Quorum Doctorum rationes,& fundamenta optime proſequitur Salon tom.2.titul.de Cenſib. contr. 10. ex col.1325.verſ.Oppoſitum docent, & eleganter Gutierrez in pract.lib.2. quæſt. 173. poſt num 4.verſ.& primo: pulchre Felician. Solis,in tracta.de cenſib.lib.2. cap.1. nu.43. Quamuis ipſe non abſolute tueatur hãc opinionem;eam tamen ſequitur Cancer.2.par. variarum,cap.1.num.252.verſ.dubitari. Ex ea ratione,quod cenſualia iam creata, bona
5 immobilia cenſeantur; vt ipſe aſſeruit in prima parte,cap.7.nu.78. & in nihilo differant ab alijs rebus immobilibus,quæ poſſunt cadere in emptionem, & venditionem, & ſic poſſe hodie minoris, cras pluris vendi, vt fit in cæterarum rerum venditione, quarum precium nunquam firmum, & ſtabile manet,d.l.precia rerum.

6 Secunda opinio contraria ex diametro præcedenti aſſerit, eam venditionem iniuſtam eſſe, & inualidam in vtroq. foro, neque eſſe varianda precia cenſuum, eo quod iam ſint prius conſtituti, vel tunc primum inſtituantur; quam certe opinionem toto conatu, & viribus defendit Michael Palac. in prax. Theolog. lib.4.cap.7. ex pag. 318. verſ. hæ ſiter aliquis. Couarru.lib. 3. variar. cap. 10. num.3. verſ. ſed de illa quæſtione: Mercado de contract.lib.4.cap.*De los cenſos*, fol. 235. verſ. *Cerca deſta pregmatica*, Cordona in dict.quæſt.79.verſ. *Y aſſi en eſtos*, Emanuel Rodriguez in explicat.extrauagan. Pij Quinti de cenſib.in 3. conditione, dubi.2. fol.150. Et plures rationes in confirmationem huius opinionis refert Felician. de Solis vbi ſupra num. 43. verſ. contrarium vero, & Salon tom.2. titul.de cenſib. ex colu. 1323. verſ. hoc poſito, & in hanc partem videntur etiam declinare Ioan. Gutierr. in practic. quæſtio. lib. 2. quæſt. 173. vbi poſt num. 2. tradit plures rationes pro hac opinione, quam etiam tueri videtur Molin. tom.2. diſputat.393.colum.926. & Alphonſus Azebedo lib. 5. nouæ recopila.titul.15. l.fin.gloſ. 1. fol. 362, eamque rationem aſſignant, quia leges, quæ loquuntur de imponendis cenſibus, generaliter,& indefinite loquuntur de precio dictorum cenſuum, non diſtinguendo de antiquis, à nouiter creandis,& emendis: Vnde nec nos diſtinguere debemus.

Vlterius etiam pro hac opinione facit, quod emens in ſpecie propoſita ſcienter emit iniuſto precio, vt in plurimum à conſtituto in egeſtate, quæ excludit voluntarium ſimpliciter; teſte Bald. in l. penult. ad fin. C. Quomodo, & quando iudex, & ſic ceſſant iura poſitiua quæ tollerant deceptionem vltra dimidiam; quia non habent locum in ſcienter decipente. Et ſic intelligen-
7 da eſt,l. in cauſæ.§. idem Pomponius,ff. de minorib. dum ait, licere contrahentibus naturaliter,ſe decipere,illud enim verbum(naturaliter) excludit ſcientiam iniuſti precij; & ita etiam ceſſat vulgaris limitatio tex. in l.2.C. de reſcind. vend. per quam cenſent, non habere locum, in vendente minoris iuſto precio ſcienter, plurimi Doctores relati à Pinelo ibid. 1.part. cap. 2. numer. 10. quia hoc procedit,quando cum ſcientia cócurrit ſpontanea voluntas donandi, vel alia iuſta cauſa remittendi, ſecus non concurrente ſpontanea voluntate,ſed quadam coactione, & egeſtate, quia tunc verum eſt dicere, quod ſcienter & mala fide circumuenit fratrem ſuum. An autem dicta l. in cau-
8 ſæ §. idem Pomponius locum habeat in foro conſcientiæ, vide Couarru.lib.2. variar. cap.4. numer. 11. vbi multa trad. Iaſſon. in §. ſed iſtæ num. 104. Inſti. de actio. Felin. in cap. cum cauſam de teſtib. Gomez in c. 2.de conſti.in 6.n.5. Dueñas reg.187.Socin. reg.531. Deci. conſ. 111.contrarium tenet, idem in l. ſemper in contractibus de regul. iur. & in l.1.C.de edendo,& in c. 1. de conſti. nu.67.Cagnol.in l.2. C.de reſcind.vend. nu. 11. Tiraquel.de leg.connub.l.9.num.9. Fortunius Garcia de vltimi.fin.nu.277.Gerar. not.22. Gabr. lib. 3. titul. de empt. & vend.concl.1.Caualli.de vſur.n.170. Socin. reg.281.& habes in Collecta.158.pag.356. Marien.fol.324.& ſequen.latius Molin. diſputat.347. & ſequen. de iuſt. & iur. Parlad. pagin. 283. Viuius deciſ. 160. in 2. part.

Vltimo id confirmatur ex motu proprio Pij Quinti,dat.14.kalen.Febr.anno 1568.ſuper forma creandi cenſus ædito, vbi certe hanc ſententiam probare videtur, in verſ. Et ita illis in cenſu iam creato, quęcumquè tẽpore alienãdo,iuncto verſ.ſequen. ibi, declarantes precium ſemel conſtitutũ nunquã poſſe ob temporum, aut contrahentiũ qualitaté, ſeu aliud accidens, nec quoad vltimo

contra-

contrahentes, minui vel augeri; nam in illis
verbis, nec quoad vltimo contrahentes mi-
nui, cum in præcedenti verſi. loquatur de
cenſu iam creato alienando, cóprehendi vi-
detur expreſſe ſecunda venditio horum cen
ſuum, vt minori precio quam priori, fieri
non poſsit.

Adeſt iam alia tertia Doctorum opinio,
9 quæ pro concordia ſupradictarum ſic poſſe
diſtingui affirmat, aut enim redditus eſt li-
quidus, & tuto loco collocatus, & tunc non
poteſt emi precio minori, quam ſit à lege
præfinitũ, nedum in animi iudicio, ſed nec
in foro exteriori, vrgent enim pro hac par-
te argumenta poſterioris opinionis; & quia
tunc quando cenſus conſtitutus eſt omni
periculo carens, illa differentia inter empto
rem cenſus conſtituti, & conſtituendi de no
uo, verbalis magis, quam realis videtur; nã
ſecundum veram rei ſubſtantiam, & effectũ
non differunt; quia vtrobiquè, & cæteris pa
ribus eadem omnino res verſatur, idem ad-
eſt, & abeſt emptori & venditori, igitur ſi-
cut non licet emere huiuſmodi redditum de
nouo conſtituendum minori precio, ita nó
licebit iam conſtitutum emere: Si vero cen-
ſus eſt litigioſus, & incertus, vel debitor, aut
res hypotecæ ſubiectæ minus ſoluendo ſint,
aut difficilis conuentionis, poteſt tunc com
parari minus legitimo precio, quia hæc iu-
ſtum precium minuunt; iuxta notata in d. l.
precia rerum, & hanc diſtinctionem, & con
cordiam tenete, & ſequi videntur Bartho-
lom. Medina 1. par. Inſtruct. de Confeſſ. cap.
14. §. 26. verſ. *Pero preguntaſe*, fol. 104. Ludo-
ui. Lopez lib. 1. inſti. negot. cap. 58. ex pag.
227. verſ. quorum primum, Felicia. de Solis.
lib. 2. de cenſib. cap. 1. nu. 43. verſ. in hac ta-
men opinionum varietate, Alphonſus Ve-
ga in Sylu. caſ. conſcien. caſu 43. & 45. & lib.
3. caſ. 359. in princ. pulchre Salon vbi ſupra,
ex colum. 1327. Emanuel. Rodrig. in explic.
mot. prop. de cenſib. in 3. condit. dubit. 3.
Quibus omnibus placet, quod quando cen-
ſus antiquus minus ſtabilis, aut firmus eſſet,
quia ſuper hypoteca vili, & parum firma fun
datus eſt, minoris ematur; non vero quan-
do cenſus eſt liquidus, & res, ſuper qua con
ſtituitur, eſſet æque bona, ac ſi de nouo eme
retur; lex ſiquidem, & vſus fori ſolum con-
ſtituunt precium cenſibus firmis, & fixis, ab
omniquè periculo liberis; ementi autẽ rem
cum periculo alicuius damni, & nocumen-
ti, licet illa vilius emere pro ratione illius
periculi, ad arbitrium peritorum, & pruden
tum in eo genere rerum, ſicut ementi rem
defectuoſam, licet vilius eam emere pro ra-
tione illius defectus, cum qua diſtinctione
quamuis tranſeant communiter ſcribentes,
eamquè veriſsimam eſſe exiſtimẽ, quia tan-
to pluris valet res, quanto ius, & dominium
pinguius, vbtriuſque transfertur, & ſimili-
ter eo minus valet, quo tenuius, infirmiuſq;
habetur, vt docet Tiraquel. in pręfatione,
de Retract. conuent. num. 20. in fin. addu-
cens illud Leuit. 25. quanto minus tempus
numeraueris, tanto minus emptori conſta-
bit.

Præterea res, quę valet centum, minori
precio emi poteſt, ſi ea res in tuto non ſit,
imo litigium immineat, vel aliud onus an-
nexum habeat, ex Couarru. lib. 2. variar. c. 3.
nu. 5. verſ. Quinto infertur; Bañes 2. 2. quæſt.
77. art. 4. verſic. dubitatur ergo quinto. pag.
367. Gutierrez in pract. lib. 2. quæſt. 173.
numer. 2. & 7. Pinel. in l. 2. C. de reſcind.
vend. c. 4. nu. 19. Sot. lib. 6. de iuſt. quæſt. 4.
art. 1. verſ. de materia tertij argumenti. Gu-
tier. lib. 1. canonic. quæſtio. cap. 39. nu. 33.
Solis. dict. num. 43. verſ. eadem ratione. Lu
douic. Lopez in Inſtruct. negot. lib. 1. cap. 3.
verſ. igitur concluſio ſit. Aragon. 2. 2. quæſt.
77. art. 4. ad 3. Nauarr. in manual. cap. 17.
num. 230. verſ. niſi id faceret eo quod, Ve-
ga lib. 3. caſ. 359. in princ. Quod notant
ſcribentes pro quæſtione illa ſatis in iure
controuerſa, An licitum ſit pro minori pre-
cio emere pagas aceruas? Nihilominus ta-
men ſi ego homo eſſem, & non vermis, Chri
ſtianiſsimum Regem noſtrum Philippum
ſummis precibus, obnixequè obſecrarem;
vt quod ad hoc vt fraudes euitarentur, quæ
in huiuſmodi cõtractibus ab vſurarijs com-
mitti ſolent; lege, & Pragmatica Regia ſan-
ciret, vt ſemper in conſtructione contra-
ctus cenſualis adhiberetur à Notario clau-
ſula, vt teneretur omnino, & eſſet adſtri-
ctus imponens cenſum in fauorem alicu-
10 ius, quod in caſu, quo ipſe emptor cenſum
vendat, vel transferat illum in fauorem ali-
cuius tertij, iterum de nouo is, qui primò
impoſuit cenſum, conſtituat, & imponat il-
lum in fauorem ipſius Tertij, qui ſecun-
do emit, eiquè promittat ſoluere dein-
ceps, facta tamen luitione illius primæ
obligationis, expenſis vendentis cenſum;
ſtatuta namquè hac lege, ceſſabunt cer-
te mille fraudes, & cauillationes, quas

quotidie impius fenerator lucri auidus pa-
rat venditoribus: cupiens enim emere cen-
ſum pro minori precio, & metas à lege
præfixas tranſilire, recuſat emere nouũ red-
ditum, malens veterem minori precio com-
parare, & dũ illum emit., dicit non eſſe ſibi
ita tutũ, & liquidum, emere ab ipſis vẽdito-
ribus, ac ſi de nouo in ſui fauorem impone-
retur cenſus, ſicq. minori precio venditio-
nẽ ſibi fieri debere. Et licet negari non poſ-
ſit, aliquando id contingere, & eſſe verum,
quia venditores poſſunt eſſe pauperes, vel
ęre alieno adſtricti, & tunc datur iuſtus ti-
mor ad deterrẽdos emptores, vt dicit Bart.
in l. 1. §. ſi hæres, nu. 3. & Cuman. nu. 5. ff. ad
Trebel. Cepol. de ſimula. contrac. nu. 3. Ia-
cobin. in l. ſi fideicõmiſſum, §. tractatum eſt
ff. de iudicijs, frequenter tamen (Deus ſcit
quod non mentior) id fit, vt huiuſmodi ca-
uillationibus fenerator multo vilius emat cẽ
ſum, quod fortaſsis plus valet, quam ſi de no
uo imponeretur. Secundo ſi huiuſmodi lex
eſſet ſtatuta, certe pauper oppreſſus neceſsi-
tate pecuniæ, melius vẽderet ſuos redditus,
& forſitan non pro minori precio, quam ſta
tuit legis taxa; cum emptor precium à lege
præfixũ tranſilire metu pęnarũ non ita au-
deret, ſicut quando emit cenſum à paupere,
vel ab alio, qui vt vilius vendat, dicit ei em-
ptor, nolle aliter emere ab eo, quia non eſt
ſibi ita tutus cẽſus ille ſic emptus, ſicut ſi de
nouo eſſet impoſitus, & carricatus; hoc enim
pacto non poſſet vilius, aut minoris emi cẽ-
ſus, ſiue de nouo inſtituatur, ſiue iam ſit con
ſtitutus, quam ſit precium legis, vel receptũ
communi vſu fori tali loco, & tempore.

Quarta Doctorum opinio ſic compone-
11 re intendit hanc controuerſam quæſtionẽ,
vt ceſſante omni periculo ipſius cenſus, quã-
do cenſus primo emptus & creatus eſt, ad ra
tionem quatuordecim milium pro vno, nõ
liceat poſtea illum viliori precio emere, be-
ne tamen, quando huiuſmodi cẽſus eſſet im
poſitus, & carricatus ad rationẽ viginti, de-
cem, & octo, decẽ & ſex, aut quindecim pro
ſingulis milliaribus, licite enim tunc poteſt
ſecundo emi viliori precio, dummodo non
minori, quã ad quatuordecim millium; & ſic
vſq. ad dictũ iuſtum precium à lege, vel con
ſuetudine cenſibus aſsignatũ. Quam concor
diã, & opinionum conciliationem tradunt,
& optime defendunt Molin. tom. 2. diſput.
393. ex colu. 925. verſ. hoc ita conſtituto, &
late Gutier. in pract. q. 173. ex num. 7. lib. 2.
aſſerentes hanc veriſsimam reſolutionẽ mi-
nime aduerſari motui proprio Pij V. ſuper
forma creãdi cẽſus ędito, per rationes, quas
referunt prædicti Doctores: qua præhabita
reſolutione plura inferri poſſunt ad praxim
noſtri Regni Aragonum.

Quia tamẽ in ſuperioribus de motu pro
prio fœl. recor. Pij Quinti, circa formã crean
di cenſus meminimus, & circa ipſum à viris
timoratæ conſcientiæ, & ſcrupuloſis dubita
re contingit, an obligent in eo contenta, &
12 ſtabilita à Sanctiſsimo Põtifice, obſeruandũ
duxi, dictum motũ propriũ in Hiſpania vſu
receptum non fuiſſe, ſed à Rege etiã noſtro
Philippo ſupplicatum extitiſſe, ad Sanctiſsi-
mum Dominum noſtrum Pontificem, qua
ſupplicatione pendente, illum minime obli-
gare cenſet communior DD. opinio, vt refe
runt Salzedo in additio. ad Bernard, Diaz
in prax. cap. 88. pag. 308. Gutier. lib. 2. pract.
quæſt. 177. in fin late Felician. de ſolis de cẽ
ſib. lib. 1. cap. 9. num. 1. Rodrig. in explic. di-
cti motus proprij in 4. condit. & ibidem An
ton. Gomez. in nu. 18. Bouadilla lib. 2. c. 17.
nu. 41. pag. 917. Salon in 22. titul. de cenſib.
controuerſ. 4. ex col. 1277. poſt medium. Ia-
cob. Cancer in 2. part. variar. reſolut. cap. 1.
num. 252. verſ. & quia: Bañes tamen de iuſt.
& iur. quęſt. 78. art. 4. de cenſibus dubio vl-
timo, pag. 633. col. 1. circa fin. nunquam fuiſ-
ſe ſupplicatũ ab huiuſmodi cõſtitutionibus
ad ipſum Pontificem affirmat, ſed re vera in
Tribunalibus Regijs admitti, & viros timo
ratę conſcientiæ illas ſeruare, atq. ita obliga
re in foro conſcientiæ docet.

QVÆSTIO OCTAVA.

In cõflictu variarum opinionum, quando Doctores, vel interſeſe, vel etiam a ſe ipſis diſcrepant in lecturis, & tractatibus, vel cõſilijs, quæ earum præferenda, & eligenda ſit? exactiſſime diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *MEnochius laudatur.*
2 *Opinionum varietas magna, præſertim in iuris prudentia latiſſimo campo.*

3 Opi-

3 *Opinioni Doctoris diſputantis aliquid ex profeſſo maior fides adhibenda eſt, quam ſi obiter, & quaſi per tranſennam illud dicat.*

4 *Doctoribus aſſerentibus aliquid in lecturis, magis credendum eſt, quam eiſdem aliud affirmantibus in conſilijs, ſecundum opinionem communiorem; licet permulti contrarium teneant. Et ibi vide rationem, quare lecturæ anteponantur conſilijs.*

5 *Practica eſt vera intellectrix legum, tuncquè intelliguntur leges quando practicantur.*

6 *Doctoris Martini Monter diſtinctio, in propoſita quæſtione, non placet auctori.*

7 *Sapientis eſt mutare conſilium.*

8 *Reprehenduntur ab auctore dicentes auri famē, in cauſa eſſe, vt noſtri Iureconſulti excæcati, minime de iure reſpondeant, quod verius eſſe credunt.*

9 *Auctoris ſententia in propoſita quæſtione late explicatur.*

10 *Sententiæ contrariæ quando reperiuntur ſuper aliqua re, ſiue in lecturis, tractatibus, vel conſilijs contingat, illa opinio præferenda eſt, quæ communis dicitur, vel quæ plurium Doctorum auctoritate corroboratur: nam præſumitur verior: & rationes eorum attendendę in num. ſequenti.*

11 *Doctorū opinioni ex profeſſo tractantium aliquam quæſtionem ad partes agitatam, ſiue id cōtingat in lecturis, ſiue in conſilijs, maior fides præſtanda eſt, quàm ſi pertranſennam de illa aliquid dicatur.*

12 *Doctores ſi ex propoſito aliquam quæſtionem examinent. Et ſint interſe diſſidentes, ſiue in conſilijs, ſiue lecturis, vel tractatibus, illa ſententia anteponenda eſt, quæ vſu & conſuetudine Prouinciæ approbatur.*

13 *Conſuetudo eſt optima legum interpres; & de vi, & efficacia illius.*

14 *In opinionum conflictu & varietate, ſi commode fieri poteſt, ſemper pro æquitate, contra rigorem iudicandum eſt.*

15 *Si opiniones ſīt contrariæ, ſemper præſumitur firmior, & verior illa, pro qua conſuluit Doctorum Collegium, maximè quando eſt ſapientiſſimorum virorum.*

16 *Opinio Auditorum Rotæ ob ſummam eorum auctoritatem, anteponenda eſt alijs.*

17 *Auditores Rotæ multis laudibus efferuntur.*

18 *Bartoli opinio in Hiſpania anteponitur, etiam ſi communis ſit in contrarium.*

19 *Gloſæ opinio, in concurſu diuerſarum opinionū præferenda eſt.*

20 *Vulgi error exiſtimantis, in conflictu & varietate opinionum, poſſe iudicem ferre ſententiam pro amico, reprehenditur.*

21 *Iudex non amicum; ſed Deum debet ſibi ante oculos proponere, vt rectum ferat iudicium.*

22 *Si opiniones ſint probabiles pro vtraquè parte, poteſt quis ſuam conſcientiam conformare, cum qua maluerit earum, & eſt tutus in conſcientia.*

23 *Opinionem probabilem poteſt quis ſequi, relicta probabiliori, etiam in materia Sacramentorum.*

QVONIAM, vt inquit doctiſſimus Menoch. conſ. 413. num. 1. 1 (merito à me laudatus in 1. p. Collect. 50. num. 4. & ab erudiuſſi. Lancel. Gal. in cōſuet. Alexan. in glo. legare. quæſt. 7. nu. 101. & ab acutiſſimo Licenciato Petro Ludouico Martinez in Allegacion. de Quinto, pag. 220. nu. 766. Bonſio inter conſ. Menoch. conſ. 398. num. 1. Camil. Borrel. in addition. ad Belleg. in princ. rubr. 5. in lit. A. fol. 12.) ſunt homines ad diſſentiendum faciles, ſicq. illud emanauit dictum. Quot capita tot ſententiæ; iuxta illud Porcij relatum à glo. in verb. multò magis in l. Barbarius, ff. de offi. Prætor. mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus: velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno: Nam vt etiam Ouidius. 1. de Arte amandi in fin. aſſerit, Pectoribus mores tot ſunt, quot in orbe figurę: Quod etiam comprobatur ex gloſ. in verb. diuerſitatem in cap. quia diuerſitatem de conceſ. Præben. & tradunt Didac. Perez lib. 2. tit. 3. l. 3. in gloſ. Fueren opiniones, late Macegnanus Azoguidus de cōmu. opin. lib 1 cap. 8. ex n. 5. Nicholaus Moronus de fide, tregua, & pace, quæſt. 121. ex nu. 189. pulchre Burgos de paz in prohem.
2 legum tauri ex nu. 277. Optimè Ceballos in præfat. pract. quæſt. ex n. 127 maximè in hoc iuris prudentiæ latiſſimo cāpo, in quo nihil firmū, nihil conſtans, & parum eſt (vt inquit Conſultus) quod ſubuerti non poſſit. l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. Variantur hac de cauſa interdum leges, deficiente ratione illa primęua, quę à principio leges ipſas peperit, atque produxit; & mutantur iuxta rationem ipſam naturalem, quæ nullo circunſcribitur loco, nec tempore, ſecundum conditionem, exigentiam rerum, hominum mores diuerſos, rerumque ipſarum viciſſitudinem. Vnde Iuſtinianus, Corruptiſſimi ſui temporis neceſſitate impellente,

vſuras, & repudia (duo in Republica deteſtanda mala) admiſiſſe, auctor eſt Bernard. in cap. Imperator. 10. diſt. poſſentquè rerũ ſimilium prope infinita exempla commemorari; illud ſat ſit, hac ratione fieri, quod vna opinio, quæ olim magis fuit communis, hodie ſit ſublata, & contraria recipiatur; vt ex Iaſſ. in l. venditores, ff. de ver. oblig. aduertit Queſada cap. 16. ex num. 4. Ideo ſæpe dubitari conſueuit, quando in aliquo negocio reperiuntur opiniones Doctorum diuerſæ, quas in eorum lecturis, vel tractatibus, vel etiam conſilijs, ſiue reſponſis aſſeruerunt; quibus magis credendum ſit, aut quæ ſint potiores habendæ, aut præferendæ, maximè quando Doctores, vel inter ſeſe, vel etiam à ſe ipſis diſcrepant? Quam quæſtionem mouet Menoch. lib. 2. præſump. 71. ex num. 48. et quidem nihil reſoluit, ſed tantùm aliorũ dicta recenſet. Nebizan. tamen in ſylu. nupt. lib. 5. ex num. 26. (vbi duntaxat loquitur de vno eodemquè Doctore, à ſe ipſo diſcrepante) concludit, eam potius opinionem recipiendam eſſe, quam in tractatibus Doctor aliquis aſſeruit. Circa quod dictum,
3 nulla inter ſcribentes reperitur controuerſia; nam vt eius verbis vtar, quis namquè ambigat, Doctorem, qui ex profeſſo materiam aliquam ſuſcipit tractandam, & explicandam, ſecũdum omnes ingenij vires (dũ modo ſani ſit iudicij) non intendere illam, quantum omnino poteſt, elaborare, ac perfectè abſoluere? Nec eum quicquam perperam, vnde pro laude vituperium ſit, tradere velit? Ex quibus communi ſcribentium calculo receptum eſt, maiorem fidem adhibendam eſſe opinioni Doctoris, ex profeſſo tractantis articulum, quam obiter, & per tranſennam illum attingentis, ipſiuſque opinionem alijs præferri debere, cũ copioſius tunc examinet quæſtionem, aſſerunt Abb. in cap. bonæ, el 2. num. 30. verſ. ſed mihi plus placet, de poſtulat. Prælat. Nebizan. ſupra nu. 29. Ant. Marc. Corat. in commun. opin. lib. 1. tit. 6. num. 64. Aym. Crauer. conſ. 942. num. 27. Pariſ. conſ. 91. vol. 3. nu. 49.

4 Maior tamen extat inter ſcribentes diſceptatio, & vtilis quidem cadit indagatio, an conſilia ſint lecturis anteferẽda, pleniorq. fides illis adhibeatur? Sunt namquè exiſtimantes, opinionem illam Doctoris eſſe retinendam probandamquè, quam is de iure reſpondendo probauit, vnde conſilia lecturis anteponunt, vt tenet Gom. in §. quidam, num. 26. inſt. de Action. Boer. quæſt. 155. nu. 24. Mar. Socin. conſ. 23. lib. 1. num. 10. Ant. Gabr. in commun. opin. tit. de teſtib. concl. 4. num. 86. & Dominus meus Doctor Martinus Monter olim præceptor meus colendiſsimus, deinde ob ſummam eius ſapientiam cum prudentia coniunctam ad ſupremum Conſilium Regni Aragoniæ meritiſsime aſſumptus, in præfat. deciſ. num. 23. & ab ipſo allegati (quamuis ipſe eos nõ ſequatur) Purpurat. in l. edita. numer. 14. C. de edendo, Flaminius Pariſ. conſil. 110. volum. 1. num. 52. Menoch. conſil. 124. num. 82. Decian. in Apologia cap. 10. num. 26. & conſil. 55. num. 16. volum. 3. & conſil. 9. numer. 44. volu. 2. pluribuſquè rationibus ipſam exornat Anto. Maria Corat. in commun. opin. lib. 1. tit. 6. ex num. 54. Socin. vbi ſupra, alios referens ad hoc, quod cum magis accuratè quis conſulendo loquatur (vt etiam aſſerit Alexand. conſil. 185. volum. 2. numer. 25. verſic. decimoquinto dicens, conſilium eſſe actum magis deliberatum) ideo ipſi maiorem fidem adhibendam eſſe, quam lecturæ, vt etiam affirmat Menoch. conſ. 18. nu. 21. quamuis hoc dubitatione non carere aſſerat, indiſtinctè tamen vt veriorem ſequitur hanc opinionem Cagnol in l. nemo poteſt mutare, nu. 9. ff. de reg. iur. Simon de Pretis, in probem. vltimarum volunt. nu. 32. occurrentia enim caſus facit, vt quis maturius in conſilijs deliberet, quam in Lecturis. Vnde Bart. in l. ſi pater. num. 2. C. de inſtitu. & ſubſtit. dicit ſe in concurſu lectionum ſequutum fuiſſe vnam opinionem, poſtea vero cum de facto caſus occurreret, melius, & ſubtilius videns, tenuiſſe aliam, & Abb. in cap. filius, num. 6. de teſtamen. dicit, quod in iudicio multum dubitaret, & in ſcholis audacter teneret, Practica enim eſt vera intellectrix legum, tuncquè intelliguntur leges,
5 quando practicantur; vt ex Bald. in cap. 1. de feud. ſine culpa non amit. in princ. & ex alijs multa congerens de excellentia practicæ refert Marſil. in princip. ſuæ pract. crimin. & Aymon conſil. 118. num. 2. Simon de Pretis in dicto nu. 32. Caualiin. in Milleloq. 140. Pulchrè Ceballos, in dicta præfa. ex nu. 71. Tiraquel. de mort ſaiſit. in 16. declarat. num. 4. in 2. par. Monter ſupra ex nu. 20. Ex quibus infertur, Conſilia cum fundentur in praxi, maiorem firmitatem habere, & anteponenda eſſe lecturis, cum ſit practicum verius, quam theoricum iuriũ, legumq. ſcire

vt

vt probant Prætis ſupra dict. num.32.vnde, inquit, videmus ſępius Doctores maturiore cum deliberatione aliquid tenere, in iudicijs, ſicque in practica, & in conſilijs, qua in ſcholis, & lectionibus; quod etiam trad. Martinus Monter. in dicta pręfat. num. 22. Qui verò legit, ſolet multa, vt ingenij acumen oſtendat, aſſerere, quæ vera nō ſunt ob quam rationem Barbatiam appellant, cōmunium opinionum oppugnatorem Tiraq. de pæn. temp. cauſ. 51. nu. 64. Nebizan. lib. 5. Silu. nupt. ex num. 27. in fin, vol. 4. com. opin. pag. 40. ver. nec te decipiat, vbi allegat Felin. in cap. cæterum, col. 8. de reſcrip. vbi ait, quod ipſe Barbatia, ſtudio impugnandi communes opiniones, ſæpiſsimè delirauit.

Alij verò contrarium exiſtimant, maiorem ſcilicet lecturis adhibendam eſſe fidem, quam conſilijs, cum certum ſit, Doctores ex profeſſo iura interpretantes, non minus omnia diligenter perpendere, & digerere, vt ſuos auditores edoceant veritatem quæſtionis, aut cuiuſcunq; rei, quam interpretantur. Quod non ita facere cernimus eos, qui propoſitis cōſultationibus reſpondent. Et hinc eſt, quod frequenter contingit, Doctores conſulentes non ſolùm inter ſe ipſos diſſentire, verum etiam (quod grauius eſt) ſibi ipſis contradicere. Nec mirum, cum frequenter in conſulendo animi affectus, inimicitiæ, gratiæ, & interdum pecuniæ cæca cupiditas interueniant, & ita grauiter conqueritur de hac re Ioan. Fichard. in additio. ad commun. opin. Villalob. verbo opinio, vbi etiam refert, hanc poſteriorem, & æquitati magis conformem ſententiam tradidiſſe Zaſ. lib. 1. ſingul. reſponſ. cap. 7. num. 11. Quem ſequuntur Macagnan. Azoguid. de com. opin. lib. 3. cap. 15. fol. 48. Hieron. Laurentius deciſ. Rotę Abinon. 78. num. 7. Crauet. de Antiquit. 1. par. §. 1. num. 50. in fin, Maſcard. de Probat. concl. 426. num. 26. Hanc etiam opinionem ſequitur Ceballos, in pręfat. pract. quæſt. num. 55. & eam pluribus rationibus exornat Ant. Mar. Corat. in com. opin. lib. 1. tit. 6. ex nu. 44. Mar. Socin. ſibi contrarius in conſil. 56. vol. 1. ex. num. 6. in fi. vbi aſſerit, quod legēti potius quàm Doctori conſulenti credi debet, quia in conſilijs, quis ita applicatur clientulo, pręſertim cum aurum pro pręmio offertur, vt non ſoli veritati ſit intentus. Quidquod, auaritia plerunq; ſenſus hębetat humanos, & opiniones peruertit, ita vt pecuniam putent quaſi mercedem prudentiæ, vt docet Decian. lib. 3. c. 21. nu. 5. relatus à Monter. in prohem. deciſ. nu. 27. vbi vide plura ad propoſitum; quod ſecus eſt in lecturis: tunc enim ſola veritas præ oculis habetur, Doctor illam quærit, & ei inhæret, Crauet. in dict. 1. par. §. propoſitum num. 48. fol. 24. qui ſequutus hanc opinionem dicit, quod Doctores legendo magis innituntur veritati, quā conſulendo; quia in lectura ceſſat affectio, & cupiditas æris, cuius libido heu quot mortalium animas ad inferos protrahit. In qua re minus excuſationis habēt Doctores, qui ſeculi huius caduca eſſe non ignorant, & quod alius nobis theſaurus apud ſuperos quærendus ſit; de qua re miſere deploranda, plura congeſsit ex eodem Crauet. & alijs doctiſsimus, & inſignis cauſarū aduocatus in hoc Regno Aragoniæ, & nulli ſecundus, Petrus Ludouicus Martinez Cenedo, in eleganti conſilio pro Baronia de Quinto, ex num. 841. Vnde his ducti rationibus, per quàm celebres viri exiſtimant, parum aut nihil publicę vtilitati cōducere Iuriſconſultorū reſponſa, vt ex Pauli Pici præceptoris ſui, & aliorum ſententia nititur oſtendere Alciat. lib. 12. parerg. cap. 12. per tot. & præſertim in fine ſic ait: ſed ſatis ſit dùmtaxat hęc attigiſſe, vt non temerè locutum eſſe Picum oſtenderem, ſtudioſoſq; admonerem, ne vllis conſilijs certam omnino fidem adhiberent, in cuius etiam rei confirmationem, aliqua cumulat Nebizan. in Silu. nupt. lib. 5. ex num. 26. excandeſcens verbis iniurioſis, aduerſus quam plurimorum grauiſsimorum virorum conſilia, multoties enim conſulentes, vt amicis, & etiam pecunijs inſeruiant, ſcribunt, prout amici ſui neceſsitas, & ocaſio requirunt, vt refert Theſaur. deciſ. 64. num. 3. circa fi. quem ſequitur Ceballos in pract. q. 398. n. 5.

Quibus forſam, & àlijs firmioribus ductus rationibus, doctiſsim' præceptor meus Martinus Monter. in dicta præfat. ex num. 26. acutè poſt varias adductas diſtinctiones, pro vera propoſitæ quæſtionis reſolutione, credit, Doctori auri, & argenti cupido, magis in lecturis, quam in conſilijs tribuendam eſſe fidem; cum in lectura ceſſet affectio, & cupiditas ęris, & in qua Doctor nullo affectuoſo amore motus, veritatem dixiſſe præſumitur. Quam quidem veritatē in conſilijs ad requiſitionem partis ſæpe nimis indulgenter datis, & quandoq; emptis, inuenire difficile eſt; quando autem Doctor non

non pecuniarum cupidus, ſed vanæ glorię, & ambitionis dulcedine inductus, in lecturis tenet contrarium eius, quod in conſilijs aſſeuerat, conſilijs, & non lecturis, per ratio nem ab ipſo adductam ſtandum eſſe arbitratur. Quod dictum (ſalua pace tanti preceptoris) dubito, quo pacto intelligi valeat, cum ſolus Deus ſit ſcrutator cordium, & ſciat, quis ſit pecunię cupidus, cuius libido quantum dominetur animis virorum. precipue Doctorum, tempeſtate noſtra, ſi quis eſt qui non videat, vt inquit Maſcard. conſ. 426. nu. 27. num nihil videre fatendum eſt; cum id adeò ſit compertum, vt nulla prorſus egeat probatione. Videamus quis ſit ille, & laudabimus eum; fecit enim mirabilia in vita ſua. Tum etiam oporteret nos, vitam, & mores Doctoris ſpeculari, eiuſq; inquiſitionem facere, an ſit, vel fuerit pecunię cupidus, vt ex inde poſsimus colligere, an potius eius doctrinæ in cõſilijs traditę ſit credendum, quam ijs, quæ inter legendum affirmauit. Quod certè corpori laborioſum, & animę periculoſum eſſet: imò fere impoſſibile eſt, hoc iudicium ferre, & ita ſupradictam diſtinctionem minime practicari poſſe cenſeo. Cum non ſatis liquido conſtare poſſit nobis, an quis conſilium pręſtiterit ob affectionem æris, vel ob ambitionē, vel legendo, illam renuerit opinionem, de cuius veritate controuertitur. Quare ſemper exiſtimaui, non ſatis probari, lecturam Doctorũ, illorum conſilijs præferendã fore. Imò eorum præcipuam rationem, falſam eſſe arbitror. Non enim tan iniquus debet eſſe quiſquã religionis eſtimator, qui ſibi perſuadeat inter Chriſtianos homines æqua lance omnia ponderantes (quales ſunt noſtri temporis Iuriſconſulti) propter pecuniæ cæcam cupiditatem tutari, ac defendere falſam, aut certè deteriorem opinionem. Et quamuis ipſorum quiſpiam tam impurus, aut ſic pecuniæ auidus ſit, vt amore illius aliquantulũ vacillet, nõ tamē falſę ſentētię adhærere credendũ eſt. Vnde ſupradicta cõmunis opinio nõ eſt admittenda, aſſeuerans maiorē lecturis, quã conſilijs fidem adhibendã eſſe, ex eo quod lucri, quod ſperant, ſpe decepti, diſcrepantem in conſilijs, ab ea, quam in lecturis opinionem ſunt tutati, omnino ſequuntur. Quinpotius credendum eſt ab ea, quã ſemel

7 tenuerunt ſententia diſſentire, ſapientum eſſe, mutareq; mentem in melius, vbi error eſt certus, iuxta illud Salomon. Sapientis eſt mutare conſilium, l. nonnunquam in princ. & ibi gloſſ. 1. de Collat. bonorum cap. non debet, in princ. de conſang. & affin. cum col lectis per Iaſ. in l. ſi ex toto §. ſcit allegatum num. 29. ff. de leg. 1. Cagnol. in l. nemo poteſt mutare num. 5. de regul. iur. Iacob. Emilius conſ. 130. num. 4. Gutierez in authen. C. ſi aduerſ. vendit. num. 37. in fin. Nec hoc mirum cuiquam eſſe debet, cum etiam Papinianus mutauerit opinionem, vt dicitur in l. manifeſtiſsimi C. de furt. & dicit tex. in c. magnæ ſapientiæ eſt, reuocare hominem, quod male loquutus eſt, 22. queſt. 4. & alibi ſanum dicitur eſſe conſilium, ſiquis reuocauerit quod male fecerit, C. cum ceſſante de appellat. Dicit etiam tex. in C. qualiter, & quando el 1. de accuſat. non pudeat vos, errorem veſtrum corrigere, qui poſiti eſtis, vt aliorum corrigatis errores, & tex. in §. 1. in ver. non erubeſcimus, in authen. de nupt. coll. 4. non enim (inquit Imperator) erubeſcimus, ſi quid in melius eorum, quę ſtatuimus prius, ipſi competenti ratione emendemus, nec ab alijs expectare, vt corrigamur. Ex quo efficitur, non arguẽdũ eſſe eũ, quod in lectura tenuerat, poſtea in cõſilio improbet. Cũ veritatis vi, acriori iuditio, experiẽtia, ac ſciẽtia, idē perpendendo, ac põderãdo, conuincatur. Nec auri argentiq; copiã, pręſumendum eſt, Chriſtianum, & ſapien-

8 tem Iuriſconſultum ita obcæcaturam, vt eũ à veritate deflectat, imo cum nihil auro pretioſius (excepta virtute, qua deſtitutum eſſe pium Iuriſconſultum quis affirmare auſus fuit?) ſtimulos admouere, ad veritatē, acrius & ſubtilius indagandam, hincq; certò conſtare, cum in conſilijs id adſit, abſit autem à lecturis (vbi in vtrãq; partem, ingenij oſtentandi gratia, ſine cuiuſquam præiudicio, veritas ventiletur, deturque eligendi optio) conſilia lecturis in vero iudicando, multis titulis preferenda ſunt. Quę omnia à me dicta eſſe, prudens lector intelligat, non quidem eo animo, vt indiſtinctè affirmare audeam, conſilia lecturis anteponi debere, ſed vt contrariam opinionem, quamuis cõmunem, auertam à mẽtibus exiſtimãtium, auri ſamem in cauſa eſſe, vt noſtri Iuriſconſulti excęcati, minimè de iure reſpondeãt, quod verius eſſe credunt.

Circa hanc tamen opinionem (ſi meam li-

9 cet exponere ſententiam) aliter quam Doctores hactenus ſenſerunt, iudicandum eſſe eſſe exiſtimo, nam in opinionum conflictu, non

non ex eo quod aliqua opinio reperiatur in Conſilijs, lecturis, vel tractatibus Doctorum, veritas (quam inquirimus) dependet, ſed ex melioribus, & efficacioribus rationibus, quibus firmatur, & ex alijs legitimis coniecturis, & præſumptionibus penſanda eſt. Vnde cum aliquando in Conſilijs, aliquando verò in lecturis, vel tractatibus varietas inuenitur, ea diligenter in ipſis inquirenda eſt, atq; ita intrepide affirmo, nullam poſſe conſtitui regulã generalem certã, & indubitatam, qua poſsimus affirmare, hãc vel illam opinionem eſſe de iure veriorem, quam quod in cõſilijs, vel lecturis, eam DD. tenuerunt. Sed caſu quo in contrarias, diuerſas vè ſententias Doctores diuidantur, quæ earum eligenda, quæ ve in iure potior ſit, & quando conſilijs, magis quam lecturis illorum ſit adhibenda fides, & quando econtra quod in lecturis, vel tractatibus aſſeruerũt, anteponendum ſit, tanquam verius, ijs quæ in ſuis conſilijs ſcripſerunt, ex ſequentibus luce meridiana clarius apparebit.

10 Primò igitur obſeruandum eſt, quod quãdo in aliqua difficultate reperiuntur Doctorum contrariæ, & pugnantes ſententię, ſiue id in lecturis, tractatibus, vel conſilijs contiñgat, illa opinio regulariter præferri debet, quæ communis dicitur, vel quæ plurium Doctorum auctoritatibus corroboratur, vt tradit Bernar. Diaz in reg. 107. vbi Salzed. in addition. Iaſſ. in authen. nouiſsima num. 22. C. de in off. teſtam. & in Auth. Si qua mulier, num. 12. C. de Sacroſanc. Eccleſ. Abb. in cap. prudentiam num. 4. de offi. deleg. Decius conſ. 422. ex princ. & conſ. 441. num. 14. refert plures Ioan. Gracian. reg. 252. opt. & latiſs. Alphon. Hojed. de benef. 2. par. cap. 1. ex nu. 16. Ant. Coracius in tract. com. opin. in præfat. ex num. 27. & quamplures à me relati in 2. par. collect. 84. num. 4. Monter. in d. pręfat. num. 31. Tiraq. de pęn. cauſ. 51. nu. 64. & ſequitur Alex. conſ. 7. vol. 4. num. 10. vbi optimè decidit, quod quando varię ſunt opiniones, illa eligenda, & tenenda eſt, quę plurimorum Doctorum auctoritate comprobatur; præſumitur namq; verior, ex Menoch. de prępsump. lib. 2. præſump. 71. num. 2. Cernantes in l. 1. Tau. num. 1. Humad. in ſcholijs ad Greg Lop. in prologo partit. in gloſſ. 18. num. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 1138. n. 4. & 8. ab ipſaq; communi opinione recedere non debemus, nec in iudicando, neq; in conſulendo. Morla. 1. par. tit. 2. quęſt. 5. n. 6. Burg. de Paz in prohem. leg. Tau. ex n. 251. Ceuallos in prohem. pract. quæſt. ex nu. 30. Deci. conſil. 131. in fin. Roland. conſ. 60. vol. 1. num. 40. conſ. 16. vol. 3. ex nu. 22. ſubdens fatuum eſſe, recedere ab ipſa communi, ne incidat Iudex in dictum Alex. conſ. 95. num. 6. vol. 2. poſt Bal. in l. præterea per illum tex. ff. de Senator. vbi dicit, quod qui inhęret ſingularibus opinionibus, pręſumitur per imperitiam iudicare, ſi cõmunes relinquit ſententias, deferre enim debemus cõmuni opinioni, quia difficilimum reputamus ſententias maiorum reuoluere, inquit tex. in cap. veniam 35. quæſt. 9. l. fi. C. de lib. præterit. & iudicare contra communem opinionem, eſſet contra ſtimulum calcitrare, vol. 4. com. opin. pag. 40. verſ. qua propter. Nec quis ſibi tantum tribuere debet, vt ſolus credat melius ſentire, quam plures ſimul Doctores celeberrimi, ex congeſtis per Tiraq. de pæn. cauſ. 51. num. 63. præſertim ſi quæſtionem ipſam ex profeſſo examinet, ſiue id in conſilijs, tractatibus, vel lecturis contingat.

11 Ex quibus infero, maiorem fidem pręſtandam eſſe opinioni Doctorum ex profeſſo, & principaliter tractantium articulum, & quęſtionem aliquam ad partes agitatam, quam ſi perfunctoriè, & quaſi per tranſennam, & turmatim à doctoribus diſputetur ex Roland. conſ. 39. vol. 4. num. 34. Monter in dicta præfatione ex num. 30. Raudenſ. de Analog. lib. 1. cap. 18. num. 25. Menoch. de recup. poſeſſ. remed. 1. n. 191. idem Menoch. conſ. 51. num. 54. & lib. 2. præſump. 71. numer. 39. Surd. conſ. 311. num. 62. & conſ. 407. nu. 10. Cagnol. in l. nemo poteſt. nu. 10. ff. de Regul. Iur. Alciat. reg. 1. præſump. 51. & lib. 4. Parerg. cap. 17. Maſcard. in dicta concluſ. 1138. num. 11. Nebizan. in ſylu. nupt. libi 5. nu. 29. dum omnes aiunt, non eſſe multum conſiderandam opinionem illam doctorũ, qui per tranſennam, & non diſputando aliquid affirmant: nam ipſi non augent numerum ad inducendum, conſtituendumq. communem opinionem. Alciat. lid. 4. parerg. cap. 17. Abb. in cap. bonæ el 2. num. 30. de poſtul. Mantica lib. 11. tit. 3. num. 4. latiſsime Anton. Mãtia Corat. lib. 1. com. opin. tit. 6. inſpect. 1. vol. 4. com. pag. 40. verſ. vnde poſtquam, & de ipſis doctoribus, qui perfunctorie aliquid dicunt, dicere poſſumus, quod aiunt Dec. conſ. 481. num. 12. & conſ. 494. nu. 15. & additio in lit. B. ad dictã præſump. 52. Alciati, Rolan. cõſ. 100. vol. 2. num. 50. Gutierrez in

conſ.12.num.41.Ant. Maria Corat.in cõm. opin.lib.2.tit.9.caſ. 10. n.57.verſ.ſecundo, Gomez.in prohem. Regul.Cancell.q.2.verſ. quarto pro iſta parte pag.59.Burg.de paz in Prohem.legum tau.n.250.hos auctores morè auium fuiſſe inſecutos, quarum vna cum volat, cæteræ omnes ſequuntur. Vnde ipſis doctoribus non multum eſt adhibenda fides, cum perfunctoriè aliquem articulum tractant, ſecus autem quando ex profeſſo illum examinant, ſiue vt dictũ eſt, id in conſilijs, tractatibus, vel lecturis cõtingat. Perpendendæ igitur ſunt ſententiæ ipſorum doctorum, & quæ efficacioribus rationibus innituntur, debet præualere, vt ſcribunt Menoch.conſ. 18 num.20.& lib.2.præſump.71. num.24.Rolan.conſ.100.vol.2.n.49.quemadmodum, & quæ magis communiter à doctoribus approbatur, vt ſuperius dictum eſt, niſi ſit falſa. Did. Perez, libr.2.tit.3.in gloſſ. concejo fol. 206. Gom.l.1.tau.nu.9. Rolan. ſupra num. 52. Beroi.cap.1.de conſtit.num. 269. Menoch.de arbitr.caſ.339.n.21.Morla. 1.par.tit.2.quæſt.5.num.6.verſ. iſta omnia Ceball.in dict.prohem.n.40.

12 Secundò obſeruandum eſt, quod quando ex profeſſo aliquam quæſtionẽ doctores examinant, & ſunt inter ſe contrarij, diuerſaſq; opiniones ſequuntur in prefatis conſilijs, tractatibus, vel lecturis, illa præferri debet, quæ vſu & conſuetudine Prouinciæ approbatur. Nebizan.in dicto lib.5.num.64.Dueñas regul.100.verſ.fallit primo. Latè plures recenſens Alph. Hojed. de benef. 1.p.c.19.n.46. Ant. Queſad.diuerſ.quæſt.cap.16.nu.5.verſ. & ita. Illa ſiquidem opinio tenenda eſt, quæ pro ſe habet conſuetudinem, Iaſſ. in l. poſt dotem.num.100.ff.ſol.matr. Deci.conſ.131. iuxta fin. Decian. conſ.44.vol.2. ex num.9. & conſ.52.vol.2.ex nu.1. Caballin.in milleloq; 140.pulchre Burg. de Paz, in prohem. legum Tau.ex num.225. Cum ipſa ſit optima legum interpres cap. cum dilectus de con-
13 ſuet. l. ſi de interpretatione, & l. minime ff. de legib. Tiraq.de priuileg. cauſæ piæ, priuileg.27.num.3.in fin. Nauarr.in Manual.lat. cap 27.num.286.plura trad. Menoch.lib.1. de Arbitr.quæſt.71.ex nu.3.& in dicta præſumpt.71.num.22. Idem Menoch.conſ.187. num.54.Cebail.in præfat.num.48.& 60. & late Gracian.reg.94.illa namq; opinio tenenda eſt, quæ ab obſeruantia ſubſecuta comprobata eſt, non obſtante iuris communis diſpoſitione in contrarium vigente, vt reſpõdit Cephal.conſ.320.vol.3.ex num.31.relatus à Ioſepho Ludouico, concluſ. 38. illat. 16.& à Monter.in dicta præfat.nu.31. verſ. & finaliter, cum alijs ab eodẽ allegatis, Ant. Marc.Corat. in lib.2.com.opin.tit 9.caſ.18. num.97. Etiam ſi cõmunis opinio ſit in contrarium, debet teneri, & ea quæ recepta eſt in practica, & vſu communi bonorum, prudentium, & expertorum, timentium Deum, Lud. Lop. inſtr.conſc. 1. par.cap.287.pag. 817.col.2. Nec mirum, cũ conſuetudo æquiparetur ſtatuto in hoc, Gramat. deciſ. 92.n. 4.Crauet.conſ.96.num.6.imò dicimus, conſuetudinem eſſe ſtatuto fortiorem, Decius conſ.690,num.8.& hinc dicimus, quod vbi conſuetudo non valet, nec ſtatutum, Bald. conſ.238.col.2.lib.4.& vtrũq; probat Crau. de Antiquit.1.par.in princ.n.42.

14 Tertio obſeruandum eſt, quod in conflictu opinionum, & ipſarum varietate, ſi commodè fieri poteſt, ſemper pro æquitate, contra rigorem pronunciandũ eſt; benigniorq; opinio preferri debet, iux.l. ea quæ 5. in re dubia ff.de reg.iur.l.ſi fuerit in fi.ibi, hoc valere benignum eſt. ff. delegat. 3. l. proximè verſ.ſed in re dubia, ff.de ijs, quę in teſt.dele. Ceballos in præfat.quæſt.num.41.& 42.Menoch.conſ.401.nu.319.& trad. Natta conſ. 136.num.10.& conſ.452.num. 43. Cagnol. in l. non poteſt videri improbus num. 5. ff. de reg. iur. Deci.in l. ſi tibi pecuniam num. 6.ff.ſi cer.Pet.Rolan.conſ.64.vol.3.ex num. 15.Nebizan.late in ſylu.nupt.lib.5.num.68. Farinac. in quæſt. Criminal.lib.1. quæſt.27. num. 116. æquitas namq; præficitur rigori, l.placuit, ff.de iudic. Iaſſ. in l.ſtipulati ſumus 5.ſequitur, in 4.notab.ff.de verb.oblig. Morla.& quos ipſe refert in 1.par.tit.1.quæſt.21. num.33. æquitas enim eſt omnium plenior, & certior modus interpretandi leges, vt inquit Bal.in l.ſi defunctus, C. de ſuis, & legit. col.vlt.verſ.& noto, quod æquitas, & ex tex. vbi notant omnes Canoniſtæ in cap. vlt. de tranſaction. & Felin.in cap.ex parte el 2.nu. 3.de offi. deleg.

15 Quartò quando opiniones duæ ſunt inter ſe contrariæ, ſemper firmior, & verior præſumitur illa, pro qua conſuluit vnũ collegiũ doctorum, vt tenet Maſcard. concluſ. 1138. num.7. Ant. Maria, Cotarius in com. opin. lib.2.tit.9.num.50. Rebuff. conſ. 178. verſ. vndecimo, Lopis 2.par. Floſculi de clericorum excellen.num. 99. Ideo opinio collegij anteferri debet alijs, maxime quando collegium

Digitized by Google

gium eſt ſapientiſsimorum virorum, vt ſcri-
bunt Abb. in cap prudentiam, num.4. in fin.
de offi. deleg. Decius conſil. 400. num.1. &
conſ.615. num.4. Crauet. conſ.132. num.16.
Rolan. conſ.18. vol.4. num.10. Menoch. conſ.
11, num.15. & conſ.320. num.45. Simon de
Prętis lib.5. interpret.2. dubio.2. num.335.
pag.508. Optimè Menoch. lib 2. præſumpt.
71. ex num.9. & conſil.827. num.3. Porcius.
conſ.91. num.7. vbi ait, qnod plurium con-
currente voto conſtituitur, maximè rectum
cenſeri debet. Ant. Maria Corat. in cō. opin.
lib.2. tit.9. caſ.9. ex n.35. vbi latiſsimè exami
nat hunc articulum.

16 Idem ſimiliter dicendum eſt de opinione
quam ſequuntur Auditores Rotę Romanę,
vt in conflictu opinionum ipſa verior præ-
ſumatur, propter eorum ſummam auctorita
tem, grauitatem, & pręexcellentem doctri-
nam, quam domini Auditores habēt, vt pul-
chre plura cumulans in ipſorum commenda
tionem, & laudem trad. Ludouic. Gomez in
prohem. regul. Cancell. quęſt.2. verſ. quarto
pro iſta parte fol.61. Vancius de nullitat. ex
defec. iuriſdict. deleg. ex num.17. Lancel. Po-
lit. in tract. de offi. Aduoc. in rubr. de ſcientia
circa princip. & in rubr. de prudentia poſt
medium, Marc. Mantua. lib.4. Obſeruat. Iur.
Ciuil. in obſeruat.38. Octau. Veſter in prax.
lib.2. cap.17. per tot. vbi Ant. Grauat. in ad-
dition. Ant. Galleſ. de vſu iudic. Palat. Apoſt.
circa med. vſquè ad fin. Ceball. in prohem.
pract. quæſt. ex num.25. & Rotæ tribunalis
17 deciſiones faciunt communem opinionem,
Thom Zerola in prax. Epiſcop. verbo Rotę
tribunalis. Nec mirum, cū ad id munus ſem-
per eligātur viri vndequaq; excellentiſsimi,
qui per rigidas examinationes, in ea, velut
aurum in fornace, deputantur, vt inquit Ga
liaula in repet. l. Centurio, num.49. verſ. &
Auditores ſacri Palatij ff. de vulg. & pupill.
Purpurat in l.1. num.292. ff. de offi. eius, Lu-
douic. Gom. vbi ſupra, & ibi quod ſunt tan
quam Stellæ in firmamento Cæli; vt etiam
ex Vancio dixi in 1. par. Collect.15. ex num.
6. & Menoch. de Arbitr. caſu.70. nu.8. Vnde
Auditorum Rotæ deciſiones tanquam magi
ſtrales ab alijs Iudicibus obſeruandæ ſunt,
ex Vanc. vbi ſupra, num.20. pag.359. Et inde
non abs re Egid. Bellarm. deciſ.37. poſt me-
diū dicit, quod non eſt inmundo locus Ec-
cleſiaſticus Rota præſtantior, & vbi melius,
& celerius cauſæ terminentur, & decidan-
tur, propter peritiam dominorum Rotæ, &
quia ibi eſt diſſertiſsimus modus cauſas au-
diendi, conſulendi, & decidendi. Vnde Rota
non immeritò vberrimus fons Canoniſtarū
appellatur, ſecundum Felin. in cap. quoniam
§. porro. num.20. in final. verb. vt lit. non cō
teſt. & ſumma cum ratione; vt enim elegan-
ter, & vere inquit Mandoſ. in regul. octaua
Cancellar. in fin. relatus à Franciſco Marzar.
de fideicom.2. p. quęſt.4. verſ. ſed quidquid
Auditor Rotæ omnes alios iudices vrbis, &
orbis antecellit, pręſumiturq; talis eſſe ſcien
tiæ, prudentię, auctoritatis, integritatis, imò
& maieſtatis; vt meritò omne arduum nego
tium, omnis cura Eccleſiaſtica, omnis de-
niquè humana, & diuina actio Auditori Ro
tæ concedi, & demandare ſoleat. Et idem
Mandoſ. in regul.11. quæſt.5. ait, de ipſis do-
minis Auditoribus loquens. Non curo hic
referre motiua, & argumēta, ne longior ſim
extra materiam regulæ, ſed ſat ſuperq; ſuffi-
ciat, tantorum patrum auctoritas, & maie-
ſtas, quibus meritò omnes alij Iudices vr-
bis, & orbis, quantumcunq; potentes, & ſu-
premi aſſentiunt, & ſe eorum iudicio ſubij-
ciunt. Vnde optimè inquit idem Mandoſ. in
tract. communis formul.1. in verſ. cauſarum
Auditoribus, fol.7. Neminem reperiri tantę
ſcientiæ, qui tantorum Patrum iudicium,
& veſtigia ſequi dedignetur. Quod etiam re
fert Surdus conſ.403. vol.3. n.84.

18 Vlterius quando doctores interſe diſſen-
tiunt, in Hiſpania opinioni Bartholi adhę-
rendum eſt, etiam ſi communis opinio ſit in
contrarium; vt tradunt Abiles in cap.1. Præ-
tor. in gloſſ. fiel. n.15. verſ. vbi quoq; limitat
Maſcard. de probation. concluſ.1138. nu.22.
optimè vol.4. com. opin. tit. de iudic. cap.7.
fo.39. verſ. quia minima auctoritas, Menoch.
libr.2. præſumpt.71. num.20. vbi hoc credit
procedere extātibus opinionibus paribus,
non autem quando opinio aduerſus Bartho
lum eſſet cōmunis.

19 Eandem etiam auctoritatem dicunt do-
ctores habere gloſſæ opinionem, vt ei in cō
curſu diuerſarum opinionum ſtandum ſit; cū
gloſſę auctoritas omnes aliàs antecellat, per
ea, quæ exactè ſubiunxi in 2. par. Collect.18.
num.6. & quę tradit Morla.1. p. tit.1. quæſt.
12. num.3. Optimè Ceball. in dicta præfat. ex
num.61. Decian. conſ.55. num.15. vol.3. Ri-
minald. in prin. inſt. de donat. ex. num.1342.
Latè Captiolus de ſucceſ. ab inteſt. lib 3. ex
num.24. Marta de tribunalibus vrbis, cap.5.
num.18. Videndus tamen eſt pro ipſius in-
telligentia;

relligentia, Maſcar.concl.842.ex prin. Lud. Lopez 1. par.inſtruc.conſcien.cap.288. pag. 810.ex col.1. in fin. Ex quibus, & alijs, quæ conſulto omitto, quia longum eſſet ſigillatim recenſere, & examinare in præſentiarū, omnes coniecturas, & præſumptiones, quæ paſsim adduci ſolent à doctoribus ad decidendum in conflictu opinionum, quæ earum tenenda ſit, ſatis colligi poteſt quod ſuperius dicebamus, contra comunem ſcribentium doctrinam, nec conſilia abſolutè præualere aduerſus lecturas, nec econtra; ſed veriori opinioni ſemper inhærendum eſſe; quæ aliquando ex conſilijs, interdum verò ex lecturis, & nonnunquam ex conſilijs, & lecturis depromitur.

20 Vnum tamē in hac materia cōſideratione dignum eſſe cenſeo, aduerſus cōmunem vulgi errorem, (& vtinam quod tantum vulgares homines hoc errore, vel ignorantia tenerentur, & non illi, qui doctiſsimi, & æquiſsimi reputantur) & exiſtimant, in conflictu, & varietate opinionum, poſſe iudicem pro amico ferre ſententiam. Vnde inferunt, bonum eſſe habere iudicem fauorabilem, vt ex preſsè fatentur, Gomez in c.1.de iudic.in 6. n.55. & quos refert Ant.Maria Corat. lib.2. com.opin.tit.9.n.172. Et ſequitur hanc opinionem nouiſsimè Morla.1.p tit 2.quæſt. 5. num.15.& 30.Ceball.in præfat.pract.quæſt. num.101. Menoch.quæſt.63.nu.2. Quorum præcipua ratio eſt ex Innoc.in c.ne innitaris de conſt. Quia poteſt iudex ad libitum, quā velit opinionem ſequi, quando magnus eſt doctorum conflictus, vt pluribus relatis tradit Menoch.de Arbitr.caſ.177.num.7.Alex. conſ.1.vol.2.num.9.Crauet.conſ.135.n.40. Macagn.Azogui.in com opin.lib.1.cap.8.n. 46.Maſcard. concl.1138.num.20. Menoch. de retin.poſſeſ. remed.3.num.764.Burg de Paz.in proœm.legum. Tau.n.162.& 402.& ſatis probatur per gloſſ.verbo fauere,in cap. venerabilem de elect.aſſerentem,cum cauſa fuerit ambigua, Iudicem poſſe licite fauere cui voluerit parti, ex tex.in l. ſiquis ſeruum §.ſi inter duos ff.delegat.2 Cum in paritate opinionum, locus iuſtè ſit gratificationi, ex congeſtis per Portoles in §. arbitrium.nu.2. Menoch. in dicto remed.3.num. 763. Vnde bene poterit Iudex ſequi opinionē quæ amico fauorabilis eſt. Ego autem, quamuis non diffitear, optimum eſſe habere Iudicem propitium, quoniā facilius audit, & credit; quod ad victoriam plurimum prodeſt, Octau.Veſter.in prax.lib.7.cap.3.nu.31.in fin. Tamen quo ad id, vt Iudex in varietate opinionum confiſus pro amico (volens ei ſe gratū oſtēdere) ſententiam ferat, falſum, & omnino à veritate alienū mihi videtur, vt optimè poſt Nauarr. in cap.ſiquis autem de pænit.diſtin. 7.num.130.probant elegantiſsimè Ant. Maria Corat.in d.tit.9.n.175.Menoch. de Arbitr.caſ.339.ex n.22. & de retinend.poſſeſ. remed.3.ex n.767.Portol.in ſchol.ad Molin. in §.arbitrium.n.2.verſ.ſed contrarium, Bonad.lib.5.c.3.n.30.ad fi. Marc.Ant.lib.1.inſt. maior.tit.1.ex n.15. Ioan. Segura Dabal.in direct.Iud.Eccleſ.for.1.p.c.14.n.23. vnde immeritò carpit Nauarrum virum doctiſsimū, dictus Morla.vbi ſupra n.30. Cum tot grauiſsimi doctores ſequātur ipſius Nauar.opinionem, tanquā veriorem, & contraria eius, quam ipſe tuetur omnino falſa ſit, cū ex Bal. conſ.420.lib.2.n.3.relato a Menoch.in dict. remed.3.n.766. Iudicem moueri non oportet, vel amicitia, vel alio animi motu, ſed Deum ſolum ſpectare debere, & in eam partem declinare, in quam, eum aliqua ratio trahit, & conuincit. Vnde pulchrè dicit idem Menoch.in lib.2.præſump.71.nu.38. Quod quando dubię admodum ſunt opiniones, Iudex ſequi debet eam, quam in ſui conſcientia veriorem eſſe exiſtimat, vt etiam affirmāt Nebizan.in Sylua.nup.lib.6.n.4.Ant.Maria Cora.lib.2.com.opin.tit.9.caſ.32.ex n.165. Socin.Iun.conſ.33.lib.2.n.1.nulli earum adhærendo, vt optimè dicit Bal.in d.conſ.420. lib.1.nu.3. per viam alicuius carnalitatis, vel amicitiæ, aut alterius paſsionis, ſed ex diſcreto motu animi ſui, ſolo Deo inſpecto. Quæ verba repetit idem Bal. conſ. 468.lib.3.n.2. verſ.ſed ſi pari modo.& in conſ.445.lib.5.n. 2.verſ.ſed ſi pari. Animaduertere namq; debet Iudex, quod quamuis iura iubeant in re dubia, pro reo, pro dote, pro matrimonio, pro teſtamento, religione, & Eccleſia, ac pro alijs cauſis his ſimilibus iudicandū fore, non tamen iubent, fore iudicandum pro amico, vt pulchrè aduertit Iacob.Menoch.de Arbitrar.caſ.339.n.32.& dixi in 2.p.Collect.134. n.2. Et quidquid dicat Ceball.in præfat.practic.q.verſ.quæ omnia nu.103. à ſupradicta reſolutione recedere minime licet, cum verior videatur opinio. Ioan. Garſi. de Nobilit.in init.num.11.vbi irridet eos, qui exiſtimant eſſe in iure quæſtiones pro amico, vt ipſe optimè probat, & Federicus Scot.tom. 1.libr.1.reſponſ.35.ex numer.32.reprobans Iaſſonem

Digitized by Google

22 Iaſſonem contrarium aſſerentem.

Ex quibus infero intellectum ad illam cõmunem doctorum opinionem, quæ aſſerit, quod cum ſuper aliquo articulo ſunt diuerſę auctorum ſententię, ambęq; probabiles, poteſt vnuſquiſquè ſuam conſcientiam conformare cum qua maluerit earum, ꝓpter dubium exiſtens,& auctoritatem doctorum vnamquamq; tenentium, vt ex Gutierrez in lib.1.can.quæſt.cap.13.ex num.23. Mercad. Sot.& alijs relatis à me in 1.par.Collect.28. nu.17.Nam illud axioma verum eſt,& procedir, quando qui eam opinionem amplectitur, non eſt affectu amicitiæ,& animi, ſed potius omni affectu humano ſecluſo, ac nudo deſiderio attingẽdi veritatem, diligenti ſtudio præmiſſo inuenit hanc, vel illam opinionem probabilem, quę ſibi vera videtur, tũc ſiquidem manet tutus in conſcientia, etiam ſi opinio illa à parte rei ſit falſa; vt optimè reſoluunt Salon 2.2.quęſt.63.art.4. controuerſ.2.col.1093.Nebizan.in dicto lib.6.nu.4.& Ant.Maria Coracius vbi ſupra num.66. Nec ſupradictis obeſt.tex.in cap.niſi in practic. de offi. deleg.vbi Papa cuipiam pœnam peccati remiſit, ratione ſpecialis dilectionis, vt ibi dicitur. Vnde videtur, quod Iudex id quoq; poſsit facere iuſte.vt not.ibi per eum tex.gloſſ.Innoc.& Bald. qui eam gloſſam ad hoc notabilẽ dicunt, quia reſpõdetur multis modis, quos vide apud Tiraq. de priuileg. pię cauſ. cauſ. 16.

23 Imò cenſeo, veram eſſe opinionem dicentium, licitum eſſe ſequi probabilem ſententiam relicta probabiliori, etiam in rebus grauiſsimis,& in maximum detrimẽtum tertij, vt docet Magiſter Fr.Barthol.Medin.Ordinis Prædicatorum,& Primariam in Vniuerſitate Salmanticenſi Cathedram Regens magno cum honore, in 1.2.quęſt.19. ar.6.pag. 308. verſ.Cæterum magna eſt, vbi docet licitum eſſe ſequi opinionem probabilem, quæ ait attritionẽ, cognitam attritionem ſufficere ad Sacramentum penitentiæ, licet certum non ſit an conficiatur verum Sacramentum,& ſimiliter docet, licitum eſſe opinionẽ probabilem ſequi, quę tenet Confeſſarium ab vno ordinario approbatum, virtute Bullæ Cruciatæ, poſſe audire confeſsiones vbiquè terrarum licet contraria ſentẽtia probabilior ſit, & ſecurior, probatur quia opinio probabilis, ex eo dicitur probabilis, quia poſſumus eam ſequi ſine reprehenſione, ergo implicat contradictionem, quod ſit probabilis,& quod non poſsimus eam licite ſequi. Antecedens probatur, nam opinio non dicitur probabilis ex eo, quod in eius fauorem adducãtur rationes apparẽtes, & quod habeat aſſertores,& defenſores; nam iſto pacto omnes errores eſſent opiniones probabilis; ſed ea opinio probabilis eſt, quam aſſerunt viri ſapientes,& confirmant optima argumenta, quæ ſequi, nihil improbabile eſt, ita definit Ariſt.1. Topi. c.1.& 1. Ethic.c.4.

QVÆSTIO NONA.

Damnatus ad mortem an poſſit ſuſpendi ea die, qua ſuſcepit Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum? Caſus etiam quamplures examinantur, in quibus ſententiæ capitalis cõtra nocentem latæ, executio diferri, vel impedire poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Euchariſtia miniſtratur ad mortem damnatis, nec valet conſuetudo in contrarium.*

2 *Iudex ſecularis poteſt compelli ab Eccleſiaſtico, ne impediat miniſtrari Sacramentum Euchariſtiæ ipſis damnatis, illud poſtulantibus.*

3 *Immunitate non gaudet confugiens ad corpus Chriſti, ſi eſt captus, & in carceribus detentus, benè tamen ſi eſt liber.*

4 *Euchariſtia licet poſſit miniſtrari ad mortem condemnato ea die, qua fit executio ſententiæ capitalis, tamen propter reuerentiam tanto Sacramento debitam, placet auctori, vt die præcedenti conferatur.*

5 *Executio ſententiæ capitalis in multis caſibus diferenda eſt, vt in caſu præcedenti, & nonnunquam in perpetuum impediri poteſt.*

6 *Executio ſententiæ difertur, quando aliquis poſt cõdemnationem furioſus effectus eſt; niſi aliquod atrociſſimum delictum cõmiſſiſſet, nam tunc non obſtante furore, pœna ordinaria puniẽdus eſt.*

7 *Executio ſententię impeditur, quando quis à carcere ſe eximens, vel è manibus ſatellitum, cum aut ad patibulum, vel ad carcerem ducitur, confugerit*

fugerit

Digitized by Google

fugerit ad Eccleſiam, vel ad Sacerdotem deferentem Euchariſtiam.

8 Executio ſententię corporis afflictiuę ſuſpenditur in muliere pregnante, propter periculum partus.

9 Executio ſententiæ impeditur, cum aliquis verbis doloſis inductus á Iudice, pręſtita ſecuritate, & impunitate Principis egreditur ab Eccleſia, in caſu quo ab illa extrahi non poterat de iure; tũc enim Eccleſiæ eſt reſtituendus, & Iudex tenebitur illi fidem præſtitam, de non puniendo illum pœna mortis, ſeruare.

10 Idem dicendum eſt, ſi Reus exiſtens in Eccleſia propter terrorem ſibi incuſſum à Iudice, vel ab eius familia, exijt ab ea; reſtituendus eſt enim Eccleſiæ, nec a Iudice ſeculari pœna mortis puniri poteſt, in caſu quo immunitate Eccleſiæ fruebatur.

11 Si non reperiatur nutrix quæ puerum natum lactet, ſuſpenditur executio ſententiæ matris condemnatę, donec filium ęducauerit.

12 Si aliquis compareat poſt ſecutam alterius condemnationem, & dicat reum condemnatum, ſibi eſſe obligatum ad reddendam rationem alicuius mercaturæ, vel negociationis, ſi hoc non fiat in fraudem, brebis dilatio concedenda eſt.

13 Similiter ſi Reus, contra quem lata eſt ſententia, accuſauit aliquem de crimine aliquo, differtur executio, donec iudicium accuſationes ab eo ceptæ perficiatur, ſi ceſſet fraus in accuſante.

14 Si condemnatus ad mortem, dum ducitur ad ſupplicium, ei obuiam fieret Cardinalis, qui pileum ſuum appoſuerit ſuper caput eius, liberatur condemnatus.

15 Si in ipſo actu executionis ſententiæ contingat, quod vel ſecuris non poſſit caput condemnati amputare, vel quod laqueus frangatur, & quod ſuſpenſus illo viuus in terram ceciderit; ſaltem ſuperſedendum eſt in executione, cum limitationibus, & præſertim in condemnato propter peccatum ſodomiæ, & quid ſi de nouo appareret innocentia rei condemnati?

16 Item ſuperſedendum eſt ab executione ſentẽtiæ, quando condemnatus accuſaretur de grauiori delicto, cui maior pœna deberetur.

17 Quando Princeps aliquem condemnaret iracundia motus, aut ob vindictam, non ſeruato iuris ordine, per iudicem inferiorem differenda eſt executio ſententiæ, & conſulendus eſt Princeps; quod ſi in dictis perſiſtat, omnino illi obediendum eſt.

19 Baptiſmus ab infideli ſuſceptus ſine fraude, liberat eum a pœna mortis, ad quam propter delictũ erat condemnatus: ſecus vero, ſi cum fraude, vt effugiet pœnam mortis.

19 Matrimonium contrahens cum meretrice, conſequitur remiſſionem pœnæ capitalis.

20 Si decapitatus reuiuiſcat, non eſt iterum decapitandus.

21 Si condemnatus ſit peritiſſimus in arte ſua, ſuſpenditur executio mortis, donec ſuperior conſulatur.

22 Condemnatus ad mortem, ſi aufugiat a carcere, & ſacris initietur, exceptionem fori poteſt opponere, & oſtenſo ordinum titulo, ad iudicem Eccleſiaſticum eſt remitendus; & degradatione facta Iudex ſecularis illũ puniet, in eius tamen bonis, ſtatim poterit a Iudice ſeculari condemnari.

23 Quod ſi tantum ſit prima tonſura inſignitus, nõ opus eſt degradatione. Iudex autem Eccleſiaſticus debet iudicare, an gaudeat priuilegio fori.

24 Si morti tradendus per ſententiam nolit pęnitere, aut peccata ſua confiteri, ſed quaſi deſperatus velit ſupplicium pati, Iudex ſuperſedere debet in executione ſententię, per aliquod tempus, vt confiteatur peccata ſua, ſi nõ ſit periculum in mora.

25 In diebus feriatis, in honorem Dei, & Sanctorũ dedicatis, non debet fieri executio ſententię grauis, quamuis ſi fiat, non ſit peccatum.

26 Excuſatur a pęna capitali filius rebellis, ſi preſentetur a patre Principi offenſo, & idem dicendum eſt de patre preſentato a filio, vt euitet pœnam mortis.

27 Reus mortis ſi, ob ſibi promiſſam veniã a Iudice, delictum fateatur, non eſt puniendus.

28 Qui contra præceptum Ducis pugnauit aduerſus hoſtem, quamuis, etiam ſi vicerit, pœna mortis ſit puniendus, tamen hoc non procedit, cum poſt mandatum illius aliquid noui contigerit, quod hoſtem aggredi ſuadebat, nec facile poterat conſulere ipſum Ducem.

29 Iudex poteſt reo morituro condonare pœnã mortis; dummodo carnificis officium exerceat ad tẽpus, vel in perpetuum, iuxta delicti qualitatem.

30 Item multitudo delinquentium eſt in cauſa, vt mitius delictum puniatur, vel remitatur pœna, nè cum multitudine innocentes puniantur.

31 In crimine Hæreſis poteſt Iudex ſententiam prolatam mutare, vel mitigare, aut moderare, ſi ad fidem Chriſtianam conuertatur.

32 Delictum antiquum mitius punit, & debet puniri pœna, quæ erat in lege, quę vigebat tempore delicti commiſſi.

1 ALMA mater Eccleſia permittit, ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrari capitaliter damnatis, vt probatur ex cap. 2. de furt. & in capit. pœnitentes in fine 50. diſtinct. cap. quæſitum 13. quæſt.

13.quæſt.2.l.Archigerontes. C.de Epiſc.andient. Clem.1. de pœnit & remiſs. vbi glo. verb. pœnitentiæ expreſſe communionem quoq. ipſis concedi dicit,& tradunt Nauar. in Manual.cap.25.nn.23.Angel.verb.Euchariſtia.El 3.nu.26.Syluest.verbo Euchariſtia. El 3.nn.7.verſ.Octanus.Atmilla in verb.cõmunio.nu.27. Rodrig. in ſum.1.p.c.68.n.1. Ant.Gam. in eleganti tract. qui inſcribitur, de ſacram. præſtan. vltim. ſupplic. damnat. q.1.nu.6.7.& 10.in fin.glo. in Pragm. ſanct. tom.2.tit.de excom.non vitand.§. ſtaruit,in glo.Sacramenrornm,in verb. quod non debet.fol.204.Chaſſen.in conſuet.Burgu. rub. 2.§.1.verſ. *Il confiſque les biens*,nu.5.colu.369. Bonadilla lib.3.c.15.nu.65.in fin. Thom.Zerola in prax.Epiſcop.2.p.§. damnati in principio.Surd.deciſ.121.nu.3. qnem laudabilẽ morem ſequuntur plereq. Romani Imperij Ciuitates,alijq.pij,deuotiq. Magiſtratus, vt teſtatur Iacob. Damhouder. in prax. ctiminal.c.150.nu.4.quẽ referunt & ſequũtur Inl. Clar.in § fin.q.99.num.3. Flam.Chartar.de execur.ſent.capt.bann.cap.fin.nu. 433. Ant. Gom.rom.3.variar.cap.14.nu.6. verſ. item adde,ſubdens,in tantum hoc eſſe vetum, vt non valeat conſuetudo in contrarium;vnde merito impugnanda eſt praxis, qua non permittitur his, qui proxime ſunt pœna mortis puniendi,recipere ſanctã Euchariſtiam;quẽ abuſum in aliquibus Prouincijs obſeruari affirmant,Iul.Clar.in d.q.99. nu.3. Couarr. lib.3.var.cap.1.nu.11.Gomez vbi ſupra,Flãmin.Chartar.in d.cap.fin.num.433. Ant. de Campos in tract.de ceſſat. à diuinis, nu. 72. Iacob.de Graff.lib.1.cap.13.nu.83.Vega to. 1.cap.61.caſ.21.verſ.*Y nota*, Zerola vbi ſupr. Gam.in d.q.1.nu.1.vbi in numeris ſequentibus,& in n. 10. damnat huiuſmodi praxim, & conſuerndinem, pro vt etiã eam deteſtãtur Nauar.lib.5.tit. de pœnit. & remiſſion. conſ.16.num.1. Surd.deciſ.122.ex nn.2. Rodrig.in d.nu.1.verſ. *Ni vale*, vbi ait compelli poſſe iudicem ſecularem ab Eccleſiaſtico,ne Sacramenrum Euchariſtiæ miniſtrari impediat ipſis damnatis poſtulantibus illud; vt etiam tradunt Bouadilla lib.2.cap.17.n.59. Azeb.lib.1.tit.1.l.2.nu.13. Marc. Ant.Cuch. Inſt.maior.lib.5.tit.5.num. 106. Gam. in d. quęſt.1.nu.2.verſ. ex quo ſequitur, vt enim, inqnit Maiol.de Irregular. lib.3.cap.24.nu. 15. experientia compertum eſt, quam plures poſt receprionem Euchariſtiæ, mortem ſubijſſe viriliter, Deo gratias agentes;nimirum domino aſsiſtente,& compatiẽte;quin etiam diuina miracula aliquando contigiſſe teſtatur,nam Brugis, cum ſeptem fuiſſent ſuſpenſi, ille vnus, qui ex eis Euchariſtiam ſuſceperat, rumpto fune ſaluatus miraculo eſt.

Nec his obſtat illud inconueniens, & im-
3 pedimentum,quod dicunt gubernatores,& iuſtitiæ officio fungentes,quod ſcilicet poſſet reus confugere ad Sacerdotem,ſibi corpus Chriſti miniſtrantem, & petere relaxari,& gaudere beneficio,& priuilegio immunitatis Eccleſiæ; nam responderur quod licet ille qui eſt in plena libertate, ſi cõfugiat ad Eccleſiam,vel ad corpus Chriſti,gaudeat prædicto priuilegio, tamen qui eſt captus, & detentus in carcere,non gaudet huiuſmodi immunitate;quia cum non ſit in ſua libertate,ideo in ea non poteſt defendi, vt trad. Abb.in cap.ſanè.num.1.de celebr.Miſſ. optimè Hoſtien.in ſum.tit.de Immuni.Eccleſ. num.12.Gloſ.Margin.in d.cap.quæſitum.13. quæſt.2.Nauart.in d.conſ.16.num.3.& 11. Ant.Gomez in d.num.6.& in cap.10.nu.2. verſ.quarto limita.Iul.Clar.§.fin. quæſt.98. nu.3.Farinac.in quæſt.criminal.lib.1.q.28. num.11.verſ.quibus in locis, Ceballos in q. 169.ante num.1.optimè Pal. Rub. in repet. rubr.§.38.num.5.ſubdens eleganter, quod ſi confugiens ad corpus Chriſti erat liber, gaudet immunitate eius, ſicut cõfugiens ad Eccleſiam,niſi fuerit iam captus,tẽpore quo fugit, nam tunc non gaudet; quia corpus Chriſti non reperit illum liberum, ſed captum. Et hoc ipſum ſequuntur Farinac. in d.quæſt.28.num.69. Paz in prax.tom.1.5.p. cap.3.§.3.num.37.late Azeb. lib.1.tit.1.l.2. num.11.& 13. Chaſſen. in conſuet. Burgun. rubr.1.§.5.verſ.*Sil na grace*,ex num.120. col. 214.Tiber.Decian.lib.6.cap.28.nu.30. pulchre Gamm.in d.quęſt.1. ex nu.17.& 19.& optime add. ad ipſum Gamm. in deciſ.141. fol.60. Remig. de Gon. de Immunita. Eccleſ. ampliat. 18. numer.1.& 2. Vnde cum Dominus noſter non videatur velle iuſtitię præiudicare,qnia iuſtus eſt, & iuſtitiam diligit, relinquit ſic confugientem in captura iudicis,in qua ipſum inuenit,ſicut nec liberat ſeruum in captiuitate Domini exiſtentẽ, licet ad Eccleſiam confugiat; vt optime tradunt Abb. in dict.num.1. in fin. Hoſtienſ. & Gom. vbi ſupra, & alij ex ſupracitatis.

Contingit autẽ ex ſuperioribus dubitari, an ſententia capitalis lata contra nocentem,

Digitized by Google

poſsit executioni mandari, ea ipſa die, qua
corpus Domini noſtri ipſe reus ſuſcipit? Ra
tio dubitandi deſumitur ex eo quod, ſpecies
Sacramentales, ob temporis breuitatem nõ
videntur conſumptæ, & irreuerentia eſt ſup-
plicium pati, dum non conſtat ſpecies eſſe
digeſtas: Et ob reuerentiam ſanctiſsimi Sa-
cramẽti, cui maior exhiberi debet, quam ab
homine præſtari poteſt. Vnde Iul. Clar. in di
cta quæſt. 99. num. 3. in fin. exiſtimat minime
quem vltimo ſupplicio affici debere, eo die,
quo ſumpſit ſanctam Euchariſtiam; idemque
aſſerit Hoſt in ſum. tit. de Immunit. Eccleſ.
nu. 11. verſ. licet illa die, quem ſequitur Cor
ſet. ſing. 68. ad fin. Ant. Scapp. de Iur. non
ſcrip. lib. 5. cap. 210. nu. 7. Bonacoſſa in com.
opin. verb. executio ſententiæ capitalis fit
hoc modo, Marc. Ant. Cuch. Inſt. maior lib.
5. tit 5. num. 107. Flammin. Charrar. in dict.
cap. fin. num. 434. & eandem ſententiam viſ-
ſus eſt tenere, Nauar. in d. num. 23. verſ. tum
quia irreuerentia eſſet, Vega 1. par. cap. 61.
caſ. 21. verſ. *Y nota*, Zerola 2. par. §. damnati
in princip. & 2. par. §. Euchariſtia, aſſerentes;
quod quando parum diſtaret inter ſumptio
nem ſacræ Euchariſtiæ, & mortem, vt quia
eadem die, vel poſt duas, vel tres horas, eſſet
reus moriturus, tunc propter reuerentiam
ſpecierum Sacramentalium, poſſet ei dene-
gari ſumptio ſacræ Euchariſtiæ. Quam etiã
opinionem ſummopere ſibi placere, dicit
Ant. Scap ſupra num. 7. quamuis cõtrariam
ſententiam conſuetudine, & praxi vidiſſe ob
ſeruari Romæ affirmet idemque Bononiæ
practicari teſtis eſt Corſet. vbi ſupra: In qui
bus, & alijs Prouincijs, ſecundum eos, con-
dẽmnati vltimoque ſupplicio tradendi, no-
cte præcedente, ſua confitentur peccata; &
ſi Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum
petant, eis conceditur per aliquas horas, an-
tequam ad patibulum ducantur. Et Nauar.
in d. conſ. 16. num. 12. quem refert Iacob. de
Graff. lib. 1. cap. 13. num. 82. in fin. vbi dam-
nato adhuc ieiuno, communionem præſtari
poſſe eodem mane, quo ſuſpendi debet ante
tres, vel quatuor horas; imo & ante vnam.
Et Maiol. de Irregularit. lib. 3. cap. 24. nu. 15.
affirmat, quod nonnullis in locis, quibus pro
Epiſcopis ipſe Magiſtratum geſsit, validio-
re qua potuit auctoritate, induxit, vt ea ipſa
die cõmunio concederetur; idq; prob. ex c.
quæſitum. 13. q. 2. ibi, in fine communio dã
da eſt, & gloſ. in cap. ſi quis de corpore. 26.
q. 6. Sic enim ſignificat verbum illud in fine,
ſcilicet in vltimo articulo mortis. c. de filia.
27. q. 1. Imo in nonnullis locis, iſte qui duci-
tur ad mortem, ſi reperit in via Sacerdotẽ,
qui Miſſam celebret, recipit ab eo cõmunio
nem; vt ex Boniſ. de Vital. in Clem. 1. de pœ
nit. & remiſſ. trad. Marc. Ant. Cuch. in d. tit. 5.
nu. 107. ad med. eleganter Ant. Gam. in d. q.
1. n. 4. ante finem. In ſacro etiam Mantuano
Senatu, poſt quatuor, aut quinq. horas, aſſũp
to Sacramento, quẽ punitum corporaliter
fuiſſe affirmat, Surd. deciſ. 121. ex num. 4. eo
enim tẽporis interuallo, ſecundũ medicos,
ait, fieri ſpecierum conſumptionem. Conſu-
lit tamen, quod vt debita reuerentia Sacra-
mento exhibeatur, detur ſacra cõmunio die
præcedente ſuppliciũ, vel pridie quam patia
tur reus, vt ex litteris Pij Quinti Hiſpaniæ
miſſis, notat Azeb. lib. 4. tit. 1. l. 2. nu. 13. poſt
med. refert etiam Chaſſen. in Conſu. Burg.
rubr. 1. verſ. *Des ſuſlices*, §. 5. nu. 121. ſequutus
ab Hipol. in prax. criminal. §. oportune. n. 30.
quod debet differri executio per tres dies,
poſt ſuſceptionem corporis Chriſti. Quod
4 etiam refert Ceballos q. 169 nu. 5. Quæ om-
nia ſumme extollunt ſcribentes, pro differen
da executione ſententiæ condenati ad mor-
tem, ſi namq. eo die, quo recipit Sacramen-
tũ Euchariſtiæ reus, nõ debet capitaliter pu
niri, multa (vt dicunt) interim cõtingere poſ-
ſunt, in ipſorũ beneficiũ. Quod mihi vt ma-
gis piũ, tenendũ eſſe videtur, vt ſaltem vſq.
in ſequentem diem, ob reuerẽtiam Sanctiſ-
ſimi Sacramenti, differatur ſententiæ capita-
lis executio, vt vltra allegatos ſupr. ita ſentit
Iul. Clar. §. fin. q. 98. nu. 3. in fin. Plaza de de-
lict. c. 34. in finalibus verbis; & hoc quidẽ dũ
modo non ſit periculum in mora; ſi namquè
illud immineat, vel timeat Iudex, quod po-
teſt impediri ſententiæ executio, poterit de
linquẽtẽ punire corporaliter, abſq. eo quod
recipiat Sanctã Euchariſtiã, vt dicunt Rodr.
in d. nu. 1. in fin. & Bobadilla in d. nu. 59. vel
ſacra cõmunione accepta, ipſamet die reum
puniet: quoniã licet tunc executio fiat, nulla
indecentia contingit; ſecundum Gam. in d.
quæſt. 1. nu. 12. in fin. & alios ſupracitatos.
Quia tamen huius quæſtionis ocaſione,
5 examinant Doctores caſus in quibus ſenten
tiæ capitalis executio, quandoq. differri ad
tempus, quandoq. vero in perpetuum impe
diri poteſt, ad limitationẽ tex. in l. Cum reis.
C. de pœn. & in l. ſi quis forte, ff. eod. cum ſi
milibus iuribus, quibus iure communi cau-
tum eſt, executionem ſententię cõdemnati
differen-

differendam non eſſe;etiam ſi condemnatus
dicat, & aſſerat,ſe aliquid habere reuelandũ
Principi,attinens ad eius perſonam,ſtatum,
& ſalutem,vt not.Ant, Gomez tom. 3. var.
cap.13.num.35. Flamin.Chartar. de execut.
ſent.cap.fin.num.428.verſ.vt nec differenda
eſſet, in lectorum tamen gratiam, breuiter
referre conabor quamplures alios caſus, in
quibus iure optimo differtur.

Primus erit, vt regulariter quis non pa-
tiatur ſupplicium,eadem die, qua Sanctiſsi-
mi Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus rece-
pir,vt iam dictum eſt.

Secundus caſus eſt, quando quis poſt con
6 demnationem furioſus effectus eſt, tunc qui
dem, etiam ſi proceſſus legitime factus fue-
rit contra delinquentem ſanæ mentis tem-
pore,non poteſt puniri in perſona, licet be-
ne in bonis, ſecundum communem Docto-
rum opinionem; de qua etiam teſtantur Iul.
Clar.in §.fin.quæſt.60.num.8. Iaſ. in l. fu-
rioſum,nu.8. C.qui teſtam. fac. poſſ. & in l.
ex facto num.10.ff.de vulg. & ibi Rip. num.
73.& in l.fin.n.229.C.de reuoc.donat.Char
tar.in dict.c. fin.in nu. 424. Plaza de delict.
cap.29. num.7.poſt principium,late Tiraq.
de pen. cauſa.2.& 3.volum.3.commn.opin.
tit. de pen. & ſent. paſſ. cap.4. verſ. amplio
hoc, fol. 138. Couarr.in Clem.ſi furioſus,3.
par.in initio num.2. verſ. qua ratione, Me-
noch.de Arbitrar.caſ.325.num. 12. Spin. in
gloſ.rubr.10.par.num.2.in fin. Ceballos la-
te in com. opin.q.33.ex nu.1. Ioan.Gracian
reg.214.nu.11. qui reſpondet argumẽtis in
contrarium adductis. Contrariũ tamen te-
net Guiliel.Bened.in Rep. cap. Raynutius,
verb.ſi abſq.liberis,de exemplari ſubſtit.nu.
25.verſ.tertia fuit opinio,Ioan.Montolinus
in Promptuar.iur.verbo. furor. Igneus in l.
3.§.ignoſcatur,nu.79.ff.ad Syllan.late Due
ñas reg.259.verſ. ſed licet hæc opinio, opti
me Ant.Gomez tom.3.cap.1.nu.72.elegan-
ter Ioſeph.Ludouicus deciſ.Peruſ.77.par.2.
ex numer.10. qui noua quadam conſidera-
tione motus,defendit hanc opinionẽ; prio-
rem tamen exiſtimo veriorem,æquiorem,&
magis communem. Quæ limitatur, quando
quis cõmiſiſſet aliquod maximũ delictũ, &
atrociſsimum,nam tunc non obſtante furo-
re puniendus eſt pœna ordinaria;& ita pra-
cticatum fuit,quando quidã furioſus vi per
cuſsit apud Barchinonam Catholicũ Regẽ
noſtrum Ferdinãdum,vt referunt Hipol. in
l.1.nu.47. ff.ad leg. Cornel.de Sicar.Aben-
dan.de exeq.mand.lib.2.cap.16.nu.16.verſ.
item iuſta cauſa; Andreas tamen Fachineus,
in lib.11.controuerſ.iuris, in cap.2. dicit,ni-
hil certum in hac quæſtione eſſe diffinitum
à iure,ſed Principem conſulendũ eſſe, & ab
eo æſtimandum, an ſupplicio afficiendus ſit
delinquens; vt clare,& aperte deciditur in l.
diuus,ff.de offi.Præſid.ibi. ſi quid tale com-
pereris, cõſules nos,vt æſtimemus, an imma
nitatem facinoris,ſi cum poſſet videri ſenti-
re,cõmiſſerit,ſupplicio afficiendus ſit.

Tertius caſus eſt, executio ſententiæ capi
7 talis impeditur; ſi cõdemnatus ad mortem,
vel ad aliam pœnam corporis afflictiuam, à
carcere ſe eximẽs,vel è manibus ſatellitum,
dum ad patibulũ, aut carcerem duceretur,
cõfugerit ad Eccleſiam, vel ad Sacerdotem
portantem ſacram Euchariſtiã; vt ſatis colli
gitur ex his quæ in ſuperioribus dicta ſunt.
Et tradunt Paz in d.cap.3.§.3. nu. 44. & in
num.163. Marc. Ant. Cuch.Inſt.maior.lib. 5.
tit.5.nu.108.Couar.lib.2.var.cap.20.nu.13.
verſ.decimoſeptimo,Gutierrez lib.3.pract.
quæſt.6.nu.4.Bouadilla lib.2.cap.14.nu. 86.
Ant.Gom.lib.3.cap.10.num.2. verſ. quarto
limita,Gonni de immunit. Eccleſ. ampliat.
18.ex num.1.verſ.ſi vero,& in.num.2.Villa-
diego ad forum Iuzgo lib.9. tit. 3. in gloſ.
in l.1.num.8.Iul.Clar.in §.fin. quæſt.30. nu.
24.volum.4.com.opin. tit.de ſenten.cap.31.
verſ.executio ſententiæ,fol.93.Gomez in §.
pœnales,nu.50.Inſt.de Action. Farinac.lib.
1.quæſt.28.num.45.Iul.Clar.§.fin.quæſt.98.
num.2.Flammin Chartar.in d.c.fin. nu. 428.
in fin.Lud.Lop.in inſtr.conſcien. 1.p. c.285.
pag. 801. verſ. præterea de eo, Anaſt. Ger-
mon.de immunit.Sacro.lib.3.cap.16.ex nu.
76.vbi etiam affirmat, id locum habere, in
eo etiam,qui exiſtens in vinculis, ſeu carce-
ribus, & præſtito iuramento de redeundo,
exierit habita à ſuperiori licentia, ſi ad Ec-
cleſiam cõfugerit. Quod etiam ſequitur Lo
pez vbi ſupra,verſ.iam de eo qui. Quamuis
diuerſum eſſe aſſerat de eo,qui per Eccleſiã
à familia iudicis ducitur captus ad carcerẽ,
nam ipſum non gaudere immunitate Eccle-
ſiæ, fatentur quamplures Doctores ex pro-
xime citatis; & eſt videndus Couarr. in d.c.
20.num.13.idquè expreſſe defendit Gutier
rez lib.3 pract.quæſt.6.ex num. 1. aduerſus
Iul.Clar.§.fin quæſt.30. num.22. Eſt tamen
omnino videndus Bouadilla lib.2.cap.14.ex
num.60. & quod non gaudeat immunitate,
tradit Azebedo.lib.1. titul.2.l.2. numer. 11.

vbi optime. Pro quo eſt cōſulendus Farinac. quæſt. 28. num. 43. pulchre Bonadilla lib. 2. cap. 14. num. 59. Abb. in cap. inter alia, nu. 32. de immun. Eccleſ.

8 Quartus, nec etiam ſumendum eſt ſupplicium de muliere pregnante, propter periculum partus; ſed executionem ſententiæ corporalis ſuſpendere oportet, ex l. Pregnantis ff. de pœn. l. Imperator. 2. ff. de ſtat. homin & tradunt Iaſſ. in l. debitoribus, num. 15. verſ. primo, de re iudic. Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæſt. 86. num. 10. Abiles in cap. 1. Prætor. in gloſ. *Mandamientos*, num. 20. pulchre Guiliel. Benedict. in repet. cap. Raynutius, verb. & ſoboles, quam geſtabat in vtero. num. 60. Iul. Clar. §. fin. quæſt. 97. num. 5. vbi optimè Baiard. in addition. ex num. 3. Chartar. in d. cap. fin. num. 425. optime Ant. Gom. tom. 3. cap. 13. num. 37. Chaſſen. in Conſu. Burgun. rubr. 1. §. 5. verſ. *Sil na grace*, numer. 125. in fine.

Quintus, qui factus eſt abſq. vlla ſua culpa ebrius, ſi deinde peccata commitat, liber, & immunis eſt à pœna debita peccatis? ſi vero culpa ſua in ebrietatem incurrit, dignus eſt venia, non ex toto, ſed ex parte; quia leuius eſt delictum per ebrietatem commiſſum, quam ſi à ſciente fieret, eo quod ſit minus voluntarium, ita reſoluit Ioan. Azor Inſtit. moral. lib. 7. c. 33. in fine.

9 Sextus, liberandus eſt etiam, qui verbis doloſis inductus à iudice, præſtita ſecuritate, & impunitate Principis exijt ab Eccleſia, in caſu, in quo delinquens iure non poterat ab Eccleſia extrahi; nam iſte erit Eccleſiæ reſtituendus, & Iudex tenebitur ſeruare illi fidē præſtitā, de non puniendo illum pœna mortis, & hęc opinio eſt verior, & magis placet Ant. Gomez. to. 3. cap. 12. num. 7. & ſequuntur Baiard. ad Iul. Clar. §. fi. quęſt. 30. nu. 27. Couar. libr. 1. var. cap. 2. num. 16. in fin. Ioan. Bonifac. de furt. §. fraudulosa ex n. 18. Plaza de delict. cap. 37. ex num. 5. Paz in prax. tom. 1. 2. par. cap. 3. §. 3. num. 166. Bouadilla lib. 2. cap. 14. num. 79. Boſsius de confeſs. per tortur. ex num. 9. PetrusMartinez in cap. afferte de præſump. in verbo afferte. 1. par. num. 19. Remigius Gonni de Immun. Eccleſ. fallent. 26. Quamuis contrarium teneāt Nauarr. in Man. cap. 25. num. 22. Viuius in com. opin. verb. Iudex promittens, & relati à Plaza vbi ſupra ex num. 2. & PetrusMartinez ex num. 15. Felin. in cap. accedens el 2. num. 3. vt lit. non conteſt. Alciat. reg. 3. præſump. 27. ex n. 3. Ego vero in hac quæſtione cenſeo, quod vbi promitēs impunitatem delicti, poterat etiam illius pœnam remittere, aut condonare, vt puta quia eſſet Princeps, vel ab illo auctoritatem habens, tales gratias delictorum concedendi, tunc non poteſt illum punire; turpe eſt enim fidem fallere; vt ex Tiraq. Redin. & alijs dixi in 2. par. collect. 110. num. 1. Si vero ſit promiſſa impunitas ab eo, qui nō poterat illam concedere, tunc ſibi imputet reus, qui credidit tali promiſsioni, & an, & quando teneatur Iudex illi reo reſtituere omnia damna ſubſecuta, vidēdus eſt Lopez in inſtit. conc. 1. par. cap. 288. pag. 799. verſ. iam ergo ad. Imò ſunt qui affirmant, extractum ab Eccleſia in caſibus, in quibus licitè extrahi poterat, non poſſe puniri pœna mortis. Vt trad. Oldrad. conſ. 154. in fin. relatus à Iul. Cla. lib. 5. §. fi. quæſt. 30. num. 23. à qua opinione merito ipſe diſcedit, cum contrarium verius ſit. Et tradunt Bouadilla lib. 2. cap. 14. num 79. verſ. *Pero ſi en caſo*, optimè Villadiego ad forum Iuzgo, lib. 6. tit. 5. in gloſſ. l. 16. num. 3. Baiard. in add. ad Iul. Clar. lib. 5. §. fi. q. 30. n. 27. Farin. quęſt. 28. n. 77.

10 Septimus, ſi reus in Eccleſia exiſtēs, propter terrorē ſibi incuſſum à iudice, vel ab eius familia, exierit ab ea, reſtituendus eſt Eccleſiæ, nec à iudice ſeculari puniri poteſt pœna mortis, in eo caſu, quo fruebatur Eccleſię immunitate, vt tradunt Paz in prax. tom. 1. 5. par. cap. 3. §. 3. num. 167. Remig. de Gonni, de Immun. Eccleſ. quæſt. 15. per tex. in cap. diffinimus 17. quæſt. 4. ibi, inde vi extrahere, aut quodcunquè nociuilitatis, vel damni, vel ſpolij, reſidentibus in loco ſacro inferre, Alphon. Azeb. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 13. Bonadilla lib. 2. cap. 14 num. 79. verſ. *Y lo meſmo es*, eſt tamen videndus Baiard. ad Iul. Clar. lib. 5. §. fi. quęſt. 30. num. 2.

11 Octauus, ſi nō reperiatur nutrix, quæ paruulum natum lactet, ſuſpenditur etiam executio ſententię matris condemnatæ, donec filium educauerit, quia eadem eſt ratio in conſeruando filio iam nato, quę erat in liberando, quando erat in ventre, vt notant Anton. Gom. in dict. nu. 37. verſ. Si vero, Guill. Bened. in dict. num. 60. Chartar. in d. cap. fi. num. 426. & tradit Bart. in l. prægnantis, nu. 3. ff. de pœn. & faciunt tradita per Farinac. lib. 1. quæſt. 41. num. 81.

12 Nonus, ait Cinus in l. 1. not. 2. C. de bon. proſcr. differri executionem ſententię contra nocentem, ſi aliquis tertius cōpareat poſt

ſequutam

Digitized by Google

ſequutam condemnationem; & dicat reum condemnatum, ſibi eſſe obligatum ad reddendam rationem alicuius mercaturæ, negociationis, vel adminiſtrationis, quia fuit procurator, vel ſuus negotiorum geſtor; eo ſiquidem caſu, differri debet executio, donec rationem reddiderit reus, vt probat Bart. in l.ſeruus in princ.ff.de leg.1.& ibi Iaſſ.nu. 3.optimè rex.in l.1.C.de bon. proſcrip. vbi habetur, quod ſi ſeruus adminiſtrabat peculium Domini, & fuit condemnatus ad mortem, debet ſuſpendi executio ſententiæ, donec reddat rationes; ex quibus ad prædictā concluſionem ponderant illum tex.Abb. in cap.veniens, num.13.verſ. & ideo de accuſar.Felin.in c.quærenti de offi. deleg. nu.6. verſ.item ſi haberet, Iaſſ. in l. debitoribus, nu.15. verſ. & per illam de re indic.Alciat. in cap.ex parte,el 2.num.7.de offi.deleg.& hoc datur pro cautela à Cepola, caut. 5. ad retardandam executionem ſententiæ;& notant Abiles in cap.1.Prætor.in gloſ.(*Mandamientos*)num.20.verſ.alius eſt, Ant. Scap. de iur.non ſcrip.lib.5.cap.175.n.3. & quamuis Flamin.Chartar.in d. cap. fin. num. 427. & Abil.& Scap.vbi ſupra aſſerant, de conſuetudine hoc non obſeruari, quia non expecta ta huiuſmodi redditione rationis, ſententia capitalis executioni mandatur, vt etiam refert Iul.Clar. quæſt. 97. num.1. Abendan. de exeq. lib.2.cap.16.nu.16. verſ. Item alia cauſa, credunt tamen ipſi, minime eſſe denegandam breuem dilationem, vt bidui, vel tridui, vbi apparet illam non peti in fraudem differendę, aut vitandæ executionis. Nec ſubeſt timor, quod condēnatus poſſit à vinculis euadere, aut alterius ſcandali, quā etiam opinionem ſequitur Ant. Gomez in dict.c.13.nu.36.verſ. Secundus caſus.

13 Decimus, ex illimant Ang.in l.1s qui reus. nu.17.in fin.ff. de publ.iudic.& ibi Imola.n. 24.dicit communē opinionē eſſe, quod ſimiliter differtur ſētētiæ capitalis executio, ſi reus contra quē lata eſt ſententia, alterū de aliquo crimine accuſauit, donec ſcilicet iudiciū accuſationis ab eo cęptæ perficiatur; quod quidem difficile eſſet in practica obtinere, vt dicunt Iul.Clar.in d.q.97.num.2. & Chartar.in d.c.fin.nu.428.præſertim ſi ſuſpicio eſſet, quod in fraudem talis accuſatio inſtitura fuiſſet; ea tamen ſuſpicione ceſſante, opinio Angeli mihi vera videtur, quam ſequitur Gomez in d.cap.13.nu.37. in fin. & hoc quidem, ne delicta maneat impunita.

14 Vndecimus, ſi condemnatus ad mortem, dùm ducitur ad ſupplicium, ei obuiam faceret Cardinalis, qui pileum ſuum appoſuerit ſuper caput eius, ſententia non poſſet executioni mandari; quinimo liberatur condemnatus, vt tradunt Flamin. Chartar. in d.c.fi. num.428. Felin.in cap.quærenti, num.6. de offi.deleg.Iaſſ. in l.1.num.2. C.ne liceat poten. Ceball.q.169.nu.3. Didac. Perez lib.8. tit.12.l.5.pag.251.verſ.limita eriā, late Remig.de Goni de immun.Eccleſ. ampliat.19. Hipol.de Marſil. ſing.273. num.15. Corſet. ſing.68. Dueñas reg. 81. & plures ſubiunxi in 2.par.Collect.115. nu.4. & Collect.139. num.10.Tiraq.de pęn.tempet. cauſ.55. Iul. Clar.§.fin.quæſt.98.nu.5.Chaſſen.in conſu. Burgun.rubr.1.§.5.verb.*Sil na grace*, nu.101. Guilliel. Bened.in rep.cap.Raynutius, verb. mortuo itaquè teſtatore, el 1.nu. 269. verſ. nono differtur, quod late examinat Plaza de delict.cap.34. & limitat huiuſmodi concluſionem, in quamplurimis criminibus, & caſibus, in quibus non gaudent delinquentes hac immunitate; in quibus tantum, non vero generaliter procedit opinio Gomezij, & aliorum, quos ipſe refert in §. pęnales Inſt. de Action.num.50.exiſtimantium, verū non eſſe hoc, quod de Cardinali dicitur, Illuſtriſſ. tamen Cardinalis in lucubrationibus ad Bart. in l.ſeruus ex num.2.ff.de leg.1. vbi ſubtiliſsime, atque doctiſsime remouet, ac penitus tollit omnia contraria, & probat iſtam eſſe communem opinionem, quod ſimiliter traditur in vol.3.commu. opin. fol. 141.verſ.ſimiliterq. priuilegium; ideoq. dat cautelam Cepol.in 2.cautel.in princ. vt cōdemnatus procuret, vt Cardinalis tranſeat per viam, qua ducitur condemnatus ipſe, vt obuiam ſibi faciat, & apponat in capite ſuo pileum, & erit liber.

15 Duodecimus, ſi in ipſo actu executionis ſententiæ contingat, quod vel ſecuris non poſſit caput amputare condēnati, vel quod ad mortem damnatus, laqueoq. ſuſpenſus fracto laqueo in terram viuens ceciderit, cum credendum ſit in dubio id miraculoſe contigiſſe, præſertim ſi ille de innocentia ſua profeſſatus fuiſſet, liberandus eſt à morte, vel ſaltem ſuperſedendum eſt in executione ſententiæ, donec Princeps conſulatur, vt referunt Abiles in cap.1.Prǽt.in glo.*Mandamientos*, num.28. Alciat. reg.3. præſumpt. 44.numer.4. Tiraquel.de pæn temper.cauſ. 64. multa refert Iul. Clar. §. fin. quæſt. 98.

num.9.& idem Baiard. num. 8. Decius in l. fauorabiliores,num.8. ff.de reg. iur. Quamuis eius addicionator ibidem,in lit. C. aſſerat id procedere,quando quis eſſet damnatus per præſumptiones, non tamen quando clare conſtabat de delicto morte digno. Eſt tamen omnino conſulendus Cagnol. in d. l. fauorabiliores ex nu.9.& plura adducit Flāmin.Chartar.de execut.ſentent.cap.bannit. in præfat.ex num.58.& Gom.tom.3 cap.13. num.37.verſ. Sextus caſus, Bouadilla lib. 3. cap.15.nu.37. aſſerentes, reum iterum ſuſpendi debere, nulla expectata mora. Idquè ſibi ita in praxi cōtigiſſe teſtatur Bouadilla
16 in dict.quęſt.98.num.9. ſubdens,in num.10. quod dato, quod propter huiuſmodi miraculum condemnatus veniret liberādus, hoc tamen non procederet,in condemnato propter nephandum crimen Sodomiæ, quia laqueo fracto,pluries vltimo ſupplicio tradēdus eſt,donec cū effectu anima ab eius corpore ſeparetur;vt trad. Luc.de Pen.in l. fiue ex prætoriano, colum. 3. C.de exactio. lib. 12.

Decimus tertius, per nouam notitiam innocentiæ rei condemnati, debet iudex omnino ab executione ſuperſedere, Principiq. reſcribere,ex Felin.in cap.conſanguinei, ex nu.7.de ſent.& re iudic.Flamin.in dicta præfat.nu 60.& in nu.68. & in cap.fin. nu.316. & ex num.317.in fin.Decian.lib.7. cap.49. num.51.Iul.Clar.lib.5.§. fin. quæſt.98. nu 8. Gomez in d.cap.13.num.36.verſ.primus eſt, Abiles in cap.1.prætorum,in glo.*Mandamientos*, nu.27. qui aſſerunt minime poſſe iudicē reum abſoluere, cum lata ſententia iam ſit functus officio ſuo;ſed debere ſuperſedere, vt dictum eſt, & Principi reſcribere, præſertim quando eſſet impoſita pœna capitalis,iux.l.1.§.ſi quis vitio,ff.de quæſt. & tradit Farinac.in prax. quæſt. 6. num.12. & in quæſt.11.nu.12 & 20. Ant. Gomez tom. 3. cap.8.num.4.ad fin.Bouadilla lib 3.cap.15. num.80.ad fin. verſ. *Pero ſi deſpues*, Iaſſ.in l. debitoribus,num.15.verſ. ſeptimo, ff. de re iudic.Menoch de Arbitra.lib.1.q.92.n.5.

Decimus quartus, ſuperſederi etiam debet ab executione ſententiæ, quando condemnatus accuſaretur de grauiori delicto, ex quo veniret grauior pœna imponenda, ex Abiles,in c.1.Prętor.in glo.*Mandamientos*, num.26.Iaſſ.in d l. debitoribus, nu.15.verſ. ſexto,Guilliel. Bened. in repet.c.Rainutius in verb.mortuo itaque teſtatore,el 1.num. 268.verſ.Sexto differtur.

17 Quintus decimus,quādo Princeps aliquē condemnaret iracundia motus,aut ob vindictam,nō ſeruato iuris ordine,tunc per iudicem inferiorē differenda eſt executio; ex eleganti.l.ſi vindicari.C.de pœn.qua ſancitum eſt,iudicem debere per triginta dies ſuperſedere, & ſecundā iuſsionem expectare; quā diuinā prope conſtitutionē (D. Ambr. hortatore)promulgauit Theodoſius Imperator,vt relatum eſt in c.cum apud Thęſalonicā.11.q.3.Couar.in reg. peccatum 1.p. in princ.nu.5.& lib.2.var.c.8.nu.1.verſ.ſecundo infertur,optimè Bouadilla lib.2. c.10.n. 76.& notant Menoch. de arbitr. caſ.334. n. 6.& Iaſſ.in l.debitoribus,nu.15.ff.de re iud. ſubdens in d.l. ſi vindicari, pingendam eſſe auro, ad quod etiam plura ſubiungit Aym. Crauet.conſ.319.nu.19.& ad illius interpretationē plura ſcribunt Felin. in c.conſanguinei num.8.de ſent.& re iud Boſsius in prax. tit.de homicid.ex nu.96. Neuizan. in Sylua nupt. lib.6. ex num.49. differentes, quod ſi Princeps conſultus reſcribat ſententiā omnino exequendam,an ſit ei obediendum? Et quid teneatur facere iudex executor,qui arbitratur ſententiā illam, præceptumq. ſuperioris iniuſtum eſſe? Pro quo etiam ſunt conſulendi Abiles in d.glo.(*Mandamientos*)n.20. verſ.tamen,Abb.in c.cum olim,num.23. de ſent.& re iudic.Iul.Clar.lib.5. §. fin. q. 60. n.16.verſ.Quæro modo, latiſs. Flam. Chartar.in d.c.fin.ex num.333. Apud me tamen ſemper præualuit circa hanc quæſtionē,opinio Ant.Gam.aſſerentis,in tract.de Sacram. præſtan.vltimo ſupplicio damnatis, in q.1. n.12. Iudicē exequentem ſententiā mortis, nō ſeruata d.l.ſi vindicari,peccare grauiter; ſi tamen Princeps conſultus reſcripſerit,ſententiam exequi debere,ei obediendum eſt, optime Boſſ.ſupra nu.97.& facit d.l.ſi vindicari Fel.& alij vbi ſup.Did.Perez li.3.tit.12. l.5.pag.694.in verſ.in mandatis aduertendū eſt,Bouadilla in d.cap.10.nu.74.verſ.*Pero ſi auiendo el Iuez*, Iul.Clar.§.fin.q.60. num.16. poſt med.per rationes, quas tradit Marant. in diſput.1.num.8.& 12.præſertim quando præfati Iudices non ſunt tantę auctoritatis, & pręheminentiæ, vt Principem à ſuo propoſito retrahere poſsint,iuxta elegantem iuris diſtinctionē,quam tradit Portol.in §.cōſultatio ex nu.20.vſq.ad 25. Eſt tamen omnino conſulendus, Gigas de crim. lęſæ maieſta. in rubri. qualiter in crim.læſæ maieſt. proced.

procedit in quæſt. 16. ex num. 4. ex pag. 154. in fin.

18 Elegans tamen dubium eſt, an quemadmodum Sanctum Baptiſma liberat quem à pœna ſpirituali, liberet etiam à pœna temporali, quæ pro delicto commiſſo erat ei imponenda? Et quidem Thom. Ferrar. cautel. 24. inquit, quod Iudeus qui homicidium cõmiſsit, aut furtum, ſi mortẽ euadere velit, efficiatur Chriſtianus; tanta enim eſt vis Sacramenti baptiſmatis, vt nõ ſolum per illud tollitur omnis macula, quæ ad forũ animæ, ſed & omnis pœna tẽporalis. Quam etiã opinionẽ ſequi videtur Beroil. in cap. de his, ex num. 15. de accuſat. pro qua faciunt iura, & rationes quas recenſent Tiraq. de pœn. cau. 25. ex num. 1. Deci. conſ. 130. in princ. Ceballos quæſt. 294. in prin. optime Ruin. conſ. 13. volu. 5. ex num. 1. eam tamen pulchre impugnat Ant. Gamm. in dicto tract. quæſt. 3. ex nu. 4. reſpondens argumentis in contrarium adductis, exiſtimans etiam nec iuribus, nec Doctorum auctoritatibus comprobari poſſe, quod ſãctũ Baptiſma liberet criminoſum à pęna tẽporali. Quã etiã opinionẽ tuentur Plaza de delict. c. 34. n. 17. Couarr. lib. 2. var. cap. 10. num. 4. Abiles in cap. 25. Prætor. in gloſ. *La pregmatica*, num. 21. & late eam proſequitur Tiraq. de pen. temp. cau. 25. ex num. 3. Deci. in cap. quæ in Eccleſiarum ex nu. 83. de Conſtit. Ruin. conſ. 13. volum. 5. num. 3. verſ. contrarium vero, eleganter Deci. conſ. 130. ex nu. 1. verſ. Sed tamen, Ant. Cuch. lib. 5. Inſtit. tit. de Baptiſmo. §. 1. nu. 111. vbi dicit, quod hæc opinio eſt in Catheciſ. no Romano approbata, licet moneat magnam pietatis, & religionis laudem aſſequuturos Principes, qui etiam huiuſmodi pęnas in Baptiſmi gratia condonarent; quia illuſtriora in hoc Sacramẽto Dei reddantur. Quod etiam refert Ceballos, q. 294. verſ. Sed contrariam ſententiam.

Ego tamen conſideraui, an cõciliari poſſent huiuſmodi opiniones, ex trad. per Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quęſt. 51. num. 19. ad finem, vt prima opinio (quæ procul dubio ſibi videtur æquior & Religioni noſtræ magis fauet, eo quod attrahit Iudęos ad conuerſionem) procedat vbi non appareret, quod ſacrum Baptiſma quis in fraudem ſuſcepiſſet, ſecunda vero, quando cõſtaret baptizatum in fraudem pœnæ ſanctum Baptiſma recepiſſe, nam hoc non debet ei prodeſſe, pro vt dicitur de eo, qui poſt delictum in fraudem Clericus efficitur, vt tradunt Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 36. num. 43. latiſs. Ioan. Gutier. lib. 1. pract. quæſt. 5. per tot. Plaza de delict. lib. 1. cap. 35. per tot. Ant. Scapp. de iure non ſcrip. lib. 1. cap. 1. ex num. 5. Quam opinionum conciliationem ſatis approbare videtur Abb. in dict. cap. de his nu. 5. in fin. de accuſat. primam æquiorem appellans; & ſubdẽs huiuſmodi verba. Si daretur Baptiſmus ſine ſimulatione, poteſt ſiquidem contingere vt reus ipſe bona fide, & omni fraude ceſſante, baptiſmum ſuſcipiat poſt condemnationem, non quidem vt effugiat penam corporalem, ſed potius æternam: Nec videtur mirum, quod virtus Baptiſmi, per quod Iudæus ad fidem cõuertitur, tollat, & aboleat pœnam temporalem, ſicut videmus quod ſi hæreticus ad fidem reuertitur, euadit pœnã mortis, c. ad abolendam, & ibi Doct. de hęret. Et hanc etiam opinionum concordiam ſatis inſinuare videtur Ruin. conſ. 13. vol. 5. num. 3. prope fin. vbi poſtquam priorem dixit eſſe mitiorem, & æquiorem, ſubiungit hæc verba, niſi adeſſet indicia, quod Iudeus baptiſmum ſuſcepiſſet metu pęnæ, & in fraudem, potius quam intuitu Dei; tunc enim pœnam temporalem, & criminalem, euadere non deberet, vt probatur in dict. cap. ad abolendam, vbi hæreticus euadit pœnam temporalem, ſi incontinenti, & ſponte reuertatur ad fidem, ſecus autem ſi metu pœnę, & ſic quodammodo coacte, & in fraudem; ex quibus ſatis apparet, quod quando non in fraudem, & metu pœnæ damnatus ad mortem ſuſcipiat baptiſmum, illud ei ſuffragari; vt ſubire non teneatur pœnam mortis.

19 Decimus ſeptimus, quia iure Pontificio conſtitutum eſt in c. inter opera de ſponſal. & matrim. quod ducens meretricem in vxorẽ, opus meritoriũ feciſſe creditur, quod ad remiſsionẽ ſuorũ peccatorũ proficit, cũ nõ minimum charitatis opus ſit, errantem à ſui erroris ſemita reuocare; vt per illũ tex. tradit Couarr. in 4. 2. p. c. 8. §. 11. n. 3. & numero prope infinitos refero in 2. p. collect. 140. nu. 10. Neuizan. in ſylu. nuptial. verb. eſt nubendum, num. 33. verſ. Præterea, Menoch. conſil. 28. num. 12. Et hinc quidem merito in dubium reuocatur, an etiam contrahens matrimonium cum meretrice conſequatur remiſsionẽ pœnæ capitalis, vnde aliquando obtinuit praxis in Regnis Fraciæ, Hiſpaniç, & in alijs Prouincijs, vt ſi meretrix reũ mortis in maritũ petierit, à morte ipſum liberet,

vt aſſeuerant Chaſſen. in Conſuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. verb. (*Sil na grace*) num. 96. Abiles in cap. 1. Prӕt. in gloſ. *Mandamientos*, num. 29. Ant. Scapp. de iur. non ſcrip. lib. 1. cap. 54. ex num. 18. per rationes, quas recenſent Plaza de delict. cap. 34. num. 6. Gamm. de Sacram. præſt. quæſt. 4. ex num. 8. quamuis ipſi contrariam opinionem tueantur. Nebizan. in dict. num. 33. verſ. facit pro conſuetudine. Veracruz in ſpecul. coniug. 1. par. art. 8. pag. 69. verſ. & hoc probari poteſt. Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 56. num. 1. vbi in. num. 2. referendo Chaſſen. dicit, nullam ſe huius cõcluſionis rationem afferre poſſe, niſi quod per matrimonium maior reo videtur pœna imponi, quã per mortem; vt etiam pulchre referunt Lancelot. Gallia. in conſuet. Alex. in gloſ. vxori, q. 4. nu. 78. Sebaſt. Medic. in tract. Mors omnia ſoluit, 1. par. nu. 158. Iul. Clar. §. fin. q. 98. nu. 6. ad med. Vnde aduerſus hanc concluſionem pugnat Ant. Gomez tom. 3. cap. 13. nu. 37. verſ. quintus caſus eſt, aſſerens nec iure probari, & tendere in graue prӕiudicium Reipublicӕ, ſi in praxi obſeruaretur, & idem affirmant contrariam opinionem ſectantes Guil. Bened. in rep. c. Raynũtius, verb. qui cum alia matr. contrah. nu. 50. & in verb. mortuo itaquè teſtatore, el 1. nu. 269. Plaza de delict. d. c. 34. nu. 6. ad fin. Iul. Clar. d. q. 98. num. 6. Gamm. in d. q. 4. ex nu. 10. vbi latiſsime fundamenta huius partis recenſendo aſſerit, quod condemnatus ad mortem, licet meretricẽ ducat in vxorem, & ſic actum laudabilem, & proficientẽ ad remiſsionem peccatorum gerat, non tamen liberatur à pœna mortis; & argumentis in contrarium adductis eleganter ibi reſpondet.

Decimus octauus, Flammin. Chartar. de
20 execut. ſent. capt. bann. in præfat. nu. 65. tradit quæſtionem formatam ab Angel. in l. 3. ff. de legib. An ſi contingat decapitatum reuiuiſcere, ſit iterum decapitandus? Et reſpõdet, quod non, ex quo, ſemel ſentẽtiam paſſus eſt, & mors omnia ſoluit, in cuius rei cõfirmationem benefaciunt, quę dixi in 2. par. Collect. 171. n. 7. & 8. vbi propoſui quæſtiones; an coniux reſuſcitatus recuperet vxorẽ, ſiue ſecundas nuptias contraxerit, ſiue non? Et an Clericus reſuſcitatus recuperet beneficiũ Eccleſiaſticũ, quod antea poſsidebat? Et an Religioſus reſuſcitatus teneatur ad religionis obſeruãtiã? & an reſuſcitatus ſit iterũ ordinãdus, doctorandus, vel baptizãdus?

Decimus nonus, ſi contingat quod con-
21 demnatus eſſet peritiſsimus in arte ſua, executio ſententiæ capitalis ſuſpenditur, donec ſuperior conſulatur; ex elegan. tex. in l. ad beſtias, ff. de pœn. & tradunt Iaſſ. in l. lex eſt, ff. de legib. num. 12. & in l. debitoribus, ff. de re iud. num. 15. verſ. Quarto quando, Felin. in cap. quærenti. nu. 6. de offi. deleg. & in c. nonnulli n. 6. de reſcrip. Chaſſen. in conſuet. Burg. rubr. 1. §. 5. verb. *Sil na grace*, num. 122. Abiles in cap. 1. Prætor. in glo. *Mandamientos*, num. 24. Ant. Scapp. de iur. non ſcrip. lib. 3. cap. 75. ex nu. 4. Boſsius de homicid. ex nu. 111. aſſerens, id fieri debere conſulto Principe, & non aliàs; tunc ſiquidem reuocatur ſententia, & imponitur mitior pœna; vt tradunt Iul. Clar. §. fin. quæſt. 60. nu. 26. Abendan. de exeq. mand. lib. 2. cap. 16. nu. 16. verſ. Item iuſta cauſa, Chartar. in d. cap. fin. num. 429. Gomez tom. 3. de delict. cap. 13. nu. 36. verſ. Tertius caſus, de quo, & de ipſius legis vero intellectu, differunt Couarr. lib. 2. var. cap. 9. num. 6. late Plaza de delict. cap. 33. ex princip. Alciat. lib. 2. parerg. cap. 28. qui in lib. 9. cap. 25. circa præfatam legem, tradit hiſtoriã de Azonis morte, & pro dicta concluſione eſt etiam conſulendus Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 51. vbi in nu. 3. Tiberij Cæſaris crudelitatem in inſignem artificem vitri, narrat.

Vigeſimus, diſputat latiſsime Ant. Gãm.
22 in eleganti tract. de Sacram. præſt. vlt. ſupplic. damnat. in quæſt. 5. vtrum condemnatus ad mortem, qui effracto carcere, vel aliter aufugit à manibus iudicis, poſsit promoueri ad ſacros Ordines, vt ſic euitet pœnam ſanguinis, iam illi per ſententiam iudicis ſecularis illatam? & quidem poſt longam diſputationem tenet, quod ſi ille de facto ordinetur, etiam fraudulenter ordinem, & eius characterem ſuſcipit, deponendus tamen erit. Iura enim loquentia de ſeruis non ordinandis, militabunt etiam in his ſeruis pœnæ, vt optime ibi probat: Vnde non ipſo iure, ſed per ſententiam erit (vt ipſe ait) deponendus; iuxta tex. in cap. de ſeruorum de ſeru. non ordinand. in verb. deponatur, quod eſt verbum futuri tẽporis, per quod cum iura loquuntur, non intelliguntur proferre Canonem latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt notat. gloſa, in verbo priuetur, in l. iubemus nulli. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. in criminali, C. de iuriſdictione omnium iudicum, quamobrem recte poterit iſte

rit iſte

rit iſte condemnatus ad mortem, qui poſtea ad ſacros ordines promotus fuit, exceptionem fori opponere; eaque oppoſita ante Iudicem ſecularem, oſtenſoquè titulo ſacrorum ordinum, tenebitur Iudex ſecularis eum ad Eccleſiam remittere; nec quidquam coram eo tractabitur de validitate tituli, eo quod fraudulenter dicatur ad ſacerdotium promotus; cum ad Iudicem Eccleſiaſticum pertineat cognitio, & pronunciatio, veritate diſcuſſa an iſte ſeruus, vel condemnatus ad mortem, ad ſacros ordines promotus, ſit priuilegio Clericali indignus, ob id quod fraudulenter poſt condemnationem ad ſacerdotium promotus eſt. Vnde Iudex ſecularis, viſſo ordinum titulo debet ſtatim illum ad Eccleſiaſticum Iudicē remittere, ita quod ſi fuerit ſacro ordine inſignitus, & delictū cōmiſſum propter quod mortis, vel membri mutilationis pænam meruerit, facta prius degradatione per Eccleſiaſticum, & traditione ſequuta iſtius clerici curię ſeculari, eum puniet Iudex laicus, pro vt delicti qualitas meretur, aliter enim ordinatus ſacris ordinibus, puniri in corpore criminaliter non poteſt per iudicem ſecularem, niſi prius ab Epiſcopo degradetur, & curiæ ſeculari tradatur. Cū enim clerici ſint omnino exempti à Iudice ſeculari; vt poſt alios plura referens iura, probat Agia de exhib. auxil. in 21. fundamento verſ. cum enim pag. 85. non poſſunt præcipuę in criminalibus, vbi agitur de correctione, & punitione perſonali, animaduerti à Iudice ſeculari, niſi prius efficiātur de eius foro; quod fit media degradatione. Quod etiam ſequitur Couarruuias in pract. cap. 32. num. 4. verſ. 3. concl. Subdens id minime procedere quoad condemnationem Clerici, in eius bonis, & in pecunia, quia in ipſis remanet penes iuriſdictionem Iudicis ſecularis, vt ſimiliter notant optimè Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 36. num. 43. Ludou. Lopez inſtruct. conſcient. 2. par. cap. 286. verſ. porro licet pag. 809. Bouadilla lib. 2. cap. 18. num. 77. Farinac. lib. 1. quæſt. 8. ex num. 107. Eleganter Flāmin. Chartar. de execut. ſent. cap. fi. nu. 308. Plaza de delict. cap. 35. num. 3. Albarus Balaſc. conſultat. 48. ex n. 4. eleganter Sigiſm. Scaccia de iudic. cauſ. lib. 1. c. 12. ex n. 2. vbi etiam latiſsimè examinat, quando pręſumatur ordo clericatus, vel religionis, in fraudem ſuſceptus, de quo etiā Doctores proxime allegati videndi ſunt.

Ego tamen quamuis verum eſſe exiſtimē hūc qui ordines ſacros in fraudem ſuſcipit, puniri non poſſe à Iudice laico pæna capitali, niſi prius degradatione facta ab Epiſcopo, etiam ſi conſtaret ordinem Eccleſiaſticū accepiſſe poſt crimen patratum, & in fraudē fori ſecularis, per rationem quam poſt alios refert Agia vbi ſupra pag. 88. verſ. cuius rei. Attamen Couarr. in dict. cap. 32. nu. 4. verſ. tertia concluſio, ſcriptum reliquit, clericos primæ tonſuræ plecti poſſe corporaliter à Iudice ipſo laico, abſquè degradatione aliqua; quam ſententiam ſequuntur Farinac. in dict. quæſt. 8. num. 109. Bouadilla lib. 2. cap. 18. nu. 82. iuxta fin. Menoch. lib. 6. præſumpt. 76. ex num. 36. Salzed. in prax. cap. 139. in fine verſ. non vero, Couar. in cap. quia nos de teſtam. num. 4. in fi. vbi ſcribit, actualem degradationem minime moribus receptam eſ-
23 ſe, in his, qui minoribus ordinibus ſunt inſigniti. Vnde merito dicit Salzed. vbi ſupra vſſu forenſi frequentiſsimo obtentū fuiſſe, quod ſi huiuſmodi clerici primę tonſurę, dimiſsis veſtibus clericalibus, & abſq; tonſura, enormia crimina cōmiſſerint, abſquè vlla degradatione à iudice ſeculari puniantur, declaratione tamen prius facta à iudice Eccleſiaſtico, ipſum in fraudem ſuſcepiſſe ordinem. Vt in caſu ſimili tradit Petrus Bellug. in rubr. 11. de propoſit. grauaminum, §. videamus n. 4. in fin. quem refert, & ſequitur Gamm. in dict. quæſt. 5. num. 29. loquendo enim in clericis primę tonſuræ inquit, quod ſi contra Clericum coniugatum obijciatur, re aſſumpſiſſe habitum & tonſuram, in fraudem & propter hoc, ei priuilegium fori patrocinari non poſſe, talis quæſtio non debet coram ſeculari iudice, ſed Eccleſiaſtico agitari, per tex. in cap. ſi Iudex laicus de ſenten. excōm. in 6. quia probatio de clericatu eſt quidpiā ſpirituale, & propterea apud Eccleſiaſticum de illo conuenit agere; vt trad. Doctores, in cap. tuam de ordin. cogn. & per Innoc. in c. cum ſit generale de foro compet. dicentes quod in pertinentibus ad Eccleſiam, ſiue ſit dubium iuris, ſiue facti, pertinet eorum cognitio ad Eccleſiaſticum; in cuius rei confirmationem, plura refero in quæſt. quarta vbi examinatur. Quo iure Eccleſiaſticæ perſonæ ſint exemptę à iuriſdictione Iudicis ſecularis. num. 32.

24 Vigeſimus primus, ſi ille decapitandus, aut furcis ſuſpendēdus, aut aliter morti tradendus nollit pænitere, aut peccata ſua confiteri, ſed quaſi deſperatus, vult ſupplicium pati,

pari, in executione ſuperſedendum eſt, donec illum pęniteat, & peccata ſua ipſe confiteatur; Omni enim ſtudio iudex id pro ſalute animę illius curare tenetur; vt eſt tex. in l. Archigerontes C. de Epiſc. audient: quia anima eſt pretioſior corpore, & præferenda eſt omnibus rebus mundanis, ex l. ſancimus C. de ſacroſanct. Eccleſ. & trad. Palat. Rub. in repet. rubr. §. 65. num. 18. vnde dicit Chaſſan. in d. §. 5. verb. ſilnagrace, nu. 125. quod in hoc nemo facit dubium, idem etiã putat obſeruandum eſſe Iul. Clar. in §. fin. q. 97. num. 4. & Chart. de execut. ſent. in c. fi. n. 429. Scapp. de iur. non ſcrip. lib. 5. cap. 210. ex num. 2. qui ſuperſedendum eſſe aiunt ab executione, per aliquod temporis ſpatium, vbi non eſſet periculum in mora, cum ſalus vnius animę, pro qua Chriſtus mortuus eſt, ſit cęteris omnibus rebus anteponenda; ita tamen, vt propter talem dilationem nõ differatur in alium diem executio, & interea, dicunt, quod Iudex adhibitis viris religioſis, & Deum timentibus, debet illam hortari ad pœnitentiam; & ſubdit Iul. Clar. ibi, quod ipſe non auderet conſulere iudicibus inferioribus, vt vltra illud tempus in conſulto Principe executionem differrent; multa enim poſſent interea contingere, & Reipublicæ damnoſa, & iudicibus ipſis periculoſa, vt aliquando in facto, inquit ipſe Iul. Clar. experientia docuit; & prædicta obſeruare debet iudex, etiam ſi Princeps eidem reſcriberet, vt aliquem reum in continenti, aut nulla interiecta mora, morti tradat; debet enim adhuc ſemper iudex illi concedere cõpetens ſpatium temporis, ſi ſua peccata velit Sacerdoti confiteri, vt ſubdunt vbi ſup. Iul. Clar. & Chartar. num. 432. aſſerentes male facere iudicem, & Deum, & proximum grauiter offendere, ſi id denegaret, ſi autem ipſe reus penitere noluerit, impenitens luet pœnam delicti morte; eſto enim quod iniquo animo mortem ferat, & peccatorum nõ pœniteat, mortem tamen non debet euadere, alioquin melioris cõditionis eſſet hic, ſi morti non traderetur, eo, qui pertinax in peccatis non perſeuerat; materiaq; aut occaſio daretur, vel potius inde ſummerent ipſi malefactores occaſionem, ad perſeuerandum in ſuo impęnitẽtię peccato, obſtinato animo, vt ſic mortem corporalem effugerẽt; quod eſt abſurdum, vt reſoluit Barthol. Vgolin. de irregul cap. 11. §. 5. num. 1.

25 Vigeſimus ſecundus, de nocente ſupplicium ſummi non debet in die feriato in honorem Dei, & Sanctorum, in quibus ceſſatur ab operibus manualibus. Doctores in c. 1. de ferijs, licet enim vt dicunt Flamin. Chartar. in d. c. fin. num. 438. Ant. Scapp. de iure non ſcripto lib. 5. cap. 212. ex numer. 3. non eſſet peccatum, his diebus ſententiam ſanguinis executioni mandare, horrendum tamen eſt, & miſerabile ſpectaculũ, & a quo, propter Dei reuerentiam, eſt omnino abſtinendum; vt etiam tradit Iul. Clar. §. fin. q. 97. nu. 6. quamuis in enormiſſimis delictis, executionem capitalem etiam in diebus feriatis vidiſſe fieri, atteſtatur Marc. deciſ. 409 num. 1. & trad. Bobadilla lib. 2. cap. 19. ex n. 212. Didac. Perez lib. 1. tit. 1. l. 5. verſ. infertur etiam fol. 26. & facit l. fin. C. de ferijs, & tradit Scapp. in d. cap. 212. ex num. 5. vbi in n. 6. ait corporales ſimiliter executiones pro delictis leuibus, in diebus feriatis in honorẽ Dei, affirmat ſępe Romæ fieri vidiſſe. Idem teſtatur Ant. Scapp. de iure non ſcripto lib. 5. cap. 213. ex num. 7.

26 Vigeſimus tertius, excuſabitur etiã à pœna capitali filius rebellis, ſi præſentetur à patre in manus Principis offenſi: vt optime docet Gigas de crim. læſ. Maieſt. in rubr. de pluribus, & varijs in quæſt. 6. vbi idem dicit in patre pręſentato à filio, vt ſcilicet euitet pœnam mortis. Et idem fatentur etiã Decian. lib. 7. Conſil. criminal. cap. 49. num. 39. optime Tiraq. de pen. temp. cau. 18. ex nume. 1. & in cauſ. 19. Simanc. de Cathol. Inſtit. tit. 29. num. 50. late Menoch. de Arbitr. caſ. 347. Pinel. in rubr. 2. par. num. 32. C. de bon. mat. Plaza de delict. cap. 38. nu. 5. qui omnes allegant ſingularem tex. in l. milites §. deſſertorem. ff. de re milit. quamuis Iul. Clar. in §. fi. quæſt. 60. numer. 29. aſſerat, hoc difficile eſſe obtinere in practica, cum Iudices hanc cautelam non attendant. Ea tamen vti debere Iudices, aſſerunt Felin. in cap. accuſaſti n. 4. de Accuſat. Guilliel. Bened. in repet. c. Raynutius num. 64. ad finem, Carrer. in prax. tit. de homicid §. nono quæro num. 16. Salicet. in l. propter inſidias nume. 3. C. qui accuſ. non poſ. & ibi Paul. de Caſtr. optime Cepola cautel. 1. vbi elegãter Iodocus Damhouder. in prax. criminal. cap. 84. n. 36. latiſ. Alphon. Caſtr. lib. 2. de iuſt. hæret. punit. cap. 26. vbi optime expendit tex. in d. §. deſertorem.

27 Vigeſimus quartus, reus mortis, ſi ob ſibi promiſſam impunitatem à Iudice, delictum fateatur, an pœna mortis poſſit ab eo puniti?

niri? in qua quæſtione duo potiſsime examinantur à Doctoribus, Primum an Iudex vt veritatem eliciat, vel extorqueat à reo, poſsit aut debeat huiuſmodi promiſsiones facere? Secundum vero an facta per eum tali promiſsione, teneatur, aut debeat illam obſeruare? Quibus pręmiſsis facile ad quæſtionem reſpondetur, ex his quæ dixi in 2. par. Collect. 62. num. 2. & vltra ea quæ ſuperius adduxi, ſunt conſulendi Couarr. lib. 1. var. cap. 2. num. 16. Menoch. de Arbitrar. caſ. 367. per totum. Iul. Clar. in lib. 5. §. fin. quęſ. 55. ex num. 7. vbi etiam Baiard. in addit. q. 55. ex n. 11. Felin in cap. Accedens. El 2. n. 3. vt lit. non conteſt. Plaza de delict. lib. 1. c. 37. per tot. latè Viuius lib. 3. com. opin. verb. Iudex promittens liberationem, Ant. Gom. tom. 3. cap. 12. nu. 6. Ioan. Redin. de maieſt. Princip. §. ſed etiam per legitimos tramites ex num. 3. Alphon. Azeb. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 14. Ioan. Bonifac. tractat. de furt. §. frauduloſa ex num. 18. Optimè Rojas ſing. 94. verſ. & Iudex promittens. Pro reſolutione tamē huius quæſtionis, cenſeo repetendum eſſe quod ſupra dixi in d. 4. caſu, & fędere diſtinctionis ibidem adductę, propoſitę quęſtioni reſpondendum eſſe.

28 Vigeſsimus quintus, quamuis qui contrà mandatum Ducis aduerſus hoſtē pugnauerit, capite puniendus ſit, etſi victoriam conſequutus fuerit, l. deſertorem §. in bello de re milit. Cremen. ſing. 151. incip. mandatum fuit, hoc tamen intelligitur, niſi aliquid noui poſt Ducis pręceptum acciderit, quod aliud ſuadeat fieri, nec poſsit commodè ipſe belli Dux conſuli; quod notabile dicunt Loazes ſuper matrim. in. 2. dubitat. num. 22. Felin. in cap. illud nu. 1. de maior. & obed. Tiraq. de pœn. temp. in præfat. n. 37. Couar. in clem. ſi furioſus 2. par. in initio. num. 4. ad med. vbi circa hanc limitationem dubitare videtur ea ratione, quod in bello obedientia ſit admodum vtilis Reipublicæ, & tranſgreſsio Imperij valde pernicioſa, quippe quæ cum maximo Reipub. periculo plerunquè exercearur; ſicutti trad. Felin. in cap. cauſam nu. 8. in fin. de iudic. Ideo hāc opinionem vti veriorem tenet Tiraq. de pœn. cauſ. 52 n. 3. Nihilominus tamen priorem ſententiam, quod inquā à pœna ſit liber, quando id in victoriam fœlicem ceſſerit Reipublicæ, defendit Rochus de Curte. in cap. fi. de conſuet. fol. paru. 27. colum. 2.

29 Vigeſsimus ſextus, Iudex poteſt reo morituro facere gratiam, dummodo exerceat officium carnificis ad tempus, vel in perpetuum; iuxta qualitatem delicti: vt per Foller. in verb. pœnis debitis ex n. 19. Ioau. tamen Baiard. in prax. crim. q. 99. n. 5. dubitat quod Iudex poſsit concedere huiuſmodi gratiam, in conſulto Principe, audiui tamen contrarium aliquando ſeruari.

30 Vigeſimus ſeptimus, impuniti etiā interdū remanent delinquentes ob eorum multitudinem; cum enim vniuerſitas delinquit, non omnes delinquentes puniuntur, ne propter delinquentium multitudinem nocētes cum innocentibus pænis ſubijciātur, Crau. conſ. 21. num. 8. Maſcard. concluſ. 1413. ex num. 4. Ioan. Bonifacius de furt. §. animo lucrifaciē di num. 227. ſatius enim eſt, nocentem impunitum relinquere, quam innocentem punire. Vnde Princeps, cum agitur de punienda multitudine, facilius pœnam remittit. glo. & Bart. in l. aut facta §. nonnunquā. ff. de pœn. glo. in verb. multitudinē in c. latores de cler. excomm. quam ſequitur in l. 1. §. hoc reſcriptum num. 13. ad Syllanian. Iul. Clar. §. fi. q. 60. num. 30. Martin. Laudenſ. tract. de Principe concl. 112. Quandoq. tamē vniuerſitas tenetur de delicto, & puniri poteſt in aliquibus caſibus, quos referunt Maſcard. in d. concl. 1413. Farinac. de delict. q. 24. ex num. 109. Iul. Clar. §. fi quæſt. 16. ex num. 7. & ibi Ioan. Baiard. ex num. 15. Aut. Gom. to. 3. cap. 1. ex num. 53. & eleganter poſt alios proſequitur hunc articulum varia cumulando Ioan. Bonifac. vbi ſupra ex num. 228. & Menoch. de arbitrar. caſu. 598. per tot. Octauian. Cacheran. deciſ. Pedamon. 138.

31 Vigeſimus octauus; quamuis poſt ſententiam non poſsit Iudex pœnam augere, aut diminuere, niſi conſulto Principe; Couar. in pract. cap. 34. num. 5. poſt medium, idem Couarruuias lib. 2. var. cap. 9. num. 8. Iul. Clar. §. fin. quæſt. 85. numer. 10. verſ. ſcias etiam, vbi etiam Ioan. Baiard. num. 35. Farinac. quæſt. 17. num. 61. Plaza cap. 33 num. 5. in fin. tunc enim non eſt iudicis, qui ſentētiam tulit, pœnam moderare, ſed pœna in lege expreſſa infligetur, licet antea moderare ipſā potuiſſet Innoc. in cap. Qualiter, & quando num. 9. de Accuſat. Excipitur tamen crimen hæreſis, in quo reo ad fidem reuerſo, poteſt Iudex ſententiam mitigare, & mutare, ſi id viderit expedire, Martin. del Rio Diſquiſic. magic. lib. 5. ſect. 1. pag. 8. in fi. Farin. in dicto num. 61. & Couarr. in dicto cap. 34. num. 5. ad fin. per tex. in

Digitized by Google

tex.in cap.vt commiſsi §.nec non,de hæret. in 6. Nec eſt ad hoc neceſſarium, quod hæc mitigandi pœnam facultas, in ipſa ſententia fuerit à Iudicibus Inquiſitoribus excepta, aut reſeruata,cæteri ſiquidē iudices poſſunt regulariter in ſententia ſibi ipſis reſeruare diminutionem pœnæ, ipſius ve declarationem;modo declaratio contraria non ſit pœnæ per ſententiam diffinitę:quemadmodum tradiderunt Bal. in Auth. interdicimus in fi. C.de Epiſc.& Cler.& Felin.in c.qualiter,& quando el 1.de Accuſ. num.31.

Si delictum fuerit antiquum,ita vt fuerit
32 accuſatus poſt multos annos,à tempore cōmiſsi delicti : mitius agendum eſt cum reo, tex.eſt in l.Diutino ff.de pœnis,vbi Doctores. Videndus eſt Farinacius quæſtio.10.de Inquiſitione.

Et an delicto commiſſo, ſi biennium labatur, & fiat lex noua,quam iurauit ſeruare Prætor nouus, delinquēs ſit condemnandus ſecundum legem antiquam, vel ſecundum nouam? videndus eſt Angel.de malef.tit.de Inquiſitionibus,& eorum formis,n.53.pag. 442.vbi verius cenſet, debere iudicari ſecūdum legem veterem, quæ erat tempore delicti cōmiſsi. Probatur quia nouus Rector ſubrogatus in locum prioris,videtur eadem perſona cum priori arg. l.cum proponas C. de Iudicijs. Item quia debet iudicare, ſicut primus tenebatur l.Properandum.§.ſin autem.C.de iudicijs.c. quoniā Abbas de offi. deleg.l.mortuo.ff.de iudic.Tum etiam quia tempus maleficij debet ſpectari. l. Papinianus.ff.de neg.geſt.l.tametſi ad Macedon. & videtur caſus l.in delictis.ff.de nox.l.quia ff. de furtis. Præterea lite pēdente nihil debet innouari l.1.C.vt lite pend.c.cum M.& c.cū acceſiſſent de cōſt.& c.cum Eccleſia eod.tit.

QVÆSTIO DECIMA.

An ſequeſtratis,vel apprehenſis aliquibus bonis, in quib⁹ etiam ius patronatus exiſtit, vacante Eccleſia, ſequeſter penes quem ſūt depoſita illa bona,habeat ius preſentandi ad eam?

SVMMARIVM.

1 *Litigantes pendente apprehenſionis proceſſu expelli debent a poſſeſſione rei apprehenſæ.*
2 *Sequeſter habet in bonis apprehenſis omnē præheminentiā,& iuriſdictionem, quæ vero domino cōpetere poterat,ac ſi bona nō fuiſſēt ſequeſtrata.*
3 *Sequeſter vacante beneficio, cuius electio ad ſequeſtratum pertinebat,poteſt ad illud præſentare,ſecundum aliquorum ſententiam.*
4 *Sequeſter non poteſt præſentare pendente ſequeſtro,ſecundum aliquos.*
5 *Refutatur opinio Selue.*
6 *Reprehenduntur Felin. & Lancel.*
7 *Sententia auctoris in hac quæſtione,& num. 8. in fin.*
8 *Ius præſentandi non competit illis,quibus ius patronatus cum vniuerſitate bonorum pignori eſt obligatum.*

QVIA apprehenſio in Aragonia
1 idē importat quod ſequæſtratio,quę fit à Iudice,vt elicitur ex foro Ad noſtrum tit.de Apprehenſion. & ex definitione ſequeſtri,quam tradunt glo. mag.in l. 1. C. de prohib.ſeq. pecun.l.ſequeſter.ff.de verb. ſignifi.Rebuf.tom.3.tract.de ſequeſtr. art.1. glo.1.num.5.Didac. Perez lib. 3.tit. 10.l.1. in glo.1.in princ.pag.659.Corraſ.lib.3. Miſcellan.cap.2.ex num.1.probat Doctiſsimus Ibandus de Bardaxi in For. primo de Apprehenſion.num. 1. fol. 473. ſic regulariter pendente apprehenſionis proceſſu, litigantes à poſſeſsione rei apprehenſæ expelli debent, ne partes via facti procedant,& ad arma deueniant:vt per optimū tex.in l. æquiſſimum.ff.de vſufru.tradunt Deci.in l ſi ſuper poſſeſsione num.7.C.de tranſact. & in l.fin. C. de ędic. diu.Hadri.tollend. nu. 6. Rebuf. vbi ſupra nu.7.Couar.in pract.cap.17. n. 1. Portol.in.§.apprehenſio. El 1. ex numer. 4. Neuizan.in ſylu.nupt.lib.1.num.81.Corraſ. lib.3.Miſcell.cap 2.nu.1.Menoch.de recup. poſſ.remed.1 num.323.Dida.Perez lib.3.tit. 10.l.1.gloſſ. 1. pag 660.Alex.conſ. 7.libr.5. num.12.Ruin.conſ.29.vol.5.nu. 18. Rolan. conſ.80.vol.1.num.22.Pariſ.conſ.41. vol.1. num.30. ipſaq. res reſpectu detentionis ponitur in manu Regia ſaluo iure partium, tā ſuper poſſeſsione,quam proprietate,per rationē tex.in l.ſequeſter.ff.de vet.ſig.Selu. de benef.2.par.quęſt.9. num. 3. Anchaitan. in Clem.

Clem. vni. nu. 1. de ſequeſt. poſſ. Boer. deciſ.
172. num. 1. & in conſuet. Bituricen. Rubr.
de iuriſdic. om. iud. § 4. ad fin. Tiraq. de iur.
conſt. 3. par. limit. 17. nu. 6. Didac. Perez lib.
3. tit. 10. lib. 1. glo. 1. verſ. quæro 16. pag. 664.
Rebuf. de nominat. quæſt. 14. nu. 76. in prin.
& in l. ſequeſter de ver. ſignifi. verſ. neceſſa-
2 ria. Ipſeq. Dominus Rex, qui eſt ſequeſter,
ſeu Regia Audientia habet in bonis appre-
henſis omnem preheminentiam, iuriſdictio
nem, & poteſtatem, quæ vero domino com
petere poterat; ac ſi bona illa non fuiſſent
apprehenſa, & ſequeſtrata, vt tradit Porto-
les in Schol. ad Molin. in §. reſiſtentia nu-
mer. 58.

Hinc quidem ſumpta occaſione, in du-
bium reuocari ſæpe contingit propoſita du
bitatio, & quidem partem affirmatiuã ten.
expreſſe Octauian. Veſter. in prax. lib. 7. c. 2.
3 num. 3. poſt med. Dicens, quod ſi durãte ſe-
queſtro vacauerit beneficium cuius electio,
vel preſentatio ad ſequeſtratam Eccleſiam
pertinebat, ſequeſter ad illud beneficium
vacans eligere, vel præſentare poteſt. Quam
etiam ſententiam ſequuntur Gigas de pen-
ſion. quæſt. 72. num. 3. Roch. de Curt. de iur.
patro. in verb. ipſe vel is, num. 72. Selu. de Be
nefi 2. par. quæſt. 9. ex num. 31. in fin. Sayſon.
in conſuetud. Turon. tit. de Douayre, cap. 3.
ad fin. fol. 142. Portoles in d. §. Reſiſtencia,
num. 59. Geminian. in cap. nemo deinceps
num. 10. de elect. in 6. dicens hanc opinionẽ
eſſe benigniorem, & æquiorem, vt neceſſita
ti Eccleſiæ conſulatur; & eam communem
opinionem appellat Didac. Perez lib. 3. tit.
10. l. 1. in glo. 1. quæſt. 17. verſ. item, & quar-
to pag. 664. & idem tenet Barbat. in c. exa-
minata de iudic. in 16. col. verſ. Tu põdera,
motus ex eo, quia aut ſequeſter eſt cuſtos
tantum, & tunc præſentare poterit, quod li-
cet litigantibus damnoſum videatur, eſt ta-
men fauor Eccleſiæ; nam non præſentare
eſſet diſſipare fructus ſequeſtri; aut eſt poſ-
ſeſſor, & tũc, ſecundum eum, non eſt dubiũ,
quod poſſit præſentare; & eundem ſequi-
tur Corraſ. in Paraphr. ſacerd. 2. par. cap. 6.
ex num. 3. & in lib. 3. Miſcell. cap. 2. ex nu. 16.
ſubiungens, quod licet ſequeſter non poſſi-
deat, fructus tamen colligit; & cum verus
dominus propter dubium litis euentũ præ-
ſentare non poſſit, & interſit Eccleſiæ va-
canti, de Clerico quam citiſſime prouideri,
ne gregem domini cum paſtoris defectu, ra
pax lupus inuadat. cap. ne pro defectu de
elect. ideo is, apud quem factum eſt ſeque-
ſtrum, ſi ſacerdotium vacet, præſentare po-
poteſt. Quam etiam opinionem alijs pluri-
bus rationibus ductus tenet Felin. in c. cum
Bertoldus. num. 29. verſ. Ad illud. de ſent. &
re iud. & dicit, quod dum eſſet Rotæ Audi-
tor, iudicauit pro iſta opinione de conſenſu
aliorum coauditorum, & pronunciauit va-
lere præſentationem factam à ſequeſtro. Et
idem poſt longam diſputationem affirmat
Ceſſar Lambert. de iur. patr. in 3. art. 9. quæſ.
principalis. 2. p. lib. 1. fol. 142. Rebuf. in trac.
nominat. quæſt. 14. num. 76. Doctor Sahagũ
in cap. fin. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. ex nu-
mer. 56.
4 Contrariã tamen ſententiã, quod ſcilicet
ſequeſter non poſſit præſentare pendente
ſequeſtro, appellat communem opinionem
Ceballos in pract. q. 740. ex nu. 3. probatur
ex eo, quia qui colligit fructus nomine alie-
no, non poteſt præſentare, tex. in c. cum Ber
toldus de ſent. & re iudic. vbi creditor, cui
ius patronatus cũ vniuerſitate pignori erat
obligatum, quia fructus alieno nomine, pura
debitoris, colligebat, pręſentare nõ potuit,
ſed ſequeſter colligit fructus nomine alieno,
futuri ſcilicet victoris, quia ideo ſequeſtran
tur, ne diſſipentur, ſed potius conſeruentur
reſtituendi ei, qui obtinebit, ex. cap. 2. de ſe-
queſtr. poſ. & fruct. & in Clem. 1. eod. tit. &
ſupradictum eſt, ius ergo pręſentandi cum
ſit fructus iuris patronatus, ſequitur dicen-
dum, nec à ſequeſtro, nec à partibus præſen-
tationem fieri poſſe litẽ pẽdente; ſi namque
ſequeſter præſentaret, admitteretur q. illius
pręſentatio, ſequeſtri fructus diſſiparentur,
qui nullo pacto vincenti reſtitui poſſent;
contra finem ſequeſtri; Ad idem etiam facit,
quia iſte videtur non valide præſentare, ex
quo habet conſcientiã rei alienę, eſt enim
malæ fidei poſſeſſor, & ſic non poteſt vti fru
ctibus, quo minus teneatur reſtituere. Et cũ
his, tum auctoritate Hoſtien. & Ant. de But.
fratus Abb. in c. examinata n. 15. de iudic. de
fendit, ſequeſtrũ pręſentare nõ poſſe; memo
rabile illud ſubijciens; vt lite non ſopita in-
tra menſes quatuor, ſi patroni ſint laici, vel
ſex, ſi ſint Clerici, poſſit Eps prouidere. iux.
tex. in c. quoniã de iur. patr. vt ſcilicet neu-
tra partium, nec ſequeſter, nec dominus ip-
ſe præſentaret, ſed interim prouideret Epiſ-
copus. Quo præuio remedio forſan plene
ſatisfactum eſt his, quę ſuperiori opinioni
magis fauere videtur, ne Eccleſia diu vacare
con-

contingat, his tamen rationibus Abbatis ampliſsime ſatisfaciunt Barbat.in d. c. examinata col.20.& ibidem Corſet.colu. 4. ex verſ. ſucceſsiue quærit, de Iudic. Lambert. ſupra ex num.4.in fi. Corraſ.lib. 3. Miſcel. cap.2.num. 18.quorum dicta tranſcribere nollo,cum volentibus ea legere facile ſit. Et quamuis has duas opiniones intendat concordare Selu de benef.2.p.q.9.num.3.diſtinguens inter ſequeſtrum voluntarium, hoc eſt, ſimultanea partium voluntate electum, & neceſſarium,id eſt iudicis auctoritate datum,vt primus cóferre,& præſentare poſsit, alius vero non:hanc tamen opinionem merito reprehendit Corraſ.in Paraphraſi Sacerdotal.2.par.cap.6. ex nu.2.dicens, vtrumq. præſentare poſſe, ſiue ſit ſequeſter neceſſarius,ſiue voluntarius,& idem tradit Rebuf. in tract.nominat.quęſt.14.num.76.

6 Alia etiam reperitur doctorum opinio circa hanc quęſtionem, quæ aſſerit, quod quando lis ſuper iure patronatus non eſt principaliter, & nominatim mota, ſed acceſſorie,& in tacitam quandam conſequentiam introducta,ſcilicet ſuper re,cui competit, & quodámodo eſt annexum ius pręſentandi,& ius patronatus, vt puta quando aliquod Caſtrum, vel Villa haberet ius pręſentandi ad aliquam Eccleſiam: Nam ſi ſuper Villa,aut Caſtro lis moueretur,non per hoc pręſentatio dicitur impedita; quamuis enim ius præſentandi videatur acceſſorium ad ipſum Caſtrum,vnde litigioſo facto principali, cenſeatur etiam dicendum acceſſorium fore litigioſum. Ad reg.acceſſorium de reg. iur.in 6.& conſequenter pręſentationem impediri. Nihilominus tamẽ per litem motam ſuper Villa, aut Caſtro, dominus illius poteſt, etiam lite pendente, præſentare, vt eſt in terminis deciſ.1.aliàs 140.de iur.patron. in nou.cum qua concordat deciſ. Bellamin. 700.incip.Si poſſeſſor,vbi ſubdit,quod non debet quis prætextu litis motæ à ſua poſſeſsione deſiſtere, vt cauetur in l.illud ff.de pet. hæred. Imò ſi ille impediretur,fieret contra eum in hoc innouatio,& attentatio in præiudicium litis; quod refert, & in propoſito ſuo ſecutus eſt etiam Felin. in cap.cum Bertoldus n.29.in fi.verſ.4.per id quod.& hanc opinionem amplectitur Lancelot.2.p.c.4.in præfat.ex num.544.

Hęc tamen opinio, etſi auctoritate grauiſsimorum virorum corroboretur, eam tamen veram non eſſe arbitror, ex eo præſertim, quia ſi ſuper Villa, vel Caſtri dominio, & proprietate lis inter aliquos vertitur, exiſtimans quilibet ipſorum, ſibi competere verum dominium ipſius Villæ apprehenſæ, & pendente apprehenſionis proceſſu, omnes partes à poſſeſsione rei apprehenſæ expelluntur,vt cauetur in Foro, Ordenamos, tit. de apprehenſionibus, idq. etiam de iure procedit,vt tradunt Deci.in l. fi. nu.6.C.de ædic. diui Hadr.tollẽ.vbi Bal.n.3.cũ pluribus allegatis Portoles in §.apprehenſio. El 1. num. 4. ſequitur neceſſario dicendum, quando ius patronatus competit ratione dominij, neminem ipſorum contendentium pręſentare poſſe,cum nullus eorum dici poſsit dominus rei apprehenſæ, donec per ſententiã terminetur, vnde quamuis ius patronatus ſit acceſſorium ad ipſum Caſtrum,nec ſuper eo vertatur lis,quia tamen ratione dominij dicti Caſtri competit ius præſentandi,ſequitur neceſſario,lite pendente ſuper dominio nullum ex contendentibus tanquam dominum poſſe preſentare. Et ſecundum hanc opinionem audiui à maioribus bis fuiſſe iudicatum in Regia Audientia in cauſa videlicet de Caſtro, & in alia Baroniæ de Spes, quibus apprehẽſis ſuper titulo, & dominio, vacarunt beneficia Eccleſiaſtica de iure patronatus ipſorum dominorum,& Regia Audientia obtinuit ius præſentandi.

Ego tamen,quamuis non intendam eripere clauum de manu Herculis, aliter reſpondendum cenſui,cum iſtum caſum in praxi habuiſſem,in cauſa Commitatus de Fuentes,de qua etiam meminit,& me allegat doctiſsimus Hieronymus Portoles,in §.reſiſtẽtia,ex num.60.in fi. Contingit namq; quod cum Commitatus ille apprehenſus eſſet per Regiam Audientiam, ad inſtantiam creditorum,durante dicta apprehenſione, vacauit quidam Canonicatus in Eccleſia opidi de Mora, de iure patronatus dicti Commitis, & quamuis aliqui grauiſsi aduocati eius fuerint voti, & conſilij, vt ius præſentandi Canonicum,domino Epiſcopo Turulen. in cuius Diœceſi eſt dicta Eccleſia de Mora, pertineret ad Regiam Audientiam ſequeſtrem dicti Commitatus, non vero ad ipſum dominum Commitem don Ioannem Carolum Fernandez de Heredia,per rationes, & doctrinas,quæ ſuperius in prima opinione adducta fuerunt.Ipſe tamen,etſi non facile patiar,à grauiſsimorum virorum ſententia dimoueri, nihilominus quia veritas eſt mihi

magis

magis amica, contrariam opinionem tanquam veriorem conſului, & pro viribus defendi, & tandem viſsis vtriuſque partis allegationibus à dicto Reuerēdiſsimo Domino Epiſcopo D. Iacobo Ximeno, olim Prorege Regni Aragonum meritiſsimo, obtinui in cauſa, ipſe namque in fauorem dicti domini Cōmitis ſuam diffinitiuā protulit ſententiam. Dicebam namque contrariam opinionem procedere, & intelligi debere, quando titulus Cōmitatus ſequeſtratus extitiſſet ita vt ſuper ipſum Commitatum verteretur lis, nō vero in eo caſu, quo nō titulus, & dominium fructus, & redditus ipſius Commitatus, ad inſtantiam creditorū, qui illum in pignus, & ſuper hypotheca obligatum habebāt, ſequeſtrati fuiſſent, vt tunc procederet opinio Panormit. vt ſcilicet ſequeſter non præſentaret, ſed dominus. Cum enim in ea apprehenſione diſceptandum non eſſet, de titulo dicti Commitatus, nec de vero dominio illius; prout requiritur ad hoc, vt Regia Audientia, quæ erat ſequeſter, ius præſentandi, quod titulato competebat, obtinere poſſet, & ſic cum non eſſet dubium, nec ambigeretur de vero domino dicti Commitatus ſequeſtrati, ius præſentandi nullo modo trāſire potuit in ſequeſtrem, ſicut nec in creditores ipſos, etſi auctoritate Iudicis dictum Cōmitatum poſsiderent, ſed ius ipſum præſentandi ſemper remanebat penes ipſum dominum Commitem debitorem, & ita præſentatio ab eo fieri tenebatur, & nō à Regia Audientia, quæ non alias actiones, quam creditorum repreſentabat. Vt expreſſe cauetur in cap. cum Bertoldus, & ibi Doctores de ſent. & re iudic. & per illum tex. tradunt optime Roch. de Curt. de iure patron. in verb. ipſe, vel is ex nu. 60. Paul. de Citadin. in eod. tract. 9. p. nu. 14. latiſsime Lambert. ibidem in 2. art. 9. quæſt. princip. 2. par. primi libri ex num. 1. Affirmantes, ius præſentandi non cōpetere illis, quibus ius patronatus cum vniuerſitate Bonorum pignori eſt obligatum; & idem etiam tradit Portoles in §. reſiſtentia num. 64. Quod pulchre notandum eſt aduerſus Ioan. G. actan. reg. 341. n. 10. contrarium aſſerentem. Si igitur ad creditoris dicti Commitatus non tranſit ius illud, nec tranſire poterat ex conſequenti, nec Regia Audientia ius pręſentandi habebat, ſed tantum verus dominus, qui erat pręfatus Comes pręſentare poterat.

Ex quibus iam meum iudicium aperte inferre licet in propoſita quæſtione, vt tunc demum habeat ſequeſter ius pręſentandi; quando eſt ſequeſtratum, vel apprehenſum ius aut dominium alicuius, cui eſt annexum ius patronatus, tunc enim cum nullus reperiatur dominus directus rei apprehenſæ, ſed per ſuperius dicta, litigantes à poſſeſsione illius rei apprehenſæ expellantur, ſic vt conſulatur Eccleſiæ vacāti, merito ſequeſter pręſentare tenetur. Secus vero quando nec dominium, nec proprietas rei, ſed fructus illius vt pignori obligati ſequeſtrantur. Eo enim caſu cum remaneat, & ſuperſit verus dominus rei, qui præſentare poteſt, minime ſequeſter præſentabit. Vt decidit textus ſuperius allegatus in dicto capit. cum Bertoldus, per rationem quam eleganter referunt Roch. de Curt. de iur. patron. in verbo ipſe, vel is ex numero 60. Paul. de Citadin. & Lambertin. vbi ſupra; ad quod etiam conſulendi ſunt ij quos congeſsi in ſecunda parte Collecta. 5. numero 11.

QVÆSTIO VNDECIMA.

An Clericus alienās ſine licentia Epiſcopi Patrimonium, ad cuius titulum fuit promotus ad ſacros ordines, ſit ab ordinibus ſuſpenſus? Dilucideq; explicatur Conc. Trid. in Seſs. 21. de Refor. 2. cap. in final. verbis: & an cenſeatur alienare dictum patrimoniū, qui ipſum obligat?

SVMMARIVM.

1 *Clericus ſine licentia ordinarij alienans patrimonium, ad cuius titulum fuit ordinatus, ſi aliunde non habeat, vnde commode viuere poſſit, eſt ſuſpenſus ab ordinibus ſecūdum aliquos; quorum ſententia iudicio auctoris non eſt vera.*

2 *Intellectus ad cap. 2. Seſſ. 21. de Reformat. Conc. Triden. ibi. antiquorum Canonum, &c. & num. 5. 6. & 7.*

3 *Antiqui Canones dicuntur deciſiones Decreti.*

4 *An-*

4 *Annullatio actus, pœna eſt.*

5 *Clericus ſine licentia ordinarij alienans patrimonium, ad cuius titulum fuit ordinatus, etiam ſi aliunde non habeat, vnde viuere poſsit, non eſt ſuſpenſus ſecundum veriorem ſententiam.*

6 *Nauarri opinio in hac quæſtione reffutatur.*

7 *Vinaldus reprehenditur.*

8 *Medinæ, & aliorum ſententia in hac quæſtione explicatur ab auctore, in quo ſenſu ſit vera.*

9 *Alienatio patrimonij, ad cuius titulum fuit quis promotus, facta ſine licentia Epiſcopi ab eo, qui habet aliunde, vnde cõmode viuere poſſit, valida eſt, nec irritatur a Concilio.*

10 *Patrimonium, ad cuius titulum quis eſt promotus ad ſacros ordines, gaudet priuilegio bonorum Eccleſiæ, interim quod non extinguitur, propter adeptionem beneficij Eccleſiaſtici.*

11 *Alienari, vel vendi prohibita non poßunt obligari, & pignori ſubmitti.*

12 *Patrimonium, ad cuius titulum quis eſt promotus ad ſacros ordines, bene poteſt obligari, abſq; eo quod Clericus incurrat pœnas dicti Concilij, ſecundum veriorem ſententiam. Cum limitation. num. 15.*

13 *Vendere, vel alienare prohibitus, ante ipſius rei traditionem, non cadit a iure ſuo; quamuis clauſula conſtituti, vel precarij adhibeatur in contractu obligationis.*

14 *Intellectus ad l. fin. C. de Reb. alien. non alienandi, & ad glo. in verb. eſt autem, in l. 1. C. de fund. dotal. quæ iura contraria videntur; eleganter tamen ab auctore conciliantur.*

15 *Alienari prohibitus rem aliquam, ſi eam ſpecialiter obligat, incidit in pœnas prohibitionis, non vero quando eam alienat ſub generali verborum obligatione.*

SANCTVM Concilium
Trid. in Seſſ. 21. de Refor.
1 capit. 2. decreuit, patrimonium clericorum, ad cuius
titulũ ordinati ſunt, ſine licentia Epiſcopi, alienari,
aut extingui, vel remitti,
nullatenus poſſe, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel aliunde
habeant, vnde viuere poſsint; Clericum
vero aliter facientem, ſuſpenſum eſſe ab ordinibus, cenſet Barthol. Medin. in ſum. 1. par.
cap. 11. §. 8. in fin. pag. 38. quem ſequuntur
aliquibus ducti rationibus Alphon. Vega in
ſum. 2. par. cap. 108. caſu. 2. & Simon Maiol.
de irregularitat. lib. 4. cap. 15. ex princip. Pro
quorum opinione vltra allegata ab eiſdem,
ego pondero verba, quę in dicto Concilio
poſt ſuperius relata ſubſequuntur, videlicet. (*Antiquorum Canonum pœnas ſuper his innouando*)
2 in quibus verbis, pœnę cap. 1. & cap.
2. 70. diſtinct. quæ ſuſpenſionem inducunt,
innouatæ eſſe videntur; ex quo fit, vt in nouiori impreſsione dicti Concilij, in additionibus, vel concordancijs eiuſdem, ponuntur
in margine, textus in c. 1. & c. 2. 70. diſtinct.
Idque etiam dicta verba Concilij (ſi recte
perpendantur) ſatis innuere videntur, & optimo quidem iure, ne inquam detur ocaſio,
vt Clerici diuini cultus miniſtri, cum maximo totius ordinis Sacerdotalis dedecore,
mendicare cogantur; vt dicit gloſſ. in dicto
cap. 1. & Concil. Trident. in dict. cap. 2. dum
dicit, cum non deceat eos qui diuino miniſterio adſcripti ſunt, cum ordinis dedecore
mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum
exercere. Vnde intendens Concilium eorum antiquorum Canonum pœnas innouare, quæ aliquando teſte Salzedo in dicto
capit. 18. numer. 1. & Maiol. vbi ſupra, circa
ipſos ordinatos fuerunt in vſu, & ſucceſsiuis
temporibus obſeruatæ, vſquè ad deciſionem
tex. in cap. Epiſcopus. & cap. cum ſecundum
de præb. vbi non ordinati, ſed Epiſcopi, qui
ordines conferunt, puniuntur: merito adiecit verbum (innouare) quod nihil aliud ſignificat, quam reddere in priſtinam obſeruantiam, illud quod aliquando deſijt obſeruari,
vt probatur ex Clem. dudum. in princ. de ſepult. cap. 2. cap. bonæ el 2. de poſtul. Prælat.
Vnde cum deſierit obſeruari deciſio dicti c.
1. per diſpoſitionem d. cap. Epiſcopus, videtur hodie ceſſare deciſionem dicti cap. Epiſcopus, reddiq; in priſtinam obſeruantiam
3 diſpoſitionem d. cap. 1. cum ſimilibus 70. diſtinct. quod optime etiã confirmatur ex verbis illis (Antiquorum Canonum) nam antiqui Canones, dicuntur deciſiones Decreti,
Iura vero Decretalium, nec ita antiqua ſunt,
nec canones poſſunt proprie appellari, quo
ſimiliter pacto intelligũtur verba Cõc. Trid.
in ſeſſ. 23. de Reform. cap. 7. in princ. ibi (antiquorum Canonum) vbi gloſſ. marginalis,
ad ius Decreti, non vero Decretalium illa
verba referenda eſſe cenſet: Ex quibus omnibus dicendum videtur, præfatum Clericum
alienantem patrimonium ſine licentia ordinarij, ad cuius titulum fuit promotus ad
ſacros ordines, ſuſpenſum eſſe ab ipſis ordinibus.

Nec his obſtat ſi dicatur verbum pœnas,
de

de quo in Concilio, referri minime poſſe ad dicta Iura Decreti, cum in illis Canonibus non ſint appoſitæ pœnæ, ſed tantum irritatur ordinatio, annullatio autem, & irritatio actus, non eſt pœna, vt habetur in cap. ſiquis Preſbiterorum, ibi, vltra pœnam, de Reb. Eccleſ. non alien. Ergo verba Concilij non videtur poſſe referri ad dicta iura, ſed ad alia, vt infra dicetur.

4 Reſpondetur ſiquidem ſecundum veriorem opinionem, annullationem actus pœnã eſſe, vt probatur in l. Senatus ff. de contrah. Emp. & tradunt Menoch. conſ. 165. num. 10. & in conſ. 169. num. 15. Gutierrez de iuram. 1. part. cap. 14. num. 12. optime Abiles cap. 44. Prætor. in glo. *No valgan*, num. 1. Si igitur eſt pœna, merito Concilium referri poteſt ad dicta iura.

5 Hanc tamen ſententiam falſam eſſe, dicit Ioannes Gutierrez, in Practic. Quæſtion. libr. 2. quæſt. 65. numer. 11. contrariamquè opinionem veram eſſe defendit, quem ſequitur Rodriguez in Sum. 2. part. cap. 15. num. 4. Ledeſm. in Sum. 1. par. tit. de Sacrament. Ordin. cap. 7. pag. 848. verſiculo *La ſegunda dificultad*, Nauarr. in lib. 1. tit. de tempor. ordinar. conſ. 16. Salzedo in prax. cap. 18. num. 13. ſubdens, quod quamuis vltra actus annullationem, arbitraria pœna pro modo culpæ, tanquam ſacratiſsimam legẽ violantem, puniendus ſit delinquens, non tamen pœnam ſuſpenſionis incurrit, qui poſt ſacros ſuſceptos ordines, ius patrimonij remitit, quod ſibi donatum fuerat, nullo pacto ante ordinationem Conuento: quam etiam opinionem tenet Flamin. Pariſ. de Reſign. benef. lib. 2. quæſt. 6. nu. 18. Ceuallos in Pract. quæſt. 527. ex num. 9. Viuald. in Candelabr. 2. par. tit. de ſuſpenſione num. 28. vbi etiam aſſerit, grauiſsimos Doctores tã Theologiæ ſacræ, quã vtriuſquè Iuris digniſsimos profeſſores, Salmanticæ, ac Compluti, tenuiſſe talem Clericum non eſſe ſuſpenſum. Pro quorum opinione facit, quia Concilium hãc pœnam ſuſpenſionis minime imponit, nec ſimiliter à iure inuenitur impoſita, & cum ſit pœna, non debet imponi, niſi exprimatur, iuxta gloſſ. fin. in cap. fi. de Iur. Patron. per quem tex. id tradit Tiraq. in l. Si vnquam verbo reuertatur, num. 249. C. de Reuoc. donat. & Rolan. conſilio 27. volum. 1. num. 14. Mandoſ. regul. 15. quæſtione 6. num. 3. Molina de Primog. libr. 1. cap. 9. num. 10. Menoch. caſu. 276. ex num. 1. Villadiego de Irregularitate capit. 1. num. 17. Sicuti etiam dicitur de Irregularitate, quę non incurritur, niſi in caſibus à iure expreſsis, cap. Is qui de ſentent. excom. in 6. Villadiego ſupra numer. 16. & Tiraq. vbi ſupra num. 251. Neque his pugnant verba illa: (Antiquorum Canonum pœnas ſuper his innouando) vt ſuperius fuerunt ponderata, nam intelligi debent, vt tradit Gutierrez vbi ſupra, de pœna tex. in dicto capit. 2. & in cap. cum ſecundum de Præbend. non vero de pœna ſuſpenſionis dict. cap. 1. 70. diſtinct. nam prædicta iura decretalium ſimiliter allegantur in margine Concilij dicti cap. 2. Vnde potius videtur referendum eſſe Concilium, ad iura quæ ſunt in vſu, quam ad ea quę ſunt abrogata, iuxta ea quæ notantur in cap. 1. de Conſtitut. & in l. fin. ff. ad legem Cornel. de fal. & in l. 1. §. hunc igitur C. de Iuſtin. Cod. confirm. quo ſit, vt cum Iura dicti capit. 1. & 2. 70. diſtinct. ſint de coſuetudine abrogata, vel potius per contraria iura correcta, videtur dicendum verba illa Concilij: (Antiquorum Canonum, &c.) ad pœnas dict. cap. 2. & cap. cum ſecundum de Præb. & non ad Iura Decreti eſſe referenda.

6 Quia tamen correctio iurium eſt vitanda, cum rationabiliter poſſunt Conciliari, capit. cum expediat de elect. in 6. cum non ſit præſumendum, velle legiſlatorem vnico verbo deſtruere iura, vt dicitur in l. Si quando C. de Inoff. teſtament. ita non eſt præſumendum, prædictum Concilium voluiſſe delere in hoc caſu, Canones Decreti, aut iura Decretalium, quatenus inter ſe conciliari poſſunt, ſi namquè aliqui eorum abrogati fuiſſent, additionator in margine dicti Concilij in dicto capit. 2. non allegaſſet iura ſupradicta Decreti inquam, & Decretalium, ſed tantum iura, ad quæ Concilium proprie refertur, vnde cum Decreti, & Decretalium iura alleget, videtur intellexiſſe, ad omnia ipſa debere Cõciliũ referri, & cum vtraquè iura ſint antiquiora recte in Concilio Tridentino adijciuntur illa verba: (Antiquorum Canonum) conueniunt namquè vtriſquè iuribus. Qua quidem ratione ductus, Nauarr. in lib. 1. titul. de Tempor. ordinar. in conſil. 14. num. 4. aſſerit, iura illa Decreti procedere, quando tantum ordinatus eſt in culpa, decipiendo Epiſcopum ordinãtem, dicens ſe habere titulum beneficiarium, vel patrimonialẽ ſufficientẽ, cũ alias, vel alienaſſet ipſum, vel non

haberet, nam eo in caſu videtur ſuſpenſus ordinatus,& ſic à Concilio in huiuſmodi caſu innouatur pœna dict. cap. neminem, & cap. Sanctorum 70. diſtinct. quando autem ordinatus bona fide, ab Epiſcopo ſciente, vel debente ſcire, cum non habere vnde ſe aleret, quia non habebat titulum, vel ipſum habuiſſe, & alienaſſe, nihilominus tamen ei Epiſcopus confert ordines, eo quidem caſu ordinatus non erit ſuſpenſus, ſed Epiſcopus debet ei prouidere, & in hoc ſic promoto Concilium innouat dict. cap. Epiſcopus, & cap. cum ſecundum de Præb. Quam etiam ſupradictorum iurium conciliationem, videtur approbare Flamin. Pariſ. de Reſign. benef. lib. 2. quæſt. 6. num. 18. Iacob. de Graſſis lib. 2. capit 97. num. 66. ſubdens, quod ſi vterquè, id eſt, tam ordinans, quam ordinatus, ſint in culpa, eo in caſu ordinans tenetur eum alere, & ordinatus remanet ſuſpenſus, quo pacto inquit intelligi debet Concil. Trident. Seſsione 21. in dicto capit. 2. de Reformat.

Supradicta tamen iurium conciliatio nulla ratione ſuſtineri valet, pugnat namquè aduerſus ipſam deciſio Dominorum Cardinalium Interpretum Sacri Concilij, qui, vt refert Viuald. in Candelabr. 2. par. tit. de ſuſpenſione num. 28. tempore Gregor. XIII. conſulti, de quibus pœnis intelligerètur verba illa Concilij ibi: (antiquorum Canonum pœnas innouando) cenſuit dicta ſacra congregatio, tantum per ea verba, Concilium renouaſſe pœnas cap. cum ſecundum de Præbend. non vero pœnas cap. neminem, & cap. Sanctorum 70. diſtinct. Ex quibus cenſet dicta ſacra congregatio, ordinatum contra formam dicti Decreti Concilij, vel contrauenientem ipſius deciſioni, non eſſe per hoc ſuſpenſum, nec aliquam pœnam incurriſſe, inquit enim, quod per ipſa verba, ſolum caput. cum ſecundum de Præb. eſt à Concilio innouatum, quam dictorum Dominorum deciſionem, manuſcriptam vidi, & perlegi. De qua etiam ſimiliter meminerunt Flamin. Pariſ. in dicto num. 18. & Viuald. in dicto tit. de ſuſpenſione num. 28. ſecundum quam deciſionem, nec ſententia Medinæ, nec opinionum conciliatio Nauarri ſubſiſtere poteſt, ſed hęc renenda omnino videtur, per ſupremam auctoritatem, & poteſtatem, quam habent dicti Domini, ad interpretanda dubia ſacri Concilij.

7 Nihilominus tamen obſeruatione dignū eſt, poſt Bullam Sixti Quinti contra clericos male promotos, quæ data fuit Romæ apud Sanctum Petrum anno Domini 1588. octauo nonis Ianuarij, anno quarto ſui Pōtificatus, ſupradictam Dominorum interpretum deciſionem locum non habere, vt aduertit Viuald. in dicto tit. de ſuſpenſione num. 28. in fi. ſubdens ſupradictam Dominorum deciſionem eſſe derogatam per dictam Bullam ſuperuenientem, quæ cum apponat ſuſpenſionem, patet ordinatum eſſe ſuſpenſum, inuiolabiliterq; ait, eſſe ſeruandam hanc Bullam, donec in robore permaneat. Qua quidem opinione retéta dici debet, opinionem Medinæ ſuperius relatam hodie veram eſſe, & indiſtinctè procedere, verbaq; etiam illa Concilij Tridentini in dicto cap. 2. (Antiquorum Canonum pœnas innouando) non ad pœnas c. cum ſecundum de Pręb. vt cenſuit ſacra congregatio dominorum interpretum ſancti Concilij, ſed ad pœnas cap. neminem, & cap. Sanctorum 70. diſtinct. referri debere.

Salua tamen correctione S. matris Eccleſiæ, nūquam credidi, ſupradictum motu proprium Sixti Quinti loqui in caſu, de quo agimus, ſed in alio diuerſo, nimirum quando quis ordinibus initiatur ſine titulo ſufficientis beneficij, vel patrimonij, vt inſinuant verba dicti motus proprij, ibi quo ad ſeculares, ſine titulo ſufficientis beneficij, vel patrimonij, &c. Tunc ſiquidem, cum huiuſmodi ordinatus contraueniat fini principali Conciliorum, & Pontificum, ne ſcilicet Clericus cogatur mėdicare, merito ordinatus ſine titulo, pœna ſuſpenſionis punitur. Qui caſus longe diſtat ab iſto, quo quęritur, cui pœnæ ſubijciatur, qui poſtquā fuit ordinatus ſine licentia ordinarij, patrimonium, ad cuius titulum fuit promotus, remitit, vel alienat, vnde nulla ſubeſt ratio, ob quā pœna illius delicti plectatur iſte ſic alienās patrimonium, eo præſertim, quod regulariter in pœnalibus fieri non debet extenſio de caſu ad caſum, & potius pœnæ ſunt reſtringendæ, quā ampliandę, l. interpretatione ff. de pœn. cap. odia de reg. iur. in 6. Vt autem in hac quęſt. liberius dicā, quod ſentio, cogitabam in primis, conciliationem, & concordiam Nauarri, & ſequentium illum, quam ſuperius adduximus, minime ad rem pertinere, loquuntur ſiquidem præfati Doctores, quando quis patrimonium, ad cuius titulum cæpit promoueri ad ſacros ordines, alienauit antequam

tequam ad omnes ordines eſſet promotus, tunc ſiquidem poteſt conſiderari culpa ex parte Epiſcopi, ſi ſciens illum alienaſſe patrimonium, ordinauit. At vero noſtra quæſtio verſatur in caſu diuerſo, vt diximus, quando ſcilicet quis poſt ordines ſuſceptos alienat patrimonium, in quo quidem caſu, nulla culpa imputari poteſt Epiſcopo, vnde præfata diſtinctio applicari minime poteſt, cum caſus ſint ita diſsimiles.

Secundo etiam conſiderabam, opinionem doctiſsimi Gutierrez, & congregationis dominorum Cardinalium, vnam & eandem eſſe, affirmans namquè præfata congregatio verba illa Concilij (Antiquorum Canonum) referenda eſſe ad dictum cap. cum ſecundum, ſolumquè Concilium per huiuſmodi verba innouaſſe pœnas dicti capituli, non vero eas, quę continentur in dicto cap. 1. & cap. 2. 70. diſtinct. ſenſiſſe videtur, quod alienans patrimonium, ad cuius titulum fuit promotus, ad ſacros ordines, minime eſt ſuſpenſus, & idem quidem cenſent Gutierrez, & alij ſupra relati. Et hanc etiam opinionem veram eſſe, & tenendam 8 in iudicando, & conſulendo, exiſtimo contra Medinam, & alios, fateor tamen, pro ipſorum grauiſsimorum doctorum defenſione excogitaſſe, in hunc modum conciliari poſſe ipſorum opiniones, aut enim qui ſic alienauit patrimonium, id fecit ob pactum, vel promiſsionem, tacitam, vel expreſſam interpoſitam ante ordinationem, vt poſtquam fuiſſet ordinatus, illud non peteret, vel etiam ſi donatum, & traditum ſibi fuiſſet, dictum patrimonium renunciaturum, & is quidem proculdubio ſine titulo ordinatur, & eſt ſuſpenſus ab ordine, ex tex. in cap. penult. de Simon. & Papæ indiget diſpenſatione, vt poſt alios tradit Viuald. in dicto titul. de ſuſpenſione num. 27. & in hoc caſu ſi loquatur Medina, eſt vera ipſius opinio, quando vero quis poſt ordinationem retro donat ius; aut patrimonium, quod illi fuit donatum, vel promiſſum, abſquè pacto tamen ante ordinationem facto, nullam incurrit ſuſpenſionem, & in hoc caſu procedit, & intelligitur deciſio dominorum Interpretum Sacri Concilij, Gutierrez, & aliorum, quam diſtinctionem veram eſſe profitentur Nauarr. in Manual capit. 27. numer. 158. Iacob. de Graffis lib. ſecundo deciſ. capit. 97. num. 67. Salzedo in prax. capit. 18. numer. 12. & 13. Emanuel. Rodriguez in Summa 2. part. capit. 15. numer. 5. Lælius Zech. tit. de Sacrament. Ordin. cap. 3. pag. 683. verſ. quod ſi quis, Petrus Alagon in Compend. cap. 27. numer. 158. Ceuallos in pract. quæſt. 527. num. 12. & 13. ergo vel ſic reduci debent ad cõcordiam dicti doctores, vel opinionem Gutierrez veriorem eſſe fatendum eſt contra Medinam, & alios qui illum ſequuntur. Et quamuis in nullo caſu prædictæ diſtinctionis eſſe ſuſpenſum ordinatum, vt verius defendat Ledeſm. in Sum. 1. par. tit. de Sacram. Ordin. cap. 7. ex pag. 849. verſ. *La tercera dificultad es*, non tamen recedendum eſſe à ſuperiori doctorũ diſtinctione, & opinione verius eſſe exiſtimo.

9 Sciendum tamen eſt pro intellectu dicti cap. 2. ſeſſ. 21. minime irritam cenſeri præfatam patrimonij alienationem, abſquè licentia ordinarij factam, ſi ipſe alienans tempore alienationis habeat congruam ſuſtentationem; quia tunc temporis, ſecundum diſpoſitionem Concilij, abſquè licentia ordinarij poterit bona, ad cuius titulũ ordinatus fuit, alienare; quia in hoc caſu, ceſſat ratio finalis Concilij, ibi, ne cogantur mendicare, & ſic debet ceſſare illius diſpoſitio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. cap. cum ceſſante de Appellat. Quam interpretationem confirmant verba Concilij, ibi: donec beneficium Eccleſiaſticum ſuficiens ſint adepti, vel aliunde habeant vnde viuere poſsint. Ita aduertit Flamin. de reſignat. lib. 2. quæſt. 6. num. 16. & 36. Graff. lib. 2. cap. 97. num. 65. verſ. quod intellige, Ceuall. in pract. quæſt. 527. num. 8. & quęſt. 561. ex num. 30. & ſic cum conſtituatur regula in Sacro Concil. Trident. quod bona, ad cuius titulum Clericus ordinatur, non poſsint alienari ſine licentia Epiſcopi, & poſtea ſequatur limitatio, donec ſufficiens beneficium Eccleſiaſticum ſint adepti, ſequitur quod in hoc caſu, non requiritur prædicta licentia, imò ab ipſo Concilio permittitur, cum exceptio debeat eſſe de regula, ex l. cum prętor de iudicialiis enim tam regula tradita in Concilio, quam eius exceptio, idem diſponeret, quod eſſet abſurdum.

10 Huiuſmodi autem patrimonium, ad cuius titulũ quis ad Sacros ordines eſt promotus, gaudet priuilegio bonorũ Eccleſiæ, interim quod non extinguitur per adeptionem beneficij Eccleſiaſtici. Ceball. in dict. quęſt.

concordiam,& veram reſolutionem ad prędicta iura,ſequuntur Alberic. in d.l.fin.n.1. & Bald.ibi n.1.& 6.Paul.de Caſtr.num.2.& Salicet.num.1.in fi.dicens id eſſe receptum, & menti tenendum, quam etiam opinioné tenet Felin.in rubr.de fid.inſtrum.nu.4.Beroi.in cap.nonnulli de reb.Eccleſ.non alienan.n.21.& plures quos referunt,& ſequuntur Matienz.lib.5.tit.10.l.3. gloſ. 14. nu. 2. Spin. in ſpecul. teſtament.in gloſ.18.ex n.75 & Pinel.in l.1.3.p.C.de bon.mater. nu. 18. & 19.qui appellans hanc receptiſsimā opinionem,pugnat contra Alciat.in l.alienationis verbum.ff.de verb.ſignif.dicentem, alienationem proprie appellari ex hypotheca, vel ſeruitute,abſq.tranſlatione dominij.

Aduerſus tamen hanc gloſæ ſolutionem merito inſurgit Pinel.in d.num.19.aſſerens, obſtare contra illam adhuc tex.in d.l.fi. Cū namque loquatur indiſtinctè de omni diſpoſitione legis,vel hominis,vniuerſaliterq. diſponat,comprehendi hypothecam ſub alienatione, non eſt cur improprietur, cum non ita indiſtinctè id affirmaret, ſi proprie alienatio non eſſet. Ex quo ſibi videtur dura deciſio illius legis,tam indiſtinctè loquẽtis,obſtantibus ei multis,tam ex ſupra citatis,quam alijs adductis,à gloſ. & Doctoribus.Nec ſimiliter ei placet,quod ad d. l. 1. C.de fund.dot.reſpondent gloſ. & Doctores, dum intelligunt eam.l. quaſi loquatur tantum de alienatione proprie, & ſtricte ſumpta,cum in materia illius legis, & tituli de fundo dotali,non tantum prohibeatur alienatio cum tranſlatione dominij, ſed etiam ſola hypotheca;vt in prin. Inſt.quib. alien. licet. & in l. 4. ff. de fund. doral. & ideo in d.l.1. dum explicat alienationis verbum, per tranſlationem dominij intelligi debet,vt non loquatur reſtricte nec excludat,quin alio modo alienatio dicatur, tam ex dict.l fin.quam ex alijs iuribus,in eadem materia dictæ legis primæ.

Qua retenta conſideratione, minime etiā admitenda eſt alia ipſorum iurium concordiā,quod ſcilicet alienationis appellatione, in materia fauorabili contineatur etiam hypotheca,& ſic procedat d.l fin.non vero in materia pænali ſtricta,& odioſa, de qua loquitur d.l.1.Quam interpretationem adhibet gloſ.verb. hypothecam in d. l. fin. C. de reb.alien.nō alienan.& ibi Cin.Bald. & alij Couarr.lib.2.var.cap.16.num.7. Molina de primog.lib.1.c.20.num. 16.& in nume.17. qui in huius rei cōfirmationem allegat Bal. in l.voluntas num.11.C.de fideicom.dicentem,quod ſi tractetur de pœna,verbum vēditio ſummi debet ſtricte,ſi vero fiat ſermo de fauore, late accipiendum ſit. Qua ratione emphyteutam locantem ad longum tempus non incurrere in caducitatis pœnam,dixit Bero.in cap.nonnulli nu.32.de reb.Eccl. non alien.Caualin.in Milleloq.213.Pinel.in l.1.3.par.C.de bon.mater.num.64. verſ. illa tamen;nulla ſiquidem adeſt diuerſitatis ratio, vt ſupra ex Pinel. dicebatur, quare in præfata l.fin. C.de reb. alien.non alienand. ampla,quaſi in materia fauorabili,debet fieri interpretatio,in dict.vero l.1.C. de fund. doral. ſtricta, quaſi de re odioſa. Præterea quod exemplum adductum de Emphyteuta locante ad longū tempus irrequiſito domino,vt non incidat in pœnam,non eſt omnino verum, imo contraria opinio ſcribentium conſenſu videtur magis recepta,vt colligitur ex Deci.conſ.203.Iul.Clar.in §.Emphyteuſis quæſt.19.in fi.& in §.feudū.quęſt. 33.Molin.in dicto lib.1.cap.21.ex num.15. & 20.Ant.Gomez in l.40. Tau.nu.84. verſ. ſed his non obſtantibus, Tiraq. de retract. lignag.§.1.gloſſ.14.ex nu.82. Ioan.Matienz. lib.5.recollec.tit.11.l.7.gloſ.1.n.13. Couar. lib.2.var.cap.16.ex num.1.

15 Vnde ego aliter philoſophandum eſſe cenſeo pro ipſarum legum concordia, vt ſcilicet regula illa dictę legis finalis, qua cauetur, eum non poſſe rem pignori, vel hypothecæ dare, qui nec diſtrahere,intelligatur, quādo agitur de ſpeciali alicuius rei pignore,vel hypothæca, tūnc quidē qui rē prohibitam alienari,ſpecialiter obligat,incidit in pœnas prohibitionis;minime vero,quando eam alienat ſub generali bonorum obligatione,in quo caſu procedit deciſio dictæ legis primę C.de fund.doral.& quamuis hanc diſtinctionem probari expreſſe in §. ſi autem creditor in fin.in Authen. de Eccleſiaſt. Reb. non alien. aſſerat Menoch. de Arbitr. caſu 418. num. 13. Mihi tamen elegantiſsime id probatur, ex celebri doctrina Auguſt. Beroij in cap. nulli de Reb. Eccleſiaſt. non alien. num. 22. ſub his verbis: Et hæc confirmo per dict.l.fin.C. de Reb.alien.non alien. vbi ſi lex, vel teſtator, vel contrahentes alienationem prohibeāt, cenſetur etiam prohibuiſſe pignus, & hypothecam ſpecialem,non autem generalem,&c. & paulo inferius dicit, quod dict. l. final. ſolum de

hypotheca ſpeciali loquatur, ſuadetur ex omnibus alijs exemplis poſitis ibi, quæ loquuntur ſolum de his caſibus, in quibus ius in re acquiritur, & transfertur; ergo, & in exemplo de hypotheca, debet intelligi de illa, per quam ius in re acquiritur, & quę eſt magis propinqua pignori, & licet exempla non reſtringant regulam, & verba generalia, quin alia comprehendi poſsint, tamen reſtringunt, vt non comprehendantur maiora, & diſsimilia expreſsis, iux. tex. in l. fi. §. cui dulcia ff. de vino, tritico, & oleo, cap. Sedes de reſcrip. & hinc dicit Gutierrez in lib. 2. pract. quæſt. 115. num. 1. quod in generali obligatione bonorum, non comprehenduntur bona prohibita alienari ſub pœna, ad quod eſt etiam videndus Deci. conſ. 645. num. 9. & plures ad id refert Anton. de Fano in tract. de pignor. 2. membro. 2. par. num. 42. Conarr. libr. 2. var. cap. 16. num. 7. aſſerens, quod ſpecialis hypotheca plus afficit rem, quam generalis, ſeruus ſiquidé ſpecialiter hypothecę obligatus, non poteſt manumitti, ſi vero generalis ſit hypotheca, iure manumittitur, l. 3. C. de ſeru. pign. dat. l. penul. ff. in quib. cau. pig. tacit. contrah. Alex. conſ. 16. vol. 2. num. 4

Ex quibus quæſtioni propoſitæ reſolutiue reſpondetur, quod prohibitus alienare bona, ad quorum titulum fuit promotus, ea ſpecialiter non poteſt obligare ſine incurſu cenſurarum Concilij, bene tamen poteſt ea generaliter obligare, per rationem dictam; cum in generali obligatione non cóprehendantur huiuſmodi bona, ad quorum titulú fuit promotus per ſupradicta.

QVÆSTIO DVODECIMA.

An fideiuſſor Familiaris Sancti Officij Inquiſitionis, gaudeat beneficio, & exceptione fori declinatoria, dicto Familiari reo principali cõpetenti? Quid etiam in fideiuſſore Clerici? & an ij valeant renunciare ſuis priuilegijs?

SVMMARIVM.

1 *FIDEIVSSOR prædictus gaudet fori priuilegio ſuo principali competenti, ſecundum aliquos.*

2 *Exceptiones rei, eius perſonæ cohærentes, proſunt fideiuſſori, quando aliàs inutilis redderetur exceptio, vel priuilegium reo competens, ſecundum aliquos.*

3 *Exceptiones rei competunt fideiuſſori, quando ipſę exceptiones hærent rei, & ſubſtantiæ obligationis; non vero ſi perſonæ obligati adhæreant.*

4 *Fideiuſſor Clerici, ſi ſit laicus, non poteſt vti fori exceptione declinatoria, Clerico reo principali competenti, ſed coram Iudice ſeculari conueniri debet.*

5 *Familiaris ſancti Officij, ſi ſit reus, licet poſſit in ſe ſuſcipere iudicium pro ſuo fideiuſſore, id tamen debet agere coram Iudice ſeculari, vbi fuit iudicium inſtitutum.*

6 *Familiaris ſancti Officij poteſt renunciare ſuo priuilegio, prorogando iuriſdictionem alterius, etiam non requiſito ſuorum ſuperiorum conſenſu.*

7 *Nobilis non poteſt renunciare ſuo priuilegio nobilitatis; vt pro debito Ciuili poſsit in carcere retineri.*

8 *Clericus non poteſt fori priuilegio ſibi competenti renunciare, abſq; Papæ licentia.*

9 *Abbas non poteſt ſine ſui Conuentus conſenſu, renunciare priuilegio exemptionis à iuriſdictione Epiſcopi.*

10 *Priuilegium concernens principaliter fauorem priuatæ perſonæ, bene poteſt ab ipſa renunciari, ſine Iudicis licentia; non tamen ſi ſuperioris fauorem reſpiciat.*

1 FIDEIVSSOREM prędictum gaudere dicto fori priuilego, probatur, quia obligatio fideiuſſoria eſt acceſſoria ipſi principali, §. in omnibus Inſtitut. de fideiuſſoribus. Vnde principali obligatione nô ſubſiſtente fideiuſſoria corruit; ea vero cóſiſtente, naturã, & qualitates præcedentis obligationis induit. Bornig. deciſione 31. num. 5. part. 3. Cum regulariter non poſsit fideiuſſor in duriore cauſam

obligati,

Digitized by Google

obligari, l. Græce §. illud ff. de fideiuſſor. Specul. de compet. Iudicis, additio. num. 26. in fin. Iacob. Cancer. in 2. par. var. cap. 5. nu. 73. lib. 2. com. opin. pag. 41. in fi Ant. Gom. tom. 2. cap. 13. num. 2. Nequè fideiuſsio protenditur vltra contractus naturam, Burſat. conſ. 193. num. 6. Idcirco omnes exceptiones competentes principali, competunt fideiuſſori, l. 2. C. Quæ res pign. l. conſtitutionibus C. de vſur. l. tam mandatori, vbi Bald. C. de non num. pecun. l. omnes ff. de exception. Magon. in deciſ. Florent. deciſ. 110. nu. 3. declarat optimè Farinac. lib. 1. quæſt. 34. ex num. 25. eleganter Gaſpar. Caual. in addition. ad conſil. 28. Ant. de Butr. in liter. E. etiam inuito reo, Pariſ. conſ. 121. vol. 1. nu. 9. quanto magis illo poſtulante? gloſſ. verb. competit in dict. l. tam mandatori, & in l. ſi ſtipularus eſſes, de fideiuſſor. Et multa exempla refert Hippol de Marſil. in tract. de fide iuſſor. ex num. 268. qui ample loquutus eſt, teſte Burſat. cóſ. 193. n. 5 & pulchre Magon. in dicta deciſ. 110. ex num. 4.

2 Imò quod fortius eſt, exceptiones rei, eius perſonæ cohærentes, proſunt fideiuſſori, quando aliàs inutilis redderetur exceptio, vel priuilegium reo competens, veluti quia fideiuſſor ſi ſolueret, repeteret ſoluta à debitore principali; tunc enim reus, ne iacturam patiatur, poteſt in iudicio comparere ſuſcepturus iudicium, tanquam defenſor neceſſarius, vel vt procurator in rem ſuam, ex l. idemquè §. generaliter, & ex l. fideiuſſor §. quidam ff. mandat. tradunt Bar. in l. verum ff. pro ſoc. num. 3. & in l. cum filius §. 1. num. 2. vbi Alexander num. 6. Iaſſ. numer. 4. de verb. oblig. Bart. in l. ſtichum §. quod vulgo num. 2. de ſolution. Bald. in l. quoties numer. 4. C. de precib. Imperat. offer. Rebuff. in tom. 2. tit. de reſtitut. artic. 2. Gloſſ. 3. num. 5. Dueñas regul. 330. num. 3. latè Gutierrez de Iurament. confirmat. part. 3. capit. 15. ex num. 15. aſſerens, huiuſmodi cautelam probari in expreſsis terminis, in dicta l. verum in verſ. videndum, vbi poſtquam dixerat, quod hoc beneficium eſt perſonale, & proinde fideiuſſori non datur, ſubdit: ſed ſi hic fideiuſſor, ſocij iudicium ſuſceperit, proderit ſibi, & ratio eſt, quia defendere, eſt eandem vicem, quam reus, ſubire; lege minor. verſiculo quoniam ff. de Procurator. qui tex. inquit, defenſor mariti in amplius quam maritus facere poſſit, non eſt condemnandus, & ibi gloſſ. in verſ. quam reus ſubire, allegat dict. l. verum §. 1. & alia iura, ex quibus omnibus ſatis colligitur, quod exceptio declinatoria fori competens familiari, debet competere fideiuſſori.

Nec obſtat, ſi dicatur cum communi doctorum opinione, quod exceptio, ex eo quod eſt perſonalis, non competit fideiuſſori, per tex. in l. ex perſona ff. de fideiuſſor. & gloſſ in verbo competit, in dicta l. tam mandatori, nam adhuc ſaltem dici debet, quod reus poteſt iudicium in ſe ſuſcipere, vt tueatur fideiuſſorem, ſi opponat iſtam exceptionem in perſona ſua, licet fideiuſſor, vt fideiuſſor, ea vti non potuiſſet per tex in dicto §. Generaliter, verſ. quod ſi eam, vbi loquens textus in omiſsione exceptionis reo principali competenti, inquit, quod ſi eam, qua reus vti potuit omiſsit fideiuſſor, non habiturum mandati actionem, ſi modo habuit facultatem rei conueniendi, deſiderandiquè, vt ipſe ſuſciperet potius iudicium, vel ſuo, vel procuratorio nomine. Et ibi gloſſ. in verb. conueniendi, exponit, ideſt, denuntiandi coram teſtibus, quam quidem cautelam tenet idem Bart. in dicta l. & ſi fideiuſſor numer. 2. & Paul. de Caſtr. in l. Marcellus colum. 2. poſt medium ff. de fideiuſſor. & tradunt Iafred. Lanfranc. in cent. 1. colum. 17. in volum. 3. commun. opinio. Gutierrez de Iurament. confirmat. 3. part. cap. 15. num. 16. quia, niſi id agere poſſet, iacturam pateretur; quoniam hic poteſt opponere exceptiones falſi contra inſtrumentum, probando per teſtes in iudicio ſeculari: vnde ſi non fruatur fideiuſſor hoc beneficio, ſoluet executiuè, poſteaquè repetet ab eo, & ſic reus fruſtra priuilegium habebit.

3 His tamen minime obſtantibus, contrariam opinionem veriorē eſſe exiſtimo, quia regula, quod exceptiones rei competunt fideiuſſori, procedit in exceptionibus obligationem reſpicientibus, & hærentibus rei, & ſubſtantiæ obligationis; ſecus verò ſi perſonæ obligatæ adhæreant; quia tunc cum perſonales ſint, perſonam obligati, & rei principalis non egrediūtur, ſicque fideiuſſor vti non poteſt illis exceptionibus, l. ſi reus ff. iud. ſolu. l. ſed ſi reſtituat § 1. de iudic. l. exceptiones, quæ perſonæ, de exception. facit l. Priuilegia, & l. in omnibus de regul. iur. l. ex perſona de fideiuſſor. l. ſi ſtipulatus eſſes eod. tit. l. fi. de pact. l. idemq; §. generaliter ff.

 Mand.

Mand.& trad.Ant.Gom.tom.2.var.cap.14.
num.9.Iacob. Cancer in 2.par.var.cap.5.n.
161.Ludouic. Molin.de Iuſt. & iur.diſput.
539.pag.1831. verſ. dixi regulariter, Hip-
pol.tract.de Fideiuſſor.n.267.Roman.ſing.
4 633. & inde fluxit, quod laicus fideiuſſor
Clerici, non poteſt vti exceptione fori de-
clinatoria,Clerico reo principali competé-
ti;ſed coram Iudice ſeculari conueniri de-
bet,Speculat.originaliter in tit. de compet.
Iudicis,addit.num.26. Guid.Pap.ſing.449.
num.2. Afflict.deciſ.206.ex num.1.in fine,
Bouadilla lib.2.cap.18.ex num.246.Baiona
in addit.ad Iul.Clar. §.fin.quæſt.36.num.9.
verſ.item adde, Rom.in dict.ſing.633. op-
time Hippol. Marſil. tract.de fideiuſſor.nu.
311. Quia non obligatur fideiuſſor in durio
tem cauſam,ſed præbet ſe idoniorem facul-
tate conueniendi,vt inquit pulchre Bald.in
dicto numer.18.per iura, quæ allegat Can-
cer in dicto capit.5.numer.73. & per ratio-
nem de qua ſuperius, quoniam perſonales
exceptiones ad alios non transferuntur, ſi-
cuti quæ rei adhærent, vnde ex Bald. refert
Hippol.Marſil.in dicto numer.311. quod ſi
Clericus fideiubet pro laico,tunc ſententia
Iudicis ſecularis non mittetur executioni
contra clericum fideiuſſorem,& dicit quod
lex fin.C.de vſuris rei iudicatæ,intelligitur
quando reus, & fideiuſſor ſunt eiuſdem fo-
ri, vel quando fideiuſſor poteſt prorrogare
iuriſdictionem,quod à Clerico fieri non po
teſt,ex iuribus vulgatis;vnde talis ſententia
non poterit miti executioni contra Cleri-
cum fideiuſſorem.

Sciendum tamẽ eſt, quod licet fideiuſſor
vti non poſsit exceptione perſonali,quę tan
tum reo competit, vt dictum eſt, verunta-
men ſi ipſe fideiuſſor denunciet reo princi-
pali,vt litem in ſe ſuſcipiat,illum defendens
poterit tanquam neceſſarius defenſor fide-
iuſſoris,litem ſuſcipere in ſe, ex Bar.in l.ve-
rum ff.pro ſoc.num.3.& in dict.§.generali-
ter,& in l.Si Procurator §.1.num.1.ff.Rem
rat.hab.& in l. Marcellus num.6.ff.de fide-
iuſſor.& in l.ſtichũ §.quod vulgo ff.de ſolu
tion.cum alijs ſupraallegatis:Ex quibus om
nibus ſatis patet ſolutio ad ea, qua pro pri-
mo argumento in contrarium adducta fue-
runt.

5 Nec ſimiliter obſtat ſecundum fundamẽ
tum, quod poſsit reus in ſe ſuſcipere iudi-
cium pro fideiuſſore,quia fateor,ſed pote-
rit id agere familiaris coram Iudice ſecula-
ri,coram quo inſtitutum fuit iudicium,non
autem poterit euertere iudicium cæptum,
& petere,vt remittatur fideiuſſor ad Tribu
nal Dom. Inquiſitorum; ita enim ſentiunt
omnes adducti in fundamento contrario,
dum dicunt ex cautela Bar.in dict.l.verum.
num. 3. quod reus poteſt comparere in iu-
dicio cæpto contra fideiuſſorem, & eum
tueri,& iudicium in ſe ſuſcipere, ergo corã
iudice fideiuſſoris; alioqui non eſſet iudi-
ciũ ſuſcipere, ſed potius euertere, ſi petere
poſſet,quod remitteretur fideiuſſor ad non
iudicem ſuum, & fori declinatoria rei pro-
deſſet fideiuſſori,quod eſt contra omnia iu-
ra,& doctrinas ſupra relatas.

Cuius ſolutionis ocaſione, nõ inelegãter
in dub.reuocatur,quo in loco,& foro,poſ-
ſit exceptiones perſonales proponere iſte
reus, tãquã neceſſarius defẽſor fideiuſſoris,
litem,& iudiciũ ſuſcepturus,an corã iudice
fideiuſſoris,anvero declinãdo illius forum,
poſsit coram proprio iudice eas propone-
re, & iudicium inſtituere? & verius eſt co-
ram iudice fideiuſſoris ſuper eo agere de-
bere,neq; illius forum declinare,perimere,
aut transferre poſſe, iuxta elegantes textus
in l. venditor de Iudic. & in l. 1. C. vbi in
rem act.& vtrobiquè Bart. Paul.& Bald. &
de Clerico defendente laicum,cui rem ven
didit,probant Bal.in dict.l. venditor,& ibi
Raph. Cuman. num. 2. dicens, contrarium
eſſe iniquum, & iniurioſum actori,pulchrè
Corn. confirmans hãc opinionem, & con-
trariam diluens,in conſ. 79. vol.4. ex num.
12.vſquè in fin.& idem proſequitur Maran
ta diſtinct.11.num.78. & Couarr. in pract.
cap.8.num. 3. & de generali conſuetudine,
& communi Doctorum opinione,atteſtan
tur Boer.deciſ.69. ex num.27. Andr. Gail.
lib.1.obſeru.37.nu.7. Capizius deciſ. 197.
num.7. & plures refert Portoles in ſchol.ad
Molin.in §. Clericus,num.53. Socin.conſil.
91.lib.3.nu.4.quamuis contrariam opinio-
nem tutiorem, & veriorem appellet Dida.
Perez lib.5.tit.2.l.4.pag.143.col. 2. eamquè
ſeruari in ſacro Regio Conſilio Neapolita-
no, & in pluribus cauſis ſecundùm eam de-
ciſum fuiſſe, affirmet Grammat. deciſione
21. ex numero 4.

6 Et eo magis ſupradicta procedũt,cũ ver
ſemur circa perſonã familiaris,qui recte po
teſt ſuo renunciare priuilegio, quod quidẽ
facere poteſt prorrogando iuriſdictionem
alterius, iux. tex. in l. 1. & in l. 2. ff. de iu-
dic.

Digitized by Google

dic. l. ſi conuenerit de iuriſdict. omn. iudi. etiam non requiſito ſuorum ſuperiorum cõ ſenſu, Abb. in cap. ſignificaſti, num 4. de for. comp. quiuis enim poteſt priuilegio fori renunciare, niſi Clericus, dict. cap. ſignificaſti, & c. ſi diligenti, de for. compet. Andr. Gail lib. 1. obſeru. 40. num. 7. & latiſsimè probat Gutierrez de iuram. 1. par. cap. 16. ex nu. 37. Vbi etiam vide, an nobilis poſsit renuncia-
7 re priuilegio ſuę nobilitatis, ita vt pro debito ciuili poſsit detineri in carcere? De quo etiam eſt conſulendus Couarr. in cap. quãuis pactum. 2. par. in init. num. 5. Abiles in prohem. Prætor. in gloſ. 1. num. 27. Ant. Gom. tom. 2. variat. cap. 11. num. 74. & in l. 79. Tau. in princ. latiſsimè plures referens Caual. quæſt. 688. ex princ. optime Didac. Perez lib. 4. tit. 2. l. 1. pag. 788. verſ. quæri poteſt, Matienz. lib. 5. tit. 17. l. 6. gloſ. 2. num. 6. Imò etiam ſi huiuſmodi renunciatio confirmetur iuramento, non valet: quia illa renunciatio, vt pro debito ciuili nobilis in carcerem detrudatur, vergit in detrimentum totius nobilitatis, & in eius dedecus: vnde pacto priuatorum renunciari (etiam iuramento) non poteſt; vt proſequitur poſt alios ſupra Ceballos quæſt. 727. num. 11.

Mihi tamen ſemper placuit vt veriſsima, concordia harum opinionum, quam recenſet doctiſsimus, ac inſignis præceptor meus nunquam pęnitendus, Ioannes Frechilla olim Primariam Salmanticenſis Vniuerſitatis in iure Pontificio Cathedram Regens, in repetit. cap. admonet de renunciat. nu. 24. ad quem recurrito; non enim iſta ſunt præſentis ſpeculationis. Vt autem ad propoſitã quæſtionem noſter conuertatur ſermo, poterit familiaris priuilegio renuntiare, præſertim cum renunciando exemptionẽ, ſubijciatur Regi, regrediaturque ad priſtinum iuris ſtatum, quo caſu, etiam Clericus exemptus à iuriſdictione Ordinarij, & immediate ſubiectus Romano Pontifici, poteſt abſq. Pontificis licentia, priuilegio exemptionis renunciare, vt tradit Felin. in cap. cum acceſsiſſent, num. 6. de Conſtit. Dec. in cap. 1. in. 1. lect. ex num. 85. de iudic. quæ doctrinã omnino notari debet pro intellectu tex. in cap. cum tempore de Arbitr. Apud me tamen ſatis dubia eſt, per ea quæ trad. Abb. in dict. cap ſignificaſti, nu. 11. de for. comp. & in dict. cap. cum tempore, num. 2. Viuald. in Candelab. tit. de Abſolutione, num. 49. Didac. Perez lib. 3. tit. 1. l. 2. pagin. 467. verſ. vtrum autem fori priuilegium, Felin. in Repertor. verb. exempti non poſſunt, Dec. in in cap. 1. in. 2. lect. num. 64. de Iudic. Bald. conſ. 337. num. 4. lib. 4. Rodriguez tom. 1. quæſt. 36. art. 5. verſ. præterea facit, pag. 353. Ludou. Lopez in inſtruct. conſcien. 2. par. cap. 290. pag. 842. verſ. octauo per expreſsã, Felin. in cap. cum olim ex num. 3. de Pręſcription. Quibus in locis allegantur iura, vbi cauetur, fori priuilegio Clericum exemptũ minime renunciare poſſe ſine conſenſu Pa-
8 pæ; quia non tantum ipſius Clerici, ſed etiã eximentis intereſt, ne ſubditus ſuus ab alio iudicetur; quo caſu ſubditus, abſquè conſenſu ſuperioris non poterit ſuam iuriſdictionem prorogare, imò nec etiam Abbas
9 ſine ſui Conuentus conſenſu poteſt renuntiare priuilegio exemptionis à iuriſdictione Epiſcopi; optime Rota deciſ. 22. num. 8. 2. par. in nou.

Circa quod dubium pro vera reſolutio-
10 ne dicendum eſt, quod quamuis regulariter quilibet priuilegio fori ſibi à lege, vel Principe conceſſo renunciare poſsit, ex tex. in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. & in l. 1. ff. ſi quis in ius. voc. & in l. ſi conuenerit, ff. de iuriſd. omn. iud. & in cap. ſignificaſti de for. comp. adeò vt non requiratur conſenſus, vel licentia Iudicis Ordinarij, ſed partium dumtaxat ſufficiat, ex tex. in l. 1. & 2. ff. de iudic. & in l. 1. §. & poſt opetis, ff. nou. oper. nunciat. vbi Iaſſ. nu. 11. nam priuatus conſenſus facit iudicem eum, qui iuriſdictioni præeſt. tex. in l. 1. & in l. priuatorum, C. de iuriſd. omn. iud. Tamen hoc eatenus procedit, ſi priuilegiũ fori principaliter concernat fauorem renunciantis, ſecus verò ſi etiam fauorem ſuperioris reſpiciat; quo caſu, abſquè eius conſenſu, & licentia, renunciatio facta non ſubſiſtit, vt in priuilegijs exemptionũ patet, quibus non poterit quis renuntiare in præiudicium concedentis, iuxta iura, & Doctores ſuperius allegatos. Et trad. Didac. Perez lib. 3. tit. 1. l. 2. pag. 467. verſ. vtrum autem fori, Paul. de Caſtr. conſ. 431. vol. 1. num. 3. verſ. quod autem, Cardinal. conſ. 38. in fin. Ludou. Roman. conſil. 369. nu. 18. & ibi additio in litera O. Felin. in dicto cap. cum olim, num. 3. Andr. Gail. lib. 1. obſeruat. obſeru. 40. ex numer. 3. ſubdens, quod vocatus contra priuilegium, ſi coram alio iudice compareat, & in eius iuriſdictionem conſentiat, ex tali conſenſu partis non prorogatur iuriſdictio in præiudicium

Digitized by Google

dicium Domini facta. Imo dicit Felin. in cap. ad audientiam, num. 17. de præſcription. quod exemptus poteſt ſe tueri ex non completa præſcriptione reſpectu Papæ, licet ſit completa quoad ipſum.

QVÆSTIO XIII.

An in Regno Aragonũ, onus dotandi filias paternum ſit, adeò, quod ſi pater, & mater eis promittant dotem, quæ mater perſoluit, à marito, vel eius hærede recuperet?

SVMMARIVM.

1 *Chartæ ſtandum eſt in Aragonia, & aduerſus eam comie Iurę non admittuntur.*
2 *Pater non compellitur in Aragonia dotare filias.*
3 *Patria poteſtas non datur in Aragonia.*
4 *Parentes in Aragonia poſſunt relictis ſuis filijs quinque ſolidis, eos à legitima & ſucceſſione integra bonorum penitus excludere.*
5 *Lex ſupradicta licita eſt in foro conſcientiæ.*
6 *Dotare filias de iure ad patrem, non vero ad matrem pertinet.*
7 *Patre, & matre promittentibus ſimul filiæ dotem, licet reſpectu generi, vel mariti filię ſint duo rei, tamen pater principalis debitor dicitur, & mater fideinſſor, & ita ſi mater aliquid perſoluit, repetet à marito.*
8 *Pręſumptiones legales à corpore inſtrumenti fluentes, vim probationis inſtrumentalis habent; & dicantur expreſſæ in inſtrumento.*
9 *Lex humana non poteſt eximere parentes ab obligatione dotandi filias, cum dos loco alimentorum ſuccedat.*
10 *Filij poſſunt cogere parentes, vt alimenta eis tribuant, cum iure naturali debeantur.*
11 *Alimenta filijs ſpurijs debentur, & num. 12.*
12 *Dos magis fauorabilis eſt, quam alimenta.*
13 *Pater in Regno Aragoniæ non eſt exemptus ab onere dotandi filias, neque id effici poteſt aliqua lege humana, & num. 17. & 18. & 22. licet non teneatur dotare filios, & quære num. 20.*
14 *Alimenta neceſſaria in ſubſidium vitæ, nõ poſſunt denegari filio, nec lege, nec ſtatuto; niſi forſan crimen ab ipſo perpetratum redderet filium morte dignum.*
15 *Legitima poteſt minui lege, vel ſtatuto, vſque ad quantitatem alimentis neceſſariam.*
16 *Alimenta non poſſunt denegari filiæ minori 25. annis contrahenti cum indigno.*
17 *Alimenta denegantur in caſibus, in quibus licita eſt exhęredatio, ſi cauſæ proueniant culpa filij: ſecus quando facultas exhæredandi prouenit ſine culpa.*
18 *Alimenta magis debita ſunt, quam legitima.*
19 *Intellectus ad obſeruantiam Item mulier, de iure dotium.*
20 *Filiorum appellatione, ex proprietate ſermonis non comprehenduntur fœminæ, ſed ex interpretatione extenſiua, ſecundum veriorem ſententiam, & præſertim in Regno Aragoniæ, licet alij contrarium teneant.*
21 *Maſculinum comprehendit fœmininum, quando eſt eadem ratio in vtroq.*
22 *Legata relicta in teſtamento, in quo filius præteritus eſt, non debentur in Aragonia, licet de iure contrarium procedat.*
23 *Pater in Aragonia non habet arbitrium circa ſubſtantiam legitimæ, quia eam tenetur præſtare, ſed circa quãtitatem, quia tenetur dare, quod ſibi libuerit.*
24 *Dotandi ius, & alendi filios, non ex patria poteſtate, ſed ex ſanguinis charitate oritur.*
25 *Mater ſi ſit diues, patre inope exiſtente, & filio non habente bona, cogitur alere filium, & dotare filiam.*
26 *Frater diues cogitur fratri pauperi alimenta præſtare, & ſorores dotare.*
27 *Pater & mater conſtante matrimonio, ſi dotem filiæ promittant, ſuppoſito quod contraxerint cum conditione, vt bona acquiſita conſtante matrimonio inter ipſos communicentur, debet dos de cõmunibus bonis ſolui, ſecundum aliquos, contrarium tamen tenet auctor, & num. ſeq. in fin.*
28 *Dictio, &, licet regulariter ſoleat vnicuique actum verbi attribuere æqualiter, tamẽ quando copula cadit circa ea, in quibus charitas, vel affectio conſiderari poteſt, tunc deſignat ordinem charitatis, & non ſeparationem.*

CIRCA propoſitam quæſtionem, primo videtur dicẽdum, patrem, & matrem æqualiter teneri ad præſtationem præfatæ dotis, per regulam illam, quod cum duo pariter ſe obligant vtiliter, æqualiter cenſentur obligari. l. reos. §. cum in tabulis, ff. de duob. reis. l. duobus, §. fin. de legat. 1. & extat ad hoc lex expreſſa Regni

gni Caſtellæ, quam refert Did. Perez lib. 5. tit.14.l.2.pag.244.& maxime iſtud videtur procedere fauore dotis, cuius cauſa præſumitur donatio.l. vni. §. accedit, C. de Rei
1 vxor.act. Et præſertim in Aragonia, vbi ſtãdum eſt chartæ, & aduerſus ipſam non admittuntur coniecturæ, ſecundum tradita ab Auguſt.Beroi.conſ.120.vol.2. num. 9. Roland.conſ.51.volu.3. ex num.13. Latiſsime doctiſsimus Petrus Ludou. Martinez Cenedo Aduocatus huius Regni acutiſsimus, ſuaquè tempeſtate nulli ſecundus, in Allegat. pro cauſa de Quinto ex num.40.& ex num. 179.& pulchre in 2.reſpon.pro eadem cauſa tradit Ludou.Caſanate in 4.art.ex n.298. & ex nu. 306. ex pag.134.eleganter literis, & prudentia inſignis, omnibuſq. amicitiæ legibus mihi coniunctiſsimus Doctor Didacus à Morlanes in eadem cauſa in.1.art. ex num. 264. verſ. prima ratio, per ea quæ cumulat erudite idem Caſanate ſupra ex numer.303. & in allegation.eiuſdem cauſæ ex num.571. Vnde cum in inſtrumento contineatur, patrem, & matrem promiſiſſe dotem, videtur obligatos eos eſſe æqualiter ad ipſius ſolutionem, nec vxorem à marito, vel eius herede, poſſe recuperare quod ipſius inſtrumenti cauſa perſoluit.

Secundo, id etiam confirmatur, quia quã uis de iure fateamur, onus dotandi filias ad patrem, non verò ad matrem pertinere, ex l.qui liberos, ff. de ritu nupt.l. fin.§. vtrãq. C. de dot. promiſſ. id tamen non procedit
2 in hoc Regno, vbi pater nõ compellitur dotare filias, vt probat expreſſe Obſeruan.50. incip. Item mulier in tit.de Iure dot.in illis verbis, filij non poſſunt compellere patrem ad dotandum eoſdem, per quem textum id tenet ibidem Portol.ex num. 4. & in Schol.
3 ad Molin.in §.dos.num.2.cuius rei eam aſſignat rationem in dicto num.4. nam pater non tenetur dotare filios, quos in ſua poteſtate non habet. Cùm igitur in hoc Regnò non habeamus patriam poteſtatem, nec filij ſint ſub parentum poteſtate, vt tradunt Molin.in Repertor.in §.pater non habet filios ſub ſua poteſtate, vbi Portol.num.2. & in Scholijs ad §.filius, num.18. videtur dicẽdum, patrem ad eos dotandum cogi non poſſe, ſicquè matrem quę ſe obligauit cum eo, pro ſolutione dotis filię, ſaltem pro virili, teneri ad eius ſolutionem, nec pro marito interceſſiſſe, neque ſimiliter animo repetendi quod ſoluiſſet, dotem promiſiſſe iudicandum eſt; cum hæc omnia ceſſent, vbi onus dotandi, non magis paternum, quàm maternum extat.

Vltimò id probatur, ex illa ampliſsima fa
4 cultate, quam parentes habent in hoc Regno, diſponendi ad libitum de bonis ſuis: receptiſsimum ſiquidem eſt, poſſe parẽtes, quinq. ſolidis ipſis filijs relictis, eos à legitima, & ſucceſsione integra bonorum penitus excludere; hæcquè conſuetudo originẽ habuit à for.1.de teſtam. Ciuium. ibi, quan-
5 tum eis placuerit. Quæ lex, & conſuetudo iuſta eſt, & licita in foro conſcientiæ, vt tradunt Nauar.in Manual.cap.26.num.38. Alphon.Caſtr.de leg.pœn.lib.2.cap.11. Sarmiẽto lib.2.ſelect.cap.14.num.6. Henriq.tom. 2.lib.11.cap.6.num.2. Emanuel Rodrig. in ſum.tit.1.cap.13. num.2. Berengar. Ferdinand. in cap. 1. de matrimonio ad Morganicam contracto, in prohem.num.11. verſ. ſecunda circunſtantia, Alphon.Vega.2.par. cap.22.caſ.3.verſ. *Verdades*, Portoles in §.teſtamentum.num.45.& quos retuli in 2.par. Collect.168. numer.16. Cum igitur in hoc Regno, pater non teneatur præſtare legitimam filiabus, ex conſequenti non tenetur præſtare dotem, quæ eius loco ſuccedit. l. quoniam nouella, C.de Inoffi.teſtam.& plures allegant Molin.de primog.lib.2. cap.15. num.2. Tiraquel.in l.ſi vnquam, in verb.ſuſceperit liberos ex num.112. & idcirco, cum pater in hoc Regno dotare non teneatur, ceſſat ratio, ob quam Doctores dicere poſ-
6 ſunt, patre, & matre dotem promittentibus, matrẽ intercedendi animo ſe obligaſſe: quoniam, vt aiunt, onus dotem conſtituendi, ac proinde negotium integrum ad patrẽ ſpectat. Quamobrem ceſſante ratione illius reſolutionis in Regno, aſſerendum eſt, patrem, & matrem ſimul dotem filię promittẽtes, vel pro virili, iuxta dictum, §. cum in tabulis, vel in ſolidum; ſi ita obligati ſunt, conueniri poſſe, & neminem eorum ius habere repetendi ab altero, quod perſoluit.

Sed prædictis non obſtantibus, contrariã opinionem arbitror de iure veriorem eſſe. Cum enim onus dotandi filias paternum ſit, materque cenſeatur conſtituiſſe dotem, animo eam repetendi à marito, vt in terminis tradit ex Bal. Nouell. deciſ. Pedemont. 44.nu. 7. In cuius confirmationem, aliquas receptiſsimas concluſiones ſubijciam.

Prima. Cum duo pro virili, vel in ſolidũ ſunt obligati, ab eo, in cuius fauorem obli-

gati ſunt, ſine vlla diſtinctione conueniri poſſunt; quoniam eius reſpectu,principales debitores ſunt; at verò inter ipſos quilibet tenetur, quatenus negotium ad ipſum attinet, ita vt alter fideiubendi animo interceſſiſſe dicatur, & idcirco ſi vtilitas integra ipſius negotij, vel integrum negotium ad alterum ex reis pertinuerit, alter vt fideiuſſor ſui correi cenſendus eſt. Vnde ſi à creditore conueniatur, quidquid exſoluerit, à ſuo correo repetet, cum eius fideiuſſor extiterit. Ita tradit Bart. videndus in l.reos, num.1. C.de duob.reis, & ibi Ang. Aret. & Imol. per tex. in l.vir vxori,§.cum mulier, ff.ad Velleianũ l. Iulianus, §. item ſi duos ad Macedon. & tradunt Cremenſ.ſing. 39. incipienti in eodem, Marſil.ſing.2. Tiraquel. de retr. lign.§. 31.gloſ.1.num.8. Paul. de Caſtr. conſ. 331. vol.1.num.1. Aymon.conſ.77.nu.3. & conſ. 91.num.2. Roland. conſil.64. volum. 1.numer.5.

Secunda. Onus dotandi filias, regulariter de iure ad patrem, non verò ad matrem pertinet, ex d.l. qui liberos, ff.de ritu nupt. l.fin.C.de dot.promiſſ. & vtrobiq. ſcribentes, Ripa.in l.1.ff.ſolu.matr.nu.54. & tradit Tiraquel.de primogen.quæſt.62.in princip. Spino in ſpecul.teſtam. gloſ. 10. principali. num.36. Alciat.reg.1.præſumpt. 26. num. 4. Menoch.lib.4.præſump.189.num. 6. & 23. verſ. ea ratione, iuncto.nu.27. Molin.tract. 2. diſputat.424. poſt princip. & in proprijs terminis id decidunt expreſſe Crauet. conſ. 77.ex princip. Roland.conſ.64. vol.1. nu.6. per rationes, quas recenſet Menoch.conſil.
7 370.num.2. Ex quo fit, patre, & matre dotẽ promittentibus ipſi filię, licet reſpectu generi, & ipſius filiæ, duo rei ſint effecti, ita vt conueniri poſſint, & ab eis exigi, vel pro virili, vel in ſolidum, iuxta qualitatem ipſius obligationis, tamen inter ſe pater principalis debitor dicitur, & mater fideiuſſor; quoniam intercedendi animo obligata cenſetur; cum integrum negotium dotandi ad patrem pertineat; ideoquè vxor propriè fideiuſſor dicitur, cum pro mariti obligatione interceſſerit. Vnde ſi vxor aliquid perſolueret, poſſet à marito, vel eius hęredibus repetere; quoniam repetendi animo ſe ipſam obligaſſe, communis ſcribentium cenſura profitetur, teſtantibus id Bal. Nouello in l.1. ff.ſol.matr.num.82. & in tract. de dote, 6.par. priuileg. 3. quem ſequuntur Ronchegall. in l.reos num.35. & in l.15.num.20. ff.de duobus reis, optime Aymon vidẽdus in conſ.77.ex num. 2. Menoch.de Arbitrar. caſu 88.num. 45. eleganter Rolan. conſ.64. vol.1.num.6. Palat. Rub. in repet. rubr. §. 66.nu.12. Deciſ. Pedamont.44.ex princip. qui omnes aſſeuerant, marito, & vxore dotem genero, & filiæ promittentibus, vxorem tanquam fideiuſſorem animo repetendi interceſſiſſe, ſicquè conſequi poſſe à marito, quod ſoluit; ex quo totum negotium ſpectabat ad ipſum. Fauet etiam Paul de Caſtr. conſil.96.vol.2. in fin. quem ſequuntur Alciat.conſ.153.num.3. & Ruin.conſ.171. vol. 1.ex num.2. Et adeo verum eſt, quod tenetur pater filiam dotare, quod ſi mater ipſa dotauit, poterit à patre repetere dotem, per actionem negotiorum geſtorum; ex quo onus dotandi non ſpectabat ad ipſam, ſed ad patrem, vt prob. Palat. Rub. in reper. cap. Per veſtras, notab.3.§.14.num. 9. vbi plura pulchre cumulat in confirmationem huius concluſionis per totum, §.14. ſubdens etiã, quod pater cenſetur dotare filiam de proprio, etiam ſi dicat, dare de bonis proprijs, & filię, quod etiam affirmant Surdus de alimentis, tit.6.quæſt.7.num.50. Alciat. reg.1. præſump.26.ex princip. Rip. in l.1.num. 89. ff. ſol.matri. id tamen optime declarat Ant. Gom. in l.51. Taur. num.21. & 22. & Rip. ſupra ex nu.91. Molin. tract.2. diſputa. 424. verſ. quartum eſt, col.1122. latè Maſcard.cõcluſ.1150.ex num.3.

Sed quia hanc quęſtionem difficilem reddunt argumẽta propoſita, id eo ipſis ſatisfaciendum eſt. Ad primum igitur dicendum eſt, non obſtare, quod pater, & mater pariter obligantur; quoniam licet id verum ſit, reſpectu illius, in cuius fauorẽ obligati ſunt inter ipſos tamen quilibet tenetur, vt ſuperius dicebatur, quatenus negotiũ ad ipſum attinet, & mater in dubio præſumitur obligari, & contrahere, vt ius diſponit. l.ſed niſi, & ibi gloſ. ff.de Iur. dotium. l.curatoris, §.fi. ff.de Adminiſtr. rer. ad Ciuit. pertinent. Et tradunt Paul. de Caſtr. conſ.371. volum.2. num.3. & conſ.271. vol.1. num. 2. quos ſequitur Crauet. conſ.77. num.9. cenſebiturq. ipſum conformaſſe intelligentiam verborũ ſuorum, cum intelligentia verborum iuris, Decian. conſ. 1.num.124.vol.2. Ancharran. conſ.126.ad fin. Pancitol. conſ.59. num. 33. Simon de Prætis, lib.3. interpret.3. dubitat. 2. ſolut.2.num.25.pag.185. Et taciti, & expreſſi idem debet eſſe iudicium, l.item quia ff.de

ff. de Pact. l. triticum, ff. de verb. oblig. præſertim quando ea ſunt ex natura cõtractus, quia pro expreſsis habentur, cum cenſeantur à partibus excogitata; vt latè poſt alios tradit Morla 1. par. tit. 8. quæſt. 24. num. 13. & 14. Vnde cum ius diſponat, quod patre ſoluendo exiſtente, cenſeatur mater ſe obligare animo repetẽdi, præſertim cum ipſum onus dotandi filias ad patrem, & nõ ad matrem regulariter pertineat, ſequitur dicendum, matrem poſſe repetere à marito dotẽ ſolutam.

Nec obſtat, quod illud non contineatur in ſcriptura, & in hoc Regno ſtandum ſit chartæ, & quod coniecturæ admittendę non ſunt, vt poſt alios vbi ſupra refert plura cumulando doctiſsimus Ludou. Caſanate in Allegat. pro Baronia de Quinto ex nu. 565. & ſic cum in inſtrumento contineatur, patrem, & matrem promiſiſſe dotem, videtur eos æqualiter obligatos eſſe, ſicut inſtrumẽtum continet, nec repetitioni locum eſſe, cum id non contineat ſcriptura: quoniam hoc procedit reſpectu ipſius creditoris, cui pater, & mater obligati principaliter ſunt, vt tradit Aym. in dicto conſ. 77. num. 2. & 3. & alij vbi ſupra, hoc enim eſt, quod inſtrumentum continet: reſpectu verò patris, & matris inter ſe, dicere, & aſſerere, quod negotium ſpectauerit totum ad vnum, & quod alter ſe obligauerit animo fideiubendi pro aliena obligatione, hoc non eſt contra chartam, neque contra obligationem duorum correorum, vt inquit Barr. in dict. l. Reos, ff. de duobus reis, num. 1. quem ſequitur Paul. de Caſtr. ibi nu. 4. Neque contendi poteſt, non eſſe expreſſum in charta, quod mater animo fideiubendi interceſſerit, quoniam cum iſta ſit præſumptio legis, fluens à materia in charta contenta, quæ vult matrẽ obligantem ſe ſimul cum patre ad filiam dotandam, animo fideiubendi cenſeri obligatam, certum eſt, iſtas præſumptiones legales, à

8 corpore inſtrumenti fluentes, probationis inſtrumentalis vim habere; neque tacitum dici poſſe, quod per illas probatur, ſed expreſſum in inſtrumento. Tiraquel. in l. ſi vnquam in verb. donatione largitus, nu. 159. C. de reuoc. don. Rolan. de lucr. dot. quæſt. 76. num. 23. Belaſco de iur. emphit. quæſt. 7. num. 33. Ioan. Aſsiuens. in ſua prax. fol. mihi 230. Beroi. quæſt. 90. num. 9. aſſerẽtes, quod licet ſtatutum requirat probationes inſtrumentales, nihilominus ſufficit præſumptio, quæ ex ipſo inſtrumento oritur. Eſt ſiquidẽ præſumptio legis liquidiſsima probatio. gl. & Bal. in l. ſi tutor, C. de peric. tutor. & contrahentes præſumuntur etiam ſe velle conformare cum diſpoſitione legis cõmunis, l. hæredes mei. §. cum ita ad Trebell. & faciũt ſuperius allegata. Vnde cũ præſumptio illa ſit legalis, fluens ex dicto inſtrumento obligationis, omnino admitti debet, eò præſertim, quod cum fori Aragonum ſint ſtatuta, quandocumquè diſponunt in materia iuris communis, recipiunt ampliationes, & reſtrictiones iuris communis, vt trad. ſapientiſsimus Bardaxi in foro 1. de Pręlat. Religioſ. &c. nu. 12. fol. 18.

9 Pro ſolutione autem ſecundi argumenti ſciendum eſt, quod nulla humana lex poteſt parentes eximere ab obligatione dotãdi filias, quoniam eum dos in alimentorum locum ſuccedat, ſecundum veriorem ſententiam, vt tradunt Salicet. queſt. 4. Corn. nu. 2. Curtius num. 131. in l. vni. §. ſin autem C. de Caduc. tollen. Palat. Rub. in repet. c. Per veſtras notab. 2. nu. 18. Tiraq. de ceſſante cauſa limit. 22. num. 9. per tex. in l. Dotis fructus §. ſi vſusfructus. ff. de Iure dot. & tradunt Abb. in c. Cum haberet nu. 5. de eo qui dux. Surdus de Aliment. tit. 1. quæſt. 10. num. 19. optime Tiraq. dẽ primog. quæſt. 62. num. 5. Surd. tit. 8. priuileg. 56. num. 10. & pulchre tit. 9. quæſt. 1. num. 14. Bal. conſ. 21. volu. 3. & num. 1. in fin. & in conſ. 456. vol. 5. numer. 1. Sicut alimenta de iure naturali debentur ipſis filijs, ita vt nulla humana lege, vel ſtatuto

10 parentes eximi poſsint ab huiuſmodi præſtatione; imò in vtroq. foro poſſunt filij parentes cogere, & compellere, vt alimenta eis tribuant; cum iure naturali eis debeantur. c. Cum haberet. de eo qui dux. in matr. per quem rex. tradunt ibi omnes ſcribentes & Deci. conſ. 611. num. 5. Conar. in 4. 2. par. cap. 8. §. 6. nu. 4. & 6. Maticnzo lib. 5. titu. 8. l. 8. in gloſ. 1. num. 27. & in tit. 7. l. 2. gloſ. 1. num. 3. copioſe Portol. in §. alimenta. n. 35. Molina de Primog. lib. 2. cap. 15. nume. 42. opt. Rojas cap. 21. ex nu. 2. Surd. de Alimẽ. tit. 1. quæſt. 1. num. 5. Gutierrez lib. 3. pract. queſt. 60. ex num. 8. Surd. tit. 8. priuileg. 56. num. 22. Ducñas reg. 366. ampliat. 3. & 367. limit. 5. Euerard. loco 29. de aliment. ad dor. Quod adeo verum eſt, vt quamuis Ius Ciuile decernat alimenta ſpurijs deneganda eſſe, auferatq. parentibus facultatẽ illa præſtandi, vt hoc freno ab illicitis complexibus

bus arceantur. Auth. ex complexu. C. de In-
11 ceſt. nupt. veruntamen alimenta illis præſtā-
da ſunt, ex æquitate canonica, iure naturali
ſuffulta, quæ in vtroq. foro ſeruanda eſt, vt
notatur in dicto cap. Cum haberet, quoniā,
vt inquit Bald. in conſ. 456. volum. 5. nu. 10.
quem referunt, & ſequuntur Ripa. in l. 1. ff.
ſol. matrim. nu. 66. in fin. & additio. ad Mat-
thęſilanum ſing. 146. num. 3. non debuit Ius
ciuile tantum caſtitatem amare, quod pieta
tem naturalem deſtrueret, & penitus euer-
teret. Itaquè ſicut ſtatuto nullo fieri poteſt,
vt pater non teneatur alimenta filijs præſta
re, vt per Matienzo in d. l. 8. gloſ. 1. num. 24.
& 27. Surd. in d. quęſt. 1. numer. 5. ita nullo
ſtatuto, aut lege humana fieri poteſt, vt pa-
ter ab onere conſtituendi dotem filiæ exi-
matur; vt tradunt Dueñas, Euerard. & alij
vbi ſupra in dict. cap. Cum haberet, & Bal.
conſ. 21. vol. 3. num. 2. Crau. conſ. 189. nu. 2. &
3. quia cum dos ſuccedat loco alimentorū,
non eſt minus fauorabilis, quàm ſint alimē
ta; Deci. conſ. 611. num. 5. Abb. conſ. 50. lib.
2. num. 2. Roland. conſ. 74. vol. 1. numer. 44.
12 imò magis fauorabilis dos dicitur, Tiraq.
de primogen. quęſt. 62. num. 5. Surd. tit. 9.
quæſt. 1. num. 2. Et ſic videmus, quod licet fi-
lia habeat bona propria, ex quibus poſsit
ſe dotare, & ſe alere, pater tamen, ſi diues
eſt, tenetur eam de ſuo proprio dotare, vt
probatur in l. fin. C. de Dot. promiſ. & tamē
non tenetur eam alere de ſuo, ſi ipſa habeat,
vnde ſe alat, vt probat Alexand. conſil. 169.
vol. 7. num. 4. Tiraquel. in dict. quęſt. 62. nu.
14. Et idcirco in filiabus ſpurijs, & inceſtuo
ſis, locum ſibi vendicat; ipſis inquam loco
alimentorum, tenetur pater dotem conſti-
tuere, ex Ripa vbi ſupra num. 67. Marthe-
ſil. ſing. 146. vbi optima additio, ex num. 1.
Deci. in dict. conſ. 611. num. 5. Rolan. in d.
conſ. 74. ex num. 39. & 43. optimè Couarr.
in d. §. 6. ex num. 11. Matienzo lib. 5. tit. 8. l. 8.
in gloſ. 1. num. 32. ex doctrina Bar. in l. fin.
ff. de ijs quib. vt indig. & in Auth. ex com-
plexu num. 4. C. de Inceſt. nupt. & in l. Mæ-
uius. §. duobus, num. 18. ff. de legat. 2. à natu
ra enim impelluntur homines, vt eos, quos
genuerunt, ament, & nutriant. Et non in
educatione, vel in pręſtatione alimētorum,
aut dotis, ſed in generatione ineſt peccatū,
& in educatione meritum, ideſt actus pie-
tatis iuxta tex. in cap. paſce 86. diſtin. & in
cap. naſci, 56. diſt. naſci, inquit, de adulterio,
non eſt eius culpa, qui naſcitur, ſed illius,
qui generat. Vnde meritò ipſis debentur
alimenta; vt latiſsimè plura allegando dixi
in 2. par. Collect. 168. num. 5. traditquè etiā
Portol. in §. alimenta, num. 29. latè Rojas
de ſucceſ. cap. 21. ex num. 19. Ideo dicebat
pulchrè Ioan. Baptiſta de Sancto Seuerino
in Auth. ſi qua illuſtris, C. ad Orfician. nu.
67. quod dicere contrarium, eſſet vna ſum-
ma crudelitas; quia ſecundùm Deum, & ſe-
cundū mundum, vt ipſe ait, pater non ob-
ſtante ſtatuto, tenetur dotem ipſę filiæ con-
ſtituere, ne cogantur pauperes puellæ, vt in
quit, vir ille pius, & doctus, in progenitorū
verecundiam meretricari. Quòd ſi ius ciuile
in caſtitate (quam Angeli, & Deus ipſe ar-
denter amant) ſtabilire non potuit, vt pater
alimenta, & dotē ſpurijs, & inceſtuoſis præ-
ſtare non teneatur in vtroquè foro; quantò
minus ſtatutum vllum efficere potuit, vt pa
ter à pręſtatione alimentorum, & dotis, reſ-
pectu filiarum legitimarum eximatur? Eſſet
enim lex odioſa odio rationabili, iuxta ea,
quæ tradit Gabr. in com. opin. lib. 6. tit. de
verb. ſignif. concluſ. 6. nu. 74.

13 Ex ſuperiori reſolutione infertur prior
ſolutio veriſsima, & receptiſsima ſuperio-
ris difficultatis, nempe eſſe impoſsibile, pa-
rentem in hoc Regno ab onere dotandi fi-
lias eſſe exemptum, & immunem; cum nulla
humana lege id effici poſsit, adeò, vt etiam
ſi Foris, & obſeruantijs noſtris expreſsè id
caueretur, prædictæ leges tanquam reatum,
& mortale crimen inducentes, neq. in Ec-
cleſiaſtico foro, neq. in ſeculari ſeruandæ
forent, vt dicunt Doctores ſupracitati, & in
dicto cap. cum haberet, ſed in vtroque fo-
ro pater obligatione. l. Qui liberos, ff. de ritu
nupt. adſtrictus maneret. Matien. poſt alios
in d. l. 8 gloſ. 1. ex num. 3. Neque his obſtat,
ſi dicatur, patrem poſſe filiæ ſpuriæ alimen-
ta denegare ex cauſis, quæ ad eam exhære-
dandam ſufficiunt, gloſ. in verb. detulerat,
in l. ſi quis à liberis. §. idem iudex, ff. de liber.
agnoſc. & in l. vlt. in verb. promerueris. C.
de Alend. liber. Abb. in dict. cap. Cum habe-
ret, num. 10. Cremenſis ſingul. 19. Gerard.
ſing. 1. Rojas de ſucceſ. cap. 22. num. 10. &
relati à Morla 1. par. tit. 1. in princ. num. 35.
quia reſpondetur ex Couar. in 4. 2. par. cap.
8. §. 6. num. 8. & 17. & Matienzo in dict. glo.
1. num. 29. Molina de primog. lib. 2. cap. 16.
14 num. 2. dicentibus alimenta, quæ ſunt præ-
ciſſe neceſſaria in ſubſidium vitę (ne forte
filius fame pereat) denegari non poſſe, nec
lege

lege , nec ſtatuto , niſi fortè crimen ab ipſo perpetratum redderet filium morte dignũ; tunc enim bene poſſet priuari ipſe filius alimentis,etiam ad vitę ſubſidium neceſſarijs, nec mirum, cum morte veniat puniendus; aliter verò minime poterit ipſis alimentis neceſſarijs ad vitam priuari, Molin. tract.2. diſputat.168.in fin.verſ. illud poſtremo , & in diſputat.176.verſ.ex quibus cauſis , vt in ſimili id notant Doctores,dum quęſtionem illam exagitant: An legitima in totum poſ-
15 ſit ſtatuto, legevè tolli,aut minui? Aſſerentes vſquè ad quantitatem alimentis neceſſariam minui poſſe,aliter verò nõ,vt per Sarmiento lib.2.ſelect.cap.14.num.6.verſ.hæc autem:Ant.Queſada diuerſarum quæſt.iuris cap.16.num.18.verſ.quam tamen , Couarr. in 4. 2.par.cap.8.§.6.numer.4. Mantica de coniect.lib.12.tit.22.num.41.verſ.& quidẽ, Ludo.Molin.lib.2. de primog. cap.1. num. 16. Alciat.reg.1.præſumpt.8.verſ. intellige tamen,Molin.in tract.2.diſput.177.colum. 1062.verſ. præterea quoniam,Didac.Perez lib.5.tit.2.l.1. pag. 129. Ioan. Gracian reg. 436.ex num.1.

16 Ex quo infertur cum Palat. Rub. in rep. c. per veſtras, notab.3.§.13. quod quamuis dubium ſit in iure , an filia minor.25. annis contrahens matrimonium cũ indigno , poſſit exhęredari. (Et forte leges facultatẽ patribus concedentes exhęredãdi filias in hoc caſu iuſtiſsimæ eſſent,ad reprimendam virginum audaciam, quę nuptiarum cupiditate miſere decipiuntur , atrociſsimam iniuriam vniuerſę ſuę familię inferentes,) indubitati tamen iuris eſt, ipſam filiam nõ poſſe dote,& alimentis priuari ; quod etiam tradit Surd. de aliment. tit.1.quęſt.6. num.17. & 24. Neuizan. in ſylu.nupt.lib.2. num.36. late Molin.lib.2.de primog.cap.16.ex num. 4.& 15.Cap.Tholoſ.deciſ.29.in non.ſaltem ad vitę ſubſidium neceſſarijs ; eã ſiquidem impoſsibile eſt,auferri filijs , cum etiam inceſtuoſis debeantur à lege naturali; vt vltra alios ſuperius allegatos , refert Queſada in dict.num.18.verb.alimenta, Surd.in d.tit.1.
17 quæſt.1.ex princ. & ſimiliter ex Surd. tit. 8. priuileg.33.in fin.reſpondetur, eam regulã, quod alimenta ex omnibus cauſis denegentur, ex quibus licita eſt exhæredatio,procedit,quando cauſæ proueniunt culpa filij,ſecus quando facultas exhęredandi prouenit ſine culpa, vt videmus in fratre , qui poteſt exhęredari à ſuo fratre ſine cauſa, & tamen ei agenti non poſſunt denegari alimẽta. Et hinc eſt, quod alimenta non poſſunt à lege tolli,nec pater poteſt diſpenſare,aut efficere, quod filij ſpurij nõ alantur, Surd.de aliment. tit.8.priuilegio 85.nu.8. & 10.

Secundò etiam reſpondeo argumentis ſuperius adductis, legumlatores noſtros , vt pientiſsimos,& catholiciſsimos , nequaquã ſtatuiſſe, patres adſtrictos non eſſe ad dotẽ præſtandam filiabus; eſſet enim hæc lex aduerſus naturale ius, vt ſuperius dictum eſt, & cum Chriſtiana charitate ſummè pugnaret,filios enim necare diceretur,denegando alimenta,l. necare, ff. de lib. agnoſc. Tiraq. de pœn.cau.44.num.66. & quod ſit anathema,dicunt Archid. in c. ius naturale.1. diſt. Surd.in d.quæſt.1.num.3. & Menoch.lib.4. præſumpt.191.nu.16. Rojas de ſucceſ. cap. 21.num.22. Et idcirco non reperitur Foris cautum , patres ab hoc munere eſſe exemptos; & quamuis Foro 1.de teſtam.Ciuium ſcriptum ſit,quod patres quantum ſibi placuerit, filijs relinquant , nequè ipſi filij amplius quidquam à parẽtibus exigere poſsint, referendum quidem eſt ad legitimam,& ad omnia ea, quę iure ſucceſsionis filij exigere poſſunt;ſucceſsiones enim,& legitima,cum de iure ciuili fuerint inſtitutæ, vt patet ex l. lege duodecim tabularũ,C. de legit. hæred. ibi,qui vnam conſonantiam , vbi Bal. dicit, quod omnes ſucceſsiones de mũdo ſunt de iure ciuili: & idem probat.§. 1. in Auth. de trien.& ſemiſ.ibi, in parte debita , vbi gloſ. exponit,ſcilicet de iure communi Imperatorio, vbi dicit Bart. eſſe caſum expreſſum, quod legitima debeatur filijs de iure ciuili, & ſic,per aliam legem ciuilem recte adimi, vel limitari poteſt,argum.l.nihil, ff. de reg. iur. Alphan. num. 614. per tradita ab Alex. conſ.134.vol.6.ex num.10.Couarr.in 4. 2.p. cap.8.§.6.ex num.4.in fin. Matien.lib.5. tit. 7.l.2.in gloſ.1.numer. 3. Surd.tit.9. quęſt.2. numer. 5. Mantica lib.12. titul. 22. numer. 41.

18 Veruntamen ex eo inferendum non eſt, filias fuiſſe excluſas à iure petendi dotem; quoniam lex, vel ſtatutum excludens fœminas à ſucceſsione , licet à iure petendi legitimam,quę iure ſucceſsionis defertur, ſubmoueat, non tamen à iure exigendi dotem, & alimenta ipſas priuat, vt tradunt in terminis Bal.in dicta l.nequè mater, C. de iur. dot. Bal. Nouel.de dote, 6.pat. priuileg.17 verſ.meritò, Molina de primog. lib.2. c.15. num.

Digitized by Google

num.78.optimè Surd.tit.5.quæſt.1.num.7. pulchre Alciat.reg.1.præſumpt. 8. verſ. intellige tamen,elegãter Surd.de aliment. tit. 9.quæſt.38.num.7.& tit.8.num.4. quæſt.33. ſubdens,quod debitum alimentorum,& dotis,non regulatur eo modo, quo ſucceſsio, vt patet in ſpurijs,quibus,vt ſuperius dictũ eſt,alimenta debentur,& tamen non eis debetur ſucceſsio ab inteſtato, & licet dicatur, quod legitima ſuccedit loco alimentorum,tamẽ no bene infertur de vno ad aliud; videmus enim fratri alimenta deberi, & tamen ei non debetur legitima, niſi inſtituta turpi perſona.§.primum in Auth.de hęred. & falcid.& notatur,in l.fratres,C.de Inoffi. teſtam. vnde fauorabilius eſt ius alimentorum, quàm ius legitimę, & ſic qui excluſus eſt à legitima, etiam ſua culpa, non per hoc ab alimentis excluditur,vt not.Titaquel.de primog.quæſt.62.num. 16. & quod non valeat argumentum de legitima ad alimenta, probat latiſsime Surd. tit.9. quęſt.2. ex numer. 3.

Nequè his pugnant quæ adducta fuerunt
19 in 2.argumento ex obſeruantia,Item mulier de Iur.dot. vbi habetur, patrem non poſſe compelli ad dotandum filios,quoniam contrarium tenet Molin.in Repert.in verb.dotare an pater,fol.113.ſubdens, dictam Obſeruantiam loqui de filijs,& nõ de filiabus; quaſi velit ſignificare,filias non eſſe excluſas per ipſam Obſeruantiam à petitione dotis,
20 cum filiorum appellatione, ex proprietate ſermonis non comprehendantur fœminæ, ſed ex interpretatione extẽſiua,iux. l.Quiſquis,ff.de ver.ſignifi.& tradunt Roland.cõſil.93.volum.2.num.14. Portol.§. filius, nu. 35.Ioan.Gracian.reg.209.numer.15. Alba. conſil.29. numer. 4. lib.1. Sphorcia Peruſin. conſ.6.num.7.Ant. Gabr. lib. 6. com. opin. tit.de verb.ſignif.concluſ.6.nu. 39. Matien. lib.5.tit.1.in gloſ.1.rubricæ,ex numer. 140. in fin.& in tit.14 l.2.gloſ.3. ex princip. Tiraquel.de retract.linag. §.1. gloſ.9. ex num. 180.vbi pluribus relatis, docet illam eſſe receptiorem opinionem, quamuis non deſint qui contrarium affirment, aſſerentes filiorũ appellatione,filias ex proprietate ſermonis, & non ex vi extenſionis comprehendi,quos refert Titaquel.in dict.glo.9.ex num.226.& tradunt Ant.Theſaur. deciſ.188. num.5. & optime deciſ.269.ex num.4.10.& 11. Riminald.ſen.conſ.224. vol.2. num. 75. Deci.in conſ.570.ex princi.Mantica de coniect. lib. 11.tit.14.ex num.2.Ioan.Gracian. congerit alios in reg.209. ex princip. communiorem tamen, & receptiorem opinionem appellat contrariam Tiraquel. vbi ſupra, num.181. in final.verb.quam veram,& tenendam eſſe exiſtimo in Aragonia, vbi ex diſpoſitione Forali chartę ſtandum eſt. Ideo neque filiorum appellatione,fœminæ comprehenduntur,neque maſculinum concipit fœmininũ, vt tradit expreſſe Portoles.in §.filius,nu.35. verſ.& hinc eſt,& in §.Forus, num.25. verſ. tamen quando, & in num. 31. Et in ſimili, vbi viget ſtatutum pręcipiens, chartæ ſtandum eſſe,docuerunt Lambertengo de contractibus,gloſ.11.num.92.Menoch. de adipis. poſſeſſ.remed.4.nu.223.& in conſ. 215. ex num.15.& de pręſump.lib.4. præſumpt. 84.num. 22. Præſertim quando ſtatuta continent odium irrationabile, vt trad. Gabr. lib.6.commu.opin. tit. de verb. ſignif. concluſ.6.num.26.& pulchrè in. num. 49. limitat maſculinum non comprehendere fæmininum, quando diuerſa ratio militaret in maſculo,atque in fęmina, vt videmus in caſu,in quo loquimur, vbi diuerſa ratio militat,quare filijs denegetur dos, & non filiabus,ſiquidem reſpectu earum, videretur,tale ſtatutum(vt ſuperius dicebatur) continere odium irrationabile, ipſis filiabus denegando dotem, cum Reipublicę maxime interſit eas eſſe dotatas. l.1. cum ibi notat, ff. ſol. matrim.Surd.tit.8.quæſt.1.numer.20. ne forte ſi ſint indotatæ, meretricari cogantur in dedecus progenitorum; quod periculum ceſſat in filijs. Vnde non mirum,ſi dicta obſeruantia.Item mulier,tantũ de filijs,& non de filiabus,ſit intelligẽda; eò maximè,quod eius diſpoſitio eſt exorbitans à iure commu-
21 ni,& odioſa ſunt reſtringenda. Et ſic dicebat Dec.conſ.568.num.2. maſculinum comprehendere fæmininum, quando eſt eadem ratio in vtroque; ſecus ſi ſit ratio diuerſa inter maſculinum,& fæmininum, ideo cũ diſpar ſit ratio inter filios,& filias,circa deciſionem dictæ Obſeruantiæ, nullo modo comprehenduntur filię. Et ad hanc concordiam exiſtimo reduci debere,Molin.in verb. filij, fol.141.colum.4.& Doctores ſuperius in cõtrarium adductos,& plures, quos congerit acutiſsimus Ludouicus de Caſanate in reſpon.2.in cauſa de Quinto num.471.& 486. & ibidem egregius Doctor Morlanes in primo articulo ex num.223. Dec.conſ.495. ex num.1.

Tertio etiam reſpondetur argumentis in
principio quæſtionis adductis, in hoc Ara-
goniæ Regno non ſolum non reperiri cau-
tum, quod pater non ſit adſtrictus, dotem fi-
liæ conſtituere; imò neque à præſtatione le-
gitimæ exemptus eſt, aliàsquin non operare-
tur teſtamenti nullitatẽ prętеritio filij, vt re
vera operatur, vt multis Doctoribus relatis
probat Portoles in §. teſtamentũ. num. 47. &
22 adeò hoc verum eſt, quod in hoc Regno nõ
debentur legata relicta in teſtamẽto, in quo
filius præteritus eſt; vt fuit declaratũ in Cu-
ria Domini Iuſtitię Aragonum, die 4. Septẽ
bris, anni 1573. teſte eodem Portoles in §.
hæres. ex nu. 86. in proceſſu Annæ Ponz, ſu-
per Apprehen. vbi expreſſe declaratum exti
tit, in hoc Regno legata, & cætera in teſta-
mento, in quo filius præteritus eſt, relicta,
non ſubſiſtere, nec deberi; licet in terminis
iuris contrarium decisum reperiatur, vt pro
bat latè idem Portol. vbi proxime ex nu. 83.
& probat Auth. ex cauſa, C. de lib. prętеrit,
ad quod ita declarãdum peritiſsimi iudices
mori fuerunt, conſiderantes, quod in hoc
Regno ſi teſtator certam legitimã filio in te
ſtamento non reliquerit, tota hæreditas legi-
tima eſt, vt probat Forus fin. tit. de teſtam.
ſed filio præterito nulla legitima aſsignata
fuit: igitur ei tota hęreditas loco legitimæ
cedit. Et ita conſequens eſt, ipſum filiũ prę-
teritum ad nulla legata in eo teſtamento re
licta teneri; ex eo inquam, quia de legitima
filij, vel de quãtitate, quæ loco legitimę ceſ-
ſit, omne grauamen filio ſubducitur. Vnde
nullum legatum de ipſa factum ſubſiſtit, nec
à filio debetur, vt probat tex. & Doctores
in l. Quoniam in prioribus, C. de inoffi. te-
ſtam. vbi Suarez in princ. num. 17. Michael
Graſſus. in §. legitima, quæſt. 39. num. 2. Ant.
Gom. tom. 1. var. c. 11. num. 24. Deci. conſ.
495. nu. 22. Marien. lib. 5. tit. 6. l. 11. gloſ. t.
num. 1. Quæ omnia ideo dicta ſunt, vt inde
appareat, arbitrium patris in hoc Regno
23 non circa ſubſtantiam legitimę verſari; ea
enim neceſſario præſtanda eſt, ſed circa quã
titatem, quia tenetur præſtare, ſed quantum
ſibi placuerit, & idcirco tota hæreditas reli-
cta filio legitima cenſetur, in qua grauamẽ
non cadit. Vnde cum pater legitimam præ-
ſtare teneatur, & quantitas illius, eius arbi-
trio relicta ſit, quidquid ipſe arbitratur, le-
gitima eſt, & à legis neceſsitate, & Fori, il-
lius præſtatio proficiſcitur. Quod ſi (vt mul
ti Doctores aiunt) loco legitimæ dos ſucce-
dit; conſtat patrem per Foros, & Obſeruan
tias Regni, à neceſsitate legitimam præſtan
di exemptum non eſſe; & multò minus à
neceſsitate, & onere, dotem conſtituendi.
Ex quibus infertur, patrem in hoc Regno
adſtrictum eſſe onere dotandi proprias fi-
lias, tam ex eo, quod nulla lege humana exi-
mi potuerit ab huiuſmodi obligatione, &
quod Foris, & Obſeruantijs noſtris cautum
non ſit, vt pater ab huiuſmodi obligatione
ſit exemptus; imò contrarium ſenſit Forus
de exhęred. liber. à contrario ſenſu, vt pon-
derat Molin. in verbo. Dotare an pater, fol.
113. Sed etiam cum à præſtatione legitimæ
pater non ſit immunis, clariſsimum eſt, mi-
nus immunem eſſe à præſtatione dotis, quæ
iure alimentorum ſucceſsit, & ipſa alimen-
ta ex lege naturali debentur, vt ſuperius
probatum eſt.

Nec deniquè ſupradictis obſtat, quod in
24 ſecundo argumento ex aduerſo obijcieba-
tur, in hoc videlicet Regno, filios non eſſe
in poteſtate parentum, & inde inferebatur,
non teneri patres ad dotandum illos, nega-
tur ſiquidem conſequentia; non enim ius
dotandi, & alendi filias, ex iure patriæ po-
teſtatis oritur, ſed ex ſanguinis charitate; vt
ex l. ſi quis à liberis, §. vtium, ff. de liber. ag-
noſcend. ita tenent Surd. de alimen. titul. 1.
quęſt. 1. ex num. 21. & Ceballos quæſt. 647.
ex num. 6. dicentes, ſat eſſe ad hoc, vt dos,
& alimenta debeantur, quod ſanguinis na-
turale vinculum duret, quod per emancipa
tionẽ non eſt ſublatum: nam licet emanci-
patio tollat Iuris Ciuilis beneficia, non ta-
men tollit Iura naturalia, & Iura ſanguinis;
vt probatur in l. Iura ſanguinis, ff. de reg.
iur. Et hinc eſt, quod præfatus Surd. vbi ſu-
pra ex num. 20. defendit, emancipato filio
deberi alimenta, vt deciditur etiam in dict.
l. ſi quis à liberis, §. 1. & tradit Cagnol. in l.
vni. nu. 25. C. Quando nõ peten. pat. Simili
ter etiã videmus filios ſpurios de iure cõſe
qui dotẽ, & alimenta, vt ſuperius dicebatur,
& tamẽ ſpurios non eſſe ſub patria poteſta-
te, notiſsimi iuris eſt; cũ patria poteſtas tan-
tũ cõcedatur à iure liberis, ex iuſtis nuptijs
procreatis; vt deciditur in l. 3. ff. de ijs qui
ſunt ſui. §. 1. Inſt. de patria poteſtate. Mater
25 etiã, quamuis non habeat filios in poteſtate,
vt trad. Pal. Rub. in repet. rub. c. per veſtras,
§. 42. n. 3. Pinel. alios referẽs in 2. p. rubr. C. de
bon. mat. ex prin. ſi tamẽ ſit diues, patre vero
inope exiſtẽte, nec filius bona habeat, cogitur

ipſa alere filiũ,filiáq. dotare; ex tex.in d.l. ſi quis à liberis,§.vtrum,in verſ.ergo, & mater.ff.de lib.agnoſcend.Bald.in l.neq.mater. ante num.1. C.de Iure dot.Iaſſ.in l.1 ff.ſol. matr.nu.28.& ibi Alex.nu.21.Crot.n.88. & Rip.nu.79.Titaq.de primog.q.62.nu.8.optimè Menoch.lib.4.præſump.189.ex nu.28. Couar.in 4.2.p.c.8.§.6.nu.13.in fin. Surd.
26 in d.tit.1.q.14.nu.9.& 13 Frater etiam diues, quamuis de iure non habeat in poteſtate pauperes fratres,cogitur tamen eis alimẽta præſtare, ſororeſq. ſuas dotare, Surd. ſupra,q.25.per tot.Theſaur.deciſ.192.nu.7.& latiſsime confirmatur ex allegatis à me in 2. pat.Collect.90.nu 3. Obligatio igitur dotãdi,non conſiſtit in patria poteſtate, vel non eſt annexa ipſi patriæ poteſtati,ita vt illa ceſſante ceſſet obligatio; quia aliàs pater non teneretur dotare filiam iam nuptam; quod falſum eſſe colligitur ex quamplurimis citatis per Mexiam ad l. Tolet.12.partis in primo fundamento.nu.34.fol.33.& Azebed. lib.5.tit.2.9.l.3.n.4.per ea, quę tradit Surd. de alimen.tit.7.q.6 ex nu.6. Quę omnia eò adducta ſunt, vt melius impugnare valeam rationem propoſitam ab ipſo Doctore Hieronymo Portolcſio, viro quidẽ doctiſsimo (vt illius opera ſufficiens teſtimonium perhibent) & in Obſeruantijs, & Foris huius Regni mirifice perito;qui in interpretatione dictę Obſeruantiæ, Item mulier.nu.4.aſſerit,patrem non cogi poſſe,dotare filiam in hoc Regno;ex eo quod ipſa non eſt ſub patris poteſtate; cum ex ſuperioribus ſatis ſuperq.probatum exiſtat,ius dotandi filias,nõ ex iure patriæ poteſtatis pendere, ita vt illa ceſſante,ceſſet dotandi obligatio.

27 Supradicta tamen omnia in vno tantùm caſu limitant Scribentes,vt non procedant, quotieſcunq.pater, & mater contraxiſſent matrimoniũ,eo inito pacto, & ſub ea lege, & conditione, vt bona acquiſita conſtante matrimonio cõmunicentur inter dictos cõiuges; tunc ſiquidem iuſtũ eſt, vt de huiuſmodi bonis acquiſitis videatur pater dotẽ filiæ donare,& promittere:nam ex quo vxori conſulitur in acquiſitione prædictorum bonorum,vt medietatem ipſorum habeat, ſimiliter equum eſt,vt grauetur ipſa in hoc, quod eſt dotare filiam, vel filio conſtituere donationem propter nuptias,de ipſis bonis communibus: Conſtante igitur matrimonio, ſiue pater promittat dotem, vel mater vna cum ipſo patre,cum illud cenſeatur debitum conſtante matrimonio contractũ,debet ex bonis communibus ſolui,ſi reperiantur,cum enim illa ſint communia vtriq.coniugi,de illis ſoluendæ ſunt dotes filiarum, & donationes propter nuptias filiorum;vt optime tradit Palat.Rub. in repet. rubr.§ 66. nu.7.Ant.Gom.l.53.n.24.Lud Molin.tract. 2.diſpu.414.verſ.in hoc autem Regno, col. 1123.Quo pacto intelligẽdus eſt Ant.Gom. in l.53.Tau.nu.25.affirmans, quod ſi pater, & mater ſimul promittant dotem,vel donationem propter nuptias, pro filio, vel filia, quod vterq. tenetur ſoluere illam pro medietate. Quam etiam opinionem ſequitur Matien.lib.5.tit.9.l.3.gloſ.7.nu.7.& Molina vbi ſupra,col.1124.verſ.quando tamen,per rationem,quam aſsignat Couar. lib.3.var. cap.19.nu.2.verſ.ex ijs plura deduci poterunt,dicens,quod in eo caſu, onus iſtud conſtituendi dotem, & donationẽ propter nuptias filijs, pertinet ad onus ipſius ſocietatis, ſaltem quantum ad hunc effectum, vt data, vel promiſſa hoc titulo, etiam à ſolo patre in dubio cenſeantur promiſſa,& data ex bonis viro,& vxori communibus.

Ego verò circa præfatam limitationem, ſalua pace Doctorum illi adhęrentium, ſemper fui dubius in hac re; ſi namq. patris (nõ verò matris) officium eſt, dotare filias, iux. d.l.fin.Nulla eſt ratio, quare ex bonis communibus acquiſitis conſtante matrimonio, filia debeat dotari, ex ea parte bonorum, quæ matri pertinent,cũ ea,ab ipſo grauamine dotandi filias,ſit exempta;& totum illud onus ad patrem ſpectet. Quod adeò verum eſt, vt licet pater promiſſerit ex bonis paternis,& maternis dotem filiæ, ex ſuis tantùm
28 tenebitur perſoluere totam dotem: Quia licet copula, &, regulariter ſoleat vnicuiquè actum verbi attribuere æqualiter,l.Reos,§. cum in tabulis,ff. de Duob. reis. l. vni. C. ſi plures vna ſententia condemnati ſunt: attamen quando copula cadit circa ea, in quibus charitas, & affectio conſiderari poteſt, tunc deſignat ordinem charitatis, non autem ſeparationem, vt notat. glo. in l. Gallus.§.1.& ibi Bart.ff. de lib. & poſth. ſed in patre ſic dotante ex bonis paternis, & maternis, cadit affectio, & charitas erga propriam filiam, propter quam leges etiam voluerunt paternum eſſe officium, filijs prouidere de dotibus,non maternum, niſi ſaltẽ in ſubſidiũ,l. Mater,ff.de Iure dot.Ideo copula,&,in allegata facti ſpecie,ordinẽ tantũ deſig-

Digitized by Google

deſignat, non autem vllam diuiſionem inducit.

Aſſerunt etiam Doctores, quod ſi diſſoluto matrimonio per mortem vxoris, vir dotet filiam, aut donet propter nuptias filio, non exprimendo de quibus bonis id faciat, num de proprijs duntaxat, an verò de his, quæ conſtante matrimonio, communia ſibi erant cum vxore? huiuſmodi dotem cenſeri promiſſam de bonis cõmunibus, per ea quæ trad. Couar. lib. 3. var. c. 19. n. 3. verſ. ex quo infertur dicens, hanc opinionẽ in praxi frequentiori Iudicũ ſuffragio receptã eſſe, quã etiam ſequuntur Matien. lib. 5. tit. 9. l. 3. gloſ. 7. nu. 9. Gutier. lib. 2. pract. quęſt. 125. Contraria tamẽ opinio mihi verior viſa eſt, quã ſequuntur Ant. Gom. in l. 53. Tau. n. 24. verſ. ex quo deducitur, & Ludou. Molin. vbi ſup. ex col. 1123. verſ. dubitãt verò, cum lex illa. 53. Tauri, in qua contraria opinio ſuũ habet capitale fundamẽtum, ſolũ loquatur de promiſsione facta conſtante matrimonio, quo tempore vir plenã habet poteſtatem alienãdi ea bona. Vnde diſpoſitio illa non videtur extendenda ad dotem, ſeu donationem propter nuptias, conſtituendã diſoluto iam matrimonio; Eo præſertim, quod ſi multi filij ex eo matrimonio diſoluto relicti ſint, iam ſinguli eorũ ex bonis ac medietate lucrorũ matris, haberent ſuam peculiarem portionẽ, cui nõ poteſt pręiudicare pater, promittẽdo illam in dotẽ, aut in donationem ad nuptias alteri filio. Quando tamẽ inter patrem, & matrem ceſſat prædicta ſocietas, aut lucrorum diuiſio, quia omne quod acquiritur cõſtante matrimonio, cedit in vtilitatẽ viri, quod frequenter contigere ſolet in hoc Regno, præſertim inter nobiles, qui in certa quantitate dotant vxores, reſeruatis ſibi lucris conſtante matrimonio acquiſitis; tunc abſq. dubio tenetur maritus ſoluere pędicta onera dotis, vt ſuperius dixi, eò magis, quia cõmuniter inter ipſos contrahentes adhiberi ſolet clauſula in Capitulis Matrimonialibus, qua illa quantitas aſsignatur à viris, ſuis vxoribus libera, & immunis ab omni ſolutione quorumcunq. debitorum, etiam ſi prædicta vxor ſpecialiter ſe obliger ad eorũ ſolutionem. Qua præhabita cautione, quemadmodum non poterit compelli vxor à marito, vt ex proprijs bonis ſoluat debitum conſtãte matrimonio celebratum, imò ſi illud ſoluerit, poteſt repetere ex bonis mariti, pari etiam ratione, vel à fortiori, non poterit vxor compelli ad ſoluendum debitum dotis promiſſæ ab ea ſimul cum marito filiæ, dum nuptui tradebatur, et ſi aliquam quantitatem huius rei ocaſione perſoluerit, eam exigere poteſt à marito; cum eius fideiuſſor eo in caſu cenſeatur: tum ex eo, quod onus ſoluendi debita contracta ab ipſis, ad maritum iuxta Capitula Matrimonialia ſpectat, & quia ius, vel onus dotandi filias, paternum officium eſt, iux. l. fin. C. de dot. promiſs. & iuxta ea, quę in ſuperioribus dicta ſunt, hãc eſſe veriorem opinionem exiſtimo, quamuis aliqui ex ſupradictis Doctoribus aliter, & nimis confuſe circam hanc quæſtionem ſentiant.

QVÆSTIO XIIII.

An laicus coram Iudice Eccleſiaſtico cõueniri valeat ab altero laico pro ſolutione legati alimentorum?

SVMMARIVM.

1 *LAICVS coram Iudice ſeculari conueniri debet, cum in hoc conſiſtat Regia iuriſdictio, niſi aliter euidenter oſtendatur.*

2 *Legata pia poſſunt peti coram Iudice Eccleſiaſti eo ab hærede laici, & alia omnia legata, vt executioni mandentur, & num. 8. in fin.*

3 *Alimentorum legatum non dicitur pium, nec poteſt peti coram Iudice Eccleſiaſtico, niſi concurrant qualitates hic poſitæ.*

4 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de cauſis miſerabilium perſonarum mixti fori, vt pupilli, viduæ, & c. dummodo ſint pauperes.*

5 *Paupertatem allegans, vel diuitias, tenetur illã qualitatem probare.*

6 *Paupertas quæ requiritur ad hoc, vt legatum alimentorum ſit pium, & per conſequens coram Iudice Eccleſiaſtico poſſit peti, non ſufficit quod adſit tempore relicti legati, ſed debet adeſſe tempore, quo petitur; ſed poſt cæptum iudicium ſuperuenientes diuitiæ non illud impediunt.*

7 *Alimenta, vt peti poſſint tanquam pia cauſa coram Iudice Eccleſiaſtico, debent eſſe præſentia, vel futura, & non præterita.*

8 *Alimentorum omnia priuilegia non habent locum in alimentis præteritis, ſed tantum in præſentibus, vel futuris.*

9 *Filius non priuatur legitima, etiam ſi moni-*

tus à Iudice Eccleſiaſtico renuerit ſoluere legata pia in teſtamento relicta.

10 *Conuenire laicos coram Iudice Eccleſiaſtico, non videtur fauor, nec priuilegium.*

1 QVAMVIS certi iuris ſit, regulariter laicum coram Iudice ſeculari conueniendum eſſe, & in hoc potiſsimũ Regiam iuriſdictionem conſiſtere, ne inquam laicus trahatur coram Iudice Eccleſiaſtico, iux. tex. in cap. ſi Clericus laicum, de For. compet. & in cap. Nouit. de Iudic. & tradunt vtrobiq. Doctores, Portol. in Schol. ad Molin. §. Clericus, n. 11. & in tract. de Competen. quæſt. 2. n. 11. Hippol. ſing. 694. Surd. de Aliment. tit. 8. priuil. 9. num. 1. Paul. Fuſc. ſing. 92. lit. C. Ioan. Gracian. reg. 9. Diaz reg. 92. Socin. reg. 80. & plures retuli in 2. par. Collect. 57. nu. 1. cui regulæ animo inhęrendum eſt, niſi fallentiæ caſus euidenter oſtendatur, iuxta tradita per optimam additionem ad Alciat. reg. 1. præſump. 28. in lit. B. Surd. de Aliment. tit. 1. q. 24. n. 5. & tit. 7. q. 8. nu. 13. & conſ. 356. nu. 18. Menoc. de recup. poſſ. remed. 14. nu. 32. & de Arbitr. q. 80. nu. 108. & in q. 91. nu. 16. Ioſeph. Ludou. Deciſ. Peruſ. 89. nu. 9. Nam habens regulam pro ſe, habet intentionẽ fundatã, donec contrariũ probetur. Surd. conſ. 339. nu. 6. Maſcar. vol. 1. concluſ. 75. nu. 3. & eam habens pro ſe, nõ dicitur habere caſum dubiũ, Tiraq. de Rerr. ligna. §. 1. gloſ. 9. nu. 210. ad fin. Lancel. 2. p. c. 4. in pręfat. nu. 575. latiſs. Viuius deciſ. 135.

Inter alios autem caſus in quibus arbitrãtur Scribentes ſupradictam regulam obſeruandam non eſſe, & Iudici Eccleſiaſtico inter laicos iuriſdictionem tribuunt, eſt quando quis alimenta ſibi legata poſtulat; hoc enim caſu cum cauſam piam conſtituant, ex Tiraq. in præfat. de cauſ. pia. num. 20. Rojas de ſucceſ. cap. 21. nu. 80. Couar. in 4. 2. par. cap. 8. §. 6. nu. 6. verſ. eſt enim. Surd. de Aliment. in d. priuileg. 9. nu. 2. tit. 9. q. 3. num. 1. per tex. in l. Mela in princ. ibi: pietatis intuitu, ff. de Alimen. & cibar. legat, rectè à laicis alimenta legata exigi poſſunt coram Eccleſiaſtico. ex Couar. in dict. num. 6. Palat. Rub. in repet. d. cap. per veſtras, notab. 2. nu. 19.

2 Cum vulgare, & receptũ ſit, legata pia poſſe peti coram iudice Eccleſiaſtico ab hęrede laici, glo. 1. & fin. in c. Relatum, el 1. de teſtam. vbi Scribentes, & Couar. n. 13. Gutier. lib. 1. pract. quæſt. 44. nu. 2. quod etiam optimè deducit poſt alios, quos refert, Tiraq. de priuileg. cauſæ piæ, priuilegio. 149. vbi ait, quod relicta ad pias cauſas ſunt mixti fori, & proinde locus eſt præuentioni, ita vt ad eum Iudicem cauſæ cognitio pertineat, qui prius ea de re cognoſcere incœperit. Molin. tractatu. 2. diſpu. 250. poſt princip. col. 1533.

Vnde laicus tenetur ſtare iuriſdictioni Iudicis Eccleſiaſtici, & ſic dicit glo. 2. in d. cap. Relatum, quod in relictis ad pias cauſas, poteſt adiri Iudex Eccleſiaſticus contra quoſcumq. Quam gloſ. appellat ſingularem ibi Abb. n. 8. idq. in legato alimentorum indubium eſſe aſſeuerant ſcribentes, vt poſt alios trad. Molin. de Primog. lib. 2. c. 15. nu. 75. Et ita aſſerunt Archid. & Dominic. in c. Silueſter. 11. q. 1. per illum tex. quod ſi filius monitus à Iudice Eccleſiaſtico, legata pia relicta in paterno teſtamento exſoluere intra annũ neglexerit, etiam legitima partitione priuabitur. Quod etiam probatur optime ex cap. licet de voto, & in l. licet, C. de Epiſcop. & Cler. & probat expreſſe hanc opinionẽ glo. fin. in c. ſi hęredes de teſtam. Pro quibus etiã facit, quia in legatis omnibus, quãuis pia nõ ſint, vt executioni mãdẽtur, Eccleſiaſticus inter laicos Iudex cõpetẽs eſt, gloſ. 2. in c. ſi hæredes de teſtam. ibidẽ Abb. n. 7. quã cõmunẽ dicũt, poſt alios ibi, Couar. n. 3. verſ. eadem vero, Tiraq. de Mort. 7. p. declar. 5. n. 8. & 9. Bouadi. lib. 2. c. 17. n. 102. Matien. lib. 5. tit. 4. l. 14. glo. 1. n. 45. verſ. aſſerunt cõmuniter, Molin. tract. 2. diſpu. 250. verſ. dubitãt DD. ex col. 1534. Alex. conſ. 239. vol. 6. n. 14. Gutier. in d. q. 44. n. 4. ſubdens, quod ſi intra annum à die monitionis non ſit executio teſtamenti per debentẽ exequi, deuoluitur executio ad Epiſcopũ; vt in c. 3. de teſtam. Ad quod etiã plura ſubiunxi in 2. p. Collect. 114 nu. 1. aſſerens in n. 8. ipſum Epiſcopũ ſubrogatũ in locũ executoris teſtamẽti, teneri eodẽ modo bona diſtribuere, vt ille executor tenebatur; quod etiã atteſtantur Tiraq. poſt leges connub. in glo. 5. n. 190. Surd. d. tit. 8. priuil. 9. n. 4. ergo à fortiori pro ſolutione legati pij erit Eccleſiaſticus Iudex competens.

3 Ego tamen, mature omnibus penſatis, ſupradictæ regulæ inhærendum eſſe cenſeo, vt teſtantur omnes, quos in initio quæſtionis retuli; ſicquè cauſam alimentorum non indiſtinctè piam, nec Iudicis Eccleſiaſtici cognitioni ſubiacere, ſed ita demum piam, & de iuriſdictione Eccleſiaſtica iudicari, ſi in ipſa infraſcriptæ qualitates concurrant.

Prima

Prima eſt, quod alimenta ſint relicta paupe ri;alioquin niſi pauperi relicta ſint,corã Eccleſiaſtico Iudice laicus conueniri nequit, ſed coram ſeculari.vt trad. Bart.in l.ſolent, nu.13.ff.de Alimen.legat.optime Paul.Rub. in d.nu.19.verſ.reſpondetur, Gutierrez in d.q.44.nu.4.Surd.de Alimen.tit.8.priuil.1. num.3.& priuil.9.ex nu.4.in fin.Lancel. Gallia.in Conſu.Alex.in gloſ.ſolidos,q.6. n.54. & 56.Legatum ſiquidem alimentorum non intelligitur ad pias cauſas relictum eſſe, niſi pauperi legetur.Vt late trad.Mantic.de côiect.lib.6.tit.3.nu.26.Tiraq.in præfat.cauſæ piæ,ex nu.21.& probat Bart.in l.alio.ex nu. 4 ff.de Alim.legat. Natta.conſ.613. num.5. Dec.conſ.72.nu.3.verſ.relictum pro alimẽtis.Vnde dicit Alex.in l.ſi conſtante, nu.18. ff.ſol.matrim.& in addit.ad Bart.in l.ſi cum dotem.§.ſi mulier in lit.K.ff.ſol.matr. quod tunc cauſa dotis, & alimentorũ dicitur pia, quando dãtur perſonæ pauperi. Gutierrez vbi ſupra num.8.Secus vero ſi propter debitum,vel amicitiam,diuiti aſsignẽtur; quod etiã tradunt Tiraq.vbi ſupra n.21.& 23. Anton. Cord. de Lara in l. ſi quis à liberis. §. vtrum ex nu.2.& in §.ſi vel parens. num.14. Palat.Rub.vbi ſup.nu.20. Ex quibus infertur, quod tunc cognoſcit Eccleſiaſticus de cauſis miſerabiliũ perſonarũ mixti fori, vt puta pupilli,viduę,& ſimiliũ,modo ſint pauperes,quod ſecus ſi ſint diuites; quia tũc nõ dicuntur miſerabiles,ex Marant.4.par.diſt. 11.nu.9.Sigiſ.Scac.de iudic.cauſ.lib.1.c.12. num.17.Quod enim legatur diuiti, nunquã dicitur ad pias cauſas.Manti.vbi ſup.nu.27. Quamuis & hoc caſu,quando pauperi relicta ſint alimenta,non poſſe laicum pro ipſis cõueniri coram Eccleſiaſtico, niſi acceſſorie in cauſa ſpirituali petantur,ſed coram ſeculari,teneat Molin.de primog. lib.2. cap.15. n.16.expreſſe aſſeuerans, contrariũ in ſupremis Tribunalibus Regijs nequaquam admitti.

4 Sciendum tamen eſt,non ſolum, vt prędiximus,opportere,vt alimentorum cauſa pia ſit,& coram iudice Eccleſiaſtico inter laicos ventiletur, & eum cui relinquũtur pauperẽ eſſe,ſed cum hoc fori priuilegium ſub qualite paupertatis concedatur,vt eo quis fruatur,deducere,&probare pręciſſe opportet, eum pauperem eſſe; adeo vt præſumptio à natura fluens, quod quilibet pauper præſumitur,cum nudus naſcatur,ſufficiens nõ ſit; ſed externa probatione concludenti opus eſt;vt prætextu cauſæ alimẽtorũ, laicus corã Eccleſiaſtico trahatur, cũ id ſolũ permiſſum ſit, quoties pauperi alimenta relinquuntur.

5 Vnde ſuccedit regula,quod quando fundamentum eſt cauſa intentionis agentis,debet illud agens probare; ſic allegãs paupertatẽ, vel diuitias,tenetur illam qualitatem probate.Vt pulchre docet Couar.lib.2.var.c.6. n. 2.optime Afflict.deciſ.377.ex n.4.late Xuarez in l.1.tit.*De las Arras*,ex nu.13.eleganter Maſcard.de probat.lib.3.cõcluſ.1154. ex nu. 5.Menoc.conſ.321. ex n.22. Surd.deciſ.320. nu.5.Surd.de Aliment.tit.1.quæſt.24.nu.7. & tit.7.q.8.n.14.Alciat.reg.2.præſump.27. n.5.Tiraq.de retr.lign.§.32.glo.1.n.94.Hojed.de benef.2.p.c.9.nu.10. Lancel. Gallia. in conſuet.Alexan.in gloſ. ſolidos, quæſt.6. nu.83.Rolan.conſ.20.vol.2.nu.19. & generaliter quod quoties conceditur alicui beneficium cum certa qualitate, opporteat illam probare,neq. ſufficiat ad ipſius probationẽ allegare præſumptionẽ à natura fluẽtẽ, docet Maſcard. vbi ſunt cõcordantes in cõcluſ.1248.ex nu.9.Farin.q.8.ex nu.86.

6 Sciendum etiam eſt,quod vt quis vocare poſsit laicũ coram Iudice Eccleſiaſtico,prætextu legati alimentorũ, non ſufficit ſi probet ſe fuiſſe pauperem eo tẽpore,quo legata ſibi fuerunt alimenta, ſed quando trahit laicum ad iudiciũ,conſtare opportet ipſum eſſe pauperem,cum enim qualitas paupertatis cauſam efficiat piam, agẽs tenetur ipſam probare,vt priuilegio fori gaudeat. Eo præſertim,quod mutatione qualitatis perſonæ, mutetur priuilegium: vt probant Didac.Perez lib.1.tit.3.l.1.glo.1. verſ. permutationẽ enim,pag.55. Gutierrez in Pract.lib.1. q.3. num.16. Matien.lib.5.tit.10.l.11.glo.4.n.2. Idque rationi conſentaneum eſt, ex vulgari aſſumpto,quod ceſſante cauſa priuilegij,priuilegium ceſſare debet;vt in l. Athletæ,§.1. l. Geometræ, & in l. Idem Vlpianus, ff. de excuſ.tut.l.Titia Seio in §.vſutas,& ibi Bar. ff.de leg.2. l. Filius à patre,§. 1. & ibi Scribentes,ff. de lib. & poſth. paupertate ſiquidem ceſſante, ceſſant ea, quæ propter eam ſtatuta, aut introducta ſunt, aut conceſſa; vt probatur ex l.non tantum,§.eos qui, ibi: Niſi facultates eorum adauctæ fuerint, ff. de excuſ. tutor. cum concordantibus per Tiraquel. relatis in tract. Ceſ. cauſ. 1.par. num. 199. qua forſan ratione ductus cenſet poſt alios, quos refert Anton. Gabriel. lib.6. commun.opin. tit.de Alimentis,con-

cluſ.1.nu.23. quod etiam ſi à principio tempore mortis reſtatoris,legatarius eſſet pauper,& inops,ſi tamen poſt ipſius mortẽ efficiatur diues, ceſſat petitio alimentorum. Si tamen poſt cęptum iudiciũ coram Eccleſiaſtico,intuitu,& prætextu paupertatis,ſuper ueniant diuitiæ, nõ exinde amittit quis priuilegiũ fori.Iux.l.ſi quis poſtea, ff. de iudic. & tradunt Abb.conſ.85.1.par.nu.7.Molin. in Repert. in verbo Iuſtitia Aragonum eſt Iudex competens.

Vlterius etiam requiritur, vt laicus con-
7 ueniri valeat coram Eccleſiaſtico,quod alimenta quæ petuntur non ſint præterita, ſed præſentia,vel futura; quoniã cum alimẽtorũ cauſa pia dicatur, propterea quod per illa,per alimoniã nempe corpus animatũ releuatur,vt tradit ex multis Tiraq.in pręfat. de pia cauſa,nu.20. & reſpectu præteriti tẽporis,corpus alimentatũ iam ſit,impoſsibile eſt,quod alimenta pręterita cauſam piam conſtituant.Spin.glo.16.nu.113.& Surd.de alimen.tit.8.priuilegio 2.nu.13.& 14.vbi dicit Iaſſ.in l.de alimentis,C.de tranſact.n.5. & Deci.nu.10. quod in ipſis procedetur ordinarie,& non ſumarie, ſicutti in alimentis præſentibus,& futuris;quod etiã affirmant Iaſſ.in l.1.§.ſed excipiuntur nu.7. de ferijs, Gigas de penſion.q.51.num.28.Maranta de ord.iud.4.p.diſp.9.n.168.Morla 1.p.tit.4.in prin.n.44.fol.205. vnde priuilegia attribu-
8 ta alimentis,limitantur vt procedant ſolum quo ad præſentia,vel futura, non vero quo ad pręterita.

Nec his obſtat quod dicebatur,Eccleſiaſticũ in quibuſcunq. legatis etiã non pijs cõpetentem eſſe iudicẽ,quoniã contrariã opinionem tenet glo.in verb. pijs volũtatibus, in c.tua de teſtam.vbi Epiſcopis iuriſdictio nõ concedit circa pia legata duntaxat; quã ſequitur Aufred.ad Capellã Tholoſanã,deciſ.51.& in terminis alimentorum,ita tenet Bart.in l.3.nu.13.ff.de Alimen. & cibar. legat.dicens, quod ſi alimenta ſunt relicta nõ ob piam cauſam, petenda eſſe coram iudicibus ſecularibus;quem ſequitur Palat. Rub. vbi ſupra nu.19.verſ.ſed ſi alimenta.

Vel ſecundo reſpondetur cum Barbat.in c.ſi hæredes,n.4.de teſtam.vtiliter reſoluẽs, Iudicẽ Eccleſiaſticum poſſe aduerſus laicũ executorem teſtamentariũ procedere,quãdo in teſtamento ſimul adſunt legata pia,& non pia,ratione enim adiuncti,& ſic piorũ, quorum executor Epiſcopus cõſtituitur,ex Conc.Trid.ſeſſ.22. de reform.c.8. intelligit poſſe illũ compelli etiã circa non pia; & ſic exiſtimat cõciliandã fore cõtrouerſiã exortã circa pręfatã quęſtionẽ,an Epiſcop⁹poſſit cõpellere laicos ad ſoluẽda legata nõ pia? Quã etiam conciliationẽ amplexus eſt Fraciſcus Caldas.de nomin.emphyt.q.19.n.56.

Vel tertio reſponderi poteſt,quod Eccleſiaſticus quo ad legata non pia competens eſt,quoties Iudex Eccleſiaſticus ex officio vellet executores cõpellere ad legata perſol uenda,non vero quando ad inſtantiã partis laicus cõueniretur ad legata nõ pia; vt trad. Abb.in c.ſi hæredes de teſtam.nu.7.& Tho. Zerola in prax.Epiſc. 2.p.§.Epiſcopi, verſ. nono ad Epiſcopũ,vel vt ait Bouadilla in d. c.17. n.103. quando Iudex ſecularis remiſſus eſſet in adminiſtrãda iuſtitia. Ex quibus ſatis intelligi poteſt quæſtio propoſita,an & quando laicus conueniri poſsit pro legato
9 alimentorũ coram Iudice Eccleſiaſtico? Nec ſimiliter obſtat quod filius priuatur legitima,ſi monitus à Iudice Eccleſiaſtico renuerit ſoluere legata pia relicta in teſtamento, vt ſuperius dicebatur;ex glo.in c.ſi hæredes de teſtam.quia contrariã opinionẽ dicit cõmunẽ,Ioan.Lecier.de primog.lib.3.q.6. & eam ſequuntur tanquã veriorem Tiraq. de priuil.piæ cauſæ,priuileg.84.Couar. in d. c. ſi hæredes.nu.9.Didac.Lopez de ſtũnica de voto.quæſt.4.ex n.55.verſ. verius eſt enim, Ceball.in pract.q.81.ex num.2.

10 Pro chronide tamẽ huius quæſtionis animaduertendum cenſeo , quod quamuis ab omnibus reputetur vt fauor,& priuilegium, poſſe conuenire reũ coram Iudice Eccleſiaſtico,adhuc tamen dubito ad quid id proſſit cũ ibi tardius poſsit iuſtitia obtineri ſiũt, nãq.in ipſo foro Eccleſiaſtico lites immortales,præſertim coram iudicibus delegatis; propter longas dilationes,& plures appellationes, quas Iura noſtra Canonica permittunt,& reo concedunt. Quod ſecus eſt in foro ſeculari, vbi citius ius redditur ; vt pulchre proſequitur Palat.Rub.in reper. c.per veſtras,notab.2.in fin aſſerens , ob hanc rationem multoties conſuluiſſe aliquibus perſonis Eccleſiaſticis, Monaſterijs, & pijs locis,habentibus Eccleſiaſticos Iudices, corã quibus poterãt aduerſarios laicos cõuenire, quod eos corã Iudicibus ſecularibus in ius vocarent; quem refert, & ſequitur alios allegans,Bouad.lib.2.cap.17. num.166.& ibi additio in litera. C.

QVÆS-

QVÆSTIO XV.

Excommunicatus à Iure, vel ab homine, inſordeſcẽs per annum in excõmunicatione, an poſſit reputari hæreticus, ſeu haberi ſaltem vt de hæreſi ſuſpectus? ad intellectum tex. in Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. de Refor. in fine.

SVMMARIVM.

1 *EXcommunicatus perſiſtens per annum in excommunicatione redditur de hæreſi ſuſpectus, & num. 9. non tamen ſufficit hæc ſuſpicio, vt condemnetur; licet ad purgationem indicendam ſuffi iat.*

2 *Excommunicatus ob cauſam ſpectantem ad fidem, ſi per annum perſtiterit in excommunicatione, pro conuicto habebitur; & tanquam hæreticus d.ffinitiue condemnabitur.*

3 *Sententia non debet proferri contra ſupradictũ, quin prius tria attendantur.*

4 *Clericus in Sacris conſtitutus non poteſt propter quodcumq. etiam enormiſſimum crimen; à iudice ſeculari puniri; niſi prius ſit ab Eccleſiaſtico degradatus, & traditus curiæ ſeculari; Si autem ſit actualiter degradatus, Iudex ſecularis poteſt eum punire abſque alia traditione.*

5 *Inquiſitores non incurrunt irregularitatem, tradẽtes hæreticos Iudicibus ſecularibus, vt eos debitis pœnis afficiant; quamuis mortis pœna illos puniant, etſi ipſi Inquiſitores nullam faciant proteſtationem.*

6 *Monachi non Clerici, & Moniales, ſi tradantur Iudici ſeculari puniendi, viris capucium, fœminis vero velum cum ſcapulari, & habitu ſupremo, auferri debet; & veſt.bus laicis ſunt induendi.*

7 *Hæretici abſentes, vel mortui ſtatua in publicũ deducitur, quando ſententia profertur cõtra illũ; & traditur Curiæ ſeculari, vt comburatur. Hic tamẽ procedendi modus non multũ antiquus eſt.*

8 *Excommunicatus propter cauſam fidei, ſi compareat elapſo anno, admittendus eſt ad reſpondendum in cauſa, pro qua fuerat vocatus, & excommunicatus, etiam ſi eſſet iam declaratus hæreticus, vel eius ſtatua eſſet combuſta.*

9 *Hæreticus abſens cum condemnatur, in fine ſententiæ debent Inquiſitores dicere, vt Magiſtratus ſeculares, quoties illos inuenerint, notam eis faciant contra eos latam ſententiam.*

10 *Citatus, ſi ob iuſta impedimenta reſponſurus nõ veniat, non tanquam hæreticus, aut de hæreſi ſuſpectus condemnandus erit, dummodo procuratorem conſtituat.*

11 *Abſolutio generalis quæ à Papa conceditur in impetrationibus gratiarum, & in collationibus beneficiorum, non prodeſt illis, qui per annum cõtinuum pertinaces in cenſuris extiterunt, cum certis limitationibus.*

1 CIRCA propoſitam quæſtionem, ſi diligenter intueamur verba finalia Concil. Trident. in ſeſſ. 25. de Reform. c. 3. ſtatutum inuenitur, ex annali perſeuerantia in excommunicatione, reddi excõmunicatum de hæreſis crimine ſuſpectũ; quod etiam affirmant Abb. in cap. Grauem. nu. 3. de pœn. Didac. Perez lib. 8. tit. 19. l. 9. in glo. *Eſtuuiere deſcomulgado*, pag. 367. Azeb. lib. 8. tit. 5 l. 1. nu. 213. Rojas ſingul. 60. nu. 2. Lud. Lop. Inſtr. conſc. 2. p. tit. de excom. c. 12 pag. 876. verſ. quod ſi talis excõmunicatus. Bartol. Vgolin. de cenſur. Eccleſ. tab. 1. c. 14. §. 3. nu. 3. Iacob. de Graff. lib. 2. c. 76. num. 8. Maiol. de Irregular. lib. 3. c. 21. nu. 12. verſ. præterea, Rebuf. in Prax. tit. Forma, & declaratio nouę prouiſ. in §. teq. abſoluentes, nu. 10. Grauat. ad Veſtr. lib. 8. c. fin. n. 42. Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 1. c. 29. num. 2. nouiſsime Gregorius Sayrus de Cenſur. lib. 2. c. 10. nu. 10. vbi ait quacũq. de cauſa criminali, vel ciuili, quis ſit excõmunicatus, ſi per annũ perſeuerauerit, nec abſolutionẽ procurauerit, eſt ſuſpectus de hęreſi. Probatur, quia dictio quemcunq. de qua in Concilio, comprehendit excommunicatũ, vel ex cauſa criminali, vel ciuili, cum paulo ſupra ſtatuerit Concilium, ob vtramq. poſſe excommunicari, vt ponderat Menoc. de Arbitr. caſu 416. n. 54. Diaz in prax. c. 116. nu. 9. & 12. & pertinacia hęc vniformis eſt, nã ſemper, & in omni caſu perſeuerando per tantũ temporis ſpatiũ animo indurato, dicitur perperã de articulis fidei, & de poteſtate clauiũ Eccleſię ſentire; ita quod poteſt fidei Inquiſitor procedere contra eũ, & inquirere qualiter ſentiat de Fide, eiuſq. articulis, & Sacramẽtis. Abb. in c. poſtulaſti, n. 4. de homi. vt pulchre exornãdo hãc cõcluſionẽ tradũt Salced. in addi. ad Bern. Diaz in prax. c. 116. nu. 12. Couar. in c. Alma mater 1. p. §. 7. n. 10. verſ. quarto

eſt conſiderandum. Gutierrez in lib.1. Canon.quæſt. cap.12. num.20. & Simancas de Cathol.Inſtit.tit.27. nu.4. Aufred.ad Cap. Tholoſan. deciſ. 365. pulchre, & latiſsime vol.1.commu.opin. fol.133.in cap.3. incip. Excommunicatus ſi per annum, Vgolin.vbi ſupra, num.4. qui omnes aiunt, ſuſpicionem hanc non eſſe vſque adeò violentam, vt ob eam ſolam damnari quiſpiam debeat, vt hæreticus; iux.gloſ.in cap.vlt.de pœn. dicentes poſſe contra ſic excommunicatum procedi, vt ſaltem inducat purgationem, Palat.Rub. in Reper. cap. per veſtras in princip. §. 18. num.24.de donat.int.vir.& vxo.Vgolin.ſupra num.3.Sayrus vbi ſupra, dicēs hanc ſuſpicionem probabilem eſſe, & licet non ſit ſufficiens, vt de hęreſi condemnetur, ſufficit tamen, vt ei purgatio indicatur, quam ſi ſubire noluerit, ſed adhuc in excommunicatione permanſerit, tunc veluti impœnitens, pertinax, & hæreticus damnari poteſt, vt in cap. excommunicamus, el 1.§. qui autem de Hęret.& tradit Boſsius in Prax. tit. de Hæret. num.22.Thom. Zerola in Praxi Epiſcopali, in verb.caſus, verſ.excommunicati, ibi, quarto qui.Bernard.Diaz in d.nu.12.verſ. quarto quod licet, alias enim ſola ſuſpicio prædicta leuis eſt, vt dicunt Abb.in d.cap.grauem num.7.Eymeric.in Director.Inquiſitor.2.p. quęſt.47.num.7.quem referunt, & ſequuntur Couar.& Gutierrez vbi ſupra. Imo multi conſtituunt differentiam, quando excommunicatio eſt extra cauſam fidei, ex cauſa criminali, vel ciuili, per gloſ.in verb.non poteſt in c.contingit de Dolo, & contum. aſſerentes excommunicatum pro cauſa mere ciuili, etiam ſi per mille annos in excommunicatione perduret, non ex hoc cenſeri conuictum; ſecus in criminali, in qua habetur pro confeſſo, & conuicto de crimine, cuius cauſa fuit excōmunicatus; pulchre Salced. cap. 116.num.4. Maranta de Ordin.iudic.6.par. tit.de contumacia, nu.35.verſ. verum, Diaz cap.150.num.2. Guiliel.Benedict. in Repet. cap.Raynutius, in verbo mortuo itaque reſtatore, el 1.num.290.Roman. & eius additionatores in ſing.307.Ripa in cap.1.nu.77. verſ. declara modo.de iudic. Vnde Tiber. Decian.in lib.5.cap.17. verſ. trigeſimo quarto, limitat, & intelligit veram eſſe ſuperiorem concluſionem, quando excommunicatus eſſet contumax pro hęreſi, vel alia cauſa criminali, ſecus ſi ciuili: quod etiā affirmat Grauat.ad Veſtr.dict.cap.fin.num.43.Farinac.lib.1.quæſt.18.num.39. verſ.etſi contumax, ſubdens, quod contumax excommunicatus per annum non pro cauſa ciuili, ſed pro crimine, tanquam ſuſpectus de hęreſi, poteſt beneficijs priuari, quod mihi dubiū videtur, ſi pro crimine illo non erat ea priuationis pœna à iure ſtatuta, per ea quę tradit Salcedo cap.116.ex num. 4. in fin. & in num.5.Couar.cap.Alma mater. 1. par.§.7. num.10.dicit tamen Palat. Rub. in dict. nu. 24.quod licet excommunicatus in cauſa ciuili non dicatur conuictus, poſt annum tamen habetur pro ſuſpecto de hæreſi, vt poſſit contra eum procedi, ex deciſ. Concil.Trident.in dict.cap.3.

2 Quia tamen in hac materia plura inueniuntur obſeruatione digna, pro ipſius vera declaratione diſtinguendum eſſe cēſeo, aut enim quis eſt excommunicatus ob cauſam ad fidem ſpectantem, vt puta quia impedicit officium Inquiſitionis ſanctæ, ſeu quia citatus, vt accedat de fide reſponſurus, intra certum tempus ei præfinitum, contumax extiterit, nec acceſſerit, tunc enim poterit excommunicari, & ſi perſtiterit per annum in contumacia, inſordeſcens in excommunicatione, pro conuicto habetur, & condemnabitur diffinitiue tanquam hæreticus, cap.excommunicamus, el 1.§.qui autem de hæret. cap.cum contumacia, & ibi glo.& Doct.eodem tit.in 6.& tradunt Villadiego de hęret. quæſt.9.in princip. verſ. item qui; Barthol. Vgolin.de cenſur.Eccleſiaſt.tab.1. cap.14.§. 3.num.2.Eymeric.in Director.Inquiſit.2.p. quæſt.47.ex num.2.& in 3.par. in Rubr. de terciodecimo modo terminādi proceſſum. num.212.verſ. ſecundus eſt caſus, Salcedo ad Diaz in praxi cap.116.nu.12. verſ.quinto, Iacob.de Graff.lib.4.deciſ. cap.14.nu.4. verſ. imo elapſo anno, Iul. Clar. §. hæreſis, num.21.verſ.hæc autem concluſio, Socin.in cap.Per tuas, num.30. verſ. fatemur tamen, de ſent.excom.Humad.in l.32.tit.9. part.1. in gloſ.2.num.2.Sigiſm.Scacc.de iudic.cauſ. lib. 1.cap.98.numer.36.Grauat.ad Veſtrum lib.8.cap.fin.num.44.Simanc.de Cathol.Inſtitut. tit.2.num.9.& tit.14. num.2. Couarr. in cap.Alma mater 1.par.§.7.num.11. Rojas ſing.60.num.3.optime in dicto volu.1.com. opin.fol.133.Iſernia de feudis, tit. de ſtat. & conſuetud.contra libert. Eccleſ.nu.10. pag. 315.Menoch.de Arbitrar.caſ.416.numer.6. debet tamen elapſus eſſe totus annus, Vgolin.ſupra dict.num.2.& Couarr.num. 11. de commu-

cómuni teſtamento,doctiſsimus Franciſcus Pegn. in 3.par.directorij com.49.§. quod ſi is: Hanc reſolutionem tenet Sayrus vbi ſupra,numer.11.vbi ait ſufficientem eſſe præſumptionem, & probationem eum eſſe hæreticum, tum ex ipſa ſuſpicione hereſis, cuius cauſa expreſsim ab Inquiſitoribus ad iudicium vocatus eſt, tum ex fuga, & declinationę iudicij arg.cap. nullus de Præſump. tum ex animo rebelli perſiſtendi in excommunicatione per annũ, in quo caſu ſatis eſt, quod expreſsim vocatus erat, vt de ſuſpicione hæreſis, ſeu de rebus fidei reſponderet, & ſufficit, quod in genere hæreſis crimẽ in hoc edicto exponatur, nec requiritur in ſpecie hæreſim ſignificari ex Couar. vbi ſupra.

3 Prius tamen quam ſententia proferatur, in eius probatione tria ſunt attendenda, vt optime aduertit Sigiſ.Scac.in dict. cap. 98. nn. 4. Primum, vt ſi reus condemnandus ſit ſacris ordinibus inſignitus, degradetur verbaliter ante condemnationem, iuxta ea quæ idem Scacc.docet in cap.11.ex num.76.cum regulariter Clericus in ſacris conſtitutus, nõ poſsit propter quodcumq; etiam enormiſsimum crimen à Iudice ſeculari puniri, exceptis certis caſibus, quos recenſent Farin.libr. 1.quæſt.8. ex num.47.& pulchre num.57.&
4 ex numer.82. & Diaz cap.97. num.4. & ibi Salzedo in lit. B. & idem in addit. ad cap. 139.in lit.B.Couarr.in Pract.quęſt.32.num. 2.Iul.Clar.§.fi.quæſt.36.num.33. Garcia de Nobilit. gloſſ.9.ex num.29. optimè Bouadilla lib.2.cap.18.ex num.54. & 76. Anton. Scap. de Iur.non ſcrip.lib.5.cap.140.num. 10. Chaſſen. Conſuet. Burgun. rubr.1.§.5. verb. *Silua grace*, num.57. verſ.aduerte, col. 196. niſi prius ſit à Iudice Eccleſiaſtico degradatus, & traditus curię ſeculari. Fatinac. quæſt.8.num.74. Bouadilla lib.2.cap.18.nu. 38.Couatr.in dict.cap.32.num.2.in princip. Iul.Clar.§. fin. quæſt.36. num. 35. ſnbdens etiam, quod quando degradatio eſt tantum modo verbalis, Iudex laicus nullam habet iuriſdictionem in Clericum ita degradatum, niſi tradatur etiam curiæ ſeculari, vt optime etiam aduertit Bouadilla lib.2. cap. 18.num.38. & Farin.lib.1.quæſt.8.num.73. propter ſolam ſiquidẽ depoſitionem, & degradationem verbalem, non efficitur quis de foro Iudicis ſecularis, ſed remanet adhuc pœnes Eccleſiam. Gamma de Sacr.præſtan. quæſt.5.num.21. Salzed. in cap. 135. ad fin. verſ.nam Clericus, & in cap.139.verſ. & cum Clericus, & in cap.150. in lit. C. verſ. nam quando. Quando vero actualiter eſt degradatus, poteſt iudex ſecularis eũ punire abſq; alia traditione. Iul.Clar.in dict.num.35.vol. 1.com.opin.fol.97.verſ. degradatio verbaliter. Agia de Exhib.aux.21.fundamen.verſ. non igitur, pag.89. Franc.c.2.§.fin.de pœn. in 6.Marant.4.par.diſt.11.num.72.Bouadilla dict.cap.18.num.74.& 38. Didac.Perez lib.8.tit.4 l.1.pag.91.verſ. & videtur quod ſic. Farinac. in dict. quæſt.8.num.71. & 73. Bernard.Diaz in Prax.cap.140.num.4.& in dict.cap.150.in lit.C.verſ.nam quando pag. 502. quo in loco immerito diſcedit ab opinione Ioan.Lupi, cum paria ſint quod quis actualiter degradetur, vel ficte tradatur curiæ ſeculari, præcedente verbali degradatione, vt tradit etiam grauiſsimus, & eruditiſſimus Doctor Franciſcus Pegn.in 3.par.Directorij Inquiſitorum com.49.verſ. poſtremo quamuis, quem ſequuntur Flam.Carth. de Execut. ſent.capto bann. cap.1.ex num. 283.& 287.Sigiſ.Scacc.in dict.lib.1.cap.11. num.76. aſſerens, quod hoc nullam patitur difficultatem. Quod verũ mihi videtur quãdo cauſę Clerici degradati, finem impoſiturus erat Iudex ſecularis, qui iam tunc competens erat, non vero quando Eccleſiaſticus Iudex per degradationem finem cauſæ impoſuerat, ſi enim impoſuiſſet, non eſſet cur iterum Ciuilis Magiſtratus imponeret.

Infertur etiam ex ſupradictis, quod eiectio à foro Eccleſiaſtico, ſatis eſt quod fiat verbaliter per ſententiam, ad hoc, vt Clericus abſens verbaliter degradatus, & per ſententiam relictus curiæ ſeculari, poſsit puniri, & vltimo ſupplicio affici, ſine alia actuali degradatione, quod quamuis verum eſſe fateantur Pegn. in dict. com. 49. §. præterea dico, & Flãmin.Carthar.in dict.cap.1.num. 288.verſ.præterea. Dicunt tamen, quod tutius, & humanius eſt, vt actualiter degradetur, id eſt, vt non modo per ſententiam, ſed etiam perſonaliter priuetur, & ſpolietur ordinibus Eccleſiaſticis, ne forſan populus cõmoueatur, dicens indignum fieri facinus, abſq; actuali degradatione Clericum in ſacris conſtitutũ vltimo ſupplicio affici: quod aliquando contigiſſe dicunt, & etiam quia degradationis nomine, vere, & proprie actualem degradationem intelligimus, nam verbalis degradatio, depoſitio ſolet vocari, magis quam degradatio: licet plerunquè à Doctoribus dicatur etiam degradatio, vt animad-

Digitized by Google

animâduertit Iul.Clar.§.fin.quæſt.74.nu.1. Carthar.in dict.cap.1.num.289.Farin.lib.1. quæſt.8.num.72. & in quęſt.19.num.49. dicens quod nihil aliud ea eſt,quam perpetua remotio ab adminiſtratione altaris. Degradabitur igitur,cum in manũ Curiæ ſecularis incideřit,tunc ſiquidem Iudex ſecularis debet requirere Eccleſiaſticum, vt eum degradet, ſecundum conſilium Angeli de Caſtro, inter conſilia criminalia diuerſorum conſ.37.per totum,tom.2.ad quem ſe remitit etiam Farinac.in Quæſt. Criminal.lib.1. quæſt.8.num.109.

5 Sciendum tamen eſt, ex Bulla Pij Quinti poſſe Iudices Inquiſitores Iudici ſeculari tradere hæreticos, vt debitis ſupplicijs puniantur, nec ex hoc eos vllam incurrere irregularitatem,quamuis mutilatio,vel mors ſubſequatur, etiam ſi non vtantur verbis illis c. Nouimus de verb.ſignif.vt tradunt Pegn.in 2.par. Directorij com.20. Thom.Zerola in prax.Epiſcop.1.p.§.hęretici num.12.& dixi in 2.par.Collectan.

6 Vidi tamẽ dubitari quid ſi moniales ſint, vel monachi laici,nullo in Clericorum gradu conſtituti, qui tradendi ſunt Iudici ſeculari? an & hi exauctorandi ſint prius, & quo modo? Certe in praxi caſum iſtum non vidi, & raro arbitror contigiſſe, Martin. del Rio lib.5. Diſquiſit. magic. ſect.16.pag.79. cenſet,ſufficere nudationem, ſeu ſpoliationem habitus monaſtici, vt viris capucium, fæminis vero velum cum ſcapulari,& habitu ſupremo auferatur,laicisquè veſtibus induantur, & ordine,cui ſe addixerant,eiecti ſpoliariquè omni religioſorum priuilegio, ſortiſq; laicæ effectu declarentur,ſicq.curiæ ſeculari tradantur.

7 Secundum requiſitum eſt,vt dũ in abſentes contumaces ſententia diffinitiua pronũciatur,in publicum locum,vbi venit legenda ſentencia, producatur imago, ſeu vt cõmuniter dicitur,ſtatua combuſtibilis condemnandi, cui ſtatuæ affigenda erit inſcriptio, quæ contineat nomen,& cognomen hęretici abſentis,cuius memoria damnatur,& ſtatua per ſententiam curiæ ſeculari traditur, vt comburatur, vt docẽt Pegn.in dict.com. 49.§.verum hoc pag.533.Ludouicus Paramo de Orig. Sanct. Inquiſit. lib.3. quæſt.4. num.87. Simanc. de Cath.inſtit.tit.2.nu.8. quod ſeruatur etiam,quando condemnatur mortuus, cuius errores erant probati, teſte Farin.quæſt.10.num.38. ad fin. Rojas ſing. 134.nu.10. Pegn.in 3.par.com.92.§.contra vero fiet. pag.574. aſſerens: coram illa, ac ſi defunctus ipſe eſſet viuens, & præſens,recitantur omnes articuli erronei,ſeu hæreticales, facta etiam, ſeu opera hæreticalia, quæ legitime probata fuerunt contra defunctũ, eo modo quo geſta ſunt ab illo, qui damnatur. Quæ defuncti ſtatua per ſententiam ſimiliter curię ſeculari traditur,quam Iudex ſecularis deinde comburit, ac combuſiſſet defunctum illum,ſi vixiſſet, & pertinax deceſiſſet, hæcquè practica,ſeu mos producendi ſtatuam in publicum, & eam tradi comburẽdam miniſtris ſecularibus, ſeruatur,ne aliàs illa ſententia contra abſentem hæreticum fruſtra proferri videatur, vt teſtatur Pegn. in dict. com. 49. verſ. his peractis in fin.

Sciendum tamen eſt ex Pegn.3.par.com. 49.verſ.quâdo cæpetit pag.534.& in com. 92. verſ. ſi quætas, pag.574. quod iſte mos producendi ſtatuam hæretici abſentis, non eſt multum antiquus,vnde Eymeric.in locis allegatis,in quibus dat formam proferendi ſententiam contra abſentem contumacem, nullum verbum facit de ſtatua comburẽda, nec ſimiliter hæretici mortui,cuius etiã ſtatua comburenda eſt. Antiquitus enim ex humabantur ſolummodo oſſa, eaquè Eccleſiaſtica ſepultura priuabantur,cap.quicunq; de hæret.in 6.per ea quæ retuli in 3.p. Collect. 16.num.1.& ſatis liquet ex formula ſententiæ latæ,quam protulit Concilium Conſtantienſe in Seſſ. 8. contra Ioannem Vuicleff, eamquè refert Franciſcus Pegn. in cõment. ad direct.3.par.cõment.92.ad fin.pag.574. & relati à Ludouico Paramo in dict.quęſt. 4. num. 88. Nihilominus tamen vt ipſe ait, res eſt valde apta, vt prædicta fiant ad defunctorum memoriam damnandam, & timorem incutiendum:ideoq.in hoc conſuetudo Sancti Officij pro lege ſeruãda eſt,Farinac.quæſt.10.num.38.in fine.

8 Dubium tamen eſt, nunquid contumax excommunicatus in cauſa fidei,qui comparet lapſo anno, ſed nondum declaratus hæreticus, ſit admitendus ad reſpondendum in ea cauſa,pro qua fuerat vocatus,& excõmunicatus? & quidem Sigiſm.Scacc.in dict. cap.98.num.25.reſpondet quod ſic,& idem etiam affirmat Pegn. in 3.par.coment.174. pag.683. Salzedo in dict.cap.116. num.12. verſ. imo, & quod. Quod adeo verum eſt, vt etiam ſi comparetet poſtquam eſſet de-

claratus

claratus hæreticus, vel etiam ſi eius ſtatua eſſet combuſta, adhuc eſſet audiẽdus; Pegn. in d.com. 49. verſ.adueniente autem, pag. 532. & in verſ.poſtremo illud. pag. 534. Flã. Charr. in d.cap.1. ex n.278. & 280. Salzed. vbi ſupra, Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 2. ex num.20. aſſerentes quod explero anno non auditur contumax, quo ad hoc vt bona recuperet, niſi vel de innocentia eius, vel de legitimo impedimento conſtiterit, iux.ea quæ tradit Farinac. quæſt.18. ex num.40. qui in quæſt.11. ex numer.42. pulchre recenſet cauſas iuſtas impedimenti, quibus quis à contumacia excuſatur; auditur tamen quantum attinet ad excuſandum crimen, & ad probandam innocentiam quocunq. tempore, non obſtante quod quiuis terminus ſibi aſsignatus fuerit elapſus; vt vere docet glo. communiter recepta in verb. condemnentur in cap. excommunicamus. El 1. §. qui autem de hæret. & trad. Decian. lib. 5. cap. 33. num. 13. videndus eſt etiam Sayrus vbi ſupra num. 23.

9 Tertium deniq. requiſitum eſt, vt in fine ſententiæ proferendæ contra hæreticum abſentem, adhibeantur illa vel ſimilia verba, quæ prudenter admonet doctiſsimus Dominus Rotę Auditor Pegn. in d.3.par.commen.49. num.215. verſ. iam magiſtratus, & aduertit Sigiſm. Scacc. in d.cap.98. num.25. videlicet, vt in talibus ſententijs ferendis, Inquiſitores nominatim dicerent, ac iuberent magiſtratibus ſecularibus, vt quoties tales in abſentia nominatos, & condemnatos inuenerint, & ceperint, id ſibi ſignificare debeant. Quæ verba inter alias rationes, ex eo pręſertim valde vtilia eſſe cenſeo; vt pręfatus Inquiſitor talem reum hæreticum ad cognitionem fidei reducat, & ab errore reuocet, & ita eius animam ſanet, eiq. pœnitentiam ſalutarem imponat; ne reus ille in hæreſi decedens, cum poſtea à iudice ſeculari morte plectendus ſit, apud inferos perpetuo cruciandus intereat. Sciſcitari etiã de ſocijs reus poteſt, vt ſic facilius emendari, aut puniri hæretici valeant, eorumq. cõſortium fugiamus, cum eam retributionem Chriſtianis impendant quam mus in pera, iuxta ea quæ adduxi in 2.par. Collecta. 15. num. 1. & 2.

Quando tamen quis contumax in excõmunicatione, quacunque ex cauſa extra hęreſim reus factus eſt per anni tempus, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter conueniatur, ſuſpectus de hęreſi ſit, vt tradunt Abb. in cap. grauem num.7. de pœn. Simanc. de Cathol. inſtit. tit.27. numer.4. Couarr. in cap. Alma mater 1.par. §.7. num.10. verſ.4. Nauarro in Manual cap.27. num.10. Veſter in Prax. lib. 8. cap. fi. num.21. Menoch. de Arbitrar. caſu 416. ex n.52. & ſub his verbis probat Bart. Vgolin de excõmunicat. maior. tab.2. cap. 24. §.3. pag. 555. excommunicatus pro alia cauſa quam pro hæreſi, ſi per annum, aut plus eo, in excommunicatione pertinaciter perſeuerauerit, contra ipſum, vt de hæreſi ſuſpectum agi poteſt ab hæreticę prauitatis Inquiſitore, & ad id facit expreſſus textus in Concil. Trident. Seſſ.25. de Reform. cap. 3. verſus finem. Communiter tamen aſſerunt Doctores, vt ſuperius dictum eſt, eam ſuſpicionem non eſſe vſq; adeo violentam, vt ob eam ſolam damnari quiſpiam debeat, quamuis ad purgationem indicendã ſufficiat, quã ſi reus ſubire noluerit, & adhuc in excõmunicatione permanſerit, tunc veluti impœnitens, pertinax, & hæreticus cõdẽnari queat, vt poſt alios tradunt Couar. & Simanc. vbi ſupra Menoch. dict. caſu 416 num.58. & modum procedendi contra huiuſmodi excommunicatos, docet Eymeric in 2. par. direct. quæſt.47. num.7. pag.360. dicens eſſe citandos veluti leuiter ſuſpectos de hæreſi, qui ſi nõ comparuerint, & adhuc permanſerint in excõmunicatione per aliũ annum, ait poſſe condemnari veluti hæreticos.

10 Aduertit tamen eleganter Sayrus de cenſuris lib.2. cap.8. num.13. quod ſi citatus iuſta habeat impedimenta, quo minus accedere poſsit ad Iudicem, non erit tanquam hæreticus, aut de hæreſi ſuſpectus condemnandus. Quo tamen euentu procuratorem conſtituere debet, qui eius nomine iuſtas abſentię cauſas, & impedimenta legitima alleget, vt exempli gratia, ſi fuerit in captiuitate, ſi locus non ſit tutus, ſi inimicitiæ ſint graues, &c. Quod ſi nec ipſe perſonaliter comparere voluerit, nec procuratorem conſtituere, non eſt vt hęreticus ante annum dãnandus, neque vt talis intra hoc tempus habendus, anno vero finito hæreticus iudicãdus eſt, & bonorum confiſcatio, ſeu publicatio à iure facta, & alię hæreticorum pœnæ vim, & effectum ſuum in illum obtinebunt, vt docent Hoſtien. Anan. & Doctores in cap. excommunicamus 1. §. qui autẽ de Hæret. Couar. in cap. Alma mater 1. part. §.7. num.11. de ſent. excom. in 6. ſin autem anno elapſo, ante condem-

Digitized by Google

condemnationem contumax compareat in iudicio, velitq; ſuam innocentiam, & cauſas iuſtas abſentiæ probare, ſi eius innocentia conſtiterit, quia deficit ratio, cap. cum contumacia de Hęret. in 6. ex eo quia vere contumax non fuerit, admiti debet, etiam ad vitandam bonorum cōfiſcationem, & pœnas corporis, & infamiæ, quod maxime verum eſt, ſi ſe ipſum ſponte carceri exhibuerit, vt definitum eſt in Decreto quodam Generalium Inquiſitorum, cuius meminit Simanc. de Cathol. Inſtit. cap. 2. num. 6. vt Couarr. vbi ſupra teſtatur.

Nihilominus tamen fatetur Sigiſ. Scac. in lib. 1. de Iudic. cauſ. cap. 98. num. 36. quod ipſe nunquam vidit, nec audiuit contra excōmunicatos extra cauſam hæreſis, & inſordeſcentes in ea, procedi tanquam ſuſpectos de hęreſi, quod etiam affirmant Franciſcus Pegn. in 2. par. Directorij cōmen. 72. verſ. ex recepta pag. 362. dicens, ex conſuetudine Sanctæ Romanę, & generalis Inquiſitionis, non procedi contra excōmunicatos per annum, aut amplius, niſi fuerint excommunicati ex cauſa hæreſis, quem ſequitur Iacob. de Graffis, par. 1. lib. 4. deciſ. cap. 14 num. 4. verſ. ex recepta tamen conſuetudine. Quo pacto intelligendum eſſe exiſtimo tex. in dict. cap. 3. Concil. Trident.

11 Vt notabile tamen in hac materia ſciendum eſt, quod is, qui per annum in excommunicatione contumax perſeuerat, huic de inceps abſolutio non prodeſt, quæ à Romano Pontifice in imperrationibus gratiarū, & in collationibus beneficiorum tribuitur, illa igitur abſolutio, quæ generaliter, ſimpliciterquè etiam non petenti condonatur excommunicatis, interdictis, ſuſpenſiſquè, non prodeſt eis, qui per annum continuum contumaces in cenſura perſeuerarunt, vt aſſerūt Rebuff. in Prax. 3. part. tit. forma nouæ prouiſ. in verſ. teque abſoluentes ex num. 10. Felin. in cap. A poſtolicæ in princip. de exception. Boer. deciſ. 290. num. 3. Puteus deciſ. 128. lib. 6. Mandoſ. in tract. de Ingrat. cap. 5. Roland. conſ. 46. vol. 1. num. 37. quæ deciſio, & ſi vera ſit, patitur tamen aliquas limitationes (ni fallor): vt puta quando non ſua culpa in cenſura quis permanſit, vel quia quātum potuit, vt abſolueretur elaborauit, & tamen Iudicis facultatē nō habuit, vel quia ſatiſfacere creditori non potuit, cuius gratia excōmunicatus erat, namque ad id quis non obligatur, quod non poteſt, argum. l. Impoſsibilium ff. de Reg. Iur. ac propterea culpa vacat. Vnde ob eam rem pœna plecti non debet, arg. cap. 2. de Conſtitut. cap. 2. de ijs quę fiunt à mai. par. Cap. & c. Romana in fin. de ſent. excom. in 6. vel quia peccaret, ſi id faceret, quod per excōmunicationem ei præceptum eſt, vt in cap. Inquiſitioni de ſent. excōmun. tunc enim excōmunicatio potius tolleranda eſt. Item locum non habet, vbi per annum continuum in cenſura non permanſit, non enim lex hoc dicit, ergo nequè nos id dicere debemus, argum. l. de pretio ff. de Public. & cui verba legis non conueniunt, nec diſpoſitio eidem conuenire debet, arg. l. 4. §. toties ff. de damn. infect. ita Rebuff. vbi ſupra num. 12. ibi: in illis per annum continuū inſorduerit, & poſtremo, vbi ſpeciatim derogatum eſt, vt pote quia Romanus Pontifex, & huic abſolutionem tribuere voluit, in his enim omnibus caſibus abſolutio huic impetranti proderit.

Et cęremonię ſolemnes quæ adhibentur, dum maior excōmunicatio fertur, quot, & quę ſint, & quamobrem fiant? ſunt conſulendi Barthol. Vgolin. de excōmunicat. maior. tab. 2. c. 29. ex pag. 576. & latiſsimè Camil. Borrel in conſil. 29.

QVÆSTIO XVI.

De pœnis, quibus afficiuntur filij, & deſcendentes eorum, qui commitunt crimen lęſę Maieſtatis diuinæ, aut humanæ: & an illis ſubijciantur tātum filij legitimi, nati etiam ante cōmiſſum crimen à patre? An vero ſolum poſtea nati?

SVMMARIVM.

1 *Filij, & nepotes illorum, qui crimen læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ cōmitunt, ſunt infames, & num. 4.*

2 *Deus innocentes aliquando ob alterius culpā pœna corporali punit.*

3 *Puniri aliquis corporaliter à lege, vel Rege non poteſt pro alio.*

4 *In*

4 *In crimine læſę Maieſtatis punitur conatus, licet non ſequatur effectus.*

5 *Filius præſumitur talis, qualis pater, & plerunq; vitia, & virtutes parentum imitatur.*

6 *Crimen læſæ Maieſtatis poteſt inquiri, etiam poſt mortem delinquentis.*

7 *Filij, & nepotes cõmitentium crimen læſæ Maieſtatis, ex paterna linea, & ex materna, primi dumtaxat gradus, non poſſunt ad ſacros ordines promoueri, cum limitatione ibi poſita.*

8 *Filij ſupradicti non priuantur beneficijs, officijs, & ordinibus obtentis ante commiſſum crimen læſæ Maieſtatis à parentibus.*

9 *Filij ſupradicti non priuantur nobilitate, & alijs per ipſoſmet acquiſitis.*

10 *Filij illegitimi, & ſpurij commitentium crimen læſæ Maieſtatis puniuntur ea pœna, qua legitimi, & num. 41. in fin.*

11 *Filij nati ante delictum criminis læſæ Maieſtatis a patre commiſſum, nullis pœnis ſubiacent, ſecundum aliquorum ſententiam.*

12 *Intellectus ad cap. Quicunquè, & ad cap. Statutum 2. de hæret. in 6. & num. 14. in fi.*

13 *Filius natus ante dignitatem patris, non gaudet prerogatiuis, & honoribus illius.*

14 *Filij commitentium crimen læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ, etiam nati ante crimen commiſſum, puniuntur pœnis, quibus poſtea nati, ſecundum veriorem ſententiam, quam tenet Auctor. & n. 15. & 17. in fi.*

15 *Intellectus ad cap. Inter cæteras, de reſcrip. & ad cap. ad ſtirpandas de fil. Præsbyt.*

16 *Pater plus diligit filium, quam ſe ipſum.*

17 *Pater, & filius ſi torquendi ſint, prius torqueri debet filius.*

18 *Domus commitentium crimen læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanę, diruendæ ſunt, neq; amplius erigendæ.*

19 *Intellectus ad l. 2. C. de libert. & eor. liber.*

20 *Extenſio fit ad ea, quę ex proprietate verbi includuntur, etiam in materia, quæ ſtrictè debet intelligi.*

21 *Repręhenditur ab Auctore opinio dicentium, in crimine læſæ Maieſtatis humanę non puniri filios natos ante crimen commiſſum.*

22 *Crimen læſę Maieſtatis humanę, grauius punitur à iure, quam crimen diuinę, & quare? num. ſequent.*

23 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de crimine hæreſis, non tamen ipſe condẽnat ad pœnam ignis.*

24 *Filij commitentium crimen læſæ Maieſtatis diuinę, vel humanę, liberantur à pœnis, ſibi à iure impoſitis, ſi denuntiauerint iudici, ſuos parentes tale crimen commiſiſſe.*

25 *Pater accuſatus à filio, vel è contra, mitius puniri debet.*

26 *In confiſcatione bonorum, quam patiuntur, qui dictum crimen perpetrarunt, ſolum veniunt bona pręſentia, & non futura.*

CERTISSIMI Iuris eſt, & lege Pontificia, & Cęſarea cõ
1 probatum, filios, & nepotes eorũ, qui diuinã, vel humanã Maieſtatem læſerint, infamia notari, indignoſquè cenſeri, vt obtinere valeant officia, & beneficia Eccleſiaſtica, aliaquè Reipublicę munera, quod planè ſancitum eſt ob criminis grauitatem, vnde innocentes filij ob ſcelus paternum pœna temporali bonorum puniuntur, vt probatur in l. quiſquis §. filij C. ad l. Iul. maieſt. & in cap. vergentis de hæret. cap. 2. §. hęretici, & in c. ſtatutum 2. eod. titul. in 6. & quamuis huiuſmodi leges, quibus pro aliquorum delictis aliqui puniuntur, vt filius pro patre, nequè probet, neq; laudet Dionyſius Halicarn. lib. 8. de Antiquit. Rom. eaſq; quodammodo ab eius Republica relegauerit Plato. in lib. 9. de legib. cum contineant reſpectu filiorũ ſummum rigorem, duritiem, & odium irrationabile: ita vt dicta l. Quiſquis tanquam ſanguinaria, odioſa, iniurioſa, iniqua, & contra naturalem rationẽ, & iuris diuini, & humani diſpoſitionem, non ſit in vſu, ſed conſuetudine ſit abrogata, vt tradunt Ioannes Igneus, in l. fin. num. 144. ad Silan. Decian. tract. de ret. crimin. lib. 7. titul. 41. num. 19. Roland. conſ. 74. vol. 3. ex num. 20. Menoch. conſ. 99. ex num. 118. Deci. conſ. 164. num. 2. Crauet. de Antiq. 4. par. §. tranſeo nunc. nu. 127. Ceuall. quæſt. 653. num. 38. Farin. quęſt. 24. ex num. 150. Surd. conſ. 386. num. 18. tradit optime Villadiego ad prohem. fori Iuzgo in gloſſ. l. 11. nu. 12. Iul. Clar. §. læſę Maieſtatis num. 14. Franciſcus Becius conſ. 8. ex n. 19. Horat. Carpan. ad Conſtit. Mediolan. cap. 416. ex num. 209. Nam vt inquit Dion. Philoſophus apud Plutarch. in lib. de ſera numinis vindi. punire filium ob ſcelus patris, tam ridiculum exiſtimandum eſt, quam ſi ob parentis, aut aui morbum, velit imperitus medicus nepoti medicamentum adhibere. Nihilominus tamen iuſtæ cenſeri debent huiuſmodi leges, vt probat Couar. lib. 2. var. cap. 8. ex nu. 1. Alphon. Hojeda de benef. 1. par. cap. 23. ex num. 97. late Iacob. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 29. ex num. 1. Iul.

Clar.

Clar.lib.5.§.fin.quæſt.86.num.4.Rojas ſingul.66. Report.Inquiſit.in verb. filij hæret. in verſ. Item quæritur, Gigas de crim. læſæ Maieſt.lib.3.tit.de pœn.quas filij incur.pat. commit.quæſt.1.ex pag.324.Sebaſt.Medic. in Summa Decret.diſt.56.art.2.fol.26. Villadiego de Hæret.quæſt.23.ex princ. Palat. Rub.de Retent.Regn.Nauarr.5.par.ex §.6. & in §.7. pag.574. poſt princ. Ant.Gomez tom.3.cap.2.num.13. Iaſſ. l.de quibus,ff.de legibus num.57.latiſsime Alfonſ.Caſt.de iuſta hæret.punit.c. 10. & 11.traditq. duodecim caſus,quibus pro parentum ſceleribus
2 filij puniuntur,Matth.de Afflict.in Conſtit. Neap.in tit.2.num. 33. qui etiam videndus eſt in hac materia in num. 24. & allegati à Rojas ſingul.66.num.6. & à Felin.in c. vergentis.num.3.de Hæret.Graff. lib.2.cap.10. num.20.& generaliter, & etiam è conuerſo latiſsimè Dueñas regul. 245. Iul.Clar. in §. fin.quæſt.86. Menoch. conſ.99. Luca deciſ. 94. in 2.par. Caualcan. de vſu fruct.nu.236. Menoch.de præſump.lib.5.præſum.33.idem Menoch.conſ.226. latiſsime Farinac. lib.1. quæſt.24.Portol.in verb.pater num.17.Gutierrez in quæſt.Canon.lib.2.cap.30.

Ex quibus omnibus reſolutiuè colligi poteſt, quod propter delictum patris, vel cuiuſuis alterius,nullo pacto licet,nec legi,nec Regi,filium,vel quempiam occidere,nec excommunicare, nec fuſtibus cedere, nec alia corporali, ſeu etiam ſpirituali pœna punire, ſicut inter Theologos, & Iuris peritos ſatis conſtat,& vltra alios vbi ſupra,probat Sanctus Thom.2.2.quæſt. 108. art.4. Decia. lib.7.cap.41.nu.18. pulchre Menoch. conſ. 99.vol.1.optime Villadiego in prohem.fori Iuzgo,ex num.8. & 20. Simanc. de Cathol. Inſtitut.titul.29.nu.6.in fin. Caſtro in dict. cap.11.Anton.Gomez l. 40. Tauri num.91. verſ.3. & principaliter facit Couarr.in dict. cap.8 num.7.& alij ſupra citati,& quos allegat Portoles in §.Pater numer.20. Hyppol. ſingul.362.& in l.infans n.16.ff.ad l.Cornel. de Sicar. Alphon. Hojeda de benef. 1. part. cap.23.num.104.late Farin.quæſt.24.ex nu. 189.Menoch.lib.5.præſumpt.33.ex num.5. Flamin. Carthar.de execut.ſent. cap.bann. in præfat.num.71.Couar.lib.2.variar.cap.8. nu.1.verſ.Quinta pena,Iul.Clar.lib.5.§.fin. quæſt.86. num.4. Quod omnino notari debet,aduerſus Ioannem Bonifacium in tract. de furtis §. animo lucri faciendi, num. 242. aſſerentis,interdum vnum pro alio corporali pœna affici poſſe, quod pugnat prædictis Iuribus. Bene tamen ob graue crimen, poteſt filius, vel quiuis alius puniri pro patre, vel alterius crimine temporaliter: hoc eſt in famia, exilio, priuatione bonorum, & quibuſdam ſimilibus pœnis. Quod quidem procedit etiam ſecundum ius diuinum, ex cap. vergentis, de hæret.ibi:cum multis caſibus, etiam ſecũdum diuinum iudicium, filij pro patribus temporaliter puniantur, & ita debet intelligi illud Ezech.18. dicentis, quod filius non portabit iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filij,& illud etiam Leuit. Anima quæ peccauerit,ipſa morietur,vt declarat Innoc.num.3. in cap. grauem de ſent.excõmun. & Abb. in dict.cap.vergentis,num.3. Iuſtis enim ex cauſis, & propter Reipublicæ vtilitatem, quo promptius, & cautius à delictis,& criminibus homines abſtineant,filij, ac deſcendentes delinquentiũ puniri poſſunt à Principe,Hojed.num.104. & in num.125.& alij vbi ſupra. Sicut etiam ex cauſis humano iudicio occultis,& latentibus,Deus Optimus Maximus, ob alterius culpam,innocentes temporali pœna bonorum,& corporis,afficere nonnunquam ſolet. Vt manifeſtiſsimè conſtat Exod.cap.20. Ego(inquit) ſum Deus tuus fortis Zelotes viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem. Qui locus etſi varie intelligatur ab Auguſt. & alijs, in cap.homini.1.quæſt.4. tamen hanc concluſionem probat, ſi veram verborum ſignificationem attendamus. Siquidem viſitare Deum cuiuſpiam iniquitatem, idem eſt, quod eam puniri: ſic dominus per Dauid Prophetam in Pſal 88. dixit:ſi iuſtitias meas prophanauerint,& mandata mea non cuſtodierint,viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Eadem etiã ratione conſtat,quod puer Dauidis natus ex illicito coitu, ob parentum crimẽ mortuus eſt,vt probatur Reg.2.cap.12.& propterea paruuli Gomorræ, & Sodomæ,abſquè vllo proprio peccato,ſimul cum adultis peccatoribus igne conſumpti fuere,vt habetur Geneſ.cap.19. ſicut terra deglutiuit filios; cum Dathan,& Abiron ſine vlla criminis labe,ob ſcelera parentum,diuina quadam vltione, vt habetur Num.cap.17.& facit tex. celebris in cap.vergentis in §.nec huiuſmodi de Hæret.& Ioſue cap.6.& 4.Reg.cap.5. & Geneſ.cap.9. & alibi ſæpe Deus viſitauit peccata patrum in filios, vſq; ad tertiam,& quartam

quartam

quartam generationem. Quod quidem qua
ratione fiat à Deo, fieri autem minimè poſ-
3 ſsit à lege, vel Rege, vt vnus puniatur cor-
poraliter pro peccato alterius, optime ex-
plicat Medin. C. de ſatisfactione quæſt. 5.
fol. 129. verſ. hinc tamen.

Ex quibus ſatis ſuperq. extat comproba
tum, ob criminis grauitatem, & atrocitatẽ,
iuſtè quem puniri poſſe pro alterius crimi-
ne; quo circa intelligitus quo ad hunc ca-
ſum, dictam legem Quiſquis, non continere
odium irrationale; vt poſt alios opinatur
Grauet. de antiq. 4. par. 5. tranſeo nunc. nu.
157. & aduertit in ſpecie Menoch. conſ. 99.
num. 220. in fin. & quidem adeo tanta eſt hu
ius facinoris; de quo verba facimus, enor-
mitas, tàmque odioſa legibus, ac Principi-
bus viſa eſt, vt quamuis regulariter non pu-
niri ſoleat delictum attentatum, vt proba-
tur in cap. cogitationis pœnam. de pœnitẽ.
diſt. 1. ſi non ſequatur effectus; vt tradunt
Anton. Gabr. lib. 7. com. opin. titul. de crimi
nal. concl. 12. num. 19. Menoch. de arbitrar.
caſu. 360. late Proſper. Farinac. in ſuo tract.
crim. 1. par. quæſt. 17. nu. 49. hoc tamen non
4 obtinet in crimine læſæ Maieſtatis, in ipſo
etenim conatus punitur, atq; ſi ſecutus eſſet
effectus. Prẹſertim ſi externo quopiam actu,
certoq; indicio hæc voluntas conſtiterit, di-
cta l. Quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt. Angel. in l.
fin. §. fin ff. quod quiſq; iur. Tiraq. de pœn.
temper. cauſ. 38. num. 10. Anton. Gabriel in
dict. concl. 12. num. 20. Iodocus Damahau-
derius in Prax. Crim. cap. 62. num. 10 Gigas
de crimine læſæ Maieſt. lib. 3. tit. qualiter, &
à quibus crim. læſæ Maieſt cõmit. quæſt. 66.
per totam, Iul. Clar. in §. lẹſæ Maieſtatis nu.
15. latiſsime, & pulchre Menoch. de Arbitr.
caſ. 360. Alber. Pighius lib. de Eccleſiaſt. Hie
rarch. cap. 16. Couar. in clem. 1. 2. par. in ini
tio num. 6 & in Reg. peccatum 2. par. in ini-
tio num. 7. Alphon. Caſtro lib. 2. de poteſt.
leg. pœn. cap. 15. Didac. Cantera in quæſtio-
nibus crimin. tit. de crim. læſæ Maieſtatis. n.
10. ex pag. 457. & merito huiuſmodi filij in
perpetua egeſtate, & turpidiſſe coguntur vi
uere, quia ſunt infames, nam infamia pater-
na eos ſemper commitatur, & conſequenter
ſunt dignitatũ, & bonorum incapaces, quia
infamibus portẹ dignatum patere non de-
bent, vt habetur in l. 2. C. de dignitatibus
lib. 12. Can. tantis Daniel. 81. diſt. cap. inter
dilectos de exceſibus Prælat. Reg. infamibus
de reg. Iur. in 6. & ratio prædictorũ eſt, quã
reddit Imperator in præallegato §. filij ve-
ro, quia paterno debẽt perire ſupplicio, in
quibus paterni, hoc eſt, hæreditarij criminis
exempla metuuntur, & ita iſti filij propter
delictum paternum dicũtur eſſe affecti, quia
nati ſunt ex ſanguine improbato, & ſunt
portiones quædam viſcerum patrum ſuo-
rum, ſic in deteſtationem tanti criminis, pa
ter punitur in filio, nam cum perfidia ſangui
nis committetur eos, merito dici poſſunt in-
digni: licet ex alieno vitio iſta infectio ſan-
guinis proceſſerit, & quia ſemper lex præ-
ſumit eos eſſe hẹredes paterni criminis, &
paternæ audaciæ ſucceſſores, ideoq; repu-
tãtur indigni, non ſolum ratione delicti pa-
terni veri, ſed etiam ratione proprij delicti
præſumpti, vt notanter ſentit Iacob. Butr.
& Cynus in dict. l. Quiſquis, in 5. quæſt. C. ad
5 l. Iul. Maieſt. quos Salicetus, & alij cõmuni-
ter ſequuntur, & quod talis prẹſumatur quis
eſſe, qualis fuit eius pater, Reper. Inquiſit.
verb. præſump. in verſ. Itẽ talis, pag. 639. op-
time Menoch. lib. 5. præſumpt. 33. nu. 4. & 5.
cum plerunq; filij parentum virtutes, & vi-
tia imitentur, vt pulchre probat tex. in l.
quod ſi nolit. §. qui mancipia ff. de ædilitio
edicto, quem adhoc allegat Hojeda de be-
neficio 1. par. cap. 23. nu. 69. & optime nu.
126. plura ad propoſitum referens, vnde di-
cebant Fulgoſ. conſ. 159. num. 1. ibi: cum pa-
ter, qui eſt radix, ſit corruptus, non poteſt
bonus filius à corrupta radice deſcẽdere, &
Cumanus in l. ſi quis cum totum, nu. 4. ff. de
exception. rei iudic. ibi: quia proceſſerunt
ex radice iam vitiata, ideoquè, quẹ ab ipſa
emergunt, ſequuntur eius naturam.

Similiter etiam propter immanitatem, &
deteſtationem horum criminum, ſtatutum
reperitur, quod quamuis regulariter crimẽ,
& pœna delinquentis, morte ipſius extin-
guatur, l. defuncto. ff. de publicis iudic. cuius
verba ſunt: defuncto eo, qui reus fuit crimi-
nis, & pœna extincta eſt, & tradunt Iul. Cla.
§. fi. quæſt. 51. num. 12. Pelegrin. de Iure fiſci
lib. 4. tit. 5. ex prin. Gomez de delict. cap. 1.
num. 18. Rojas ſingul. 50. & ſingul. 134. ex
prin. Villadiego ad fot. Iuzgo lib. 2. tit. 4. in
gloſſ. l. 7. & l. 8. num. 9. Sebaſt. Medices tract.
Mors omnia ſoluit, 2. par. concl. 2. ex princ.
& concl. 27. num. 76. & concluſ. 32. num. 86.
Dueñas regul. 173. incipien. crimina morte
extinguntur. Simanc. de Cathol. inſtit. titul.
18. ex num. 2. viuos namq; caſtigare decet,
non mortuos, vt eſt apud Stobæum ſermo.
122. qui

122. qui Sophoclem refert ita dicentem:
Quid iuuat mortuos, qui amplius non ſunt,
affligere? Fabius quoq; ait declamar. 12. mor
tem quidem finem eſſe, nec ſęuitiam vltra
fata procedere, illumq; valde crudelem in-
dicat, qui adeo hominem exuit, vt ibi pœ-
6 nam querat, vbi ſenſum doloris non inue-
niat: nihilominus tamen in crimine lęſæ Ma
ieſtatis diuinæ, aut humanę, etiam poſt mor
tem delinquentis, procedi, & inquiri poteſt
aduerſus tale flagitium, & delictum commi-
tentem, iuxta l. fin. C. ad l. Iul. Maieſt. & tra-
dunt Iul. Clar. in dict. quæſt. 51. num. 13. &
in §. læſæ Maieſtatis num. 16. Gigas de crim.
læſæ Maieſt. lib. 1. tit qualit. in crim. lęſæ Ma
ieſt. procedatur, quæſt. 20. ex num. 3. Gomez
tom. 3. de delictis cap. 1. num. 80. & cap. 2.
num. 12. Iul. Clar. §. Hęreſis num. 21. Simanc.
in Enchirid. tit. 55. num. 3. & tit. 62. num. 3.
Rojas ſingul. 50. & ſingul. 134. num. 9. Medi-
ces in dict. concl. 2. ex num. 8. late grauiſſi-
mus Doctor Franciſcus Pegn. literis, religio
ne, & prudentia inſignis, Aragonenſiumq;
non ſolum ſingulare decus, & gloria, verum
etiam, & Romanæ Curiæ, vbi Decanus Ro-
tæ per plures annos extitit, in 3 par. Direct.
Inquiſitor. cōment. 92. ad quæſt. 43. ex pag.
616. verſ. in crimine tamen. Dueñas vbi ſu-
pra; Roman. ſingul. 436. Incip. de crimine,
Simanc. de Cathol. Inſtit. tit. 18. ex num. 5.
Paul. Lancellot. in Inſtitut. Canon. lib. 4. tit.
de Hęret. §. poſt mortem, Peregrin. de Iur.
fiſc. lib. 4. tit. 5. ex num. 19. & 29. & vſq; adeo
Eccleſia deteſtatur impium hoc genus ho-
minum, vt nec ipſorum prolem vſq; in ſe-
cundam generationem ad vllum beneficiū,
7 vel officium admiti concedat, & ſic filij, &
nepotes ex paterna linea, & ex materna, pri
mi dūtaxat gradus, promoueri non poſſunt
ad ſacros ordines, ſi eorum parentes in Hę-
reſi deceſſerint, & vnitati Eccleſię non fue-
rint reſtituti, vt tradunt Salzedo ad Diaz in
Praxi cap. 23. num. 22. Couarr. lib. 2. var. cap.
8. num. 6. Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 46. nu.
5. verſ. Eccleſia, Simanc. de Cathol. Inſtit.
tit. 29. ex nu. 14. Repertor. Inquiſit. in verb.
filij, verſ. Item filij, & in ver. ſed circa ſupra
dictas, Rojas de Hęret. 2. par. aſſert. 42. num.
337. Surdus conſ. 386. num. 4. qui licet tan-
tum loquātur de filijs Hęreticorum, idem
etiam dicēdum eſt de eorum filijs, quorum
parentes crimen læſæ Maieſtatis commiſſe-
runt, vt optime probat Gigas lib. 3. titul. de
pœnis quas filij incurr. quæſt. 12. ex num. 1.
Maiol. dict. lib. 5. cap. 47. per totum, & ratio
eſt, quia omnes hi infamia notantur, vt di-
ctum eſt, & probat dicta l. Quiſquis, ordi-
nes autē ſacri, ad maxima Eccleſiaſtica offi-
cia miniſtranda, inſtituti ſunt, vnde infames
promoueri ad ea ſacra miniſteria nequeunt,
vt expreſſe decidit Maiol. vbi ſup. & in lib.
3. cap. 1. ex prin. Salzedo, & Simanc. in locis
proxime allegatis.
8 Ex his tamen non licet inferre, huiuſmo-
di filios priuari debere beneficijs, officijs, &
ordinibus, quibus decorātur, & habent, an-
te quam eorum parentes illud crimen com-
miſſerint. Quamuis enim illi omnibus hono
ribus, & beneficijs Eccleſiaſticis priuentur,
non tamen iam obtentis tempore commiſſi
criminis priuari debent. ex glo. in Clem. 1.
§. ipſius, de pœnis. vbi Bonifac. numer. 54. &
hanc opinionem firmat magis communis
Doctorum opinio, ſecundum Simanc. ſup.
num. 20. optime Alphonſ. Hojed. de benefi
cijs, 1. par. cap. 23. ex num. 10. Rojas ſingul.
24. & ſingul. 66. num. 3. Repertorium Ioqui-
ſit. in verb. filij. verſ. ſupradictum eſt. pagin.
363. & verſ. nunc quæritur pag. 364. Maiol.
d. lib. 5. cap. 47. num. 6. Rebuff. in Praxi. 3. p.
de modis amit. benef. num. 25. Didac. Perez
lib. 8. tit. 7. l. 1. pag. 197. col. 2. verſ. Tenendo
priorem opinionem. Azeuedo lib. 8. titul. 3.
l. 1. ex numer. 204. Villadiego in prohemio
For. Iuzgo. l. 11. num. 73. in fin. & 79. etiam
in fin. Ludouic. Paramo de Origin. Inquiſ.
lib. 3. quęſt 9. ex num. 203. Couar. lib. 2. va-
riar. cap. 8. num. 4. Hypol. de Marſil. Tract.
de fideiuſ. num. 120. Iul. Cla. §. hæreſis n. 16.
Roman. ſing. 69; incipien. Scis quod, Villa-
diego de Hæreſi. quæſt. 23. opt. gloſ. in can.
ſatis peruerſum 56. diſt. Angel. de Malefic.
in verb. & eius bona publicamus num. 27.
vbi Auguſtin. in addi. in fin. & in addit. ad
verb. (& hay tradito la tua patria) num. 15.
in fin. verbi, nouiſſime Gutierrez lib. 2. Ca-
non. qq. cap. 30. num. 38. Surd. conſ. 386. nu.
5. Decian. lib. 5. cap. 45. num. 6. verſ. limita.
ſeptimo. Menoch. conſ. 805. ex num. 32. Qui
bus in locis tradunt Doctores, propter cri-
men læſę Maieſtatis commiſſum à parenti-
bus, filios non eſſe priuandos beneficijs an-
tea obtentis. Quod eſt notandum contra
Ioan. Andr. in cap. vt commiſſi col. 2. & Do
minic. ibidem in §. priuandi, & Henric. in
cap. vrgentis col. 4. & ibi Anan. colum. 2. de
heret. Gigas vbi ſup. lib. 3. tit. de pœn. quas
filij incurrunt, quæſt. 11. Imol. in l. Inſulam,
in prin.

in princip. ff. ſol. matr. & Palat. Rub. de
Regn. Nauarr. 5.par.§.8. vbi allegant tex.
in cap. fœlicis,§. quod ſi quis,de pœn.in 6.
in quo probatur filios percutientis Sanctæ
Romanæ Eccleſiæ Cardinalem , ipſo iure
priuari beneficijs,quę cõmiſsi criministem
pore obtinebãt,& tamen crimen illud mul
to leuius eſt, quam crimen læſæ Maieſtatis
diuinæ , vel humanæ. Prior tamen opinio
mitior, & benignior eſt , vt tradunt Iulius
Clar.in dict.num.16. & alij vbi ſupra, Sal-
zedo ad Diaz in dict.capit.114. in liter. A.
verſ. quinimo filij, pag.383. eruditiſsimus
D. Franciſcus Pegn.in 3.par.Directorij In-
quiſit. quęſt.114 comment.163.ex pagina
727. verſ. anceps tamen , & ardua quæſtio
eſt,Iacob. de Graſſis lib.2.cap.11.num.21.
licet tanquam dubiam quæſtionem noua
Romani Pontificis deciſione indigere,dicat
Rojas ſingul.24. interim tamen , eam opi-
nionem veriorem eſſe exiſtimo. Cum deli-
ctum patris nocere non debeat filijs,in his
quæ per eos , filijs non acquiruntur:Pelaez
9 alios referens de Maiorit.2.par.quæſt.4. in
2.illat.num. 3. & ita dicimus quod licet fi-
lius ob patris hæreſim priuetur nobilitate
habita à patre,non tamẽ amittit illam, quã
ſibi ipſi acquiſiuit, ſicutti ſcribũt Othalora
de Nobilit.4.par.quæſt. 5.& late Menoch.
conſ. 805. ex num. 6.

10 Et vſquè adeo ampliatur ſupra adducta
concluſio,quod etiam ſi præfati filij, & ne-
potes delinquentium, illegitimi, vel ſpurij
ſint,eadem infamię, & inhabilitationis pœ
na, qua parentes,afficiuntur, ne plus fauo-
ris habeat luxuria, quam caſtitas, vt tenet
gloſſ. in dict. cap. ſtatutum el 2. de Hæret.
in 6.Villadiego de hęreſibus,quæſt.22.Re-
pertor.Inquiſit. in verb.filij in verſ. ſed eo
pręſupoſito,pag.360.Paul.Lancelot.Inſtit.
Canon.lib.4.titul. de hæret.in §.ſed & eo-
rundem,vbi gloſſ. in verb.filij, Villadiego
in prohem.fori Iuzgo,ex num.25.late Gi-
gas vbi ſupra lib.3.titul.de pœnis,quas filij
incurrunt patr. committ.quęſt. 7. ex pag.
333. Iacob.Simanc.in dict.tit.29.num.16.
Alphonſ.Hojeda 1.par.de Benefic.cap.23.
numer.103. Iul.Clar. in §. læſæ maieſtatis,
num. 11.Hippolit. Bonacoſa in commun.
opinion. in verb. filij naturales , & ſpurij,
Menoch.lib. 5.præſump.33.ex num.9.Petr.
Surdus conſil.386. num.6. Couarr. in dict.
cap.8.num.3. qui eam aſsignant rationem,
quia hæc pœna filijs infertur, ex eo quod à
ſanguine illius criminoſi pręceſſerint,& ſint
eius corporis pars,quę quidem ratio etiam
in filijs illegitimis,& ſpurijs obtinet,vt poſt
alios vbi ſup.optime probant Hojed.& Co
uarr.in locis proxime allegatis.

Adeſt tamen difficile dubium in hac ma-
teria,neceſſario examinandum,an ſcilicet ſu
praſcriptis pœnis ſolum ſubijciantur filij,
& nepotes nati poſt cõmiſſum delictum pa-
rẽtum,an vero etiam filij,& nepotes, antea
nati afficiantur eiſdem pœnis infamię,& bo
norum priuationis, vel ſucceſsionis, quæ à
iure filijs hęreticorum,& proditorum infli-
guntur,ex dict.l.Quiſquis? In quo certe ma
gna inter iuris profeſſores reperitur contro
uerſia,& hinc inde adducuntur DD.validiſ-
ſimis,& fortiſsimis rationibus, ſuas tuentes
opiniones,alij namq; arguentes,à crim.lęſę
Maieſt.diuinę,ad humanam,& ęcontra,per
gloſ.in verb.ſubire in l.Manicheos,C.de hę
ret. Rebuf.in Prax.3.p.tit.de mod.amit.be-
11 nef.nu.32.Ceruant.in l.4. Tau.nu.44.Pelaez
de Maior.1.p.quæſt.1.nu.105.Gig.de crim.
læſæ Maieſt.lib.2.quæſt.10.num.6.pag.236.
& Crau.conſ.6.nu.3.qui ea crimina ęquipa-
rant,exiſtimant filios natos,antequam pater
tale crimen cõmitat,nullis pęnis ſubiacere,
neq; pœnam infamiæ,atq; incapacitatis ſuc
ceſsionis, neq; quod obtinere valeant offi-
cia, & beneficia Eccleſiaſtica,aliaq; Reipu-
blicę munera,quę quidem pœna à iure filijs
hæreticorum, ſeu proditorum infligitur ad
natos,antequam ipſum ſceluscõmitteretur à
patre,non extendi,cum enim hoc crimen ſit
temporale,& non ſpirituale,mer etrahens à
carne cõmerciũ, videtur quod præſumptio
infectionis ceſſet in filijs iam natis , qui in
nulla culpa fuerũt in cõmiſsione delicti,ſed
fideles Regi, & S. Romanæ Eccleſiæ appa-
rent, quã opinionem optime defendit Cal-
derin.conſ.3.in tit.de hæret.dicens filios an
tea natos,nõ debere puniri pœnis prædictis
quẽ ſequũtur Dominic.& Franc.in c.2.§.hę-
retici de hæret.in 6.& Anania in c.vergẽtis,
n.18 de hæret. & Pariſ.conſ.2.vol.4.nu.183.
Soarez in thęſau.recept.ſent.verb. filij ante
delictũ, Tiraq.de Primog.q.31.n.4.Ciſuent.
in l 4.Tau.n.3.verſ.ſecũndo modo limitatur
Bernard.Diaz in regul.165.verſ.ſecundo li-
mita,nõ procedere,Menoch.conſ.805.n.34.
Tiber.Decian.lib.5.tract.criminal.tit.45.li-
mitat.11. Quemada in tract. de confiſcat.q.
24.in fin.Et hanc quidem opinionem faten-
tur eſſe veram,æquiorem, & benigniorem,

Alciat.conſil.467. numer.7. Ludouic.Molina de Primogen.libr.4.cap.11.numer.55. Iacob.Simanc.de Carhol.Inſtitut.titul.29. num.23. Iul. Clat.in §.Hæreſis,numer.17. & in §. læſæ Maieſtatis numer.12. eamquè ſequuntur Alciat. conſil.467. numer.7. lib. 1. Ioan. Gracian,regul.55. num.24. incerrus auctor in tractat.de crimin.læſæ Maieſtatis, quæſt.7. numer.3. Paul. Fuſcius ſingulari 23.in liter. D.Ioan.Martin.de Olan. in Anthynom.io liter. F. numer.68.Anton. Scapp. de Iur. non ſcrip. libt. 1. capit. 56. nnmer.5. Didacus Perez libr.1. titul.1.l.2. pagina 22. colum.2. in fin.& lib. 8. titul.7. l. 1. pag. 197. colum.1. in verſ. ſed eſt dubium,D. Hieronymus de Vrrea in tractat. *De la verdadera honra militar*, tertia par. fol. 108. verſ. *Que los que nacieron antes*, & plures quos congerit Ceballos quæſt. 653. ex numer.14. Alphonſus Hojeda de Beneficijs 1.par.capit.23.numer.98.verſ. contrariam tamen, Melchiot Pelaez de Maiorit. 2.par. quæſt.4.illat.2.ex numet.6.verſ.his autem, Henrtique Henrriquez tom.2.lib.14.titul. de Irregular.cap.5.n.4.verſ.aut ſi ante crimen, Ioan.Vela de delict.capit.21.de Crimin. læſæ maieſtat.ex pag. 117. verſ. vnde exiſtimo in filijs, qui hanc opinionem in praxi receptam eſſe teſtatur,licer inpuncto Iuris conttatia verior ſit. Nihilominus tamen hanc ſententiam veriorem, & iuridicam appellat, & quamplurimis rationibus eam exotnat,& netuoſe defendit Villadiego in prohem. fori, Iuzgo, in gloſſ. l 11. ex numer. 29. vbi in num. 46. quamplures reſert Auctores in huius opinionis confirmationem.

Quorum ſententia confirmari poteſt, primo ex Graciani Miſcelaneis,in cap.non imputantut 1.quęſt.4.Quem Canonem inaduertenter aſſerit Ludou. Molina in dict. cap.11.num.55. deſumptum fuiſſe ex Concil. Tolet.13.cap.1.eſt namquè Beati Auguſtini,in epiſt.75.ad Auxil.Epiſc.vt appareret ex ipſius textus ſupra ſcriptione, & ex Couarr.lib.2.var.cap.6.num.6.& Simanc. de Cathol.Inſtit.tit.29.num.25. litera autem illius ſic ſe habet. Non imputantur filijs peccata parrntum, quæ poſt eorum natiuitatem, à pareotibus commituntur, nec pro peccatis parentum,ſpirituali pœna filij ſunt plectendi,&c. Ergo dicendum videtur, non trahere aliquid ex patre, eum qui iam natus erat,quando pater eius peccauit, ſed ſolum natos poſt cõmiſſum crimen, ex infecta radice prouenire,mirum ergo videri non debet,ſi alia ſit canſa horum,alia vero eorum, qui antea nati fuerunr, idquè etiam non inelegantet confirmatur, ex allegato Concilio Toletano 13.capit.1. vbi poſtquam quidam reſtituuntur in priſtinã dignitatem,qui in infidelitatem inciderãt, mox ſubiungitur; quod etiam de filijs eorum decernimus obſeruandum, qui poſt admiſſum parẽtum pręmemoratę prophanationis ſcelus, nati eſſe produntur. Ecce quod illi tantum filij egebant reſtitutione, qui nati erant poſt parentum infidelitatem alij vero oari ante crimen,quia intægri ſtatus permanſerant,nó egebant reſtitutione.

Secundo ſupradicta opinio probatur ex l. 2. C. de liber. eorumquè libert. vbi filij eam parentũ conditionem ſequuntur, quæ eſt tempore natiuitatis,& conceptionis,& non quæ antea ſuerit,aut poſtea,quo in loco,Bald. notat, delicta parentum non nocere filijs primo natis,ſed tantum naſciturìs, quoniam contrahunt Rubiginem à linea iam infecta, & à ſanguine improbato. Vnde præſumendum eſt,quod laborabunt eodem morbo, & vitio,quo pater,vt dicitur in l.Quiſquis C.ad l.Iul.Maieſtat,canonizata in cap.ſi quis de poteotibus,6.quęſt. 1.per quæ iura optime comptobat Grammat.deciſ.18. ex num.1. Tiraquel.l.7.coonub. ex num.2. Din.in reg.ſine culpa num. 8.de regul.iur in 6.& facit illud Geneſ.cap. 18.& 19.vbi ſolus Loth iuſtus inuentus eſt, quia alij in peccatis parentum fuerunt concepti, propter quod omnes cum illis igne conſumpti ſunt; vt explicat Igne.io l.fi.nu. 37.ff. ad Sylaniao. Inde etiam Imperator Flauius Veſpeſianus, cum præberet rationem, qua motus fuit, ad caſtigãdum filium Herodis Agrippæ,qui rebellis ei fuerat,his verbis vtitur;affeci, eo quod in corde eius relinqueretur opus patri ſui, quia conceptus ſit ex ſemine rebellionis, pro vt explicat Ioſeph.de Bello Iudaico cap.6. & quidem pro ſupradictis bene etiam facit gloſ. communiter recepta,in verb.aſpergit,in l. 2. C. de quęſt. aſſeuerans, maculam patris filijs antea natis minime præiudicare,quin vtantur priuilegijs,quibus vti poterant,ex paterna dignitate ante ctimen commiſſum nequè certe his obſtant iura, quæ in contrarium adduci poſſunt, vt inquit Calderin. in dict. conſil. 3. & alij ex ſupra citatis

tis, quia cum indefinite loquantur de filijs & eadem ſit ratio particularium contentorum ſub indefinita, diſtinguendi ſunt filij antea nati à natis poſtea; vt dictum eſt, & ſecundum hoc intelligunt, & limitant tex. in cap. quicunque, & in cap. ſtatutum de hæret. in 6. quia licet fateamur quod loquuntur de filijs illorum, qui tales eſſe, vel tales deceſiſſe probantur, tamen intelligi debent non indiſtincte, in omnibus filijs, ſed in natis tantum, poſt crimen commiſſum, & non in natis antea.

13 Tertio idem ſatis apparet ex eo, nam ſi filius natus ante patris dignitatem, non conſequitur prærogatiuas, & honores eius, multo minus illi nocere debet crimen à patre poſt eius natiuitatem commiſſum, etenim odia reſtringi, & fauores cõuenit ampliari, antecedens probatur ex tex. in l. 2. §. in filijs ff. de Decurion. vbi optima gloſſa in verbo pertinet, & tex. in l. Senatoris 1. ff. de Senatoribus, & facit l. ſi Senator C. de dignitat. lib. 12. quæ diſtinguit ante patris dignitatẽ, & poſtea natos, vt videlicet illi ſint priuati, ij potiantur patris dignitate. Ad idem conducit tex. in l. fin. C. de Decurion. lib. 10. in illis verbis: Sed progeniti filij, antequam ad fiſci patronatum peruenerint, in conditione priſtina remaneant, Bart. etiam in dict. l. 2. §. in filijs, ſpecialiter in hoc aſſerit, nobilitatem patris non tranſire ad filios antea natos, proptereaque huiuſmodi filios non puniri ex ſtatuto aggrauante pœnam nobilium, & idem probat Præpoſitus in cap. iam itaq; 1. quæſt. 4. num. 10. ad idem facit gloſ. in l. Imperialis §. illud C. de nupt. vbi Bald. num. 10. tenet non dici filium Regis, eum qui natus eſt priuſquam pater Regnum obtineret: nec præferendum fore in ſucceſsione ei, qui natus fuerit poſt adeptum Regnum, ſicut nec natus antequam pater eſſet ſacerdos, non dicitur filius ſacerdotis, pro quibus omnibus plura in eius confirmationem congerunt, Doc. in cap. inter cæteras de Reſcrip. num. 4. Felin. in capit. prudentiam num. 8. de offi. deleg. Palat. Rub. in Repet. cap. per veſtras notab. 3. §. 23. numer. 191. pag. 502. Didacus Perez lib. 4. titul. 1. l. 5. in gloſſ. No gozen la exempcion; iuxta finem, & in addit. ad Seguram in l. vnum ex familia §. ſed ſi fundum numer. 73. ff de legat. 2. optime Cremen. ſingul. 51. incipien. ſi vidi pulchram, Rojas ſingul. 68. ex num. 1. in fin. Guilier. Benedict. in Repet. cap. Raynutius in verb. in eodem teſtamento relinquens el 1. num. 200. Coſm. in pragm. Sanct. in prohem. in §. in qua quidem in gloſſ. in verb. primogenito in verſ. ſed an filius genitus, & plerique alij, quos latiſsime refert Andreas Tiraquel. de Primogen. quæſt. 31. ex numer. 2. vbi ex hiſtorijs plura circa hoc adducit, & præſertim in num. 9. ea quæ de Xerxe, & Arthamene tradit Iuſtin. lib. 2. cuius etiam verba tranſcribit Rodericus Suarez in l. Quoniam in prioribus limitat. 11. in fi. pag. 192. C. de inoff. teſt. & addit. ad Doc. in dict. num. 4. in litera C. & retulit etiam Raynald. Corſus lib. 3. indagin. Iur. cap. 6. Petrus Herodius lib. 5. Decret. titul. 13. cap. 4. ſcilicet, quod cum in Perſia orta eſſet controuerſia, inter Artamenem, & Xerxem Darij filios de Perſici Regni ſucceſsione, forte tunc ibi ad fuiſſe Demaratũ Spartano Regno eiectum, dixiſſequè Spartanorum inſtitutis, filium poſt ademptum à patre Regnũ, alteri ante genito præferri, atquè ob eam cauſam Xerxi Regnum adiudicatum fuiſſe. Cum igitur ex his, filij antea nati, non conſequantur commoda, conſequens eſt vt nec incommoda, & damna pati debeant. Et quamuis non deſint Doctores exiſtimantes natum ante quam pater Regiam dignitatem aſſequatur, filium Regis dici, & ſuccedere in Regno, vt infra dicetur, hoc tamen explotatum eſt, quod vbi tractatur de materia pœnali, odio, vel incommodo, vt in propoſito nunquam filius antea natus, iudicatur ad paria cum naſcituro, vt diſtinguit Afflict. cap. 1. verſ. in gloſſ. 3. num. 17. quæ ſit n. cauſ. benef. in vſibus feud. & docent Sebaſt. Medices poſt alios, in tractat. Mors omnia ſoluit, in 3. part. num. 158. in illis verbis: licet nobilitas, & dignitas fortaſsis extendatur ad filios natos, ante eam adeptam, tamen calamitas patris nullo modo extendi debet, ſed natiuitatis tempus, omnino expectari.

14 Contrariam tamen opinionem, veriorem, atquè magis communi ſcribentium calculo receptam eſſe, ac propter immanitatem criminis, maxime hac noſtra tempeſtate tenendam eſſe fatentur, non ſolum illi, qui eam ex profeſſo defendunt, ſed etiam multi ex Doctoribus, qui ſuperiori opinioni adhærent, vt patet ex Ludouic. Molina in dict. cap. 11. num. 55. in fine Anton. Scap. in Allegat. cap. 56. num. 3. & Simanc. de Cathol. Inſtit. tit. 29. num. 22. nempe quod filij

Secundo quòd eadem pœna puniantur filij antea nati, optime probatur ex cap. filij de hæret. in 6. vbi filij eorum, qui in articulo mortis hæreſim commiſſerunt, pœnas canonicas patiuntur, ex quo innuitur, ſufficere quod patres eorum, in morte fuiſſent hæretici, vt filij puniantur ſupradictis pœnis, cum indubitanter textus ille loquatur de filijs iam natis ante crimen, in quibus poteſt cadere infamia de iure, tam ſcilicet de legitimis, quàm naturalibus, & ſpurijs, emancipatis, ſeu filijs familias, de quibus contentio fuit inter ſcribentes, verum omnes pœnam infamię, & incapacitatis incurrant, vt latè per Gigant. vbi ſupra quæſt. 6. & quæſt. 7. Simancas dict. titul. 29. num. 16. Iul. Clar. in §. læſæ Maieſt. num. 10. Hojed. in d. cap. 23. numer. 103. & quos refero ſupra in verſ. & adeo vera ſunt omnia.

Tertio eadem opinio manifeſte comprobatur ex tex. cui certe difficile eſt congruum reſponſum aſsignare, in capit. ſtatutum 2. de hæretic. in 6. quo in loco ſancitum eſt, filios hęreticorum eſſe infames, hæreticorum inquam, qui tales deceſſiſſe, vel tales eſſe probentur, igitur vt filij ſupraſcriptis pœnis notentur, ſatis erit patrem hæreticum deceſſiſſe, nec opportebit, aut neceſſe erit, probare, patrem ante mortis tempus, & cum filij nati fuerunt, hæreticum fuiſſe, ſatis enim eſt legi, quod pater deceſſerit hæreticus. Ex quibus certe apparet ob tanti ſceleris prauitatem Summis Pontificibus placuiſſe, etiam filios natos ante crimen, infamia, & alijs pœnis omnino afficere. Nec obſtat conſideratio Simancas de Cathol. Inſtit. titul. 29. numer. 31. quam refert, & ſequitur Villadiego in prohemio fori Iuzgo, in gloſſ. l. 11. num. 52. dum aiunt conſtitutionem hanc eſſe ędiram in fauorem filiorum hæretici, & propterea ita eſſe interpretandam, ne in odium retorqueatur. Quia his optime ſatisfacit Menoch. lib. 5. præſumpt. 33. dicens, numer. 26. quod licet Bonifacius Pontifex, multa ſtatuerit in fauorem filiorum hæretici, illud tamen fuit quo ad gradus ipſorum filiorum, hoc eſt, ne vltra ſecundum gradum extendatur pœna olim contra eos indicta, filij autem intelliguntur, ſiue nati ſint poſt commiſſum crimen, ſiue nati ante, cum de filijs in hæreſi morientium, qui generare amplius nô poſſunt, loquatur Bonifacius. Hoc etiam ſatis confirmatur, ex cap. 1. de Sciſmaticis in 6. ibi: contra natos inſuper, & poſteros dicti Ioannis, & ex quadam Extrauag. Paul. 3. aduerſus Henricum Regem Angliæ, incip. cum redemptor, in illis verbis, natos, & naſcituros, quę iura generaliter de omnibus filijs natis, & naſcituris poſt crimen paternum videntur intelligenda fore. Nam ſicut dignitas, & priuilegium patris, extenditur etiam ad filios ante dignitatem conceptos, ex magis communi, & veriori Doctorum opinione, pro vt referunt Abb. in cap. licet nu. 11. de voto, Alberic. in 1. par. ſtatut. quęſt. 157. incip. ſed ſupponamus, optime Couar. lib. 2. var. cap. 8. nu. 5. Lud. Molin. de Primog. lib. 3. cap. 1. nu. 3. Portol. in §. filius nu. 22. Franc. Othoman. in lib. Quęſt. Illuſtr. quæſt. 2. late Ant. Gom. ad l. 40. Tau. n. 67. Pelaez de Maiorat. 2. p. q. 4. illat. 5. n. 1. Tiraq. de Nobilit. c. 15. nu. 7. Franciſ. Caldas, Belluga, Lancelot, Conrad, & alij relati à me in 2. p. Collect. 15. nu. 6. & eſt videndus Tiraq. de Primog. quæſt. 31. ex nu. 19. vbi plures recenſet hiſtorias, & quamplures intellectus aſsignat, pro vera huius dubij reſolutione, & tandem in n. 27. hanc ſententiam veriorem eſſe cenſet, 15 quam ſuperius adductam in tertia oppoſitione contrariæ opinionis. Pro quibus bene facit optimus textus in c. Inter cæteras, ibi: filius ſacerdotis, & in ſacerdotio genitus, de Reſcript. Ex quo probatur, eſſe filium ſacerdotis eum, qui ante ſacerdotium natus eſt, aliàs enim fruſtra textus ſubdidiſſet ea verba, & in ſacerdotio genitus, & ita ibi per illum tex. volunt. Panor. Marian. & Franc. Rip. & idem Marian. in Repet. cap. Veniens in 2. notabili, de Accuſat. & idem etiam probat clarior textus in cap. ad extirpandas de fil. Præsbiter. nam primum, filios Præsbiterorum ſimpliciter vocat, & poſtea de iiſdem loquens dicit, ſiue geniti ſint in ſacerdotio, ſiue non. Ex quo conſtat, nihil intereſſe, vt filij Præsbiterorum dicantur, ſiue nati ſint poſt ſacerdotium, ſiue ante, ſicut igitur ex ſupradictis dignitas, & priuilegium patris extenditur ad filios antea natos, pari etiam ratione pœna, & ignominia cōprehendit filios ante delictum paternum genitos.

Ex his omnibus ſatis apparet, quam grauis ſit hęc quęſtio pro vtraq; parte ventilata, an ſcilicet inſpecto iure cōmuni, ſupradictis pœnis ſubijciantur tantum filij nati poſt patratum ſcelus paternum, an etiam filij antea nati: ita vt ob dubitationis grauitatē Pal. Rob. vir quidem acutiſsimi ingenij, & ſummæ

eruditioni,in repet. cap. Per veſtras,notab.
3.§.23.num.21.illam indeciſſam dimiſſerit,
& reliquerit cogitandum,quid de hac diffi-
cili quæſtione ſentiendum ſit.Quod etiã fe-
cit ille inſignis Iuriſconſultus Greg.Lop.in
l.2.tit.2.p.7.in gloſ.5.verb.*Sus hijos.*

Cæterum quamuis ipſe non ſim (Lector
amantiſsime)qui poſsim ex Heracliti Anteo
res adeo obſcuras, & difficiles eruere, verũ
tamẽ quia in dubijs, libere poteſt quicunq;
cui placuerit ſententię adhærere,non dubi-
tabo hac in re meum ferre iudiciũ:dico igi-
tur,mihi magis placere hanc ſecundam ſen-
tentiam,quia indiſcriminatim omnes filij,ſi
ue nati ante,ſiue poſt cõmiſſum à patre cri-
men læſæ maieſtatis diuinæ,aut humanæ,no
tantur infamia,& incapacitate ſucceſsionis,
& licet nõ me lateat,hanc,quam amplector
opinionẽ,nimis rigidam, & riguroſam,aliã
vero benigniorem videri, tamen negari cer
te non poteſt,noſtram ſententiam quieti,&
ſaluti Reipublicæ vtiliorem eſſe. Intereſt nã
que Reipub. vt omnes filij puniantur pro
delicto, & crimine læſæ maieſtatis à patre
perpetrato,quo quidem nihil poteſt in Re-
publica eſſe pernicioſius, & deteſtabilius,&
pro crimine hęreticę prauitatis, quo nihil
eſt apud Deum optim.& maxim.grauius,&
punitione dignius, vt ita parentes,qui ma-
gis in filijs,quam in ſe ipſis terrentur,arcean
tur à ſceleribus, quorum pœnam ad filios
ſciunt etiam extendendam,& hęc eſt vna ex
vrgentioribus rationibus,quare filij puniun
tur à iure ob delicta parentum, ſecundum
Zenzelin. in extrauag.22. incip. dierum, in
verb.quomodolibet.Idq; mirifice compro
batur ex his, quę Cicero lib.1. epiſtolarum
ad Brutum epiſtol. 12. eleganter his verbis
ſcripſit, nec vero me fugit, quã ſit acerbum,
parentum ſcelera filiorum pœnis lui, ſed ta
men hoc præclare legibus comparatum eſſe
videtur,vt charitas liberorum amiciores pa
rentes Reipublicę redderet, etenim cum
potiſsima fere cauſa pœnarum ea ſit,vt ho-
mines a delictis,& criminibus perpetrandis
formidine pœnę arceantur,nulla alia magis
acerba,nec quæ anxiori afficiat triſtitia,pœ-
na eſt, quam cernere patrem filios ſuos, ob
ſua ipſius male acta,affligi,& paupertatem,
& infamiam, aliaq; incommoda pati, cuius
quidem rei cõtemplatio multos à ſceleribus
auertit, & ne ſimilia audeant committere, ad
monet,atq; deterret. Quibus Ciceronis ver
bis mirifice conuenit tex. optimus in l. iſti
quidem §. vlt. ff. quod met.cau.vbi dicitur
nihil intereſſe,an in ſe quis veritus ſit, an in
liberis ſuis, cum pro affectu parentes magis
in liberis terreãtur, quam in ſe ipſis, & re-
ferunt Alciat.reg.1. præſump.1. Alphon. de
Valdes de eleemoſina 3.p.fo.75.col.2.Gigas
lib.3.tit.de pœnis quas filij incurrunt quæſt.
1.n.8.Simanc.de Cathol.Inſtit.cap.9.n.268.
Villadiego foro Iuzgo,lib.2.tit.5.in glo.ad
l.9.nu. 30. Ex quo etiam tex.notat Accurſ.
quod pater plus diligit filium, quam ſe ip-
ſum,vbi etiam annotarunt Neuizan in Syl.
nupt.lib.3.n.8. Menoch.lib.6.præſump.56.
nu.4.& conſ.2.ex num.276. Maſcard.vol.3.
16 concl.1149. ex num.3. Tiraq. in præfat.l. ſi
vnquam nu.7. Sic Ariſtot.lib.8. Ethicorum
cap.12.æquę,inquit, parentibus vita libero
rum chara eſt,atque ſua,& apud Quintilian.
declamat.6. pater ille proclamat: O quam
graue eſt mori,quanto grauius quod ego vi
uo ſuperſtes filij mei. Cuius etiam legis au-
ctoritate ſubnixus Albert. de Gandino, in
tract.de malefic.tit.de quęſt.& torment.nu.
17 11.monet,vt ſi pro quopiã delicto torquen
di ſunt pater, & filius, prius torqueatur fi-
lius in conſpectu patris, quo pater ipſe ci-
tius verum profiteatur, vt qui magis timet
in filio, quam in ſe ipſo per dictam l.iſti qui
dem,& idem tradunt Guido de Suza in tra
ctat. de tormet.col.3.verſ.quo ordine, Ne-
uizan.in Sylua nupt. libr.3. num.8. Bonifa-
cius de Vitalin.de malefic. in titul. qualiter
ſit fienda tortura num.1.verſ.Item ſi pater,
Iodocus Damhouder. in Prax.Crimin.cap.
37.de quęſtione,ſiue tortura,nu.15. Angel.
Aret.in eodem tract.tit.quod fama publica
pręced.num.93.verſ.Item ſi pater, Menoch.
lib.6.pręſump.56.num.5.Villadiego ad fo-
rum Iuzgo,lib.2.tit.5.in glo.ad l.9.num.31.
Plaza de delict.cap.32.n.16.in fi.Marant.de
Ordin.Iud.in prohem.n.14.& latiſsime plu
ra cumulat Tiraq. in pręfat.l.Si vnquam,n.
7.C.de Reuoc.donat.vbi in nu.8.ea quę di-
cimus,mirifico hoc exemplo amoris pater-
ni comprobat.Accuſabantur enim pater,&
filius homicidij,certum namq;erat alterum
eorũ illud facinus perpetraſſe,ſed quis id fe
ciſſet incertũ erat,quod videns Carol.Mag.
qui eos captos detinebat,iuſsit filiũ ſuſpẽdi
quod intelligens pater,vt filiũ a morte vin-
dicaret,ac in ſe pœnam conuerteret,ſponte
crimẽ confeſſus eſt,& ſuſpenſus eſt liberato
filio,quod etiam referunt Andr.de Iſern. in
cap.1.§. publici lattones ad fi.in tit.de pac.
tenend.

tenend. Hippol. de Marſilijs in l. 1. col. pe-
nult.ff.de quęſt.& in l.inauditum col.2.verſ.
Item adeo ff.de ſiccar.Menoch.in preſumpt.
56.num.8.Neuizan.in cod. nu.8.Couar.lib.
1.variar.cap,2.num.16.Plaza de delict. cap.
37.num.1. Iaſſ. in l.ſi is qui pro emptore ff.
de vſucap. num.173. Marant. in dicto pro-
hem.num.14.Nullus enim amor eſt,qui vin
cat paternum l.fin.in princ. C. de Curator.
furioſ.naturalis inquam, & vehemētiſsimus
amor, quo parentes filios ſuos diligere ſo-
lent,id efficit,quod Iulius Paulus ait,vt pro
affectu magis liberis teneantur,vix enim pa
rentes in amore filiorum liberum arbitrium
habent, nam , etſi liberi praui ſint, & odio
digni,parentes tamen haud poſſunt,illos nō
vehementer amare. Accedit etiam , quod
quemadmodum filij hominum benemerito
rum in precio ſunt,& honore parentum no
bilitantur, tametſi nihil ipſi fecerint, prop-
ter quod nobiles eſſent, vt Seneca lib.4. de
beneficijs eleganter tradidit, Sic contrario
malemeritorum filij parentum ſcelere obſ-
curantur,& inſonres etiam infamia iuſte no
tantur,alijſq; prærogatiuis priuantur,quod
nec mirum, neq; abſurdum eſt, cum ex illis
procedant, ſi ob eorum facinora , vindictæ
quoq; partem deſſumant. Nam quemadmo
dum bona corporis , & fortunæ, à parenti-
bus in liberos naturaliter tranſeunt, & ſimi
liter mala,& ſicut iuſtorum filij, & ipſi iuſti
nobilitant in ſe genus iuſtitiæ , dum & pa-
trum ſua iuſtitia ſublimantur, ita & nequiſ-
ſimorum,& ipſi filij nequiſsimi,vt apud Au-
guſt. eſt in lib. Quæſtionum ex veteri teſta-
mento,quæſt.14. crementum faciunt mali-
tiæ,quia & malorum filij ſunt,& nequitiam
illorum exemplarunt ad perditionem mul-
torum. Iure igitur ac merito omnes hæreti
corum filij priuātur bonis,& ſuccesſione pa-
rentum, & ideo pœna ob peccatum eorum
deſcendit in filios,vt parentes ipſi,metu pœ
næ filijs infligendę à perpetrando tanto ſce
lere arceantur, cęteriſq; timor incutiatur,vt
tradit glo.ſingul.in Extrauag.Io.22.de pœ-
nis §. filij eius in verb. quomodolibet , Si-
manc.de Cath. Inſt. tit.29.n.10.& Alphon.
de Caſtr.de poteſt. leg. pœn. lib.1. capit.7.
corol.1.& lib.2.de iuſt.hæret.punit.cap.vlt.
verſ. hæc autem, Menoch.lib.6. præſumpt.
56. ex num. 6. quę quidem ratio tam repe-
ritur,& militat in filijs ante delictum natis,
& procreatis,quam in poſtea natis ; & ge-
nitis, cum vtroſquè parentes æqualiter dili-
gant, ſequitur ergo neceſſario, vt in omnes
filios indiſtincte huiuſmodi pœnæ deſcen-
dant .

Imo quidem non ſolum eadem,ſed mul-
to maior ratio eſt,vt filij iam nati ante quā
pater committat delictum,puniantur,quam
poſt cōmiſſum crimen. Nam ratio quare filij
ob hoc crimen patris puniūtut,duplex aſsig
nari ſolet, ſed illa eſt præcipua, quod pater
magis terreatur in perſona filij,quam in pro
pria,vt ſupra dictum eſt,quæ ſane ratio,ma
gis locum habet contra filios iam natos,quā
naſcituros,cū pater ipſe diligat,ob id quod
ob oculos eos habet , naſcituros vero non
cognoſcit,atq; affectione proſequi non po-
teſt,l.Titius ff.de ſuis, & legit.& arg.l.qui fi
liabus ff. de legat. optime tradunt Crauet.
conſ.173.num.12. Menoch.conſ.6.num.10.
Alex.conſ.29.vol.3.num.8.Menoch.& rela-
ti ab eo conſ.200. nu.29. & eſt etiam altera
ratio,cuius antea memini,quod ſcilicet præ
ſumptio ſit filium eodem vitio laboraturum
quo ipſe pater fuit irretitus , cū pręſumatur
geſta,virtutes,& vitia parentis filium imita
turum, Rolan.conſ.1.vol.3.num.42.Simanc.
tit.29.num.27.Hojed.de benefic.1.par.cap.
23.nu.69.quod mirifice probatur ex l.quod
ſi nolit, §. qui mancipia ff. de ædilit. edict.
optime Ioan. Bonifac.tractat.de furt.§.eſt,
num. 33. quæ ratio locum ita habet in filijs
iam natis, quam in naſcituris, imo magis in
natis, cum filij iam ætate grandiores, ex pa-
tris conſuetudine, & cōuerſatione,quę val-
de potens eſt, in huiuſmodi criminibus faci
le imbui poterunt corruptis illis moribus;
& falſa illa patris doctrina,vt docet Simāc.
in dict.tit.29.num.57. quod non contingit
in poſtea natis,cum itaq; ex ſuperioribus ſi-
miles parentibus;ac maioribus ſuis,filij ple-
runq; credūtur, & nonnunquam ad honeſte
turpiterq; viuendum, inde cauſę fluunt,nam
cum filij parentes ſuos ament, & ab eis om-
nia fere diſcere ſoleant , & quęcunq; in eis
vident bona ; honeſta , & licita eſſe putant;
hinc eſt,magis eorum mores ſequi filios na-
tos ; quam naſcituros.

Vlterius quod id ita fieri debeat,ex eo e-
tiam mihi perſuadeo , quia quamuis ex cri-
minibus ordinarijs , domus alicuius dirui
non debeat,ex tex.in Authē.de Mand.Prin
cip.§.oportet autem Collat.4.ibi:non enim
res ſunt quæ delinquunt ; ſed qui res poſsi-
dent,cuius rei ratio eſt,quia expedit Reipu-
blicæ ſumptuoſa vrbis ædificia conſeruari:

l.filiusfamilias. §. ædes. ff. delegat. 1. & ne
18 vrbes deformentur ruinis ædificiorum,ex l.
fin.ff.ne quid in locopubl. Domus autem ex
crimine læſæ Maieſtatis diuinæ,vel humanæ
diruendæ,ſoloq; adęquandę ſunt;vt in per-
petuum non erigantur,in ſempiternam me-
moriam, & infamiam eorum, qui tale faci-
mus commiſſerunt; vt optime probat tex.
in c.fælicis de pœn. in 6. vbi habetur, quod
ille qui occidit Cardinalem, committit cri-
men læſæ Maieſtatis,& vltra pęnas ibi con-
tentas,debet dirui domus eius, cuius verba
ſunt hęc. Fiant habitationes eius deſertæ,&
vt non ſit, qui eas inhabitet, dentur cun-
cta ipſius ędificia in ruinam, & vt perpetuę
notam infamiæ perpetua ruina teſtetur,nul-
lo tempore reparentur;idq. ita fieri debere
in deteſtationem horum criminum, refe-
runt Anto.Gomez tom.3, delict.c.2 n.11.&
in l.40.Tau.num.91.verſ. tertio, & princi-
paliter,doctiſsimus Franciſcus Pegn.in 3.p.
Director. quęſt. 63. comment. 92. ad fin.ex
pag.575. Simanc.de Cathol.Inſtitut.tit.46.
num. 90. late Gigas de crim. læſæ Maieſtat.
lib.2.titul. de pœn.cōmit.crim. læſæ Maieſt.
quæſt. 35. 36. & 37. Repertor. Inquiſit. in
verb. domus. Decian.lib.5.conſil.criminal.
cap.44.num,13,& lib 7, capit.40. num.37.
Rojas ſingul,30.in lit.C.Villadiego de Hæ-
retic.quæſt.24. ex princ. Ancharran.in Cle-
ment. Paſtoralis num.7. de ſent. & re iudic.
vbi add.in lit.B.Calderin.conſil.30.de Hæ-
retic.Molin.de primogen.lib.4.capit. 11. ex
num.71. Didac. Perez lib. 8.pag 97. col. 1.
ad medium,Albert.Gandin.de maleficijs,in
verb.de bonis malefactorum,num.3.ſi ergo
ob huiuſmodi grauia crimina,ciuitas defor
mari perpetua ruina ædificiorum meretur;
imo quandoq. nō ſolum ex his criminibus
domus diruitur, atquè ſolo adęquatur, ſed
etiam aratro ſubijcitur, ex l. ſi vſusfructus
Ciuitati ff. de vſufruct. vbi ſic de Carthagi-
ne a Romanis factum eſſe dicitur,& de Tro
ia à Græcis, vt ibi refert gloſſ. aliquando e-
tiam domus ſale conſpergi ſoler, ob ſterili-
tatem cum dirorum prolatione, ac in præ-
catione verborū,vt pulchre docet Bernard.
de Miedes lib.2.de ſale num. 43. & elegan-
tiſsime Ioan. Parlador lib.1. Rerum quoti-
dian.cap.21. Roland.conſ. 66. vol.2.ex nu.
27.Menoch.conſ.598.num.27.Farin.quæſt.
24.ex nu.120.& dicit Angel.conſ.165.quod
Henrricus Imperator damnauit ad aratrum
propter rebelionem Ciuitatem Thuſcię,&
Bart. in l. aut facta in §.nonnunquam,num.
6.de pœn. inquir,ſe vidiſſe ſententiam,qua
Ciuitas Brixiæ fuit aratro damnata,propter
rebelionem,ab Henrrico Imperatore,quam
uis poſtea miſericorda motus, pœnam re-
miſſerit, quod etiam refert Ioan. Bonifac.
tract. de furt. §. animo lucrifaciendi num.
241.quemadmodum enim Ciuitates aratro
conduntur, ſic deleri, tradit Cæl.Rodigin.
cap.5.lib.26.antiquarum lectionum,quæ ta-
men omnia laudabiliter fiunt, eo quod ita
expedire videntur ad publicam ciuium vti-
litatem,vt habeat ſcilicet,quibus cōmoneau
tur,ac deterrantur. Ioſue 7. Numer.16.cap.
deniquè §.turibula 7.quæſt.1,ac deniq; per
petua memoria,ac lachrymis deplorent,ta-
les habuiſſe conciues, quanto ergo magis
æquum omnibus videri debet, vt filij, qui
eadem caro parentum dicuntur, in l. cum
ſcimus ad fin.C.de Agricol,& cenſit lib.10.
talibus pœnis, & perpetua infamia affician-
tur, & maxime cum etiam in odium ipſo-
rum parentum delinquentium, huiuſmodi
pœnę conſtituantur, vt ſatis dictum eſt, &
tanti criminis punitionem, ob efrenem, &
impudentem Hæreticorum audaciam, qui
vix pœnis vllis reſipiſcunt, & ad fidem ve-
ram conuertuntur.

Et licet ex ſupradictis ſatis videatur ſatiſ-
factum argumentis, & rationibus pro con-
traria parte adductis, breuiter tamen ad ea
reſponderi poteſt, & ad primum deſumptū
ex c.non imputantur 1.quęſt 4.reſpondetur
ex Couar.in d.c.8.n.6.& late Menoch.lib.5.
præſump.33.ex nu.33.quod ille tex. agit de
pœna ſpirituali,nempe de ſenten.excōmun.
qua inquit D.Auguſt.auctor illius textus,ob
crimen hæreſis à patre commiſſum filij nati
ante crimen plecti non debent,vt etiam te-
net gloſ.in d.c.non imputantur, & ſequun-
tur Simanc.de Cathol.Inſtit.tit.29.n.6.verſ.
non igitur. Abb.in c.vergentis n.3.de heret.
Ant.Gom.to 3. de delict.c.2.nu.13. verſ.ex
quo inferas.Quęſtio autē noſtra non de pœ
na ſpirituali tractar, ſed de pœnis canonicis
temporalibus,quibus conſtat puniri poſſe fi
lios etiam natos,priuſquam parentes in hę-
reſim lapſi fuerīr,vt late proſequitur Couar.
in dict.n.6.cuius verba non refero, quia ibi
poſſunt videri,& quia turpe eſt aliorum di-
cta,& quotas tranſcribere,vt notat Ioſeph.
Ludou.in deciſ.Lucen.21.num.19.& quam-
uis doctiſsimus Villadiego in prohem. fori
Iuzgo ex nu.36.intendat probare dict. cap.
non

Digitized by Google

non imputantur: intelligi etiam debere de pœna ſpirituali,& temporali, à ſupradictis tamen non eſſe recedendum, exiſtimo.

Nec minus etiam obſtant, quæ pro confirmatione ſupradicti argumẽti referuntur de Concil. Tolet. 13. cap. 1. quia vltra id quod dictum Concilio non probat intentũ, Concil. illud Tolet. generale non eſt, nec etiam Prouinciale, per ea quæ referunr Did. Perez lib. 4. tit. 9. l. 3. in gloſ. *Deſpues que fizo la traycion* ante fin. pag. 867. & Couar. in d. cap. 8. num. 5. in fin. verb. & Gutierrez lib. 2. Can. quæſt. cap. 30. num. 47. quod omnino notandum eſt, aduerſus Villadiego in prohem. Fori Iuzgo. in glo. 1. in num. 45. aſſerentem, præfatum Concilium generale fuiſſe.

19 Nec etiam obſtat ſecundum argumentũ deſumptum ex l. 2. C. de libert. eorumq. lib. vbi filij eam parentum conditionem ſequũtur, quæ eſt tempore natiuitatis, & non quæ ante fuerit, aut poſtea, quia ille tex. loquitur quoad ſtatum libertatis, & ſeruitutis, non vero quo ad alia; nam plerunque quantum ad alia, non conſideratur ſtatus patris tempore cõceptionis, vt dicunt Simanc. vbi ſupra nu. 24. Hojeda de benef. 1. par. cap. 23. num. 98. Menoch. in dict. præſump. 33. nu. 31. Graff. lib. 2. cap. 11. num. 22. Couar. in dict. cap. 8. nũ. 5. in princ. vbi etiam in verſ. quarto ſolet, reſpondet cum Menoch. vbi ſupra num. 39. ad allegatã l. 2. C. de quæſt. aſſerens, maculã patris filijs antea natis minime præiudicare, quin vtãtur priuilegijs, quibus vti poterant ex paterna dignitate, ante crimen commiſſum; dicunt inquam, quod ibi agitur de priuilegijs, quę filijs competunt ex tranſmiſsione parentis conceptionis ratione, quę iam acquiſita, non poſſunt ob patris crimen à filijs tolli; at nos loquimur in ea ſpecie, in qua ob crimẽ à patre commiſſum, expreſsim a lege puniuntur filij, vt patet in l. Quiſquis §. filij vero, C. ad l. Iul. Maieſt. & in cap. Vergentis de hęret. cap. 2. §. hęretici, & in c. ſtatutum, el 2 eod. tit. in 6. Nec quicquam facit, quod etiam adducitur, quod cũ lex loquitur generaliter, & indefinite de filijs, ſunt diſtinguẽdi antea nati, à natis poſtea, vt primi non comprehendantur in illa diſpoſitione generali facta à lege, ſed tantum nati poſt crimẽ. Nam reſpõdetur quod imò de vtriſq. filijs debet intelligi dicta generalis diſpoſitio, per ea quæ referuntur in prima ratione decidendi; ad contrariã opinionem quã ſequimur, iuxta illud vulgare,

20 quod vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Imò etiam in quacunq. materia, etiam ſi odioſa ſit, quæ ſtricte debet interpretari, fieri debet extenſio ad ea, quæ ex proprietate verbi includũtur, & verba debent intelligi generaliter, quatenus eorum proprietas patitur. iux. l. cum lege, ff. de teſtam. & tradunt Iaſſ. in l. in eum, nu. 2. ff. de in ius voc. & in l. cum quidam. nu. 22. & 30. ff. de lib. & poſth. Aymon. Crauet. de antiq. temp. 4. par. in princ. nu. 63. & in num. 156. Dec. in l. In contrahenda num. 13. & in l. factum. §. in pœnalibus nu. 10. & in l. Semper in obſcuris num. 11. & ibi Cagnol. num. 21. ff. de de reg. iur. Nauar. lib. 3. tit. de celebrat. Miſſarum conſ. 18. num. 1. Couar. lib. 1. var. cap. 20. num. 7. verſ. in quacunq. vero. Nat. conſ. 63. ex num. 17. & in conſ. 60. num. 18. Vnde cum verba dictorum iurium generalia ſint, & comprehendant tam filios antea natos, quam poſtea; generaliter debent intelligi, omneſque filij comprehenduntur in ſupradictis pœnis.

Ad vltimum argumentum ſatis apparet ſolutio ex magis communi Doctorum opinione, quam ſupra retulimus in tertia ratione decidendi, pro ſententia quam tuemur, vbi ſatis ſuperque extat probatum, priuilegium patris extendi, & comprehendere filios natos ante conſecutionem, & cõceſsionem dicti priuilegij, vt vltra alios probat Couar. lib. 2. var. cap. 8. nu. 5. & Menoch. lib. 5. pręſump. 33. num. 38. ad quod bene facit, quod tradit Azebedo, lib. 6. l. 1. ex numer. 85.

Nec ſilentio prætereunda eſt circa præſen-
21 tem quæſtionem, quædam Doctorum aſſertio (licet nunquam mihi placere potuerit) dicens, quod in crimine læſę maieſtatis humanæ, tantum filij naſcituri, & non filij nati ante delictum patris priuãtur, ita quod omnes illæ pœnæ à iure decretę eos ſolum filios concernãt, qui poſt delictũ geniti ſunt. In crimine tamen læſæ maieſtatis diuinæ, tã filij antea nati, quam naſcituri poſt crimen, & ſcelus paternum, pœnis ſuperius relatis ſubijciuntur, cum longe magis ſit æternam, quam temporalem lędere maieſtatem. vt ex cap. Vergentis de hæret. & ex Auten. Gazaros, C. eod. tit. trad. Tiraquel. de pœn. temp. cau. 1. num. 13. Damhouder. in Prax. cap. 61. num. 52. Lud. Auendan. in l. 4 Taur. gloſ. 7. num. 14. Gigas lib. vlt. quæſt 15. ex num. 10. æquum enim eſt, vt tanto grauior ſit Dei iniuria,

iuria, quanto Deus eſt homine ſuperior. l. aut facta, §. perſona, ff. de pœn. §. atrox. Inſt. de iniur. Qua forte ratione nonnullis Doctoribus, ex aliquibus legibus, & conſtitutionibus aliquarum Prouinciarum, viſum eſt, non debere puniri ſupradicta delicta ęquali pœna, ſed alia crimina comprehendere tã tum filios natos, alia vero natos, & naſcituros; vt expreſſe tenet Alpho. Caſtr. lib. 2. de Iuſt. hæret. punit. cap. 26. verſ. de hac tamen reuolui, & late Ioan. Gracian. in reg. 55. nu. 25. vbi etiam allegat Couarr. & alios eandẽ opinionem tenentes, quos breuitati ſtudens omitto.

22 Quorum Doctorum opinio, & diſtinctio, vt dicebam, nunquam mihi placere potuit, vt à ſupra adducta vera, & magis communi reſolutione animũ auerterẽ; quamuis enim ingenue fatear, multo grauius eſſe diuinam, quam humanam lędere maieſtatẽ, cum ęquũ ſit, vt tanto grauior ſit in Deum injuria, quã to Deus eſt homine ſuperior. l. aut facta, §. perſona, ff. de pœn l. omnis, §. 1. ff. de Re milit. Nobilitas enim ſubiecti delictum auget, & aggrauat. l. atrocem, C. de Iniur. l. prætor edixit, §. atrocem, ff. eod. hæretici enim ponunt os in cœlum, alij vero delinquentes, in homines. Iura tamen non grauius, imò ſæpę leuius puniunt eos, qui diuinam, quam qui humanam lædũt maieſtatem, neque grauius puniunt hæreticos, quam eos, qui humanam læſerunt maieſtatem; vt optima ratione probaut Alphon. Caſtr. in d. cap. 26. verſ. reſpondeo concedens, col. 1408. Cantera in Quæſt. crim. cap. 2. de crim. læſ. maieſt. hum. nu. 11. pag. 458. & Ant. Gom. in l. 40. Tau. num. 91. verſ. tertio, & principaliter, & in tom. 3. var. cap. 2. num. 13. dicens quod imò ſi recte perpendatur, grauius punitur per leges ciuiles crimen læſę maieſtatis humanæ, quia filij, & nepotes proditoris, qui commiſsit crimen lęſę maieſtatis humanæ, non poſſunt ſuccedere ex teſtamento, nec ab inteſtato, aſcendentibus ſuis, nec collateralibus; nec etiam poſſunt ſuccedere, nec aliquid capere ex teſtamento extraneorum, ex l. Quiſquis, §. filij vero, C. ad l. Iul. Maieſt. & tradit Din. in l. ſine culpa num. 7. ff. de reg. iur. filij tamen, vel nepotes hæretici, qui commiſsit crimen lęſæ maieſtatis diuinæ, licet non poſsint ſuccedere patri, vel aſcendenti, qui illud crimẽ commiſsit (cum bona confiſcentur) bene tamen poſſunt ſuccedere omnibus alijs deſcẽdentibus, collateralibus, & extraneis, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato; cum in hoc delicto id non repetiatur prohibitum;
23 hactenus Ant. Gomez. Sicut etiã videmus, quod licet Iudex Eccleſiaſticus cognoſcat de crimine hæreſis, non tamen ipſe condemnat ad pœnam ignis, ſed tantum declarat reum eſſe hæreticum, & remittit Curiæ ſeculari puniendum, tanquam qui nihil amplius habeat, quod de illo iudicare poſsit. Et rogat Iudicem ſecularem, vt miſericorditer illum tractet, & ſententiam mortis contra illum non pronunciet; vt referunt Caſtr. vbi ſupra, Iul. Clar. §. hæreſis, nu. 7. optime Spin. in glo. rubr. 12. par. num. 39. & dixi latiſsime 2. par. Collect. 55. num. 3. Cerdan. c. 13. nu. 6. Committens autem crimen lęſæ maieſtatis humanæ, pœna mortis punitur; vt poſt alios referunt Cerdan vbi ſupra. numer. 7. Damhouder. in Praxi, cap. 62. numer. 7. Iul. Clar. §. læſę maieſtatis nu. 8. & alibi paſsim Doctores; filij namquè committentium crimen lęſæ maieſtatis, non differunt à filijs hæreticorum; vt poſt Felin. in cap. Vergentis num. 4. de hæret. tradit Io. Gracian. reg. 55. num. 18. Vnde cum grauiori pœna puniantur à iure, delicta lęſę maieſtatis humanæ, quam diuinę, nulla adeſt ratio, quare ſit admittenda ſupradicta diſtinctio; vt ſcilicet committentes crimen lęſę maieſtatis, puniãtur tantum in filijs procreatis poſt crimen; in delicto verò hęreſis puniãtur filij antea, & poſtea nati: imo omnes indiſtincte puniri debere ſupra ſcriptis pœnis, per ſupradicta cenſeo. Si autẽ curioſe percontꝛeris, quare hic maiora delicta minori pœna puniantur, minora ittidem maiori ſupplicio afficiãtur? Et hæreſis crimen, quod lõge maius eſt, quam lęſę maieſtatis, à legibus noſtris leuiori pœna puniatur? Reſpondendũ eſt ex Gomez locis ſuperius allegatis, quia in crimine lęſę maieſtatis humanæ, Rex, vel Princeps timet audaciam filiorum, & deſcendentium ipſius delinquentis, ne forte generari à tam facinoroſo, & peſsimo delinquente, ſortiantur, & imitentur eius conditionem, & qualitatem, ſic eos grauiter punire ſtatuit, vt illi perpetua infamia, & miſeria in humanis vitam finiant, ſed in crimine læſę maieſtatis diuinæ, Summus Deus, & Dominus noſter nõ timet hæreticũ, nec eius deſcendentes, ideó pęna non extenditur ad eos.

24 Pro chronide tandem huius quæſtionis, nonnulla ſubiungere placet, in ſolatium filiorum ſupradictorum delinquẽtium. Quod ſcilicet

Digitized by Google

ſcilicet tales filij liberantur ab infamia, & alijs pœnis à iure ſibi inflictis, ſi denunciauerint iudici parentes ſuos, tale flagitium cõmittentes contra Maieſtaté ſcilicet diuinam, vel humanam; vt tradunt Rojas ſing. 12. nu. 5. Iacob. Simanc. de Cath. inſt. tit. 29. num. 46. & 47. Repert. Inquiſ. verb. filij pag. 363. col. 1. verſ. quod in duobus caſibus. Alph. Caſtr. lib. 2. de Inſt. hæret. punit. cap. 26. colum. 1403. verſ. prima concluſio ſit hæc, & colu. 1413. verſ. ſecunda concluſio. Decian. lib. 5. conſil. criminal. cap. 45. num. 6. verſ. limita. nono. Menoch. lib. 5. præſump. 14. numer. 8. ſapientiſsimus Franc. Pegna in 2. par. Directorij in cõment. 15. ad cap. litteras de præſump. pag. 117. Carrer. in Prax. tit. de hæreticis. §. nunc de receptatoribus, num. 7. in fin. Palat. Rub. in Repet. cap. per veſtras in prin. §. 17. num. 7. pagin. 200. ille namq. vt dicunt Doctores, non ſolum impunitate, ſed præmio dignus cenſetur etiam, qui ardore charitatis, ac zelo fidei catholicæ accenſus, ſuo patri non pepercit, ſed illum iudici obtulit, vt de eo ſummat vindictam. Si namq. patré patriam oppugnantem impune interficere licet, ex tex. in l. minimo. ff. de reli. & ſumpt. funer. Et eggregie docet Cicer. lib. 3. offic. quare id non licebit Catholicę Religionis amore, atque pro ſinceritate Chriſtianæ fidei, pater hęreticus à filio, Inquiſitoribus Apoſtolicis non erit indicandus? vt pulchre poſt alios vbi ſupra annotatunt Pegna in d. pag. 117. & Maſcard. de probat. vol. 2. conc. 857. ex num. 18. Rojas ſingul. 3. numer. 29. & ſing. 12. ex num. 2. Quamuis contrarium tenuerit doctiſsimus Simanc. in libello illo de patre hæretico. Et de Cath. Inſt. cap. 29. nu. 37. cuius ſententiæ minime adhærẽdum eſſe ſentio in tam graui crimine, ne vllo modo tantum ſcelus ex defectu denuntiationis remaneat impunitum; eo præſertim ſi pater hæreticus inſanabilis iudicetur. Vnde quidem laudandum eſſe filium exiſtimo, qui ardore Chriſtianę religionis naturalem amorem vicerit; & eo in caſu patrem hæreticũ Iudici prodierit. Et ſimiliter quando patris hæreſis Reipublicę damnoſa eſt, vel quãdo à dictis Inquiſitoribus iuſte interrogatur de patre hęretico.

Supradicta autem denunciatio non ſo-
25 lum prodeſſe poteſt filijs prædictis, vt diximus, ſed etiam ipſis delinquentibus denunciatis; nam multo mitiori pœna puniuntur, ex illa magis communi ſcribentium opinione, quæ atteſtatur, filium accuſatũ à proprio patre, ſeu patrem accuſatum à filio, mitiori pœna puniri debere, quam ſi accuſatus fuiſſet ab extraneo; Vt pulchre in terminis in materia de qua loquimur, decidunt expreſſe Alphon. Caſtr. lib. 2. de Iuſt. hæret. pun. c. 26. Franciſc. Pegna in 2. pat. Directot. in Comment. 15. ad c. literas de Præſump. pag. 117. verſ. hoc addiderim. Simanc. de Cath. Inſt. tit. 29. num. 50. Gigas de crim. lęſ. maieſt. lib. 2. tit. qui accuſ. poſſunt. in crim. læſ. maieſt. quæſt. 9. per tot. Rojas ſing. 12. nu. 6. & ſing. 150. verſ. ſed an ob id. Cepola Cantel. 1. Felin. in cap. 1. num. 4. verſ. limita de offi. Iud. deleg. & in cap. accuſaſti num. 4. de Accuſat. Tiraquel. de pœn. temp. cau. 18. num. 1. Nevizan. in Sylu. nupt. lib. 1. §. non eſt nubendum, ex num. 58. Auguſtin. in addition. ad Angel. de Maleſ. in verb. ad quærelam Titij num. 38. Pinel. in rubr. C. de bon. mater. 2. p. num. 32. iuxt. med. Menoch. de Arbitr. caſ. 347. & in dicta præſump. 14. num. 8. qui omnes mouentur ex tex in l. Milites agrum, §. deſertorem, & in l. Qui cum vno. §. qui filiũ, ff. de re milit. vbi cautum eſt, quod ſi filius commiſsit delictum morte dignum, & pater eum offerat, & exhibeat Iudici, filius non morte, ſed alia mitiori pœna, vt puta exilij, puniendus eſt; quæ iura dicunt eſſe ſingularia, & eorum deciſionem ſequuntur, & extollunt, Paul. de Caſtr. & Salicet. in l. Propter inſidias. C. de his qui accuſ. non poſſ. Iaſſ. in l. 1. numer. 4. C. de ijs quib. vt indig. Petr. Plaza de delict. cap. 38. nu. 5. Hyppol. in l. 1. §. ad quæſtionem, nu. 16. & in l. vnius §. ſeruus num. 7. ff. de Quæſt. Iod. Damhouder. in Prax. crim. cap. 84. num. 36. Ioan. Gracian. regul. 327. num. 17. Guil. Bened. in rep. cap. Raynutius in verb. Raynurius de clera. num. 64. in fin. Et idem etiam dicunt Doctores procedere, quando filius patrem delinquentem præſentaret, offerretq. Iudici puniendum; vt vltra Hyppol. in d. num. 16. Cepol. & alios vbi ſupra, tradunt in ſpecie, Palat. Rub. in repet. cap. per veſtras. Notab. 1. §. 17. num. 5. Tiraquel. de pœn. temper. cau. 19. & Menoch. in dict. caſ. 347. num. 3. & in dict. præſump. 14. num. 9. & quamuis Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 60. num. 29. quem refert Menoch. in dict. numer. 3. teneat hanc cautelam d. §. deſertorem Iudices nõn admittere, eam tamen obſeruandam eſſe, ſatis apparet ex infinitis prope numero ſcribentibus, qui eam in praxi vidiſſe ſeruatam atteſtati-

Google

teſtantur; vt referunt Iaſſ. Benedi. Tiraq. & alij vbi ſupra, eamquè tanquam æquiorem ſententiam admitti debere, fatetur Alciat.de Prĕſump.reg.1.Præſumpt.4.

26 Aduerte autem, quod in iſta confiſcatione bonorum, quam patiuntur, qui huiuſmodi delictum perpetrarunt, ſolum veniunt bona præſentia, & non futura. l. eius qui. §. 1.ff.de teſtam. l. ſi mandauero, §. ſi tibi, ff. mand. Hippol.in l.fin.num.186.ff.de Iuriſd. omn.Iud.Thom.Grammat.conſ.7.

QVÆSTIO XVII.

An aſcendentibus, vel deſcendentibus non exiſtentibus, poſſit teſtator tuta conſcientia bona ſua extraneo relinquere, neglectis, & exhæredatis fratribus, vel conſanguineis, qui alias ſibi ab inteſtato ſucceſſuri erant?

SVMMARIVM.

1 *Eleemoſina prius danda eſt conſanguineis, quam extraneis.*

2 *Conſanguineus præſentatus ſimul cum alio equè idoneo eligendus eſt ad beneficium.*

3 *Inſtituens extraneos, omiſſis cōſanguineis indigentibus, peccat mortaliter, & hæres tenetur dictis conſanguineis hæreditatem reſtituere; ſecundum aliquos Doctores, & num.* 10.

4 *Opinio præcedenti contraria eſt verior.*

5 *Amicus aliquando præferendus eſt conſanguineo, ita vt ſit magis meritorum illi relinquere bona, quam conſanguineo.*

6 *Pater licitè poteſt in aliquibus Prouincijs exhæredare filios abſquè aliqua cauſa, relictis ſingulis eorum pro legitima quinq. ſolidis.*

7 *Pater poteſt tuta conſcientia facere maioratum vni filio cæteris exhæredatis, & qualiter intelligatur, Et num.* 8.

8 *Lex humana ob bonum commune lata obligat in foro conſcientiæ.*

9 *Succedens in maioratu tenetur fratribus, & ſororibus alimenta præſtare, ſecundum illius facultatem.*

10 *Conſanguinei præferendi ſunt extraneis à teſtatore, quando ipſi non ſunt indigni, & ſunt indigentes; nec eſt alius proximior, qui eis poſſit ſuccurrere.*

11 *Conciliantur prædictæ opiniones ex ſententia auctoris.*

12 *Frater diues (etiam ſi Clericus ſit) compellendus eſt à Iudice alere fratrem, aut ſororem, & num.* 15.

13 *Hæres tenetur fratri pauperi defuncti alimenta præſtare.*

14 *Intellectus ad cap. ſi quis reliquerit 30. diſt. & ad cap. fin. 17. quæſt. 4.*

15 *Explicatur dictum D. Thom. 2. 2. quæſt. 32. art. 9.*

16 *Conſanguineis quo caſu ſint relinquenda bona?*

1 CIRCA huius quæſtionis reſolutionem tres reperiūtur Doctorū ſententiæ, & prima quidem naſcitur ex regula illa vulgari, quod potius conſanguineis danda eſt eleemoſina, quam extraneis; cum teneatur quis diligere magis cōſanguineum, eique potius ſubuenire, quam extraneo; vt refert Abb.in cap.1.nu.4. de Cohab. cler.& mul.& in cap.vt ſuper nu.19.de Reb. Eccl.non alien.S.Tho.2.2.queſt.32.art.9.Sil ueſt. verb. eleemoſina. num.4. Affli.deciſ. 290.num.10.Mantic.de coniect. lib.6. tit.3. num.24. Meſſ. in pragm.concluſ.5. nu. 105. Menoch.conſ.321.num.3. Paul.Fuſc. de Viſit.lib.1.cap.30.nu.10. Rojas de ſucceſ. cap. 32. num.5.& trad.gloſ. in verb. poſtulat, in cap. quieſcamus.42.diſt. vbi habetur, quod charitatis ordo ita ſeruandus eſt, quod primo conſanguineis, & curæ ſuæ commiſsis egentibus, quam extraneis fauendū ſit. Couar.lib.3.variar.cap.14.num. 6. verſ. deinde hoc conſtat. Nec prudenter facit qui extraneum coniuncto præfert, optime Rota deciſ.639.num.4.in 1. par. in nou. Vnde dicebat Cato. Ignotum tu tibi, noli præponere notis; quem ad propoſitum refert Petrus Ferdinandus Villegas in ſtella Clericorum, fol.5.Facit.1.charitas enim præfert ſuos extraneis, l.cum acutiſsimi, & ibi Bald. in 1.notab. C.de fideicom. & plura referunt Marc. Salon de pace ad ll.Taur.in 5.par.l.3.concl. vnica, num.1504. Humada l.4. tit. 20. par.2. in gloſ.6. nu. 1. Valdes de eleemoſina.3.par. fol.74.Nam maior pietas exerceri debet in cōſanguineos pauperes, quam in extraneos, Tiraq.in præfat.de priuileg.piæ cauſæ, num. 15.Surd.de alimentis, tit.1.quæſt.93.ex n.2.

Mantic.de coniect.lib.8.tit.5.num.17.Cordou. quæſt.72.in princi. Vnde ſi lego Titio centum,& ſunt duo Titij, quorum vnus eſt conſanguineus, præſumitur conſanguineo legatum;ita Matth.de Affict.de iur. proto-
2 miſ.fol.2.Surd.in d.quæſt. 93. nu.4. Et inde etiam eſt, quod ſi duo præſentati à patrono ſunt æquè idonei,& alter ex eis ſit de ſangui ne fundatoris, Epiſcopus debet illum præferre. Ita pulchre Roch. de Curt. tract. de iur.patr.verb.honorificum,ex num.45.Gregor.Lop.lib.6.tit.15.par.1.in verb. *Peor.* Sic etiam executoribus teſtamenti diſcordantibus, ſi vnus eſt conſanguineus, alter extraneus,præfertur conſilium conſanguinei,Roman.ſing.539.Tira.in præfat.de retr.lignag. num.44.Palat.Rub.in repet.cap.Per veſtras, §.43.nu.8. pag.235.

Secundo pro eadem ſententia paſsim allegari ſolet illud memorabile dictum pietatis plenum,ex tex.in cap. vlt. 17. quæſt.4. deſumptũ ex D. Auguſt. in ſermone de vit. Cleric.52.ad Fratres in heremo,tom.10.fol. 314. & Iuone Garnoten. 3. pår. cap. 177. quem etiam tex.optime ponderat Villadiego,ad Forum Iudicum,lib.4.tit.4. in gloſ. l.1. num.7. Quicunq. (inquit) vult exhæredato filio hæredem facere Eccleſiam,quærat alterum qui ſuſcipiat,non Auguſtinũ; imo Deo propitio neminem inueniet: in tex.etiam in cap.ſi quis reliquerit.30,d.habetur, quod ſi quis proprios filios habuerit, & neceſſaria eis non præbuerit,anathema ſit;ergo à ſimili,qui exhæredato cõſanguineo inſtituit extraneum, videtur male agere, & contra obligationem,& inclinationem naturalem, qua primo filij,deinde domeſtici, poſtea extranei,in pari gradu neceſsitatis cõſtituti, ſubueniendi ſunt. iux.gloſ.in verb. fideles,in c. ſi qui filij 30.diſt. & gloſ. in verbo Domeſticos,in cap. non ſatis 86. diſt. & trad. Ripp. de peſte,de præſeru.num.174.Medin. C.de ijs,quibus eſt danda eleemoſina,verſ.inde oritur,Alphon.Baldes in d. fol. 74. Et quidem graue eſſe videtur, ſaltem de quadam æquitate,bona venientibus ab inteſtato auferri; vt inquit.l.fin. C.de teſt.milit. quam ad hoc alleg. Bal.in l.humanitatis,num.7. C.de impub.& alijs ſubſtitut.& in l. fin. per tex. ibi, C.quorum bonorum, vbi inquit, non ſtantibus aſcendentibus,neque deſcendentibus, ſucceſsio conſanguineis eſt quaſi debita de iure naturali. Et idem dicit gloſ.verb.debita in l.fin.C.de Codicillis, ergo eis non relinquere bona,ſed extraneis,non videtur iuſtum, ſed ab omni prorſus æquitate alienũ.
3 Vnde inſtituens extraneos,ommiſsis conſanguineis indigentibus, facit contra officium pietatis, & peccat mortaliter; ex Rojas de ſucceſ. cap.32.num. 4. Faber in §. 1. num.1. Inſt.de hæred. quę ab inteſt.Didac.Perez in addit.ad Segur.in l. cum patronus,ff. de leg. 2.num.44.verſ.ad vnum tantum, & quidem inſanum, & dementem præſumi illum, qui fecit hæredem extraneum, excluſis ſibi ſanguine coniunctis, de ſe non demeritis, cenſent Alex.conſ.141.num.8.verſ. ſecunda cõiectura,vol.1 Menoch.lib.6. præſumpt. 45. num.57.poſt Rodericum Suarez alleg.1.nu. 10.& 11.vbi plura ad id cumulat. Quæ omnia adeo certa noſtris Doctoribus videtur, vt iudicet illum,qui hæres inſtituitur ab eo, qui fratres,ſeu conſanguineos pauperes habet, teneri dictam hęreditatem eis reſtituere,nec eam in foro conſcientiæ poſſe ſibi retinere, quia aliàs in peccato mortali exiſteret.Vt adnotauit gloſ.in l.13.tit.6.lib.3.Fori.Rojas in dict.cap.32.nu.4. Alphon.Montaluus lib.3.tit.6. *De las herencias*, in l. 13. in gloſ.verbo *Si el que muriere*,in fin.vbi allegat Ancharranum in Regul. Poſſeſſor. de reg. iur.in 6.num.20.& idem ſequitur Petr.Peralta in rubr.ff.de hęred. inſt.nu.14.

4 Contrariam tamen ſententiam, quod in quam licite,& tuta conſcientia, poſsit quis quemlibet extraneum inſtituere,& fratrem, vel conſanguineum præterire, nec ei quidquam relinquere,expreſſe fatentur Ant.Gomez tom.1.var.cap.11.num.39.Didac.Perez lib.5.tit.2.l.1.pag.68.verſ.dubitatur, vtrum idem erit in fratribus. Idque etiam videtur ſentire Franciſcus Ortiz Lucius in Reſol. caſ.conſc.in 4.præcep.notab.5.verſ. nota ergo,*Si vna muger*,fol.91.in princi. Silueſter in verb. teſtamentum. El 1.num. 10. verſ. ſed deficientibus.Guil.Bened.in Rep.cap.Raynutius in verb.teſtamentum.El 1.numer.7. dicens,id maxime licere, niſi propter animi rancorem iniuſtum ipſos conſanguineos priuaret hereditate, quia tunc peccaret; non vero quãdo ex affectione animi extraneum eligeret, cũ ſit hoc cuique licitum iuris permiſsione, legitima relicta quibus pertinet; & idem dicit Io.Faber in §.1.num.1.de hæredit. quę ab inteſt. def. his etiam adhęret doctiſsimus Hieronymus Portol. in Schol. ad Molin.in §.nobilis.nu. 21. aſſerens errorem vulgi eſſe, exiſtimare teſtatorem non poſſe

poſſe tuta conſcientia bona ſua extraneo rè
linquere, ſed teneri illa fratribus ſuis, vel
alijs conſanguineis, ſibi ab inteſtato ſucceſſu
ris, dimittere; cum contrarium etiam in fo-
ro poli verius ſit: quod ſcilicet poſsit quem
libet extraneum inſtituere, & fratrem, vel
conſanguineum prçterire, & ei nihil relin-
quere.

Imò quidem tanta poteſt eſſe amicitia cũ
5 extraneo, & amicus ita bonus, vt ſit magis
meritorium ſubuenire amico, quam conſan
guineo; vera enim amicitia (vt ait Cicero
lib. 1. offi.) præſtat conſanguinitati: ita do-
cent Aragon. 2. 2. quæſt. 26. art. 8. Mantic. de
coniect. lib. 6. tit. 11. num. 25. optima addit.
ad Alciat. reg. 1. prçſumpt. 28. in lit. A. Mor-
la in 1. par. tit. 2. in princ. num. 201. ad med.
Mantic. lib. 8. tit. 6. num. 18. & alij quos dili-
genter cumulat Tiraq. in l. ſi vnquam, verb.
libertis, ex num. 96. apud quos, cũ ordo ſcri-
pturæ ſemper attendatur, l. Generaliter. §. ſi
quis ergo, ff. de fideicommiſ. libert. l. quo-
ties, ff. de vſufruct. ſemper amici in ordine
ſcripturç conſanguineis prçferuntur, vt con
ſtat ex tex. in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. in
fin. ibi, amicus, & cognatus, ff. de vulg. in l.
Theopompus, ibi, amici mei, & cognati, ff.
de dot. prælegat. in l. affectionis, ibi, amicos,
vel neceſſarios, ff. de donat. Vnde optime di
xit Arag. vbi ſupra, amicum quandoque an-
teponi poſſe vniuerſis conſanguineis, excep-
to parente, & filio, ad quod allegat D. Tho.
2. 2. quæſt. 31. art. 3. ad 1. & 3. arg. ad quod
etiam eſt conſulendus. Quç ſententia ex ea
prçcipua ratione confirmari poteſt, quia
quamuis frater ab inteſtato ſit hçres, & ſuc-
cedat ſuo fratri, ſi tamen voluerit in ſuo te-
ſtamento fratres, & ſorores præterire, vel
exhæredare, etiam ſine aliqua cauſa, & cui-
libet extraneo ſua omnia bona relinquere,
id quidem facere iure poterit, ex notat. in l.
extraneum. C. de hæred. Inſtit. l. fratres, &
ſorores. C. de Inoffic. teſtam. & maxime ſi tur
pem perſonam hæredem non inſtituerit, vt
notatur in l. 1. ff. de Inoffi. teſtam. & tradunt
Beroi. in cap. Raynutius nu. 148. de teſtam.
Plot. de Inlic. iuran. §. 49. num. 12. Bernard.
Diaz in reg. 634. Mantic. de coniect. lib. 4.
tit. 12. num. 3. Matien. lib. 5. recol. titul. 8. l. 4.
gloſ. 2. num. 3. Villadiego ad Forum Iuzgo,
lib. 4. tit. 2. in gloſ. l. 21. num. 2. Rolan. conſ.
87. vol. 3. ex num. 1. Surd. de Aliment. tit. 8.
priuileg 95. ex num. 1. Albarus Balaſc. tom. 1.
conſultat. 17. num. 1. Iul. Clar. §. teſtamentũ,
quæſt. 5. num. 1. Menchaca lib. 2. de ſucceſſ.
creation. §. 20. ex num. 213. Palat. Rub. in re
pet. cap. Per veſtras, 3. notab. §. 10. numer. 9.
optime Gom. tom. 1. cap. 11. num. 37. Surd.
de Aliment. tit. 7. quæſt. 1. num. 35. & quçſt.
15. num. 3. Didac. Perez in dict. pag. 68. lib. 5.
tit. 2. l. 1. verſ. dubitatur vtrum idem erit. Et
rationem aſsignãt, quia tunc demum filius,
vel pater quibus neceſſario legitima debe-
tur, poteſt dicere teſtamentum nullum; vel
agere quærella inoffícioſi teſtamẽti, vel alio
competenti remedio, contra teſtamentum,
non autem frater, nec alius conſanguineus,
tex. in l. 1. & per totum ff. & C. de Inoffi. te-
ſtam. & vtrobique communiter Doctores.

Imò, & quod fortius eſt, Pater, qui magis
6 à lege naturali, & ciuili arctatur relinquere
bona filijs, quam frater fratri, vel conſangui
neo, vt omnia iura proclamant, poteſt tuta
conſcientia ex legibus, & conſtitutionibus
aliquarum Prouinciarum, filios abſque vlla
cauſa priuare bonis ſuis, & exhçredare, reli-
ctis ſingulis eorum pro legitima quinq. ſoli-
dis, & ſingulis prçdiolis, & quemcunq. ex-
traneum, hæredem vniuerſorum bonorum
ſuorum inſtituere, vt trad. Molin. in Repert.
in §. teſtamentum. fol. 314. in fin. & in §. ex-
hçredatio, poſt medium, & ibi Portoles, nu.
9. à fortiori igitur id licebit fratri. Huiuſmo
di autem leges Regni Aragonum, Nauarræ,
Valentiæ, aliorumq. Regnorũ, quibus per-
mittitur patri filios (vt dictum eſt) exhære-
dare, in foro conſcientię, Patrem eas ſeruan
tem tutum reddunt, eo quod huiuſmodi le-
ges iuſtæ, exiſtimantur, quia ſic filij in obe-
dientia paterna continentur, vt in terminis
per hanc, & alias rationes defendunt Na-
uar. in manual. Latin. cap. 26. nu. 38. Alphon.
à Caſtr. lib. 2. de leg. pœn. cap. 11. Eman. Ro
drig. tom. 1. caſ. conſc. cap. 13. num. 2. Hiero.
Portol. in Schol. ad Molin. in §. exhçreda-
tio, num. 5. & in §. nobilis, ex num. 22. & in
§. teſtamentum, ex num. 44. & in Obſeruat.
Item mulier. 50. de Iur. dot. ex num. 6. Hen-
riq. tom. 2. lib. 11. cap. 6. num. 2. Franciſc. Sar
mient. lib. 2. Select. cap. 14. nu. 6. Did. Spino.
in ſpecul. teſtam. gloſ. 18. ex num. 7. & dixi
in 2. par. Collect. 168. num. 16. Similiter etiã
7 videmus licitum eſſe patri, vel matri facere
maioratum cum bona conſcientia, & ſine
peccato, & vnum ex filijs ad ipſum eligere,
& nominare, & alios alimẽtis duntaxat prç
ſtitis, ſua legitima priuare: Villadiego ad
For. Iuzgo lib. 4. tit. 4. in gloſſ. l. 1. numer. 3. vt
plures

Digitized by Google

plures allegando tradit Gom.l.40.Taur.nu. 56. & 57. Tiraquel. de primog. quæſt.4. ex nu.13.Palar.Rub.in repet.c. Per veſtras,notab.3.§.26.ex princ.Didac.Perez lib.5.tit.2. l.1.pag.77.verſ.quæro vtrum. Couarr.lib.3. var.cap.5.num.5.verſ.tertio eadem opinio, Felin.in cap. Prudentiam.num. 7. in fin. de offic.deleg.Meſsia in Pragmat.Tax.pan.con cluſ.6.nu.81.late Molin.lib.3. cap.1. ex nu. 2. & Matien. lib.5.tit.6.l.11.gloſ. 11. & in tit.7.l.1.gloſ.1.ex num. 12. & pulchre in d. tit.7.l.2.gloſ.1.ex num.2. optime Portol. in §. nobilis,ex num.15.Surd. de Aliment. tit. 8.priuileg.93. Gutierrez in Practicis, lib.3. quęſt. 82. num. 13. optime Ceballos quæſt. 674. late idem Gutierrez lib.2.Can. quæſt. cap. 14. numer. 28. & 29. Sot.lib.4.de iuſt. & iur.quæſt.1.art.1.verſ.ad ſecundum. Couarr.in 4. 2.par.cap.8.§.6.num.5.verſ.quarto deducitur, Azebed.lib.4.tit.14.l.2.num. 47.dicens, quod Regis licentiæ ad maioratum conſtituendum de omnibus bonis ſunt iniuſtæ,& contra conſcientiam,& pater qui tali licentia vteretur,alijs filijs relictis, abſquè alimentis, peccaret, & non eſſet tutus in foro conſcientiæ, & ideo Rex noſter maxima cum deliberatione, & cauſę cognitione, licentias has concedit, vt ibi per eum. Vnde conceſſa per Regem licentia ad conſtituendum maioratum in vno ex filijs, de omnibus bonis ſuis,intelligitur, relictis alimentis alijs filijs,ſecundum Molin.in d.cap. 1.num.10.

8 Et vlterius, quod pater huiuſmodi leges ſeruans,quo ad ius poli,& in foro conſcientiæ tutus ſit, ſatis etiam apparet ex eo, quoniam lex humana,tam Ciuilis,quam Canonica,condita ab eo, qui legis condendæ auctoritatem habet,ſi ob bonum commune lata ſit, etiam in foro conſcientiæ obligat, & tutum reddit,ex gloſ.communiter approbata in verb.conſtituerunt, in cap. Quæ in Eccleſiarum de conſtit.vbi Scribentes, & Felin in cap. 1,num.47.eod. tit. optime Portol. in d.§.nobilis,num.18. Sot.lib.1. de Iuſt. & Iur.quæſt.6.art.4. Lud. Beja in reſpon. caſ. conſcient.caſ. 53. verſ. Nam ſi obſeruando leges,pag.253. Molina lib.2.cap.1. numer.7. Matien.lib.5.recoll. tit.4.l.1.gloſ.10. nu.14. Didac. Perez in prohem. legum. Ordinam. quęſt.60.pulchre Robert.Belarmin.in diſputat.fidei,controuerſ.5.lib.3.c.11. Ant.Gom. l.40. Taur.num.56. verſ. Item etiam Abiles cap.6.Prætor.in gloſ.*Mandamos*,optime Burgos de paz in l.1. Tau.ex nu. 453. & ibidem Ant.Gom.ex num.3.Ludou.Meſſ.in Pragm. tax. pan.concluſ.6.num.2. & 99. Rebuf. de pacif. poſſeſſ.in princ. ex num. 9. Auendan. lib.1.de exeq. mand. c. 19. n. 12. Qui enim aliquid facit legis auctoritate, non peccat, vt expreſſe cautum eſt in cap.qui peccat. 23. quæſt. 4. & pluribus relatis, not. Molin. de Primog.lib.2.cap.1. num. 8. & alibi dicitur, quod licet maleficium non eſt, vt notauit Bald.in l.Decuriones in fin. C. ex quib. cau. infam.irrog. idquè etiam voluit Seneca.lib. 6.declamationum, dum dicit,obijci non poteſt,quod lege factum eſt. Et iterum in lib. 9.dicit, Non poſſum ob id damnare, quod lege factum eſt. Vnde cum dictæ leges iuſtæ cenſeri debeant,& per eas,poſsit pater iuſte filios exhæredare, & relictis eis quinq. ſolidis pro legitima, bona ſua extraneis hæredibus relinquere; ſimiliterq. (vt dictũ eſt) poſsis vni filio maioratum relinquere, & alios ſua legitima priuare. A fortiori igitur licebit fratri fratrem alimẽtis priuare,& tuta conſcientia poterit bona ſua dare extraneis, exhæredatis fratribus,& cõſanguineis.

Nec obſtat ſi quis dicat,fratres, & ſorores ex eodem patre,& legitimo thoro natos ſuccedere ab inteſtato, & ideo eſſe neceſſarios,& quaſi naturales hęredes,nec poſſe niſi legitima,& euidenti cauſa exhæredari.Nec enim lex definiret illos eſſe hæredes defuncti,qui abſquè teſtamento moritur,niſi iure naturæ (quod lex ſemper reſpicit) hæredes forent: & ideo qui nihil fratri relinquit, videtur legi naturæ repugnare. Non inquam obſtat, quia lex quæ eſt Ciuilis pacis directiua,& quę ſemper reſpicit, id quod eſt optimum,fundatur in voluntate præſumpta ipſius defuncti,de qua cum in teſtamento non conſtet,præſumit lex voluiſſe defunctum,vt ſua bona ad extraneos non transeant,ſed in ſuos proximiores transferãtur, & ideo vbi alij hęredes non ſunt magis intimi, ac coniuncti, ipſi defuncto, ordinat lex, vt fratres, & ſorores,& quicunq. fuerint proximiores, ſuccedant ab inteſtato;fundans ſe non in naturali lege,per quam iſti hæredes ſint,ſed in voluntate defuncti præſumpta, huiuſmodi autẽ præſumptio ceſſat, vbi expreſſa voluntas adeſt fratris volentis nihil fratribus relinquere, ſed extraneis.

Vt autem quæ ſuperius diximus de filio, qui poteſt exhæredari, relicta ei dicta minima quantitate, & de parentibus,qui poſſunt inſtituere

inſtituere maioratum,& illum aſsignare vni filio,& alios bonis priuare, abſquè ſcrupulo aliquo.Iſta quidem intelligi debent, in caſu, quo ipſi filij exhęredati habeant bona, vnde poſsint optime ſe ipſos alere, ac ſibi alimenta exhibere, aut ex artificio valeant, neceſſaria ſibi ipſis acquirere, ita Abb. in c. Raynutius num. 12. de teſtam. Palat. Rub. in repet. capit. per veſtras, notab. 3. §. 4. num.3.inferens ex his,vbi filius haberet, vnde viuere poſſet, valere conſuetudinem, & ſtatutum etiam in totum abſorbens legitimam, aliàs autem cæteris indigentibus liberis, alimenta ſunt eis pręſtanda iuxta eorũ qualitatem, & dignitatem; vt trad. Couar. in 4. 2.par.cap.8.§.6.num.5. Molin. de primog.lib.2.cap.1.ex num.11.& cap. 15.ex nu. 1. Palat.Rub. in dict.3.notab.§.26. in prin. Queſad.diuerſ.quæſt.cap.6.nu.18.Sarmien. lib.2.ſelect cap. 14. num.6. Er hinc quidem eſt,quod ſuccedens in Maioricatu, alijs fratribus tenetur ſecundum eius facultates alimenta præſtare, & ſorores inopes dotare, Abb.in cap.licet,num.10.de voto,late Molin.de primog.lib.2.cap.15.ex num.56.Rojas de ſucceſ.cap.5.num.35.Tiraquel.de Primog.quæſt.4.ex num.33. late Surd. de Alimentis,tit.1.quæſt.27.ex num.1. Pelaez Lara, & alij quos refero in 2. par. Collect. 90. nu.3. latiſsime Tiraquel. de primog. quæſt. 62.ex num.1.His adde quod fratribus nulla legitima debetur.l.cum quæritur. C. de Inoffi.teſtam.trad.Matien.lib.5.tit.8.l.4. gloſ. 2. num.2.

Tertia Doctorum opinio circa propoſi-
9 tam quæſtionem ea eſt, vt tunc poſsit teſtator inſtituere extraneos tuta conſcientia, ommiſsis,& excluſis conſanguineis, ſi conſanguinei mali, & huiuſmodi bonis indigni ſint,vel non indigerent hęreditate morientis,quia ipſi habent bona, vel illis erat alius proximior cognatus, qui eos alere poſſet. Vnde ſi conſanguinei nec mali, vel indigni
10 ſunt, & manifeſte indigent hæreditate morientis, quia in graui egeſtate ſunt conſtituti,nec ſit alius,qui eis poſsit ſuccurrere, niſi ille teſtator,conſanguinei quidem pręferendi ſunt extraneis; vt in proprijs terminis docent Barthol.Medin. Inſtruct. de Confeſſ.2. par.in fin.in tit.*Reglas para ordenar el teſtamento*,fol.246.verſ.*El teſtador*, Alphon. Vega. 1. p.c.30. caſ.2. verſ *La quarta regla*. col.215.& pulchre.2.p.caſ.114.caſ.11. verſ. *Y aunque no falta*,ex col. 982.Lud.Meſs.in prag. tax. pan. concl.6.nu.99.Nauar.in Man.lat.c.26.nu.36. in fin.Petrus Alagona.in Compend. cap.26. num. 36. in finalibus verbis. Ant. Bernad. in ſum.cap.30.num.3. Felin.in cap. Eccleſia Sanctę Marię num.91.in princ. de Conſtit. Ludou.Beja in reſponſ.caſ.conſcien.caſ.57. verſ. Et quamuis, pag.253. D. Antonin. in ſumm.3.par.tit.10.cap.1.§.2.ad fin. Eman. Rodrig.in ſum.caſ.conſc.2.par. cap.70. nu. 4.dicens,quod licet hoc fieri poſsit, conſulendum tamen eſt teſtatori, vt bona relinquat conſanguineis,ſi pauperes ſint,nec mali,vel indigni, & Ant. Gom. ſibi contrarius in l.8. Taur.num.4. dicit,quod quando cõſanguinei ſunt diuites, poteſt licite teſtator inſtituere quemlibet extraneum: quando vero ſunt pauperes, ipſi ſunt præferendi extraneis. & ad id allegat Ancharran. in reg. mala fidei poſſeſſor de reg.iur. in 6. in 1. q. princ. Et idem fatetur Alphon. Montalu.lib. 3.tit.6.*De las herencias*,in l.13. in gloſ. verb. *Si el que muriere*,& probat Salon.2. 2. quæſt. 5.de dominio, art.5. in vltima concluſione, ex colu.516. & ait etiam Ioan. Fab. in dict. §.1.num.1. Inſt.de hæred.quę ab inteſt.quod inſtituens extraneos, ommiſsis legitimis indigentibus,ſeu mendicantibus, facit contra officium pietatis, & peccat mortaliter. Et idem dicit Didac. Perez in addit. ad Seguram,in l.cum patronus,ff.de leg.2. num. 44. poſt med. Idem etiam ſentire videtur Palat. Rub.in l.7.Tau.num. 15. quatenus ſe refert ad notata per Ancharran. & ſic videtur etiã intelligendus Rojas de ſucceſ.cap.32.ex nu. 4.& multa adducit ad propoſitum,Burg.de paz in l.3.Taur.ex numer.1500. Charitatis enim ordo ita ſeruandus eſt; quod primo conſanguineis, & curę ſuę commiſsis egentibus,quam extraneis bona ſint diſtribuenda, iux. gloſ. verb. poſtulat in cap. quieſcamus 42.diſtin.& in verb.fidelis,in cap.ſi qui filij 30.diſtin.

Qua opinione retenta poſſunt (ni fallor)
11 reduci ad concordiam aliæ ſupra adductæ, vt tunc demum primo fratribus, & conſanguineis, curęq. ſuę commiſsis egẽtibus,quã extraneis bona ſint diſtribuenda per teſtatorem, illa inquam bona vt dicunt Doctores, quę teſtator pro conſanguineorum neceſsitudine concedere erat adſtrictus, nõ vero illa quę conſanguineorum neceſsitatem excedunt. Si quidẽ teſtator ea illis tribuere in conſcientia non tenetur. Quam rem ſatis ſuadẽt tex.in c.relatũ,el 2.dę teſtam. & in c.

ad

Ad quæſtionem de Rerum permutat.aliaq; ſimilia iura.Quibus etiam accedit, quod cũ aliquid ob neceſsitudinem ſtabilitur,id,qua tenus neceſsitas ipſa expoſtulat, & nõ plus, obtinet,& procedit: vt probatur in l. ſenatus,ff.de offi. Præſid.cum vulgat.

Mihi tamẽ ſupradicta communis opinio in eo placere non poteſt , quatenus fratres, & cõſanguineos æquiparat, vt eis ſub reatu peccati ſubuenire teneatur reſtator,tantum in caſu extremæ neceſsitatis.Cum longe ma ior ratio militet, ad ſubueniendũ fratribus egentibus,quã conſanguineis; diuerſoq. mo do eis à lege ſuccurratur aduerſus teſtatorẽ. Vnde aliter circa hanc quæſtionẽ iudicandũ cenſeo. Preſuppoſito prius pro conſtanti, quod apud me certiſsimi iuris eſt, nullã ſcili cer reperiri legem, vel Canonẽ in toto corpore iuris,vbi diffiniatur,quod deſcendentibus, vel aſcendentibus deficientibus , aliquis teneatur bona ſua relinquere poſt mor tẽ illis, quibus ipſe viuens ea iuridice denegare poterat. Et hinc eſt,quod habẽs fratrẽ adeò pauperem,quod ad eius ſuſtentationẽ alimenta ei neceſſario præſtanda ſunt, tenebitur in morte,ei relinquere alimenta , quæ ei ſufficiunt , ſecundum quod boni viri arbi

12 trio æquum,& iuſtum viſum fuerit. Ex eo, quia cõmuni receptum eſt opinione , quod frater diues(etiam ſi ſit Clericus)tenetur, & compellendus eſt à iudice,alere fratrem ſuũ pauperẽ,ſeu ſororẽ inopem ; vt probat tex. elegans in l.Mutus, vel l.Vt egentẽ virũ fratrẽ,ſororẽve ſuſtineat,ff.de Iure dot.glo.fin. & Bald.ibi,in l.Qui filiũ,ff.Vbi pupil. educ. deb.& trad.Iaſ.in l.1.n.29.ff.ſol.matr.Greg. Lop.l.4.tit.19.p.4.in glo. fin. & plures referunt qui eam ſententiã ſequũtur,Ant.Cord. de Lara,in l.ſi quis à liberis.§.idẽ reſcripſit, ff.de lib.agnoſc.ex nu.83.late Surd. de alim. tit.1.q.25.per tot. & Ioan.Rojas de ſucceſ. c.32.ex n.6.optime Molin.de primog.lib.2. c.15.ex nu.56.& eggregie in.nu.58.& in annotat.ad quędã librorũ capita.n.14.de quibus in fin.lib.de primog. Tiraq.de primog. q.4.ex nu.33.& plura in q.62.ex nu.1.& dixi latiſsime in 2.p.Collect.102.nu.1. quamuis Molin.de iuſt.& iur.tract.2.diſput.228.col. 1425.verſ.vtrũ frater,dubius ſit in hac opinione. Vnde rationabile erit,& pietati conſonũ,vt eadem alimenta debeat in teſtamẽto eidẽ relinquere,ad quæ pręſtanda ipſe in

13 vita tenebatur,et ſi id non fecerit, hæres ab eo nominatus defuncti cõſciẽtiã debet exonerare,eaq. alimenta præſtare tenebitur;nõ quia defuncti fratris teſtamentũ poſſit frater quærellare,ex eo quia ſibi ea alimẽta nõ fuerunt relicta,ſed quia hæres tenetur in cõ ſcientia,tanquã fratris perſonã repreſenrãs, ei alimenta præſtare,cui teſtaror ea, in vita, & in morte tenebatur cõferre,cũ in eũ omnia iura,& actiones, tã actiuę, quã paſsiuæ, transſierint.Et faciũt quæ in ſimili not. Abb. in conſ.115.in prin.ante nu.1.vol.2.& facit etiã l.8.tit.13.p.2.dum iubet.quod hęredes teneantur alere filios naturales.Et vrget ma ximopere hęc ratio, quia hæredes non poſſunt eſſe potioris conditionis, quã erat ille, quẽ repreſentant,arg.l.Mortuo reo,ff.de fideiuſſor.l.maritũ,ff.ſol.matr. at frater tenetur ſuũ fratrẽ inopẽ alere,vt ſupradixi,ergo, & hæres fratris alere tenebitur. Et ſic nõ du bito,quin in caſu,quo frater poterat alimenta petere à ſuo fratre,in eodem etiã,& poterit eadẽ petere ab hæredibus ſui fratris,eius perſonã repreſentantibus. Et bene faciunt pro his,quę notauit Lara in d.l.ſi quis à liberis,in §.ſi quis reſcriptũ,nu.9. & ad hũc caſum reducẽdi ſunt, qui exiſtimãt, bona fratris relinquẽda eſſe fratri egeno,& indigẽti, &quod aliàs peccaret grauiter,qui extraneũ inſtitueret, vt ſupra in principio quæſtionis

14 dictũ eſt.Quorũ certe opinio ſimpliciter, & eo modo,quo ab ipſis dicitur,ſi cõſideretur, nullo mihi iure probatur,neq. tex.in d. c. ſi quis reliquerit, aliquo modo id perſuadet, quia ibi non agitur de ſucceſsione transſuerſalũ, ſed ſolũ de filiorũ ſucceſsione: quo in caſu , nos etiã non negamus, quin teneatur pater in conſcientia filios, & deſcendentes, quibus debentur legitima,& alimenta,hęredes inſtituere;pro vt exD. Auguſt.colligitur in c.Quicũq.17.q.4.vbi illorũ ſocietatẽ non admittit,qui filios exhęredãt,vt Eccleſiã hæredẽ inſtituant;cũ exhęredare filios ſine cau ſa,cõtra naturã ſit.vt probat ex multis,Maſcar.concl.713.ex nu.13.Coſt.in c.ſi pater.1. par.in verb.ſi abſquè liberis,nu.64.

Hoc autem obiter dicã , quod nõ deſunt DD.qui negant,verba illius tex.in d.c. Quicunq. eſſe D.Auguſt. vt refert Tiraq. in l. ſi vnquã in præfat.nu.62. C. de reuoc. donat: Contrariũ tamen verius eſt,vt cõſtat ex Couar.lib.1.var.c.19.nu.5. & ex adduct.à Gutier.in Canon. Quæſt.c.32.nu.31. poſt prin: Rojas de ſucceſ.c.9.ex nu.21. Non vero ille tex.loquitur in collateralibus, quib' aliquo iure nihil penitus debetur, imò adhuc ex aliquorum

quorũ ſẽtẽtia, illud quod ibi probatur, quod fauorabilior eſt cauſa filiorũ, quã pia cauſa, debet intelligi tantum reſpectu legitimæ, & alimentorum, non vero reſpectu aliorum bonorum, in quibus certe magis fauetur Eccleſię, quam filio; nã & in illis videtur, quod pater poteſt filium ſine cauſa exhæredare, & cuilibet extraneo, vel Eccleſiæ ea relinquere; vt poſt alios ita affirmant Deci. conſ. 391. n. 3. & conſ. 504. num. 9. verſ. Quarto & vltimo, Felin. in c. in præſentia n. 43. de probat. Ant. Gom. tom. 1. var. cap. 11. nu. 39. in fin. Ioan. Gracian. reg. 199. nu. 27. Dec. conſ. 480. nu. 21. & conſ. 529. nu. 6. Tiraq. de priuileg. cauſ. piæ priuileg. 105. num. 2. ad med. Xuarez in rep. l. Quoniã in prioribus, in declaratione legis Regię in princ. ante limit. nu. 9. pag. 130. C. de Inoffi. teſtam. Hęc tamẽ declaratio ad cap. Quicunq. apud me ſemper dubia fuit, per ea quæ pulchre cumulat Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. libertis, ex nu. 89. Gutierrez lib. 1. Can. quæſt. c. 32. nu. 36. cuius rationes, & alia etiam, quæ in eiuſdem ſentẽtiæ comprobationem adduci poſſunt, hic repetere non libet, cum non intendam aliorũ dicta, niſi magna ex cauſa, referre, iux. doctrinam Molin. de primog. lib. 1. c. 2. nu. 3. & verius ſit. D. Auguſt. loqui de tota ipſa ſucceſsione patris, non vero de exhęredatione reſpectu legitimæ tantũ: vt prob. Menoch. lib. 4. præſump. 189. nu. 122.

15 Vt igitur ad inſtitutum reuertamur. Non etiam his, quę dicebamus, obſtant, quæ ſimiliter in prima opinione adducebãtur. Ex D. Tho. in d. q. 32. art. 9. quoniã ibi ſolũ ſuadet doctor Angelicus, quod potius ſunt relinquenda bona conſanguineis indigentibus, quam extraneis nõ tamen aliquam inducit neceſsitatem, vt ex eius verbis manifeſtum eſt, in conſilio autem non eſt neceſsitas. cap. Quiſquis 14. quæſt. 1. vnde eius doctrinam, dum ad conſilium pertinet, & vera, & ſancta, & ſeruanda eſt. Cæterum non debemus ex ea inducere neceſsitatem, cum nihil minus vir ille ſanctiſsimus excogitauerit. Nec ſimiliter obſtant alia iura allegata, quia vt dicit Ant. Gom. in d. cap. 11. num. 39. debent intelligi in filijs, & deſcendentibus, quibus debentur legitima, & alimẽta, nõ vero incol lateralibus, quibus aliquo iure nihil penitus debetur. Ex quibus veriſsime reſoluo, ſupra dictam quæſtionem, reſpectu fratrum ſic veram eſſe, dum ex ea colligimus, teneri fratrẽ in teſtamento fratri ſuo alimẽta relinquere, ad quæ pręſtanda ipſe viuens compelli poterat, vel ſaltẽ in foro conſcientię tenebatur.

16 Ceterum reſpectu cõſanguineorum, alio modo res ſe haber, exiſtimo enim, conſanguineum præmorientem, ad aliquid eis relinquendum obligatum non eſſe, niſi eo modo, quo vel lege Ciuili, vel naturali tenebatur, in vita ſua ſubuenire, vel ſi in extrema neceſsitate eſſent conſtituti; quo caſu, non iure ſanguinis teneretur, ſed potius iure naturali. Quo attẽto, quemlibet fame pereuntem alere tenemur omnes, quo vſq. ab illa neceſsitate liberetur, iuxta generalem deciſionem, c. Paſce 86. diſt. & quæ in illius tex. ornatũ cumulat pulchre Tiraq. de pœn. cau. 44. ex n. 6. Meſsia in Pragm. tax. pan. concl. 1. ex n. 6. Nauar. in c. quieſcamus 42. diſt. n. 24. Vnde cum nulla lex, vel canon eis ſuccurrat, vel det actionem, vt in aliquo alio caſu poſſint petere alimẽta, certe ſub reatu mortalis peccati, nõ tenebitur ille præſtare in morte, qui viuens non poterat compelli, nec cogi ad cõferenda illi aliqua bona. Bene tamen fateor, quod in hoc caſu extremę neceſsitatis ſeruandus eſt ordo charitatis, vt in pari gradu neceſsitatis prius conſanguinei, cu ræquè ſuæ cõmiſsi, quã extranei, ſint ſubueniendi, vt vltra allegatos ſupra in princ. huius quæſtionis, trad. Med. in C. de eleemoſina in c. de his quibus eſt dãda, & quo ordine, & cui dãs eſt magis obligatus, iux. tex. ſingul. in c. Cum in officijs de teſtam. dicens quod in officijs charitatis, primo loco illis tenemur obnoxij à quibus beneficium nos cognoſcimus receipiſſe.

QVÆSTIO XVIII.

An alienigena, cui prohibitũ eſt lege Regni Aragonum, obtinere dignitatem, beneficium, vel officium Eccleſiaſticũ, poſſit eſſe Vicarius generalis Epiſcopi? ad intellectum Fori primi, & ſecundi, de Prælatura.

SVMMARIVM.

1 *Lex vt iuſta ſit, ſatis eſt, quod legiſlatori iuſta viſa fuerit, potueritquè habere aliquem finem honeſtum.*

2 Lex

2 *Lex poſtquam lata eſt, omnino eſt ſeruanda, taliter quod de ipſa diſputare non licet, & numer. ſequenti.*

3 *Lex Aragoniæ, & aliarum Prouinciarum, præferens originarios exteris in officijs, & beneficijs Eccleſiaſticis, iuſta eſt.*

4 *Reſcripta impetrata à Papa, non facta mentione originis, ſubrreptitia cenſentur.*

5 *Reſcripta à Sede Apoſtolica impetrata, contra leges ſupradictas, iuſte manu Regis impediuntur, abſquè eo quod incurratur in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, & numer. ſequent. in fin.*

6 *Sixtus Quartus conceſſit Regibus Hiſpaniæ, vt alienigenæ non poſſent obtinere beneficia in eorum Regnis, abſque eorum conſenſu.*

7 *Beneficia non deberent conferri exteris, ſaltem curata.*

8 *Priuilegia dicta quo pacto intelligantur conceſſa?*

9 *Motus Proprius Sixti Quarti non eſt in vſu.*

10 *Reſcriptum Principis contra legem, non præſumitur eſſe de voluntate illius, & ideo illi ſtandum non eſt.*

11 *Vicariatus generalis Epiſcopi dicitur dignitas, & in Vicario generali, cauſæ à Papa delegantur.*

12 *Vicarius generalis debet ſedere poſt Epiſcopum, & præferri omnibus, tam in Choro, quam in Proceſſionibus, & locum digniorem habere.*

13 *Vicariatus generalis eſt officium Eccleſiaſticum.*

14 *Vicarij generales Epiſcoporum, non poſſunt eſſe laici, nec Clerici coniugati, bene tamen Aſſeſſores.*

15 *Vicarij generales, & principales officiales Epiſcoporum, debent eſſe in ſacris conſtituti in Aragonia, aliàs acta per illos nullius ſunt valoris.*

16 *Iuriſdictionem non poſſunt exercere extranei à Regno in Aragonia.*

17 *Leges Aragoniæ ſeruari debent ab Eccleſiaſticis, cum ſint mixtæ Clericorum, & Laicorum.*

18 *Alienigena poteſt eſſe Vicarius generalis Epiſcopi, in Aragonia, non obſtante dicta lege.*

19 *Vicarius generalis intelligitur, & venit appellatione ordinarij, & habet iuriſdictionem ordinariam.*

20 *Interpretatio legis vera, à practica ſumitur.*

21 *Beneficia, dignitates, & officia, in duplici differentia ſunt, quædam in titulum dantur, alia verò ad nutum conferuntur.*

22 *Beneficia, dignitates, & officia prohibita in Aragonia conferri extraneis, ſunt illa, quæ in titulũ conferuntur in perpetuum, vel ad certũ tempus.*

23 *Vicarius generalis corruſcat radijs Epiſcopi, quoad iuriſdictionem.*

24 *Vicarij generales in Aragonia, ſolent eſſe extranei à Regno.*

25 *Vicarius generalis impropriè dicitur habere dignitatem.*

26 *Forus primus, & ſecundus de Prælatura explicantur.*

27 *In Aragonia, regula generalis, quod alienigena non poſſit exercere iuriſdictionem, fallit in Epiſcopo, & eius Vicario.*

CIRCA propoſitam quæſtionem, ſuperflua mihi videtur diſputatio illa, quam per tex. in c. ad decorem, de Inſtit. & per alia iura concordantia tot ſit ſcribentium mentes; An ſcilicet ſit iuſta, & valida lex, vel conſtitutio, quæ prohibetur, beneficia, & officia conferri extraneis, ſed tantum oriundis ex Regno, diſtribuenda fore; cum de validitate legis priuſquam fiat cogitandum, & diſputandum ſit, vt docet Rebuff. tom. 1. Conſtitu. leg. Franc. in prohem. in gloſ. 1. numer. 11. legis ſiquidem latiſsima eſt poteſtas, ita vt licet duriſsima videatur, legis vim habere non deſinit. l. proſpexit, ff. qui, & à quibus, & facit, c. erit autẽ lex. 4. diſt. vbi ait, iuſtam eſſe legẽ, curæ eſſe debere Legiſlatori, tẽpore quo fertur, poſt eam enim latam, non erit libe-
1 rum de ipſa iudicare, ſeu diſputare; ſed ſecundum ipſam iudicare oportere, capit. in iſtis. 4. diſt. & trad. Io. Garſia de expenſ. c. 9. num. 71. Lud. Mol. de primog. lib. 4. c. 11. n. 61. Lancel. Gallia. in Conſ. Alexand. in præfat. 5. num. 3 Ferdinand. de Mendoza lib. 1. de pact. c. 5. num. 30. eo maxime, quod etiam ſi lex inuidioſa videatur, non deſinit habere vim legis, l. vni. in princ. in verſ. inuidioſam, C. de Cad. tollend. & ſimiliter etiam ſi captioſa videatur, d. l. vni. & §. cum lex ibi (ſuis machinationibus) & idem eſt, vtcunq. dura ſit. d. l. proſpexit. Marant. de ord. iudic. 3. p. nu. 102. & deniq. vtcunq. inhumana, rigoroſaquè eſſe videatur, legis vim habere non deſinit l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. §. fin. Inſtit. de his qui ſunt ſui, vel ali. iur. Et ratio eſt, quia vt lex iuſta, bona, æqua, ſanctaquè videatur, habeatquè vim legis, ſatis
2 eſt, quod Legiſlatori iuſta viſa fuerit, quodquè potuerit habere aliquem honeſtum finem, l. 1. §. initium ibi (quia moderatam

hanc ætatem Prætor rarus eſt) ff. de Poſtu-
lan. vbi gloſ. verb. ratus, hanc rationem di-
cit eſſe mirabilem, & ſequitur Marian. So-
cin. conſ. 20. volum. 1. num. 21. Secundo,
quia vt Reſpublica diutius conſiſtere ſine
legibus non poſſet, ita etiam, nec cum ipſis,
ſi de earum ratione paſsim, temereque no-
bis liceret diſputare, argum. prohem. Inſtit.
ibi, (legibus armatam.) Tertio, quia ſi de le-
gum ratione diſputare liceret, nulla lex fir-
ma, ſtabilis, perpetuaque eſſe poſſet, & fre-
quenter inferiores de facto ſuperiorum co-
gerētur iudicare; quod maxime damnoſum
eſſet quieti Reipublicæ, argum. eorum, quæ
traduntur à Doctoribus, per l. Barbarius,
ff. de offi. Præt. & §. ſed cum aliquis, Inſtit.
de teſtam. vnde Bald. in l. lege. C. de legit.
hæred. ait, quod vt lex habeat vim legis, ſa-
tis eſt, quod habeat aliquod motiuum, vel
etiam ocaſionem, licet contineat duritiem,
& iniquitatem, & idem Bal. in cap. ex reſcri-
pto de iureiuran. ſubdit, legem quæ habet
aliquod motiuum, non videri ſine ratione,
ad quod plura cumulat Tiraquel. in præfat.
de retract. lignag. ex num. 76. Imo ſufficit,
quod Principi placeat, vt legis vim habeat,
l. 1. ff. de Conſtit. Princ. cum alijs, alleg. à Re-
buf. in concor. rubr. de Collat. §. volumus,
in princ. pag. 423.

Ex quibus recte infertur, ſuperuacaneum
eſſe, impugnare legem noſtram, quæ præfert
originarios exteris in officijs, & beneficijs
Eccleſiaſticis obtinēdis, eo præſertim, quod
3 id etiam in quamplurimis Regnis, & Pro-
uincijs ſancitum eſſe, affirmat Salzedo in
prax. cap. 54. ex num. 2. & plures ſubiunxi,
in 2. par. Collectan. 56. numer. 7. Guilielm.
Benedict. in rep. cap. Raynutius, verb. (Et
vxorem nomine Adelaſ.) de ſucceſ. ab inteſt.
ex num. 482. Gutierrez lib. 2. Can. quæſt.
cap. 11. numer. 29. & 35. Humad. in l. 13.
titul. 15. par. 1. gloſ. 2. numer. 4. late Aze-
bedo lib. 1. nou. recopil. titul. 3. l. 14. ex
princ. Portol. in §. Alienigena, ex num. 1.
Chaſſen. in Cathal. gloriæ mund. 11. part.
conſidera. 22. verſ. Etiam de iure Canoni-
no, late Hojed. de benef. 1. par. cap. 23. ex
num. 87. & optime in cap. 24. numer. 115.
Selua de benef. 3. par. quæſt. 23. numer. 34.
Pulchre Petrus Ludou. Martinez in allega-
tion. Viceregis extran. ex numer. 258. Co-
uarru. in practic. cap. 35. numer. 5. Petrus
Gregorius Sintag. iur. lib. 27. cap. 6. num. 42.
Ludou. Meſſ. in pragm. tax. pan. concluſ. 5.
numer. 95. & tandem apud omnia Regna
Chriſtianorum, vel ſaltem maiorem eorum
partem, hoc ſtatutum eſt, vt inquit Hojed.
de benef. 1. par. cap. vltim. numer. 115. Id-
que ita fieri, iuri, æquitati, & bono Rei-
publicæ, conſonum eſt; ex rationibus quas
vltra Doctores proximé allegatos, recen-
ſent Didac. Perez libr. 1. titul. 3. l. 18. in
gloſ. *Que ningun eſtrangero*, in verſ. quæ pro-
hibitio, Hojed. dict. capit. 23. numer. 85.
Flammin. Pariſ. de reſig. benef. lib. 4. quæſt.
7. numer. 3. Gutierrez lib. 2. Canon. quæſt.
cap. 11. num. 30. Micha. del Villar in 9. par.
Archidiacon. Calataiubij, coſtumbre 4. ex
pagin. 392. Guilielm. Benedict. vbi ſupra,
numer. 483. & 484. Martinez vbi ſupra, nu-
mer. 259. verſ. *En Caſtilla*, Viuald. in Can-
delab. Eccleſiæ, in explanat. Bullæ Cœnæ,
ex numer. 104. verſ. & hoc multis, latiſsi-
me Azebed. lib. 1. tit. 3. l. 14. ex num. 9. opti-
me Rebuf. in prax. tit. de Reſcrip. mixtis,
ex num. 7. Spin. ſpecul. teſtamen. in gloſ. 3.
princ. ex num. 32. qui etiam ex numer. 35.
reſpondet argumentis, & iuribus pugnan-
tibus huic reſolutioni, & hinc eſt, quod re-
4 ſcripta impetrata à Papa, non facta mentio-
ne originis, ſubreptitia cenſentur, quia
cuilibet Papa in ſua Diœceſi prouidere, in
tendit: Rebuf. in prax. 1. par. tit. forma ſig-
nat. ſimp. verſ. in agolomen. pag. 136. Azeb.
in dict. l. 14. numer. 7. Spin. dict. gloſ. 3. nu-
mer. 34. Rebuf. de pacif. poſſeſſ. numer. 217.
verſ. imo gratia. Carol. de Graſ. Regal. Fran.
lib. 2. Iur. 8. fol. 58. Valdes de eleemoſina,
3. par. fol. 81. verſ. Et ideò.

Ex quibus omnibus non mirum videri
5 debet, ſi manu Regia impediantur reſcripta
à Sede Apoſtolica impetrata, contra præfa-
tas Regnorum leges diſponenentes, quod
exteris non conferantur beneficia Eccleſia-
ſtica, vt per Couar. in pract. cap. 36. num. 3.
verſ. hoc ipſum fieri, Abend. de exeq. mand.
lib. 1. cap. 1. numer. 32. verſ. Item ex eadem,
Salzed. in Prax. cap. 54. num. 11. & 17. Petr.
Morla 1. par. tit. 2. quæſt. 14. num. 11. Humad.
in l. 13. tit. 15. par. 1. in gloſ. 9. nu. 2. verſ. quæ
reſcripta, Rojas ſing. 148. in fin. Azebed. in
dict. l. 14. num. 19. verſ. ideo iuſte, Simanc. de
Cathol. inſtit. cap. 45. numer. 35. in excuſsis
Hiſpaniæ, Bouadilla lib. 2. cap. 18. num. 208.
retuli plures Doct. in dict. Collectan. 56. nu-
mer. 8. pulchre Viuald. vbi ſupra, ex num.
101. aſſerens, non ex hoc incidere Iudi-
ces ſeculares in excommunicationem Bullæ

Digitized by Google

Cœnæ Domini,cum id quidem iuſte impediri videatur à Magiſtratibus ſecularibus,in
6 defenſione iuris, & priuilegij. Quod à Sixto Quarto Pōtifice Max. fuit Motu proprio conceſſum, Regibus Hiſpaniæ quod alienigenæ non poſsint obtinere beneficia in eorum Ditionibus, & Regnis, abſquè eorum conſenſu,vt tradit Martinez plures referens vbi ſupra numer.260. ad fin. Portol.in d.§. alienigena,num.3.Bardaxi in For.1.nu.9.de Prælatura,Guiliel.Benedict.in cap. Raynutius,verb.& vxorem nomine adel.de ſucceſ. ab inteſt. num.483. Salzed.in prax. cap.54. num.1.verſ.& vt rem, & Lud. Gom.in reg. 19. cancell. Innocen. VIII. Azebed. lib. 1. tit.3.l.14. num. 6. pag. 91. ſubdens elegan-
7 tiſsimè in num.9. valde honeſtum, & fructuoſum eſſe, vt vnuſquiſquè in ſua beneficietur Patria; gloſ. in verb. Exterorum, in prohemio Pragm.Sanct.§.nam Eccleſiarum, fol.32.vt etiam vltra alios vbi ſupra,& pluribus alijs relatis refert Portol.in §.alienigena,num.39.Sanctiſsimumquè eſſet, & Reipublicæ conſultiſsimum,quod Summus Eccleſiæ Pontifex,aut Æcumenica Synodus ſanciret,vt omnia cuiuſcunq. Diœceſis beneficia (ſaltem curam animarum habentia) patrimonialia efficerentur; ita vt ad ea non admitterentur, niſi ciues, vel qui inde ſunt oriundi. Quod in ſacro Concilio Tridentino,ſummo omnium Patrum conſenſu, conſultarum fuiſſe teſtatur, teſtis integerrimus omniq. exceptione maior, doctiſsimus Magiſter Soto,lib.3.de iuſt.& iur. quæſt. 6. art. 2.verſ.Enalcitur autem, pag.237. relatus à Couarr.in Pract.cap.35.nu.5.in fin. Salzed. in Prax.cap.54.num.7.Martinez vbi ſupra, num. 263. Flamin. Pariſ.de reſignat.lib.12. quæſt.3.ex nu.13.Gutierrez in dict. cap.11. num.30.verſ.Et vtinam.

Quamuis autem hæc ita ſe habeant,ſciendum eſt,quod ſi huiuſmodi ſtatuta,& leges non fuerunt approbatę per Sedem Apoſtolicam,Iudices ſeculares eas obſeruantes, & adeptionem poſſeſsionis beneficij alienigenis prohibentes,& eos,in illa turbantes peccare,quoniam contra libertatem Eccleſiaſticam agunt:vt ex Panor.conſ.83.nu.2.vol.1. & Capiſ.deciſ.132. num.6. pulchre reſoluit Portol.in d.§.alienigena.nu.10. de quo optime Felin.in cap.Eccleſia S.Marię, n.96.de
8 Conſtit. Et ne Iudices decipiātur ex ijs,quæ in ſuperioribus dicta fuerunt, circa priuilegia conceſſa à Sede Apoſtolica Regibus Hiſpanię,Franciæ,& aliorum Regnorum obſeruandum eſt,ad id, ea fuiſſe obtenta, vt nullus qui ignoraret idioma ipſorū Regnorū, poſſet beneficium obtinere in eorum ditione,abſque Regū conſenſu;at vero qui idioma ſciret nunquam fuit prohibitus illud cōſequi.Vnde in Regno Caſtellæ,poterant obtinere beneficium,Aragonenſis, Valentinus, & alij Regnorum Hiſpaniæ, qui illud idioma calerent; & ęcontra Caſtellanus poterat beneficiari in Aragonia,& Valentia, vt tradit Gomeſ. in d.reg.19. Pari etiam ratione, quia Gallus intelligit idioma Normandiæ, & Picardiæ,poteſt in illis partibus obtinere beneficium,& ęconuerſo,ex Rebuf.in prax. 3.par.de reſcrip. mixtis, gloſ.2. ex num. 11. & idem Rebuf.in d.reg.19.verſ.quinto.Prętereа etiam dictæ Bullæ Apoſtolicæ,tantum loquuntur de beneficijs parrochialibus,non vero de alijs; vt aperte deciditur in d. Reg. 19. quamuis etiam in alijs beneficijs, idem obſeruandum eſſe dicat Gom.in in dict.deciſ.19.

9 Ad illud etiam quod dicebatur,de Motu proprio Sixti,obtento à Regibus Hiſpaniæ, reſpondet Gomes, in dicta reg. 19. præfatam Bullam non eſſe in vſu,nec acceptaram à Regibus Hiſpaniæ; quod omnino erat neceſſarium,& pro Regno Caſtellæ tantum obtentam fuiſſe teſtatur: Et hinc eſt, quod in quam plurimis Regnis Hiſpaniæ obtentum eſt à Sede Apoſtolica ſimile priuilegium, de non conferendis beneficijs exteris, vt extat in Regnis Cathaloniæ,& Valentiæ. Et cum ego eſſem huius Regni Aragonū diputatus, quamuis totis viribus curaui, nunquam tamen obtinere potui à Sede Apoſtolica, confirmationem fori de Prælaturis, quo cauetur expreſſe, ne alienigena poſsit obtinere beneficium in hoc Regno. Et quidem ſi id conceſſum extitiſſet à Sixto, fruſtra id, hoc Regnum,& alia etiam Regna obtinere à Sede Apoſtolica totis viribus conarētur. Non tamē inde quiſquā exiſtimare debet,Regias noſtras conſtitutiones, aliquid continere, quod Sūmi Pontificis maieſtatem lędat, vel puriſsimas eius aures offendat, hoc namq. alienū eſt à Catholicis Regibus noſtris, qui Pontificū decreta, ſacroſanctaſq. eorū ſanctiones,pro ipſorū pietate,& in Deū religione,colūt,& venerātur. Sed ideò literarū executio, Regia auctoritate à ſummis Senatoribus ſuſpenditur,vt Pontifex Summus certior factus, intelligat, quot quantiſquè in

Digitized by Google

calamitatibus, & ærumnis, iſta Hiſpaniarũ Regna afficiantur, quando aduerſus has leges,pro bono Reipublicæ, omnium populorum conſenſu æditas,& aduerſus immemorialem conſuetudinem, tot ſeculis præſcriptam, falſis precibus, & ſuggeſtionibus, gratiæ Apoſtolicæ impetrantur, quas Sanctiſsimum Antiſtitem minime conceſsurum merito arbitramur, ſi ea damna, & incommoda, quæ maxime aduerſantur ſpirituali,Eccleſiaſtico, & temporali tegimini, præ
10 oculis ſua beatitudo haberet. Iuri igitur videtur conſona ſuſpenſio executionis, dictarum literarum, vt probatur ex cap. ſi quando de Reſcrip. vbi Alexand. III. patienter inquit ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod praua nobis ſuggeſtione fuerit inſinuatum, & conducit tex. in l.ſi vindicare,C.de pœn. & plura quæ ad hoc cumulant pulchre Couarru.in practic. cap.35. numer.6.& in cap. 36. num. 3. ad med. Morla 1.parr. titul. 2. quæſt.14.ex numer. 9. Salced. in Prax. cap. 54. num. 21. Viuald. in dicta explicat. Bullę Cœnæ num.106. iuncto. numer. 108. & conueniunt quæ latiſsime ſubiungi. in 2. parr. Collectan. 3. numer. 2. & 3. & notata per Azebed. in dict. l.14. ex num.33.Portoles in Schol. ad Molin. §.conſultatio,ex nu. 17. Vnde verbis Principis,contra legem aliquid reſcribentis, non eſſe ſtandum conſtitutum eſt,in l. Reſcripta, C. de Precib. Imper. offer. & in cap. Reſcripta. 25. quęſt.2. Nec ea reſcripta cõtra ius impetrata,per Iudices obſeruari debere, illis iuribus cautum eſt. Quod procedit non ex defectu poteſtatis Principis, quaſi non poſsit; ſed ex defectu voluntatis, cum non pręſumatur Principem aliquid velle, quod ſit contra ius, l. digna vox, C.de legib. cap. Iuſtum.9. diſtin. etſi aliquando id conceſſerit, præſumitur per importunitatem conceſſiſſe; vt eleganter declarant, Bald.Paul. & Iaſſ.in ea l.Reſcripta, C. de Precib.Imper. offer.& eſt pulcher caſus in l.omne,C.de Petit. bon. ſubl. lib.10.

Nequè his obſtat,quod dicebat Alber.in l.2.in fin.ex ea litera C.de legib.Iudicem admittentem exceptiones,contra Reſcriptum Principis, puniendum pena triginta librarũ auri,de qua ibi,Nam intelligi debet, quando opponitur corã eo,exceptio contra potentiam Principis; ſcilicet quod ipſe Princeps non potuerit illud reſcribere, ſecus ſi opponatur coram eo exceptio contra voluntatem Principis, ſcilicet quod Principi fuit narratum falſum,& ſic fuit deceptus; & ex hoc non pręſumitur,quod hęc fuerit eius voluntas, ex l. puniri, C. Si contra ius, vel vtil. publ. vbi idem ſequitur Iaſſ. in num.3. facilimè namq. præſumitur obliuio in Principe,ob negotiorum multitudinem,Rip. in l.quod iuſsit,nu.47. Re iudic. Menoch. caſ. 26.nu.4.Hortigas 1.p.ſui patrocinij,n.95.

Ex quibus non incongrue dubitatur, An in hoc Regno extraneus poſsit eſſe Vicarius generalis Epiſcopi? Quia cum hic Vicariatus dicatur dignitas, eamquè obtinere extraneum à Regno prohibeat dictus Forus primus de Prælatura, videtur negatiuè
11 reſpondẽdum eſſe. Quod autẽ ſit dignitas,tradunt expreſſe Abb.in conſ.21.vol.1.num.3. Chaſſen.in Cathal.gloriæ mund.4.par.conſider.50. Hojeda de benefi.2.par.cap.10.ex num.12.Rebuf. in Prax.tit. de Vicar. Epiſcop.nu.4.ſubdens ibidem,& in nu.27. ideo Reſcripta Papæ ei dirigi poſſe;vt probatur, in Clem.ſi principalis, de Reſcrip. & idem affirmat Cardinal.in c. Quoniam, Abb. col. 6.in princ.in 12.oppoſit.vbi aſſerit,quod licet Vicarius nõ dicatur habere dignitatem, ſtrictè ſumpto vocabulo, quod etiam poſt Menoch.conſ.51. num. 33. ſequitur Anaſt. Germon.tract.de Indult.Cardinal.in §.Hieronymo.num.56.large tamen ſic,veluti quadam præeminentia Eccleſiaſtica, quæ efficit illam eſſe dignitatem,& vt à Romano Pontifice ratione eiuſdem præeminentię cauſæ ſibi delegentur. Idq. etiam optime,& latiſſime comprobat Ant.de Pretis, in ſuo Clypeo Paſtorali, qui auctor quaſi rem propriam agens, quia ſibi (vt ipſe innuit) tanquam Vicario in Eccleſia Florentina, locus ab Archidiacono,&Capitulo denegabatur, totis viribus id defendere conatur, ipſe inquã,in c.6.nu.51.dicit,quod negari non poteſt,Vicarium eſſe in dignitate conſtitutum, cũ habeat ordinariã iuriſdictionem,& præeminentiã cũ adminiſtratione, quę eſt radicata in ipſo Vicariatu, ratione iuriſdictionis, quę de ſui natura habet dignitatẽ annexam; & idè etiam concludit Gom.in c. Statutum de Reſcrip.in 6.nu.80.tractans, an Vicariatus ſit dignitas? Ex quo quidè,& quia Vicarius fulget radijs Epiſcopalibus, ſicut Auguſta Imperialibus,ex Abb.in d.conſ.21.ad fi. & congeſtis à Menoch.conſ.51. numer.15. & in conſil. 52. numer.21. & 114. Rebuf. vbi ſupra, numer.7. & idem tribunal habet

cum

cùm eo, ex tex. in cap. 2. de conſuet. in 6. Camill. Borrel. conſ. 30. nu. 23. Morla 1. par. tit. 2. quæſt. 27. n. 3. Salced. in Prax. cap. 73. verſ.
12 & eadem eſt, pag. 246. Vnde dicunt ipſum debere poſt Epiſcopum ſedere, & præferri omnibus, tam in Choro, quam in Proceſsionibus, & locum digniorem habere, Abb. vbi ſupra, Chaſſen. in 4. par. cathal. glor. mund. conſid. 46. late Azebed. in addit. ad Cur. Piſanam, lib. 2. cap. 2. num. 19. inferens ex his, iure optimo Sanctiſsimum Pontificem Piũ Quintum, Motu proprio conceſsiſſe Reuerendiſsimo Domino Epiſcopo Placentino, D. Ponce de Leon, & ſucceſſoribus eius in Epiſcopatu, quod Vicarius Epiſcopi, in Choro Eccleſię Cathedralis, habeat in abſentia Epiſcopi, vnam de principalioribus ſedibus poſt Pontificalem quam Vicarius voluerit, & quod iſtæ duæ ſedes ſint ſemper vacuæ, & nullus in eis ſedeat, ſub grauibus pœnis. Si ergo omnia iſta priuilegia conceduntur Vicario Epiſcopi, ob ſupremam quam habet dignitatem, ita quod ſecundum aliquos, dictus Epiſcopi Vicarius inter ſpectabiles nominatur; & ad minus inter clariſsimos, Azebed. vbi ſupra, dicendum videtur, quod ſtãte lege, vt extraneus à Regno nõ poſsit obtinere dignitatem, nec etiam poſsit eſſe Vicarius Epiſcopi.

13 Secundo, etiam ſi dubium alicui ſit, huiuſmodi Vicariatum eſſe dignitatem; vt exiſtimant Menoch. conſ. 52. num. 126. & Selu. de benef. 1. par. q. 2. num. 38. certum tamen eſt, officium eſſe Eccleſiaſticum; quod etiam exteris à Regno prohibetur obtineri, ex diſpoſitione dicti Fori 1. de Prælat. & quod ſit officium, ſatis probatur ex eo quod, rerum Eccleſiaſticarũ adminiſtrationem gerit, vt colligitur ex Selu. de benef. 1. par. quæſt. 2. num. 36. Abb. in Clem. diſpendioſam, num. 3. de Iudic. Hojed. 1. par. cap. 7. nu. 2. in fin. ergo obtineri non poteſt ab extraneo.

14 Tertio ad idem facit, quod laici Epiſcoporũ Vicarij, in ſpiritualibus creari nõ poſſunt, ſed tantũ eccleſiaſtici; ex Abb n. 12. Felin. num. 6. Rip. num. 4. 16. & Dec. ex nu. 120. in cap. decernimus de Iudic. Reb. in Prax. tit. de Vicar. Epiſcop. nu. 35. Alphon. Hojed. de benef. 1. par. cap. 16. nu. 11. Ioan. Segura Dauales, in Direct. Iud. Eccleſ. for. 1. p. c. 11. nu. 1. Couar. in c. Alma mater, 1. p. §. 1. n. 3. Simon Maiol. de Irregularit. lib. 1. c. 31. n. 18. Sigiſm. Scacc. lib. 1. de Iudic. cauſar. c. 11. nu. 13. & c. 14. nu. 6. Ergo videtur dicendum, dictum Vicariatũ eſſe beneficiũ Eccleſiaſticũ, & quod alijs, quã Eccleſiaſticis conferri nequeat. Quod ita verum eſt, vt Clericus coniugatus non poteſt eſſe Epiſcopi Vicarius; vt tradunt Abb. in c. ſane, el 1. nu. 2. de Cler. coniug. Hojeda, & per eum allegati in d. n. 11. Felin. in d. nu. 6. ſubdens cum Bald. ibidẽ nu. 10. quos ſequitur Segura in d. c. 11. nu. 2. Quod ſi forte Epiſcopus faceret laicum Vicarium ſuũ in ſpiritualibus; quod verba deberent impropriari, & exponi, ſuũ, ideſt Aſſeſſorem; quia Aſſeſſores Epiſcopi bene poſſunt creari laici; nã officium Aſſeſſoris eſt, aſsiſtere, conſulere, & non pronunciare; licet poſsit interloqui in perſona Epiſcopi, vel ſui Vicarij pręſentis, vt paſsim in vtroq. foro fit. Vnde quidẽ Concil. Tolet. editum anno 1566. Act. 2. c. 9. merito ſtatuit, quod huiuſmodi Vicarij Sacerdotes conſtituantur, vel intra annũ ab ea die, qua iuriſdictione ſibi cõmiſſa vti cœperint, ad Sacerdotiũ promoueri queant. Et idem etiã cautũ reperitur in Synodo Pampilonẽſi, lib. 1. tit. de offi. Iudic.
15 ordin. c. 1. fol. 35. in Synodo tamẽ Prouinciali Cæſaraug. in tit. de offi. ordinarij cõſtitut. vltima ſtabilitũ eſt, Vicarios generales, aut principales officiales Diœceſanorũ, vel ordinariorũ Eccleſiaſticorũ, eſſe debere in ſacris Ordinibus conſtitutos. Et decernit omnes actus Vicarij, aut principalis officialis, non conſtituti in ſacris Ordinibus (ſi quos contigerit actitari) nullius eſſe roboris, aut valoris.

16 Quarto probatur ex For. 1. tit. quod offi. cial. Aragon. ſint de Aragonia, & ex quam plurimis alijs legibus, quibus ſtabilitum eſt in hoc Regno, quod extranei ab ipſo non poſsint exercere iuriſdictionem; ſed ſic eſt, quod Vicarius Epiſcopi exercet iuriſdictionem, non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, cauſas audiendo, & eas decidendo, delicta puniẽdo, & alia iuriſdictionalia exercendo, ergo huiuſmodi Vicarius generalis non poteſt eſſe extraneus. Quæ le-
17 ges, & Fori Aragonum omnino ſeruari debent ab Eccleſiaſticis; cùm ſint leges mixtæ Clericorum, & laicorum, & ſint ab vtriſquè, & communi omnium conſenſu conditæ, & approbatæ: vt in ſimili probat Tiraquel. de retr. ligna. §. 1. gloſ. 13. num. 2. & in legib. connub. in gloſ. 8. numer. 173. & in tractat. *Le mort ſaiſit*, 3. parte, declar. 8. numer. 4. late Remig. Gonni de Charitate ſubſid. in quæſtion. An dicta Ordinatio facta per

 tres

Digitized by Google

tres ſtatus liget clericos,& Eccleſias & pag. 262. Petrus Morla 1.part.titul.1. quæſt.16. numer. 27.

18 Hiſtamen dubitandi rationibus non obſtantibus verius proculdubio exiſtimo, extraneū à Regno poſſe in eo creari Vicarium Generalem Epiſcopi, abſq; incurſu pœnæ dictarum legum. In cuius rei probationem animaduertere oportet, quod quamuis ea l. lata ſit, vt alienigena non poſsit obtinere dignitates,beneficia,& officia Eccleſiaſtica, ab huiuſmodi tamen prohibitione excipiūtur in præfatis legibus Archiepiſcopus, & Epiſcopi Regni, quę dignitates alienigenis cōferri poſſunt,vt expreſſe deciditur in for. 2.de Prelaturis, & trad. Portoles in §.alienigena numer.19. vnde cōſequenter infertur, quod cum idem conſiſtorium ſit Epiſcopi, & ſui Vicarij, vt ſuperius dicebatur, Vicariuſquè fulgeat radijs Epiſcopalibus, idem iudicium ferendum eſt de ipſis, quod de Epiſcopis. Cum generaliter,quæ in principali ſtatuta ſunt,in eius Vicario,& locumtenente repetita intelligantur,iux.tex.in cap.præcipimus 93.diſtinct. & cū ſubrrogatus eius naturam conſequatur, cuius in locum ſubſtituitur l. vni. §. 1. ff. de Rei vxo. act. l. Si eum §. qui iniuriarum ff. ſi quis caut. optimus tex.in dict.cap.præcipimus,quem dicit ſingularem Roman.in ſing.367. & hinc eſt quod ſuſpenſa iuriſdictione Epiſcopi, ſuſpenſa etiam eſt ſui Vicarij, Rebuff.in regul. 13. Cancell.verſ. etiam eſt notandum, pag. 455.Roman.ſingul.632.facit cap.1. de offi. Ord.in 6.ex quibus omnibus videtur dicendum,etiam Vicarium Epiſcopi eſſe exemptum à prohibitione dicti fori,creariq; poſſe extraneum à Regno,ſicut de Epiſcopo cauetur, cum etiam ipſe Vicarius dicatur ordinarius,& appellatione ordinarij veniat,vt aſ-
19 ſerit gloſ. in cap.2.de offi. Vicarij in 6. & in cap. Romana in princip.verſ. generaliter de Appellat.in 6.Gigas conſ.82.num.7.Suarez de Paz in Praxi Eccleſiaſt. prælud.3.num.3. Molina de Primogen.lib.1.cap.25.num.13. Couar.lib.3.var.cap.20.num.40.dicit communem,& Vicarius Epiſcopi habet ordinariam iuriſdictionem;vt optime declarat Sigiſm.Scacia de Iudic.cauſ.cap.13.ex num. 12.& in diſpoſitionibus ſancti Concilij,venit appellatione ordinarij, vt aſſerunt Salzedo in Prax. capit.73. verſ. tum quia, pag. 245.in fi. Ioan.Segur.Dabal.in Direct.Iud. Eccleſiaſt.2.pat.cap.16.num.3. vnde quæ in Epiſcopo ſtatuta ſunt, videntur etiam optimo iure diffinita in eius Vicario; cum dignitas quam habet,Epiſcopi,cuius vices gerit, dicatur, & non ſua, Rebuff. in princip. de Pacif. poſſeſs nu.79. Sic quilibet eorum poterit eſſe extraneus, & hæc eſt Praxis totius Regni, à qua recedere nō licet, cum mutanda non ſint,quæ certam interpretationē habuerunt l.minime ff.de leg.& l.ſi de interpretatione ff.eodem,vera ſiquidem legis interpretatio à practica ſumitur,Tiraquel.de
20 Mort Sayſit 2. part. decla. 16. num.4. & de priuileg.cauſæ piæ, priuileg.27.num.3.in fi. Menoch.conſ.187.num.54.Dominus meus Doctor Martinus Monter, in præfat. deciſ. num.31.verſ. & finaliter.

21 Secundo animaduertere etiam oportet, dignitates,beneficia,& officia Eccleſiaſtica. in duplici eſſe differentia,alia ſiquidem conferuntur in titulum,quę auferri non poſſunt abſq; cauſa,etiam à Summo Pontifice,vt ex magis communi opinione reſoluit Beroi.in cap. Quæ in Eccleſiarum ex numer.167. de conſtitut.& pulchre quam plurimis in contrarium reffutatis,docet Pinel.in 1.p.Rubr. C.de reſcind.vend.cap.2.num.30.verſ.altera inſpectio,optime Sarmiento lib.2.ſelect. cap 8 num.25.& quidem ſi recte conſideretur,huiuſmodi dignitates,beneficia,& officia ſunt,quę prohibentur extraneis à Regno conferri,ex eo quod,cum in perpetuum, vel ad tempus certum, & præfixum, in titulum conferantur, & ſine cauſa non auferantur, poſſet eſſe damnoſum Regni incolis,Eccleſijs,& beneficijs,quod ipſi ea poſsideant,ex traditis à Martinez ſupra num.259. verſ. *Et Caſtilla*,Rebuff.in Prax.tit.de Reſcrip.mixt. ex num.8. latiſsime Azebed. in dict.l.14.ex num.12. Guilier.Benedict.in dict.num.483. & 484.vnde merito ea extraneis conferri,à lege noſtra prohibitum eſt,nō vero alia beneficia, & officia Eccleſiaſtica, quæ non in perpetuum,nec ad tempus certum, & præfixum,ſed ad nutum ſuperioris amobilia, aſſignari,aliquibus conſuetum eſt,quę ſi extraneis conferantur, nullum inconueniens eſt, cum nec damnum Eccleſijs, nec Regnicolis ex ipſorum prouiſione oriatur.Cum non in titulum, ſed ad metam, & liberam ſuperioris voluntatem, creari, & reuocari valeant.

22 Et ſecundum hanc diſtinctionē, habet Praxis huius Regni,quod quādo Abbatię,Prioratus, aut ſimiles dignitates conferuntur in perpetuū,ſolum Regnicolis dantur,quando vero

vero

vero ad tempus, vel ad nutum ſuperioris; interdum exteris, quandoq; verò naturalibus aſsignantur, nullo habitò reſpectu, an electus ſit in hoc, vel in alio Regno natus, ex quibus propoſitę quæſtioni facile reſpondetur, quod cum Vicarius generalis ad nutum Epiſcopi creari, & reuocari valeat, nullum eſt inconueniens, quod à Regno exterus eligatur, & ita practicatur in hoc Regno.

Sed his obſtat, quod conſultus reſpondit Gabr. in conſ.32.lib.2.ex num.18. Vicarium inquã habere dignitatem perpetuam, quia perpetua eſſe poteſt, vt ſi Epiſcopus eum nõ remoueat in vita; ergò, vt ipſe ait, debet cenſeri vt perpetua, argumento l. Iuriſperitos ff. de excuſ.tutor. vbi paria ſunt, aliquid eſſe perpetuum, & eſſe poſſe perpetuum, l.ſufficit ff. de cond. indeb. & expreſſe docet, Vicarium eſſe officium perpetuum Lancelot. Conrrad. in templo Iudicum lib.2.cap.6.§.1.num.7.pag.176. Cum igitur ſecundum doctrinam adductam, Vicarius Generalis habeat officium perpetuum, non poterit eſſe extraneus a Regno.

Confirmatur ex doctrina Alciat. in l. Præſidis, ff. ſi cert.pet. numer.3. vbi proponens quæſtionem, qui dicantur officiales perpetui? Reſpondet, quod ij, quos ſolet Princeps diutius in officio relinquere, nec facile remouere, vt ſunt conſiliatij ſui, d. l. Iuriſperitos, de excuſat.tut. & Matienzo in Dialogo relatoris, par.3. cap.27. num. 9. adhibet exemplum, in Auditoribus Regiæ Cancellariæ, qui licet ſint annuales, perpetui tamẽ cẽſentur; eo quod perpetuo ſolet Princeps eos in officio relinquere; nec facile ſubmouere. Si vero arbitrio quidem Principis cõſtituantur, ſed ſoleant cito ſubmoueri, puta intra biennium, vel triennium, dicuntur tẽporales, quam diſtinctionem approbat, & confirmat Ioan. Radin. de maieſtat. Princ. verb. ſed etiam per legitimos tramites, nu. 35. In propoſito igitur noſtro, cum Vicariatus generalis officium non ſit annuale, neq; triennale, ſed ad beneplacitum Epiſcopi, hoc ſolum ſufficit, vt non temporale, ſed perpetuum cẽſeatur, iuxta doctrinam Bald. in d. l. Iuriſperitos, ff. de excuſ. tut. vbi ait officium ad beneplacitum Principis, & officialem ad eius beneplacitum aſsignatum, eſſe perpetuum. Hoc ipſum, pluribus allegatis, confirmant Matienço, & Redin. vbi ſupra, Rebuff. tom.3. tit. de mater. poſſeſſor. art.4. gloſ. vnj, num.9. fol. 166. vbi expreſſe aſſerit, officiales Regis perpetuos eſſe, etiam ſi ad Regis beneplacitum conſtituti ſint; tenet etiam Greg. Lop. in l.2. verb. *Mantenerle*, tit.10.p.2. Pelaez par.4. de Maioratu quæſt. 10.num.6. Cabal. milleloq.217.num.3. Roiz deciſ. Lituan.4. numer.413. Anton. Corſet. de Poteſt. Regi. par.1.num.9. Nata conſil.58. numer. 8.

23 Huiuſmodi tamen obiectioni reſponderi poteſt, quod licet verum ſit, Vicarium Generalem Epiſcopi habere dignitatem perpetuam, vt iura, & Doctores ſupra relati teſtantur, tamen illud eſt improprium, quia proprie loquendo, Vicarius Epiſcopi non eſt dignitas Eccleſiaſtica, quia ſi eſſet perpetua, non ſpiraret per mortem Epiſcopi, prout ſpirat; Clem fin. de procurat. cap. ne aliquę de hæreticis in 6. Sed eſt potius quædam præheminentia non determinata ad aliquam cauſam, & coruſcat radijs Epiſcopi, quoad iuriſdictionem; card. in Clem. etſi principalis de Reſcriptis, & in cap. Quoniã Abbas de offi.deleg. Benedict. Capra in Repetit.d.Clem.num.48. Vnde Vicarius Generalis facit vnum conſiſtorium cum Epiſcopo, & participat de iuriſdictione ipſius Epiſcopi, cap.2. de conſuet. in 6. cap. Romana de appellatio, Panor. conſ.21.lib.1. & Franc. Monachus, Geminian. Banquel. in dict. cap. 2. de conſuet. & ibi omnes DD. Gutierrez lib.2. Canon. quæſt. cap.17.nu.16. in tantum quod Epiſcop' poteſt prohibere officialem, ne iudicet, gloſ. in dict. cap. Romana in verbo idem, & poteſt cauſam à Vicario generali inceptam Epiſcopus finire, & poteſt reuocare interlocutoriam ſui Vicarij generalis, gloſſ. in dict. capit.2. & Philip. Francus ibidem num. 4.

24 Qua propter in præſenti Regno vſitatiſſimum eſt, Epiſcopos habere ſuos Vicarios generales extraneos à Regno, & hoc ea ratione, quia cum a for. de Prælaturis permiſſum ſit, poſſe extraneos à Regno eligi in Epiſcopos, idem cẽſetur diſpoſitum circa Vicarios generales eorum, cum ex Iuribus ſupradictis pro vna, & eadem perſona reputentur, & non diuerſa, & ſic fuit declaratũ in pręſenti Regno, & pręcipue colligitur ex motiuis in proceſſu Marianæ Viñerta, ſuper manifeſtatione, in Curia D. Iuſtitiæ Aragon. anno 1600. vbi quod Vicarius generalis erat alienigena, admiſſa non fuit.

25 Vnde reſtat reſpõdere argumentis ſuprà in cõtrarium adductis & non obſtat Primũ, quia

quia

quia, vt modo dixi, improprium dicitur habere dignitatem Vicarium Epiſcopi, vt per Zabarel. & Capr. vbi ſupra, nec iuriſdictionem abſolute nomine proprio exercet, ſed Epiſcopi, cum poſsit Epiſcopus, vt modo dixi, interlocutoriam ſui Vicarij reuocare, Franc. dict. cap. 2. num. 4. vnde verba noſtri fori, non ſunt de huiuſmodi dignitatibus intelligenda, ſed de ijs, quæ perpetuitatem habent ex ſui natura, non ex eo quod perpetuę poſſunt eſſe, nunquã enim forus de his conſiderauit, quia ſi forus permitit Epiſcopum alienigenã, vbi principaliter iuriſdictio Eccleſiaſtica radicatur, multo fortius dicendũ eſt, tolleraſſe eius Vicarium eſſe extraneum, cum acceſſorie habeat iuriſdictionem, equũ enim eſt, quod acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis reg. acceſſorium de reg. Iur. in 6.

26 Ad ſecundum argumentum reſponderi poteſt, quod licet Vicariatꝰ Epiſcopi ſit officium Eccleſiaſticum, non comprehenditur ſub diſpoſitione fori huius Regni, quia forus loquitur de his officialibus, qui habent aliquod officium radicatum in propria perſona, & illud exercent abſque dependentia alterius, ſecus verò in caſu de quo agimus, vbi licet gerat rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem, non eam gerit nomine proprio, ſed Epiſcopi, vt Doctoribus ſupra relatis in cap. 2. de conſuet. in 6. patet manifeſte, & ſic non mirum, quod fori patiantur Vicarium eſſe eius naturę, cuius & Epiſcopus eſſe poteſt.

27 Nec obſtat tertium, quia caſu quo Vicarij Epiſcopi eſſe debeant Eccleſiaſtici, & nõ Laici, vt in contrario dicitur, non ſequitur quod debeant eſſe Regnicolæ, imo potius ex eadem ratione colligitur contrariũ, quia ſi laicus eſſe non poteſt, eo eſt, quia res Eccleſiaſticæ à laicis nõ ſunt tractandę, Panor. Rip. & Dec. in dict. cap. decernimus de Iudicijs, & ſic cum habeat iuriſdictionem dependentẽ ab Epiſcopo, debet eſſe eius qualitatis, & conditionis. Sic igitur dicendum eſt in præſenti, quod ſi Vicarius eſt Eccleſiaſticus, etiam ſi ſit extraneus, erit eiuſdem qualitatis, & conditionis, cuius eſt, vel eſſe poteſt Epiſcopus.

Minus obſtat quartum, quia licet regula ſit generalis in Aragonia, quod alienigenæ non poſsint exercere iuriſdictionem, tamẽ fallit in Epiſcopo, vt ex dict. for. de Prælaturis, & ex conſequenti in eius Vicario, cum pro vna perſona, & eodem conſiſtorio reputentur, ſecundum Doctores in dict. cap. 2. de conſuetud. in 6.

QVÆSTIO XVIIII.

An liceat maledicere, excommunicare, vel anathematizare, tempeſtates, locuſtas, mures, & alia ſimilia portenta, quæ inferunt multa, & grauiſſima mala vineis, ægris, & pecoribus?

SVMMARIVM.

1 *Excõmunicatio non ſolum ſortitur effectum in humanis corporibus, ſed & in brutis, & in plantis.*

2 *Ingentia damna cauſata ab animalibus brutis.*

3 *Excõmunicationis miraculoſus effectus.*

4 *Locuſtæ, mures, & alia ſimilia non poſſunt excõmunicari, contra Chaſſaneum, & num. 5.*

5 *Excõmunicatio non poteſt fieri niſi contra creaturam rationalem baptizatam.*

6 *Vniuerſitas, vel Collegium non poteſt excommunicari.*

7 *Locuſtę, vermiculi, mures, & alia ſimilia poſſunt exorcizari.*

8 *Locuſtæ, vermiculi, & alia, non poſſunt anathematizari, nec maledictionis pœnam incurrere.*

9 *Adiuratio nubium, & locuſtarum non dirigitur ad ipſa, ſed ad Deum per modum deprecationis.*

10 *Confutantur rationes Chaſſanei, & num. 12.*

11 *Superſtitioſæ incantationes aliquando ſuum effectum operantur, & quare.*

12 *Arreptitij cum exorcizantur, non ſunt verberandi, aut alapis vexandi.*

13 *Falluntur dicentes, tenere incluſum in annulo, vel in phiala demonem.*

14 *Quare excõmunicatio contra bruta animalia, & inſenſibilia prolata, miraculoſe habuerit ſuũ effectum.*

15 *In excõmunicatione Chriſtus ligat.*

16 *Excõmunicatus traditur Sathanæ.*

17 *Excõmunicatus eſt quaſi membrum abſciſſum à corpore.*

18 *Excõmunicatio eſt ictus gladij ſpiritualis.*

19 *Excom-*

19 *Excõmunicatus eſt homo valde infirmus.*
20 *Excõmunicatus omni auxilio deſtitut' dicitur.*
21 *Excõmunicatus eſt quaſi homo habens morbum infectiuum.*
22 *Excõmunicatus eſt veluti canis immundus.*
23 *Excommunicatus eſt ſimilis palmiti à vite abſciſſo.*
24 *Excõmunicatus eſt ſicut infidelis.*
25 *Excõmunicatus eſt deterior quam Gentilis.*
26 *Excõmunicatus lucrum cauſat Demoni.*
27 *Excõmunicatio maximum nocumentum infert ipſi excõmunicato.*
28 *Excõmunicatio eſt maxima omnium pœnarum quæ ſunt in Eccleſia.*

1 DOCTISSIMVS Bartholomeus Chaſſaneus,in conſil. 1.laborioſe quidem.& nimis prolixè examinat ſupradictã quæſtionem, & quampluribus apparentibus rationibus,& varijs iudicum ſententijs probat huiuſmodi portenta excõmunicari, anathematizari, & maledici poſſe; & recenſet quod quatuor ſententiæ ſolemniter latæ à Vicarijs generalibus, & prouiſoribus quarundam Diœceſum Gallicanarum,operatę fuerũt liberationem à vexatione prædictorum animalium,vt ipſe dicit,& probat in quĩdecim folijs magnę marginis in dict.conſ.1.quem refert,& ſequitur plura in huius opinionis confirmationẽ,ſub iungens Petrus Gregor. tom. 2. de Repub. lib.21.cap.12.num.6.ex pag.315.

Hiſtamẽ omnibus minime refragãtibus, quãuis verũ eſſe fateamur,huiuſmodi locuſtas, & mores, & alia ſimilia portenta nobis
2 quandoq; inferre multa,& grauiſsima damna nõ ſolum vineis, agris, & pecoribus,ſed etiam ipſis Ciuitatibus,vt curioſe refert Camil.Borrellus cap.1.vol.1.ex num.188.ſubdens quod murium corroſione Coſſa Ciuitas cecidit in Hũbria,ſeu Hetruria, & in Hiſpania oppidum fuiſſe à cuniculis ſuffoſum, à Talpis in Thęſalia, à ranis fugatam Ciuitatem in Gallia,à locuſtis in Africa,ex Gyalo Cicladum inſula fugatos etiam fuiſſe Ciues ſimiliter à muribus,à ſerpentibus itidẽ Amiclas apud Troadem & Capnr Aquenſis Ciuitas in Italia à Scorpionib',in Ethiopia,à Scolopendris Orrerietes, & à formicis, Villa prope Sulmonã ſub mõte Maello, & apud Lucium libr. 2.dechadis ſub Conſulatu C. Popilij Lenaris, & Publij Ælij Ligulis legimus locuſtarum tantam nubem à mari vento repente in Apuliam illatam eſſe vt examinibus ſuis agros latè operirẽt,anno etiam quadrageſsimo ſecundo ſupra milleſimum,& quingẽteſsimũ,vt refert Menoch. de recup.poſſeſs.remed.12.nu.39. & etiam meminit de Arbitrar.caſ.80.nu.9. & tanta in aliquibus Italiæ regionibus aduolauit locuſtarum copia, vt per ſex integras horas perduraret volatus,ac veluti denſiſsimæ nubes Solem obſcurarent, quo factum eſt, vt iactæ paulo ante ſemẽtes aſſumptę fuerint. Ad idem facit illud quod legitur in hiſtoria Diui Bernardi de geſt. illuſtrib. Ordin. vbi tempore quo fideles intererant ſacris,eo loco tanta erat muſcarum quantitas,quod celebrari nõ poterat, & Diuus Bernardus eas excõmunicauit,& ſtatim mortuæ fuerunt. Similiter etiam Sanctiſsimus Vincentius Ferrer, Ord. Prædicar. gloria, in ſecunda concione feriæ tertiæ poſt ſecũdam Dominicam Quadrageſsimę, recenſet quod in Delphinatu, quidam latro intrauit Eccleſiam, & furatus fuit quoddam Breuiarium,quod erat ſuper Altare, & abſcondit in foramine cuiuſdam arboris,deinde fuit lata ſententia excõmunicationis contra raptorẽ tenentem Breuiarium, ſi infra trium dierum ſpatium ſuo domino non reſtitueret, & ſtatim dicto termino elapſo,arbor illa mortua fuit, & cum illã videntes admirarentur,huius rei cauſam inquirẽtes,inuenerũt ibi Breuiarium.Aliud etiam exemplum huic ſimile refert Iacobus Bledà, in lib. *De los milagros del Santiſsimo Sacramento*,miracul.144. ex pag.245.verſ. *Yen Valladolid*,refert itidem Nauar.lib.5.titul.de ſenten.excom. conſ.5. num.7.de quodam Epiſcopo,qui per ſententiam excõmunicationis præcepit muribus,vt intra tres horas exirent terras quas habitabãt,intra quas maximus eorum numerus exiuit natando per mare Occeanum in quandam Inſulam ſterilem, in cuius etiam rei teſtimoniũ quinq; notabilia exempla proſequitur Marian.Socin in cap.ſacris num.34.de ſent.excom.Ex quibus omnibus manifeſtè apparet huiuſmodi portenta excommunicari poſſe,& per eam obtentam fuiſſe liberationem à vexatione dictorum animalium, tanta ſiquidem eſt excõmunicationis pœna, vt inficiat non ſolũ humana corpora rationabilia,ſed & bruta, & etiam vegetabilia, vt apparet ex ſupradictis exemplis,vbi mirabiles effectus cõſequuti ſunt, & in quibuſdam partibus maris, vt in facto accidit Surrenti anno 1583.

vt

Digitized by Google

vt teſtis ocularis eſt Thomas Zerola prima parte. §. ſuperſtitio. in fin. ſolent apparere Monſtra marina, quæ habent vngues, & lacerant retia, & impediunt piſcatores.

3 Silentio prætereundum non eſt miracolum, quod Deus operatus eſt per ſuum ſeruum Fratrem Gonzalum de Aramante Luſitanum Illuſtris. Ord. Prædicat. ad deterren dum aliquos, qui excommunicationem irridebant dicentes, ipſam non comminuere oſſa; dictum profecto eorum, qui aut fide ca rent, aut in proxima diſpoſitione ſunt, illam amittendi; oam neq. mors, neq. damnũ aliqood tẽporale, ita poteſt hominẽ dãnificare ſicut excõmunicatio, etiã per vnius horæ ſpatiom, etiam ſi cælum & terra ſimul conueniant ad perdendum hominem, vt igitur oſtenderet prædictus ſeruus Dei vim excõmunicationis, & quantum debeat timeri, panes candidiſsimos, quos quædam mulier in cophino deferebat excommunicauit, & illico nigri vt carbones conuerſi ſunt, vt intelligerent illi peſsimi homines huius miraculi teſtes, eundem effectum produci in anima excommunicati; & vt abſolotionis beneficium cernerent, dixit, abſoluo iſtos panes ab excommunicatione, & eo ipſo priſtinus candor illis reſtitutus eſt; quare obſtupefacti à ſuo errore diceſſerunt, & excommuni cationis ſentẽtiam pertimeſcere cœperunt vt recenſer Frater Ferdinandus del Caſtillo lib. 2. cap. 62. refert etiam Menoch. de recuper. poſſeſ. remed. 12. ex nu. 38. quod in Apulia, cum magna eſſet locuſtarum copia ad hanc peſtem ſrugom tollendam Cn. Huinius Prætor deſignatus cum impetio in Apuliam miſſus, ingenti agmine hominum ad colligendas eas coacto, aliquanrulum temporis abſumpſit. Quæ ſimiliter diligentia etiam in anno 1542. in ſingula Italiæ loca adhibita fuit, cum tanta locuſtarum copia opprimeretur, vt per ſex horas perduraret earum volutas, ac veluti denſiſsimæ nubes ſolem obſcurarent.

4 Supradicta tamen opinio Chaſſanei, vt inquiunt Nauar. lib. 5. de ſent. excom. conſ. 5. num. 1. & Dominic. Soto lib. 5. de Iuſt. & iur. quæſt. 12. art. 2. & in lib. 8. quęſt. 3. art. 3. [illegible], & dignè confurari, & reprobari meretur, ne decipiat, & in ſuperſtitiones inducat eam legentes, forſan exiſtimantes ea animalia irrationalia excommunicari poſſe. Vnde idem Nauar. in dict. cõſ. 5. & in Manual. cap. 27. numer. 13. verſ. Quare ſuperſtitionis eſt, Bartholom. Hugolin de Cenſur. Eccleſiaſt. tabul. 1. cap. 17. ex n. 2. pag. 225. eã damnant, & contrariam opinionem defendont, & idẽ tenent, & ſequunrur Ant. Bernad. in ſumma cap. 31. nu. 15. Emanuel Rodriguez in tom. 1. caſuũ conſcient. c. 78. n. 3. Henrriq. Henrriquez lib. 3. de excom. cap. 25. ex nu. 1. Annib. Roch. de viſit. in gloſ. & cenſuras Eccleſiaſticas pag. 170. verſ. Quare ſuperſtitionis eſt, Hippolit. Riminald. conſ. 40. nu. 31. Frechill. de excom. par. 2. art. 2. num. 2. Alphon. Vega in Sylu. caſ. lib. 5. caſ. 102. & quod ſit ridiculum id credere tradit Ciruel. de ſuperſtit. 3. par. cap. 10. & ſequitur hanc opinionem Iacob. de Graf. in deciſ. caſ. conſcient. lib. 4. cap. 6. num. 2. Thom. Zerola 1. par. 5. ſuperſtitio in fin. Michael Salon. 2. 2. quęſ. 76. art. vnico verſ. ex quo ridiculum, col. 1776. Petr. Aragon. 2. 2. quæſt. 76. arti. 2. in explicatione articul. pag. 426. pulchte Leonard. Banyes de facinor. lib. 2. cap. 11. in fin. Didac. Spin. in ſpecul. teſtã. in gloſ. Rubricę in 11. part. num. 55. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quęſt. 99. num. 8. Vbi dicit nunquam vidiſſe in practica obſeruari opinionẽ Chaſſenei, & Dominic. Soto lib. 5. de iuſt. & ior. quæſt. 12. art. 2. iuxta finem, de hac re ſic ſcripſit: abſit enim tanta ſacrorum irriſio qoanta fieri inter aliquos ruſticos fertur, nempe quod locuſta & Brucus, patrono illis, at procuratore conſignatis in iudicinm euocantur, & cõteſtata lite cauſa vtrinq; agitur, ac demum anathematis cenſura exterminantur. Quæ enim res maiori ludibrio digna contingere Chriſtianis poteſt, quam cum eiuſmodi portentis, ac vermiculis, & volucribus, quæ mero naturali inſtinctu agũtur, ſetiores agere? & idem Dominicus Soto, lib. 8. de Iuſt. & iur. quęſt. 3. art. 3. ad finem, aduerſus hos ſuperſtitioſos ſic inuehit: ſunt (inquit) qui litẽ cum locuſtis conteſtantur, patronoſquè, & aduocatos, & procuratores, illis creant, qui cauſam ipſarum defendant, illaſq; coram iudice accuſant, à quo conuincuntur condemnantur, anathematizantur, & excõmunicantur, cum ipſi potius adiuratores excõmunicandi eſſent, atquè in vltimas Inſulas relegandi. Nam ſi cõtra vermiculos loquuntur, quid illi intelligunt? ſin vero contra dęmones, quid opus eſt illos ordine iuris oppugnare? ſane cũ noſtri ſint publici hoſtes, qui nullo iure, ſed ſola vi ſuam nequitiam in nos exercent, atq; adeo tanquam manifeſtarios inimicos noſtros ſola virtute Dei armaris,

licet

Digitized by Google

licet nobis illos propulſare,haud ergo iudices, & Eccleſiaſtici, & Ciuiles (nam vtriſq; res incumbit) in huiuſmodi impoſtores,pręſtigiatoreſq; animaduertere negligant,quippe qui religionem Chriſtianam irriſioni exponunt.

5 Pro quorum Doctorum opinione bene facit, quod nemo poteſt excõmunicari,niſi ſolus homo baptizatus,mortalis,& excommunicanti ſubiectus, vt probant Armill. in ſum.verb. Excõmunicatio, num.24. Eman. Rodriguez tom.1.caſ.conſcient.cap.78. nu. 1.Spino.in dict.glo.rubricæ in 11.par.num. 53.Doctor Marrinus Carrillo in Itiner. Ordinand.tit.de excom.num.22. Ant.Bernad. in ſum.cap.31.num. 14. Frechill. de excom. 2.par.art.2. ex num.1. Barthol. Hugolin.de Cenſur.Eccleſiaſt.tabul.1.cap.17.ex num.1. pag.223.Couarr.in initio capitis Alma mater num.1. Annib.Roch.de viſit.in gloſſ. & cenſuras Eccleſiaſticas pag. 170. verſ. quis autem poſſit excõmunicari, Nauarr.in dict. conſ.5.num.3. & in dict.cap.27.num.13. & in cap. ita quorundam, notab.8. num.7. de Iudęis,Henrriq. in dict.cap.25.ex num.1.ex hoc inferentes,diabolum, animam ſeparatã à corpore,Iudęum,vel Ethnicum, & ſimiliter non baptizatum excõmunicari non poſſe,per rationem quam optime ſubiungit Ludouic. Lopez in 2.p.Inſtruction. conſcient. cap.11.in princip.pag.855.Hugolin.in dict. cap.17.ex nu.3.Probatur primo,quia excõmunicatio eſt gladius ſpiritualis, quo quis bonis ſpiritualibus Eccleſiæ priuatur, ergo non baptizatus,cũ nõ fruatur prædictis bonis,non poterit illis priuari,nec excõmunicari. Confirmatur, quia Eccleſia, vt docet Concil. Trident. ſeſſ.14. cap.2.in neminem iudicium exercet,qui nõ prius in ipſam per Baptiſmi ianuam fuerit ingreſſus,ſecundum illud Apoſt.1.Corinth.5.Quid enim mihi de ijs qui foris ſunt iudicare,& habetur in cap. multi, & ibi gloſſ.in verbo iudicare 2.quæſt. 1.& in cap.gaudemus de diuortijs,vnde nec Iudęus,nec Turca excõmunicationem iuris, aut hominis incurrit,ita Saytus de cenſuris
6 lib.1.cap.8.nu.6.vbi plures allegat,& idem etiam de Vniuerſitate,Populo,vel Collegio dicendum eſt, qui ſimiliter excommunicari non poſſunt,per tex.in capit.Romana, §.in Vniuerſitatem de ſent. excom.in 6. eleganter Saytus de Cenſuris lib.1.cap.8.in princ. vbi rationem aſſignat, quia excõmunicatio ferrur,vt quis corrigatur, & contumaciam ſuam deponat, ergo cum ſolus homo in indiuiduo cõtumax eſſe poſſit, & delinquere, ita ſolus ipſe in indiuiduo excõmunicari poteſt,& optime Barthol.Hugolin.de excom. mai.tabul.2.cap.26.num.4. tradit Ludouic. Lopez ſupra cap.15.ex pag.902. verſ. quęritur quinto, Vega lib.4. caſuum conſcient. caſ.433. Frechill. ſupra num.3. vbi optime & pulchre,& lariſsime dixi in 3.par.in Collect.25.ad dictum.§.in vniuerſitatem.Et ratio communiter ea aſsignatur,quia appellatione perſonæ animatę,& Catholicæ, cui inhæret excommunicatio, non compræhenduntur,nec veniunt ſupradicta, ergo ſuperſtitionis eſt credere, quod poſſunt excommunicari locuſtę, & brucus,aut aliud genus
7 vermium & animalium irrationalium.Quãquam religioſe vti poſsimus contra ea,aqua benedicta,precibus,adiurationibus,& exorciſmis, Sanctis humiliter implorando auxilium diuinæ clementiæ aduerſus demones, qui in vltionem delictorum noſtrorum permitti diuinitus ſolent, huiuſmodi incurſionibus nos infeſtare,vt referunt Domin.Sot. lib.5.quæſt.12.art.2.in fi.& in lib.8.quęſt.3. artic.3.Ciruel.de ſuperſtition.lib.3.cap. 10. Pedraza in 2.præcep.decalog. verſ.*Conjurar las nubes*, fol. 25. Annib.Roch. in dict.pag. 170.verſ. quare ſuperſtitionis eſt. Alphonſ. Vega in Sylu.lib.5.caſ.102.Malleus malef.2. par.quęſt.2.cap.15.pag.243.in fin.Iacob.de Graffis in deciſ. caſu.conſcient.lib.4. cap.6. num.12.poſt medium, Salon 2.2. quæſt.76. art.vnico col.1776.verſ. ex quo ridiculum, Frechill.de excom.2.par.art.2.nu. 3. Eman. Rodriguez in dict. cap.78.in fin. Nauar.in dict.conſ.5.nu.14.vbi aduertit, quod in his exorciſmis, & orationibus, non debet fieri mentio excõmunicationis, & anathematizationis,quarum nec ipſa animalia,nec demones capaces ſunt.

8 Secundo quod dicta animalia nõ poſsint anathematizari, ex eo conſtat,quia cum nulla irrationabilia animalia, nec rationabilia præter baptizata,ſint intra Eccleſiam Chriſti,nec participent cõmunionem illius,præſertim ſacramentalem, nec poſsint excõmunicari,nec minus poterunt anathematizari; per ea, quæ de natura huius dictionis anathema referunt Spino.in dict.gloſ. Rubricæ in 11.par.num.11. Rebuff. in Explicat. Bull. Cœn. Dñi in prin.in verb.excõmunicamus, & anathematizamus,Viuald.in Candelabr. Eccleſiaſt.titul. de excom. ex num. 15. latè Couar.

Digitized by Google

Couar.in cap.Alma mater 1.part.§.8. num. 6.Felician. de cenſur.titul.de excom.cap.8. optime Alph.de Caſtro de iuſt.hęret.punit. lib. 2. capit.20. Doctor Carrillo vbi ſupra num.7. Henrriquez tom.2. lib.13. cap. 20. num.3.& plures retuli in 1.par. Collectanea 24.num.4. Lud. Lopez Inſtruct. conſcient. 2.part.cap.11.pag.857. ſiue ergo anathema ſignificet actū ſeparandi Chriſtianū à Chriſtianorum cōmunione,vt in Canon. Nemo 11.quæſt.3.ibi: anathema eſt mortis æternæ damnatio, ſiue ſignificet Chriſtianum ſic ſeparatum à cōmunione fidelium ,quomodo accipitur in quamplurimis capitibus in 30. diſtinct. & in Concil.Trident. & alibi ſæpe vbi dicitur,qui illud,aut illud fecerit,ſit anathema. Vtcumq; ſit,huiuſmodi animalia irrationabilia anathematizari non poſſunt,cū nō poſſint excōmunicari, iuxta ſupradicta. Vnde ſatius eſſet dicto Chaſſeneo omittere hanc cenſuram, nec affirmare eam poſſe inferri dictis animalibus , cum id ſit ab omni ratione alienum, nec ſimiliter fas erat ei,dicere dicta animalia ſententiam maledictionis poſſe incurrere , vt expreſſe conuincunt Nauarr. in dict.conſ.5.num.6.Sot.lib.5. de Iuſt.& iur.quæſt.12. art.2. & lib.8.quæſt.3. artic.3.aut enim quis maledicit alicui creaturæ rationi carenti,in quantum eſt creatura Dei, & tunc eſt blaſphemia , perinde , ac ſi malediceret Deum , aut ſimpliciter maledicit non intēdendo aliquid amplius, & tunc eſt verbum otioſum,& conſequētet veniale peccatum, vt ex Caiet.2.2. quæſt.13. art.1. ad fin.tradit Nauar. in Manuali Latin. cap. 12.num.86. & optime cap.23.nu.117. verſ. qui autem , & ſequuntur Anton. Bernad.in ſumma cap.13.nu.66.Caiet in ſumma,verb. maledictio , in verſ. ibi cautè aduerte , Pedraza in 8.præcep. decalogi fol. 99. in verſ. *Lo onze ſi maldixo*.Sebaſtian.Medices in ſum. peccati 1.par. tit.4. quæſt.69. Vt quid ergo iſta adiuratio(quam vulgus coniuros appellat) nam cum non aliter , quam niſi per locutionem fiat , quam irrationales creaturæ percipere non valent, fruſtraneum eſt, illas adiurare,& maledicere:vnde potius incantatores ſunt, quam exorciſtę illi,qui cum nubibus , & locuſtis , & bruchis,cumque alijs eiuſmodi beſtiolis pugnare contendunt, ac ſi eorum colloquia perciperent,aut in ipſarum nubium,aut locuſtarum poteſtate eſſet
9 ceſſare , vnde huiuſmodi adiuratio non ad ipſas dirigitur,ſed ad Deum per modum deprecationis, vt ille(cuius ſolius Imperio,vt habetur Math. 8. obediunt venti, & mare) & dignetur noſtri miſerere,& ea compeſcere aliquomodo , ſuæ diuinæ Maieſtati placeat,dæmoneſq; cohibere,qui eius permiſſu eiuſmodi tempeſtates in nos obmoliuntur. Quidquod,ſi adhibentur exorciſmi,non intelliguntur aduerſus res irrationales dirigi, ſed aduerſus diabolū,vt in virtute Dei ceſſet,nobis eſſe infeſtus. Nihil tamē,vel ſociali tet petēdo,vel accipiendo ab eo,etiā ſi ipſe, vel alius ſpiritu eius afflatus,promitteret certo liberationem, quæ deſideratur , quod ſi primę coniurationi non paruerit, repetatur donec paruerit,cum firmā fidem habeamus, quod oratio eſt magnæ virtutis,magnarumquè virium,vt poſt gloſ.ſingularem in clem. 1.de Reliquijs, & venerat.Sanctor. & poſt Diuum Thom.2.2.quæſt.83.art.15.ad 2.& Medin.C.de oration.tradit ex pluribus Ioſeph.Angles flor. Theolog. de vſu oration. quæſt.2.pag.319.& latè Nauar.in Enchiridion de oration.cap.1.num.5. & cap.19. ex nu.160.ponendo fiduciam in illo Euangelij Ioan.14. Quodcunq; petieritis Patrem, &c. & Ioan.16.Quęcunq;petieritisPatrem in nomine meo,hoc faciam,&c.

10 Nec ſupradictis obſtare videtur , ſi obijciatur,quod præfatę quattuor ſententiæ relatę à Bartholomeo Chaſſeneo in dict.conſ. 1.operatę fuerint liberationem à vexatione prædictorum animalium, & ſimiliter, quod ſupradictum eſt de illo Epiſcopo, qui præcepit muribus , vt intra tres horas exirent terras quas habitabant, quia vt ait Nauarr. in dict.conſ.5.num.12. & Iacob. de Graffis lib.4.deciſion.caſ.conſcient.cap.6.num.13. Rodriguez in dict. cap.78.num.3. illa liberatio nō fuit ſubſequuta ex bonitate,& virtute ſententiarum,ſed ex poteſtate diaboli, qui abſtulit illa animalia de terris, vel occidit ea etiam ſubito, ad perſuadendum credentibus, illam liberationem prouenire ex efficacia præfatorum proceſſuum, & ſententiarum,& ſic continere, & manutenere confidentes in eis in peruerſis ſuperſtitionibus, & inuocationibus, & amicitia dęmonū,qui plurimum cupiunt haberi, & adorari pro Dijs,& benefactoribus noſtris, cum potius ſint malefactores maximi, & inimici capitales.Pro quo facit quod plures incantationes
11 ſuperſtitioſæ,nonnunquam ſortiuntur effectum citius,quam bona,procurāte diabolo, magis ad nos decipiendum , quam Angelo bono

bono ad nos adiuuãdũ, eo ꝙ aliqua de cau-
ſa occulta nõ conuenit nobis earũ effectus,
vt enim alliciãtur dæmones ab hominibus,
prius eos ipſi aſtutiſsima caliditate ſeducũt,
aut inſpirando eorum cordibus occulta, vel
etiam fallacibus amicitijs apparendo, & qui
dem dęmones ab homine non cõpelluntur,
vt optime tradit Simanc. de Cathol. Inſtit.
titul 63. ex num. 31. non, inquir, dæmonem
cogis, aut in vinculis eum (vt putas) tenes,
ſed hoc certum habe, quod ille ſimulat ſe
captum, vt te capiat, ſe vinctum, vt te vin-
ciat, ſe tuo Imperio ſubditum, vt te ſibi ſub
dat, à te incluſum, vt contra te finaliter con
cludat, fingit ſe dęmum tua arte, vel imagi-
ni, vel lapidi ligatum, vt te funibus peccato-
rum ligatum ad infernum perducat, vide do
ctiſsimum Patrem Raphaelem de la Torre,
2.2. quæſt. 95. art. 4. diſput. 1. pag. 219. qui
citat Henrricum de Aſsia, & Sibilanum li-
bello peregrinarum quæſtionum decade 3.
cap. 8. quæſt. 1. nec etiam à te aliqua corpo-
rea pati dæmones queunt, neq; ſpiritus pu-
rus quidquam pati poteſt à corpore, quia
longe illo præſtantior eſt. Quo perſpicue pa
tet, errare eos qui homines à dæmonibus
obſeſos flagellant, & alapis cedũt, aut fumo
fatigãt, nam dęmonia fingunt ſe dolere, aut
affligi, vt fatuos decipant, & vt corpora illa
torqueantur, ex quibus infertur quod arre-
12 pritij, ſeu Energumeni non ſunt verberan-
di, nec fumo, ſulphure, aut alapis vexandi,
cum exorzizantur, quia hæc dæmon parum
curat, & pauperrimus obſeſus ſentit ſolum
dolorem, nec quibuſdam herbis, ſeu muſi-
cis vexandi, vel dulciendi, Nauarr. cap. 11.
num. 38. notab. 31. Simanc. in dict. tit. 53. nu.
32. optime Thom. Zerol. in prax. Epiſcopali
1. par. in §. arrepititij, verſ. 5. fol. 20. infertur
13 etiam falli, & decipi dicentes dæmonem ſe
tenere incluſum in phialia, ſeu in annulo, & ſi
ipſi dæmones potius includant delictorum
catena miſeros homines, quam ęcontra, ra-
tio eſt, quia cum ſint ſpiritus, non poſſunt lo
co corporeo contineri, vt pulchre tradunt
Simancas in d. tit. 63. n. 30. & Tho. Zerol. in
d. 1. p. §. caſus. verſ. dęmonẽ dicẽtes. pag. 41.
14 Nec minus etiam obſtant, quæ adduce-
bantur ex Diuo Bernardo, Beato Vincen-
tio, & alijs, reſpondet enim Iacob. de Graf-
fis in d. c. 6. n. 13. Deum permiſiſſe illa ita fie
ri vi earum maledictionum, vt homines de-
terreantur, & excommunicationis gladius
maxime timeatur.

15 Obſeruandum eſt varias eſſe cauſas, pro-
pter quas non debet contemni excommu-
nicatio, ſed potius maxime timeri. Prima eſt
quia vt dicitur in c. nemo 31. 11. q. 3. non ho
mo eſt qui ligat, ſed Chriſtus; vnde Chriſtũ
videtur contemnere, qui vincula Eccleſiaſti
ca contẽnit, iux. illud Luc. 10. vbi dixit Chri-
ſtus Apoſtolis; qui vos contemnit, me con-
16 temnit. Secunda, quia vt dicit D. Auguſt.
de verb. Domini. Sermone 78. & habetur
in c. omnis Chriſtianus 32. 11. q. 3. qui excom
municatur, traditur ſathanæ. Sicut enim Ec
cleſia hęreticos conuictos tradit ſeculari po
teſtati, ita illos qui excommunicantur, ſatha
næ poteſtati tradit, quod intelligitur, ſi iuſtę
excommunicẽtur, & quamuis per peccatum
mortale ante excomunicationem, iam dici-
tur peccator membrũ diaboli quoad Deũ,
17 non tamen quoad Eccleſiam. Tertia ratio
deſumitur ex c. nihil. 11. quæſ. 3. vbi dicitur,
quod excommunicatus eſt quaſi membrum
abſciſſum à corpore, quod nullius valoris
eſt, ſicut ergo timenda eſt abſciſsio membri
à corpore eius, ſic nihil magis timendum eſt
Chriſtiano, quam ſeparari à corpore Chri-
18 ſti, quod eſt Eccleſia. Quarta, quia excom-
municatio eſt ictus gladij ſpiritualis, qui
magis timendus eſt, quam tẽporalis. De his
gladijs dicitur Luc. 20. Ecce duo gladij hic.
Vnde dixit D. Auguſt. quod ei qui excomu-
nicatur grauius eſt, quã ſi feriretur gladio,
quam ſi à feris deuoraretur, & flammis vre-
19 retur. Quinta, ratio eſt, quia excommunica-
tus eſt homo valde infirmus, qui nullum re-
medium, vel medicinam poteſt habere; ipſe
enim eſt ſeparatus à Sacramentis Eccleſiæ,
quæ ſunt quaſi medicinæ; de quibus medici
nis dicitur Eccleſiaſtici 28. vnguentarius, id
eſt, Chriſtus faciet pigmenta ſuauitatis, &
20 vnctiones conficiet ſanitatis. Sexta ratio,
quare timeri debet excõmunicatio eſt, quia
excommunicatus ab hoſtibus ſuis omni au-
xilio deſtitutus eſt, & omni ſuccurſu; quia
priuatus eſt cõmunione fidelium, nec habet
partem in aliquibus bonis, quæ fiunt in Ec-
cleſia. Et eſt ſimilis illi, qui incidit in foueã,
vel ſub onere, & non habet qui ſubleuet, Ec
cleſiaſtici autem 4. dicitur, ve homini ſoli,
quia cum ceciderit, non habet ſubleuãtem,
ęcontrario vero dicitur Prouerb. 18. frater
21 qui iuuatur à fratre, Ciuitas firma. Septima
ratio eſt, quia excõmunicatus eſt veluti in-
firmus, habens morbum infectiuum, quia à
conſortio hominum eijcitur. Vnde excom-

municatio quaſi lepra eſt ſpiritualis, per lepram Mariæ figurata, num. 12. & ſic excommunicatus deterior eſt in hoc, omnibus peccatoribus, quia ſi alicui peccatori loquor, vel ei communico, non eſt mihi periculum, facit ad hoc tex. in c. ad menſam 11. q. 3. vbi habetur, quod non prohibemur communicare cum paganis, bene autem interdicimur communicare cum excommunicatis. Vnde videtur certe peioris conditionis eſſe excõmunicari, quam pagani, & infideles.
22 Octaua ratio eſt, quia excommunicatus eſt veluti canis inmundus, cui nõ licet intrare Eccleſiã, & in veritate magis offẽditur Eccleſia Dei ex eius introitu, quã ſi canis intraret. iux. illud Apoc. vlt. foris canes, & Eccleſiaſtici 13. quæ communicatio ſancti ad canem.
23 Nona ratio eſt, quia excommunicatus ſimilis eſt palmiti à vite abſciſſo, qui proculdubio minoris eſt valoris, quam cęteri palmites; dum enim palmes viti adhæret vtilis eſt, abſciſſus vero ſolum ad ignem prodeſt. Ezech. 15. & Ioan. 15. dicitur, ſicut palmes non poteſt fructum facere, niſi manſerit in vite, ſic nec vos niſi in me manſeritis.
24 Decima ratio eſt, quia excommunicatus eſt ſicut infidelis. Vnde dicitur Math. 18. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus.
25 Vndecima ratio eſt, quia excommunicatus deterior eſt, quam gentilis; eſt enim quaſi apoſtata a Religione Chriſtiana. Vnde gloſ. ſuper illud Math. 18. Sit tibi ſicut Ethnicus, &c. dicit; deteſtabilior eſt, qui ſub nomine fidelis, agit opera infidelium, quam aperte
26 infidelis. Duodecima ratio eſt, quia iſto peccato diabolus multa lucratur; vnde quidam diabolus loquens in quodam dæmoniaco, poſt multas admirationes cuiuſdam boni viri dixit ei; quod hoc erat peccatum, quo plures lucrabatur, vnus enim excommunicatus, quandoq; vna die facit peccare centum homines, dum facit eos ſibi communicare.
27 Decimatertia ratio eſt, quia excommunicatio maximum nocumentum infert ipſi excõmunicato; quandoquidem aufert ſuam partem de omnibus miſsis, & alijs ſuffragijs, quæ fiunt in Eccleſia, quod maius damnum eſt, quam dici, aut excogitari poteſt. Si enim valorẽ vnius Miſſæ nemo poteſt digne æſtimare, qui tantarum Miſſarum, & ſuffragiorum Eccleſię vniuerſalis poterit menſurare?
28 Et hinc eſt, quod excõmunicatio eſt maxima omnium pœnarum quę ſunt in Eccleſia, vt teſtatur D. Auguſt. de correp. & gratia cap. 15. & refertur in cap. Corripiantur, & ibi glo. 24. q. 3. Pan. in cap. cum ſit generale, num. 9. de for. compet. & in cap. Olim inter num. 10. de reſtit. ſpol. & in cap. poſtulaſti. num. 5. de Iudęis. Et colligitur ex cap. Sacro, de ſent. excom. vbi glo. in verb. tantũ, & merito maxima omnium pœnarum dicitur, tum quia priuat nos bonis ſpiritualib᷒, quæ temporalibus longe præſtãt. Tum quia grauis pœna eſt inter homines eſſe, & ipſorum cõmercio priuari, vt dicitur in l. 1j qui ſanctam. C. de Apoſtat. Tandem quia vt dicitur in cap. Omnis Chriſtianus 11. q. 3. Omnis Chriſtianus, qui à ſacerdotibus excommunicatur ſathanę traditur; quomodo? ſcilicet quia extra Eccleſiam diabolus eſt, ſicut in Eccleſia Chriſtus: ac per hoc quaſi diabolo traditur, qui ab Eccleſiaſtica communione remouetur. Recte igitur omnibus alijs pœnis excommunicatio maior & grauior eſt. Quo ſenſu in cap. Cum non ab homine de Iudic. Celeſtinus Tertius ait. Eccleſiam, poſt anathema latum, nõ habere vltra quid faciat, hoc eſt maiorem pœnam non habet.

QVÆSTIO XX.

An quãdo aliquid Legatũ eſt Canonicis, pręſumatur relictum cõtemplatione Eccleſiæ, ita vt ei, non vero ipſis Canonicis acquiratur?

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum Canonicis, non Eccleſiæ, ſed ipſis debetur, & contemplatione ipſorum Canonicorum relictum cenſetur, ſi Canonici ſint ſeculares, & num. 4. in fin. ſecus ſi Regulares, num. 7. & 15.*

2 *Intellectus ad l. 2. ff. de Rebus dubijs.*

3 *Legatum relictum Ciuibus, non ipſis, ſed Ciuitati debetur.*

4 *Ciuitas nihil aliud eſt, quam cœtus Ciuium iure ſociatus.*

5 *Canonici Regulares Sancti Auguſtini multum differunt à Religioſis, quamuis in multis etiam conueniant in num. 8. & ſeqq.*

6 *Monachorum, aut Religioſorum appellatione, nõ com-*

comprehenduntur Canonici Regulares, ſaltem in materia odioſa.
7 *Canonici Regulares proprio, & peculiari nomine Clerici appellantur.*
8 *Regula quam nouent dicti Canonici, vocatur regula Clericorum.*
9 *Canonici Regulares emittunt tria vota.*
10 *Canonici Regulares æquiparantur Monachis in multis, & num. 32.*
11 *Canonici Regulares quo pacto diſponant de ſuis bonis per ſchedulas.*
12 *Extenſio fit de ſtricta vocabuli ſignificatione ad latam, etiam in odioſis.*
13 *Diſpoſitio in monachis, non habet locum in Canonicis regularibus.*
14 *Religionum diuerſitas pulchritudinem Eccleſiæ oſtendit.*
15 *Canonici Regulares habent ius adminiſtrandi ea, quæ victui ſuo ſunt deſtinata.*
16 *Ordo Canonicorum Regularium eſt altior, quã monachorum. Licet ſtatus monachorum ſit arctior.*
17 *Canonici Regulares dicuntur clerici primitiuæ Eccleſiæ; deriuatiue vero clerici appellantur.*
18 *Ludouicus Viues reprehenditur.*
19 *Nomen bonum, bonam facit præſumptionem.*
20 *Verba geminata maiorem vehementiam induunt, quam ſimplicia.*
21 *Canonici regulares dicuntur, quaſi duplici obligatione aſtricti vitæ Canonicali.*
22 *Canonicorum Regularium ordo, inter omnes Eccleſiaſticos ordines, primatum obtinet: antiquitate, doctrina, regimine, nobilitate, atque Sanctorum numero. Et ibi, quos Pontifices, & Sanctos hic ordo peperit.*
23 *Eccleſia prima in Religione Chriſtiana fundata, eſt B. Mariæ de Pilari, in Ciuitate Cæſaraugustæ.*
24 *Beatiſſimi Apoſtoli Petrus & Paulus Hiſpaniam peragrarunt.*
25 *Canonici Regulares portiones ſeparatas (quas eis licet habere) ſolum habent, quoad adminiſtrationem, non tamen quoad dominium.*
26 *Canonicus Regularis, non poteſt diſpenſari à Papa, vt habeat dominium.*
27 *Canonicus Regularis in habendo, & acquirendo æquiparatur ſeruo.*
28 *Canonicis Regularibus relicta quæruntur ſuæ Eccleſiæ, quia proprium habere non poſſunt.*
26 *Intellectus ad cap. 2. de Regular. ſeſſ. 25. Concil. Trident.*
30 *Cardinalis doctrina in Clement. 2. §. ſed & tales in 10. notab. de vit. & honeſt. Clericor. & in Clemen. Gratiæ, verſ. quod interrogatus de Reſcrip. declaratur.*
31 *Voto paupertatis non repugnat, habere aliquid ad vſum.*

QVÆSTIO HÆC, vt ſeruiat caſui dubitabili, ventilatur à Doctoribus, quãdo legatum eſt omnibus Canonicis, vel indefinite, Canonicis; & eo in caſu, præſumi legatum contemplatione Eccleſiæ, & ob id, ei acquiri, aut Capitulo, ſeu collegio Canonicorum, non Canonicis vt ſingulis, arbitrati ſunt Bartol. & Paul. de Caſtr. nume. 3. in l. 2. ff. de Reb. dub. ab illo textu ſumentes rationem, dum probat ciuibus legatum, ipſi Ciuitati datum videri, per quem etiam textum, hanc opinionem ſequuntur plures Doctores relati à Couarr. in cap. Requiſiſti num. 10. de teſtam. Mantic. lib. 8. titul. 6. num. 22. & à Menoch. lib. 4. præſump. 113. ex num. 5. quamuis ipſi contrarium tueantur. Hanc tamen opinionem defendunt & dicunt communem Barbat conſ. 1. volu. 4. col. 16. & Gualdens. de arte teſtand. titul. 6. caut. 7. Andr. Fachineus. lib. 5. controuerſ. iur. cap. 41. Maſcard. de Probat. vol. 2. cõcl. 966. ex nu. 14. & 17. Abb. cap. ex literis n. 8. de probat.

1 Verior tamen, & receptior eſt contraria opinio, videlicet huiuſmodi legatum Canonicis, non vero Eccleſiæ acquiri; præſumitur ſiquidem relictum contemplatione ipſarum perſonarum, & non Eccleſiæ, prout obſeruat gloſ. in verſic. nec eſt, in d. cap. Requiſiſti, vbi Abb. numer. 27. Barbat. numer. 23. & Couarr. in d. numer. 10. verſ. ſed contrarium, & Mantic. vbi ſupra, verſ. ſed diuerſa, qui allegant ſimilem gloſ. in verb. ab extraneis, in cap. Pontifices. 12. quæſt. 3. Et huic opinioni ſatis adſtipulatur tex. & ibi gloſ. verſ. non autem, in cap. Exemptionem. de Priuileg. in 6. vbi probatur, aliud eſſe eximere Eccleſiam, aliud vero eximere Canonicos eiuſdem Eccleſiæ. Pari igitur ratione dicendum videtur, diuerſum longe eſſe, legare Eccleſiæ, vel legare Canonicis Eccleſiæ, vt in primo caſu, Eccleſiæ, in ſecundo vero, Canonicis tantum acquiratur. Ex eo præſertim, quod Eccleſia non

M repre-

repreſentatur à ſolis Canonicis, ſed ab ipſis Epiſcopo, & reliquis clericis, vnde legatum eis, non vero Eccleſię, nec alijs quam Canonicis competere fatendum eſt. Et hanc appellat magis communem opinionem, Socinus, in dict. l. Ciuibus numer. 12. ff. de Reb. dubijs; & ſequitur Marchus Antonius Cuchus, lib. 2. Inſtitut. mai. titul. 14. ex num. 25. Lælius Zechius de Republica Eccleſiaſtica, capit. 24. numer. 4. verſic. quarto Canonicis relictum, Rippa in cap. Cum. M. de Conſtitut. numer. 11. verſic. Sed tu dic. Ceballos in Pract. quæſtione 278. verſ. Sed contrariam, aſſerens ab hac opinione non eſſe recedendum in iudicando, & conſulendo. Et ſic ait Felin. in cap. Auditis numer. 24. ad medium de Præſcription. quod ſi teſtator dicit, lego fundum Canonicis, non dicitur legaſſe Capitulo, ſed ſingularibus de Capitulo; & plura alia in confirmationem huius opinionis, recenſet Menoch. in Præſumpt. 113. ex numero 6.

2 Tota autem difficultas, quę torſit mentes ſcribentium, pendet ex deciſione dictę l. 2. ff. de Reb. dubijs, dum I.C. interpretatur, Ciuitati relictum eſſe, quod Ciuibus legatum eſt; & quamplurimis doctorum ſolu-
3 tionibus relictis, pro vero intellectu obſeruandum eſſe cenſeo, in legato Ciuibus relicto, Ciuium appellationem ambiguam eſſe, & dupliciter accipi poſſe, primo pro Ciuibus ſingulis, ſecundo pro Ciuibus vniuerſis; & licet ſinguli Ciues, non ſint
4 Ciuitas, vniuerſi tamen Ciuitas ſunt. Quod patet, quia Ciuitas nihil aliud eſt, quam cœtus Ciuium iure ſociatus, vt ex Cicerone in ſomno Scipionis, & Ariſt. lib. 3. & 7. Polytic. obſeruant Zaſius in l. 2. 1. part. num. 4. ff. de Orig. iur. Prateius in verbo Ciuitas, & notat gloſ. in cap. Si Ciuitas de ſenten. excommun. in 6. & Menoch. lib. 4. Præſumpt. 111. ex numo. 14. Vnde cum legatum Ciuibus relictum ambiguum ſit, merito dubitari potuit, an de ſingulis, vel de vniuerſis, hoc eſt, de Ciuitate, quæ æquæ proprie Ciuium nomine ſignificatur, teſtator ſenſerit? Et Iuriſconſultus in d. l. 2. reſpondit teſtatorem de Ciuibus vniuerſis, hoc eſt, de Ciuitate ſenſiſſe, & legatum datum videri Ciuitati, potius quam ſingulis Ciuibus; ad quod quidem (ni fallor) moueri potuit ex ſequentibus coniecturis.

Prima, quia frequenter legata fiunt ob merita præcedentia, l. nec adiecit. ff. Pro Socio, vel etiam ob affectionem, ſeu dilectionem, l. qui filiabus. ff. de legat. 1. eaque merita, & dilectio, ſane conſiderari non poſſunt in ſingulis Ciuibus, cum incredibile ſit, teſtatorem ſingulos Ciues æquæ dilexiſſe; Nec maiorem erga notos, & conſanguineos, quam erga extraneos, & ignotos charitatem habuiſſe, arg. l. cum acutiſsimi C. de fideicommiſ. Secunda, quod in dubio ſemper credendum eſt, teſtatorem piæ cauſæ fauere, cap. Cum eſſes. cap. Relatum. Ext. de teſtamen. imo ſumenda eſt interpretatio in dubio, quæ magis fauet cauſæ piæ, l. Sunt perſonæ. ff. de Relig. & ſumpt. fun. at Ciuitati relictum (cum ad publicam vtilitatem tendat) pium dicitur in l. 1. §. vlt. C. de Caduc. tollend. cum allegat. a Tiraquel. de Priuileg. pię cauſæ, in præfat. nume. 32. Tertia, quod indefinita relata ad perſonas, ęquipolet vniuerſali, l. 45. Si pluribus de leg. 2. l. Reos. §. fin. ff. de duobus reis, & trad. Tiraquel. de Retract. lignag. §. 1. gloſ. 13. num. 1. Vnde legatum Ciuibus indefinite datum, Ciuibus vniuerſis datum intelligitur. Et ſic cum vniuerſi Ciues, Ciuitas dicantur, tota ſiquidem Ciuitas ab ipſis Ciuibus repreſentatur, vt notatur in cap. Si Ciuitas de ſenten. excommunicat. in 6. legatum Ciuibus indefinite relictum, Ciuitati datum videri,
1 recte interpretatus eſt Iuriſconſultus Papinianus in d. l. Ciuibus. ff. de Reb. dub. ob huiuſmodi coniecturas, & iuris præſumptiones. Quia tamen non ſic euenit in legato relicto Canonicis, Cum namque Eccleſia, vt dictum eſt, non repreſentetur à ſolis Canonicis, ſed coniunctim ab Epiſcopo, & alijs etiam Clericis, hinc eſt, quod quando legatur Canonicis, ipſis, non vero Eccleſiæ, competit legatum; quando vero Ciuibus, Ciuitati, & non Ciuibus debetur; quia ciuium appellatio ambigua eſt, qua non minus ſignificantur Ciues vniuerſi, hoc eſt, ipſa Ciuitas, quam ſinguli. Cæterum Canonicorum appellatio non eſt ambigua, nec per eam Eccleſia ſignificatur, nec per ſolos Canonicos repreſentatur; Nam Canonici ſunt pars tantũ Eccleſiæ, & nõ totã Eccleſiã repreſentãt. Ideo ipſis tãtũ deberi huiuſmodi legatũ, fatendũ eſt; ceſſãtibus cõiecturis, quibus aliud voluiſſe teſtatorẽ colligatur; de quib. late diſſerit Menoc in d.

in dict. lib.4. prȩſumpt. 115. ex principio.
Sed hæc de Canonicis, & Clericis ſecu-
laribus intelligenda eſſe, admonet Bartho-
lus in dict. l. In Ciuibus, numero 5. & ibi-
dem Socinus in numer.fin. Nam Regulares,
qui non poſſunt habere proprium, vt pro-
batur in cap. Cum ad monaſterium, de ſtatu
Monachorum, indiſtincte acquirunt Eccle-
ſiæ, iuxta tex. in Authen. ingreſsi, C. de Sa-
croſanctis Eccleſijs, & in l. Deo nobis, §. hu-
ius autem, C. de Epiſcopis, & Clericis, & ſe-
quitur etiam Socin. in l. 1. ex numero 20. ff.
de vulgari, & pupillari, Iul. Clar. §. teſta-
mentum, quȩſtione 29. numer. 4. Maſcard.
de Probationibus, volum. 2. cõcluſione 966.
numer. 23. ſic relictum Religioſo, non po-
teſt ei acquiri, & quamuis exiſtat conſuetu-
do, vt ei acquiratur, non valet. Calderin.
conſil. 4. titul. de Conſuetudine, & ſequitur
Mantica lib. 8. titul. 6. numer. 26. Circa hanc
tamen Bartholi opinionem, non inelegan-
ter fui interrogatus, an idem dicendum ſit,
de legato relicto Canonicis Regularibus or-
dinis Sancti Auguſtini? Vtrum illud acqui-
rant ſibi, an Eccleſiæ? & dubitandi ratio, vl-
tra ſuperius adducta, videtur eſſe, quia la-
xiori regulæ huiuſmodi Canonici Regula-
res inſeruiunt; vt inquit tex. in cap. Quod
Dei timorem, de Statu Monachorum, & tra
dit gloſſ. fin. in cap. 2. de Poſtulan. & gloſſ.
fin. in cap. Cum in magiſtrum de elect. Ita,
vt appellatione Religioſorum non viden-
tur comprehendi, vnde frequenter in iure
dicuntur ſimpliciter Canonici, ſine addi-
tione (Regulares) ad demonſtrandum, &
inſinuandum, quod multum differunt à Re-
5 ligioſis, nihil vero quoad honorem, & dig-
nitatem à Canonicis ſecularibus. Quod pro
batur multis Iuribus, prȩſertim in cap. Cum
cauſam de electione, capit. Poſt tranſlatio-
nem de renunciat. cap. Cum in Eccleſijs de
maior. & obed. capit. 1. De eo qui mitt. in
poſſeſs. cau. cap. Cum ſuper, de cau. poſſeſs.
& propr. cap. 2. de Inſtitut. vbi ex omnium
ſententia tex. ille procedit, etiam in Cano-
nicis Regularibus, capit. Cum veniſſent de
reſtitut. ſpol. cap. Ex literis de Dol. & con-
tum. cap. Cum. I. & A. de ſentent. & re iudic.
cap. Cum cauſam de Appellat. capit. Ad no-
ſtram de Confirm. vtil. vel inutil. cap. Sicut
nobis, cap. Licet. cap. Sanc. de Regul. capit.
Nullus de Iur. patron. cap. Ad Audientiam,
el 2. de Eccleſ. ædificand. capit. Cum olim,
el 2. de Priuileg. cap. Non dubium, de ſen-
tentia excommunicationis, cap. Si Canoni-
ci, iunct. gloſſ. de Offi. Ordin. in 6. Clement.
Diſpendioſam, iunct. gloſſ. verb. beneficijs,
de Iudic. cap. Perniicioſſam. cap. Dudum, 18.
quæſt. 2. cap. Sunt nonnulli 16. quæſt. 1. cap.
In omnibus de Conſecrat. diſtinct. 5. in qui-
bus iuribus, & alijs, quæ diligens inueſtiga-
tor perquirere poteſt, Canonici Regulares
Sancti Auguſtini, Canonici ſimpliciter no-
minantur. Quod alio referri non poteſt,
quam quod latum ſit diſcrimen inter ipſos,
& alios Religioſos; quod eo certius confir-
matur, cum frequenter eis aſsignetur à ſuis
Eccleſijs, quod alijs Religioſis denegatur;
videlicet certa panis, & vini portio, certa-
ve pecuniæ quantitas, pro ſuo victu, &
veſtitu, ita quod nihil vltra teneantur eis
Monaſteria ob vllam neceſsitatem prȩbere.
Qui modus viuendi per portiones diſtin-
ctas, & ſeparatas, ab ipſis Canonicis, ab im-
memoriali tempore obſeruatus, quamuis
varijs argumentis, & rationibus reprobe-
tur à Ioan. Trullo lib. 1. de Canonicis Or-
dinibus, cap. 21. & cap. 22. ex numer. 7. & in
capit. 40. numer. 9. à iure tamen licitus, &
approbatus eſt, vt quamplurimis rationibus
adductis, probat Nauarr. in capit. Nullam
18. quæſtione 2. ex numer. 25. & 32. Cordou.
tractat. caſuum conſcientiæ, quæſt. 54. Al-
phonſus Vega in Summa, 2. par. cap. 86. caſ.
32. Ioannes Andreas in regul. non eſt obli-
gatorium, de regul. Iur. in 6. ex numer. 2.
Gabriel conſil. 166. numer. 3. optime Eman.
Rodriguez in Summa tom. 2. capit 31. nu-
mero 2. Nec conſtitutiones illæ Benedicti
XII. ſuper reformatione Canonicorum Re-
gularium æditæ, id prohibentes, fuerunt in
Hiſpania receptæ, vt affirmant Nauarrus in
fin. prohem. cap. Non dicatis 12. quæſt. 1. &
Ioannes Trullo lib. 1. capit. 11. in fin. & ad
Decreta Concilij obſtantia reſpondent Na-
uarrus in dict. cap. Nullam numer. 24. & alij
proxime allegati.
His etiam accedit in confirmationem ſu-
6 pradictorum, quod communi Doctorum
conſenſu receptum eſt, ſcilicet appellatione
Religioſorum, aut Monachorum, in mate-
ria ſaltem odioſa, (qualis eſt iſta) non ve-
nire, nec comprehendi Canonicos Regula-
res, vt probant latè Nauarr. in cap. Nullam
18. quæſtione 2. numero 40. Abb. in cap. Ex
parte, numer. 1. de Poſtulan. & in cap. Quod
Dei timorem, num. 2. de Statu Monach. &
probat. Clé. 1. §. quia vero de ſtat. Monacho-

Digitized by Google

rum, Eman. Rodriguez tom. 1. Quæſt. regul. quæſt. 1. articulo 3. Ioannes Azor. Inſtitut. Moral. lib. 12. cap. 22. verſic. Sexto quæritur, Thom. Zerol. in Prax. Epiſcop. 2. part. 5. Monachi, verſic. decimoſecundo. Quibus etiam adiungi poteſt, quod ab Inſtituto nō
7 eſt alienum, Canonicos Regulares, appellari proprio, & pecculiari nomine (Clericos) quia Clericatus qualitas per ſe illis competit, Monachis vero per accidens, vt poſt Diuum Thomam 2.2. quæſtione 189. art. 8. notat Nauarr. in dict. capit. Nullam, numer. 40. & in capit. Statuimus 19. quæſtione 3. ex numer. 2. Imol. conſil. 164. numer. 23. & 88. & ideo ſunt multa iura, & prope modum innumerabilia, quæ Canonicos Regulares, Clericos nominant, vt videre eſt in cap. Clericus, capit. Neceſſaria, capit. Duo ſunt genera, cap. Quia fraternitas, capit. Scimus, cap. Habebat, cap. Certe 12. quæſtione prima cap. Decimas, capit. Legi. 16. quæſt. 1. vbi Diuus Auguſtinus vocat ſe ſimpliciter Clericum. (Quod an ita verum ſit, erit conſulendus Ioan. Trullo lib. 1. capit. 33. ex numer. 2.) capit. Obſeruandum, 15. quæſtione 2. cap. Mandamus 19. quæſt. 3. cap. Quidam 18. quæſt. 2. cap. Cum cauſa. de election. cap. Dilecti, de Iudic. capit. 1. de eo qui mitt. in poſſ. can. rei ſeru. cap. 1. de Appellat. c. Quoniam. de vit. & honeſt. Cleric. iunct. gloſſ. capit. Plerique de Pact. capit. Significaſti. cl 2. de Homicid. & tradunt omnes, qui de origine, & inſtitutione Canonicorum Regularium ſcripſerunt, de quibus memini in 2. part. Collectanea 165. & tradunt Ioan. de Nigraualle, Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarius, in ſua Chronica libr. 13. capit. 18. Bartholom. Cremenſis, in ſuo propugnaculo Canonici ordines, Zacharias Ferrocius, de proprio, & vero habitu Canonicorum Regularium, Hieronymus Mantuatus, de genere veſtium, quibus vti poſſunt Canonici Regnlares, Ioan. Trullo lib. 1. capit. 8. vbi late refert quamplurima iura in huius opinionis confirmationem, & Eman. Rodriguez tom. 1. Quæſt. Regular. quæſt. 1. artic. 3. Quod etiam probatur, eo quod, regula
8 quam vouent Præfati Canonici, appellatur Regula Clericorum, & ita appellat eam Gracianus, in inſcriptione cap. Quando, 86. diſtinct. & Pontifex Pius Quartus ita definiuit in ſua ſententia, & eius executoria lata ſuper præcedentia Canonicorum Regularium, & Monachorum, cuius tenorem tranſcripſit Nauarr. in dict. capit. Statuimus 19. quæſt. 3. ex numer. 6. Ex quibus omnibus ſatis deprehenditur, præfatos Canonicos Regulares frequentius in iure, Canonicos, aut Clericos, dici, & appellari; licet enim Regulares ſint ratione profeſsionis, Canonicorum tamen, & Clericorum nomen, magis quam regularium retinent, & quod iſtud ſit præcipuum illorum nomen, & magis illis proprium, conueniens, & pecculiare, à principio Eccleſiæ vſque ad noſtra tempora deriuatum, optime poſt alios vbi ſupra, probat Ioan. Trullo in dict. capit. 8. Vnde videtur dicendum, quod ſicut relictum Canonicis ſecularibus, eis debetur, & non Eccleſiæ, ſic & eodem modo relictum, præfatis Canonicis Regularibus, ipſis, non vero eorum Monaſterijs, aut Eccleſijs competit, deciſionemque Barthoil, in dicta L. In Ciuibus, eos minime comprehendere, ſed tantum alios Regulares ſtrictiores regulæ.

Nihilominus tamen contraria ſententia ſuis etiam corroboratur auctoritatibus, & rationibus, quibus probatur, quod idem ſit iudicium, & idem ius in Canonicis Regularibus, quod in Monachis, vt quemadmodum ij non conſequuntur, nec acquirunt ſibi; ſed Monaſterio, Legatum eis relictum, pari etiam ratione non acquirant ſibi Cano-
9 nici Regulares. Primo, quia ipſi ſunt Religioſi, & Regulares, quod præterquam quod nomen ipſum demonſtrat, eſt in iure certum, & manifeſtum, cum emittant tria vota, iuxta celebrem doctrinam traditam à Decio numero 50. poſt Abb. numer. 3. & Felin. num. 1. in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtit. Felin. in cap. Tua nos de Iure iur. num. 1. Flam. Pariſ. de Reſig. benefi. lib. 6. quæſt. 2. num. 18. gloſſ. verb. Religioſus in Clem. Religioſus de Procurator gloſ. verb. Obedientiam, in Clem. 1. de Relig. dom. Sarmiento in defenſ. monito. 56. Natta conſil. 507. num. 1. Nauarr. lib. 3. titul. de Regular. conſil. 7. numer. 2. Annibal. Roch. de Viſitat. in verb. Regularibus, pag. 85. Ioan. Azor. lib. 12. cap. 22. verſ. quinto quæritur, Eman. Rodriguez tom. 2. Quæſt. Regul. quæſtione 2. articulo 7. in princip. Couarruuias in 4.2. part. capit. 3. §. 1. numer. 18. verſic. Quibus omnibus; ergo iuris diſpoſitio quæ alios Religioſos comprehendit, ipſos etiam Canonicos ligabit; pro vt ſentiunt gloſſ. in verbo præſes, in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. & gloſſ.

Digitized by Google

& gloſſ. fin. in cap. 2. de Poſtulando. Quæ expreſſe
10 decidunt Canonicos Regulares æquiparari Monachis, & idem tradunt gloſſ. in verb. Monaſterij, in Clement. Impleriſque, de elect. & gloſſ. in verb. transferat, in cap. Conſuluit, de Conuerſ. coniug. Bal. in dict. Auth. Ingreſsi, C. de Sacroſanct. Eccleſ. numer. 16. & ibi Iaſſon numer. 24. Abb. in dict. capit. 2. de Poſtulan, num. 2. Capel. Toloſan. quæſt. 448. Decius in cap. Cum cauſam de iudic. num. 10.

Et hinc quidem fit, quod ſicut Monachus non poteſt eſſe Iudex delegatus, ita nec Canonicus Regularis, capit. 2. de Poſtulan. & ſicut Monachus non poteſt poſtulare, & ab aduocati officio iure ipſo repellitur, ita, & Canonicus Regularis, Nauarr. in cap. Nullam, 18. quæſt. 2. numer. 40. in fin. & ſicut Monachus non poteſt eſſe Patrinus, ita nec Canonicus Regularis, Nauarr. libr. 3. titul. de Statu Monachorum, conſil. 5. quem ſequitur Iacob. de Graffis lib. 3. cap. 5. numer. 136. & ſicut Monachus non poteſt eſſe teſtis, ita nec Canonicus Regularis, Maſcard. de Probation. tom. 1. concluſ. 260. ex numer. 1. vbi alios in iſtam ſententiam adducit. Et ſicut non valet conſuetudo, vt Monachus poſsit teſtari, ita nec valet, quod Canonicus Regularis poſsit teſtamentum condere, Doctores in dict. Auth. Ingreſsi, Ioan. Trullo libr. 1. capit. 40. & dixi in ſecunda part. Collectanea 124. numer. 3. cum omnes diſpoſitiones vltimæ voluntatis prohibeantur Religioſis, vt dicit tex. celebris in Auth. Ingreſsi. C. de Sacroſanct. Eccl. per elegantes rationes, quas refert Ramirez in expoſit. Ordin. Diui Iacobi capit. 11. numer. 23.

11 Vnde nec valet ſchedula, vel memoriale, ſignificans ſuam voluntatem de ſuis rebus proprijs vſibus deputatis, ſic, vel ſic diſtribuendis, niſi expreſſe proteſtetur, vel tacite, nolle illam voluntatem ſuam eſſe teſtamentum, vel codicillum, aut donationem cauſa mortis, ſed ſolum quod rogat ſuum Prælatum, vel Conuentum, vt pro ſua libera voluntate, illud, aut illud pietatis opus, aut miſericordiæ, illi, aut illi faciat, vt aduerſus doctiſsimum, & erudiſsimũ Ioan. Trullo, dixi in dict. Collectan. 124. numer. 3. & tradunt expreſſe Iacob. de Graffis in 1. par. lib. 3. capit. 5. numer. 58. & me referens idem obſeruat in 2. par. lib. 3. capit. 19. num. 14. & Eman. Rodriguez tom. 3. quæſt. 69. artic. 3. in fin. & ſicut Monachus non poteſt præfici Eccleſiæ Parrochiali, niſi ex diſpenſatione, & ſeruatis à iure ſeruandis, eodem modo, nec Canonicus Regularis, ſi tutius agere vellit, vt ait Nauarr. lib. 3. titul. de Præbend. conſil. 9. numer. 2. Thom. Zerola, in Prax. Epiſcopali, 2. par. 5. Regulares, verſic. quarto Canonicus, imò tam Monachi, quam Canonici Regulares ſecularium beneficiorum, etiam curatorum incapaces exiſtunt, ex Concilio Tridentino Seſs. 14. capit. 11. de Reformat. in fin. per quem textum id tradit Anaſtaſius Germon, de Sacror. immunit. lib. 3. capit. 4. num. 49. Et ſicut Monachus mulieres ſuſpectas domi tenere non poteſt, ita nec Canonicus Regularis, Capel. Toloſan. in dict. quæſt. 448. & ſicut Monachus nõ poteſt habere proprium, ita nec Canonicus Regularis, Nauarr. in dict. cap. non dicatis 12. quæſt. 1. num. 33. verſic. Ex his infertur, quia repugnat voto, eſtque cõtra illius ſubſtantiam. Et ſicut Monachus non poteſt ſuſcipere tutelas teſtamentarias, vel datiuas, ita nec Canonicus Regularis, Iacobus de Graffis, lib. 3. capit. 5. num. 112. & ſicut Monachus quidquid acquirit, Monaſterio acquirit, ita, & Canonicus Regularibus, & ſi eſt beneficiatus acquirit Eccleſiæ, aut beneficio ſuo, Nauarr. in dict. capit. Non dicatis, ex numer. 35. verſic. Quod Religioſus præcipuæ Canonicus Regularis. Et ſicut ſuper Monachatu agi debet ſimpliciter, & de plano, ita ſuper Canonicatu, gloſſ. in verb. beneficijs, in Clem. Diſpendioſam, de Iudic. ab omnibus approbata, vt conſt. ex Gom. in c. ſtatutum de Reſcrip. in 6. num. 48. Et ſicut Monachus non poteſt agere pro Eccleſia ſine mandato, ita nec Canonicus Regularis, Felin. in cap. ex literis de Probat. numer. 9. Et ſicut Monachus percutiens Monachum, non debet accedere ad ſedem Apoſtolicam, ita nec Canonicus Regularis, cap. Monachi de ſentent. excommun. Vtrique etiam Prouincialem Conuentum, quod dicitur capitulum celebrare iure coguntur, vt ſtatuitur in cap. in ſigulis de ſtat. Monachorum. Vtrique etiam in vna domo habitare, ad menſam communem edere, & ſub eodem tecto dormire iubentur, vt colligitur ex cap. Quoniam, de vit. & honeſt. Cler. Vtriq; ſimiliter prohibentur leges, vel medicinam audire, iuxt. id quod ſtatum eſt in c. ſuper ſpecula. Ne Cler. vel Mon. exequantur, & Monachi & Canonicis Regulares in ſubſtantia regulæ

 videlicet

videlicet in obedientia, vt ſatis probatur in capit. Cum in Eccleſijs, de mai. & obed. vbi Innocentius Tertius quoſdam Canonicos Regulares ſuo Priori inobedientes ad ſuum clauſtrum redire cogit, Priorique ſuo, ſecundum Deum deuote, ac humiliter obedire, ad idq; etiam per cenſuram Eccleſiaſticam compellendos eſſe decernit. Ita etiam pariſicantur in abdicatione proprij, vt conſtat in capit. Super quodam Canonico Regulari de ſtat. Monach. qui propter retentum pecculium, Eccleſiaſtica ſepultura priuatur. Aſsimilantur denique Monachi, & Canonici, in caſtitate, vt fit manifeſtum in capit. Cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachorum.

Ex quibus omnibus ſatis videtur colligi, & deprehendi, diſpoſitum in Monachis, & Religioſis, habere locum in Canonicis Regularibus. Vnde ſicut Legatum relictum Monachis, non acquirunt ſibi ipſi Monachi, minime etiam illud conſequuntur Canonici Regulares, ſed eorum Eccleſiæ eſt, eo præſertim, quod omnes Regulares appellantur Monachi, vt optime aduertit Abb. in capit. 2. de Poſtulat. numer. 1. Iaſſ. in l. ſi conſtante numer. 81. ff. Sol. matrim. Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 15. numer. 10. ergo præfati Canonici cum etiam ſint Monachi, conſequi huiuſmodi legatum minime poſſunt. Id etiam ea confirmatur ratione, quia etſi verum eſſet, quod aliqui aſſerunt, Canonicos inquam Regulares latè dici Religioſos, adhuc tamen videtur eos minime conſequi

12 poſſe huiuſmodi legatum; nam deſtricta ſignificatione vocabuli, ad latam fit extenſio, etiam in odioſis, vt probat Crauet. conſilio 155. num. 8. & quando vnum venit appellatione alterius in lata ſignificatione, proprie dicitur includi, Neuizan. in Sylua nuptial. fol. mihi. 144. id exacte probat. Imò etiam in materia odioſa, quæ ſtricte debet interpretari fit extenſio ad ea, quæ ex proprietate verbi includuntur, Couarr. libr. 1. variar. capit. 20. numer. 7. Deci. in l. Semper in obſcuris, numer. 7. ff. de Regul. iur. & ibi Cagn. num. 21. Natta conſil. 63. numer. 18. & in conſil. 160. numer. 18. Craueta de Antiquit. tempor. 4. part. §. 1. numer. 63. & in numer. 156. Nauarr. de Iobeleo, notab 34. numer. 4. verſic. Tum quia diſpoſitio, ergo quamuis non proprie, ſed late, & improprie, Canonici Regulares eſſent Religioſi, videntur inhabiles, ſicut ri, & cæteri Religioſi ad huiuſmodi legatum cōſequendum; multo igitur magis hoc dicendum eſt, eo quod ipſi Canonici verè, & proprie ſunt religioſi, vt ſuperius ſatis oſtenſum eſt.

Ego tamen vt rectius meum in hac quæſtione interponam iudicium, animaduertendum cenſeo, quod quamuis veriſsimum eſſe fatear, Monachos, & Canonicos Regulares in aliquibus æquari, præſertim in materia in qua eſt eadem ratio de Canonico, & de Monacho, & in ijs in quibus regulariter iure antiquo reperiuntur exæquari, quibus quidem concurrentibus, optime fit extenſio in exorbitantibus, & pœnalibus, vt tradit Eman. Rodriguez tom. 1. quæſt. regul. in quæſt. 1. art. 3. & alijs relatis, reſoluit Nauar. in dict. capit. Nullam, ex numer. 41. ſubdens etiam, quod in caſibus in quibus non eſt inter eos, nec militat omnino eadem ratio, vel quando ſumus in materia, in qua iure antiquo ipſi non exequātur, diſpoſita in Monachis non comprehendunt Canonicos Regulares, nec ad eos extenduntur, niſi lex de

13 ipſis Canonicis Regularibus expreſſe diſponat. Quod elegantiſsime mihi probatur in capit. Quod Dei timorem, de ſtatu Monachorum, vbi in verſic. licet, ait Papa, quod diſpoſitio legis, quæ de Monachis erat lata in capit. Monachi eodem titul. non comprehendit Canonicos Regulares, quia de eis non fuit ſpecialiter cautum. Idem etiam comprobatur in cap. Singulis, de ſtatu Monachorum, in verſic. Hoc ipſum, & in Clem. 1. §. quia vero, verſic. nos autem, eodem tit. vbi poſtquam in dicta Clement. excommunicantur Monachi, ſubiungitur, aut Canonicos Regulares; quæ verba fruſtra fuiſſent adhibita ſi Monachorum nomine comprehenderentur. Id etiam probatur elegantiſsime in Concilio Tridentino ſeſſione 14. capit. 11. vbi ſtatuit Sancta Synodus, quod Regularis de vno ordine, ad alium tranſlatus, ad beneficia ſecularia, etiam curata, omnino incapax exiſtat, & adiungit (etiam ſi Canonicorum Regularium fuerit) vbi ponderanda ſunt illa verba (etiam ſi) nam ſi Canonici Regulares in diſpoſitione generali præcedenti continebantur, quæ de Regularibus loquitur, fruſtra fuiſſent adiecta illa verba (etiam ſi) vt in ſpecie notat. Rot. deciſ. 591. num. 10. in 1. par. in nouiſsimis, & cum dictio (etiam) ſit extenſiua, & augeat, vt per Pariſ. conſil. 46. num. 36. & conſ. 158. num. 8. vol. 4. Deci. conſ. 542. num. 7. Tiber.

Decian,

Decian.reſponſ.64. numer.31.volum.3. extendendo ſacrum Concilium diſpoſitionem illius canonis ad Canonicos Regulares, aperte demonſtrat, illos in diſpoſitione pręcedenti non comprehendi; ita in ſpecie loquens de Regularibus not. glo. à qua nemo recedit; in cap. Conſtitutionem in verb. prorogamus de Regul. in 6.

Et ratio cur Canonici, vt præmiſſum eſt,
non comprehenduntur, ea communiter adducitur, quia laxiori regulæ ſeruiunt, ceteri vero Regulares ſub arctiori regula, & ſtatutis viuunt; ideo non mirum, ſi ſtatuta in eis locum non habeant in Canonicis Regularibus; cum ſint diuerſæ Religiones, & pro longe diuerſis nominentur in rubr. de ſtat.
Monac. & Canonicis Regularibus. Et pro-
14 bat optime Ioan. Trullo. lib. 1. cap. 29. ex
num.28. Ex qua Religionum varietate, & diuerſitate ſatis reſultat pulchritudo Eccleſiæ, vt pie, & docte conſiderat Nauarr. in dict. cap. Nullam, num. 31. verſic. 12. vt etiam ad id allegat illud Pſalm. 44. aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. Alij ſiquidem (vt poſt Nauarr. refferunt Ludouic. Lop. in Inſtruc. conſcien. 1. par. cap. 154. ex verſic. quarto adijcit, Petrus Nauar. lib. 3. de reſtit. cap. 1. ex num. 169.) ſunt Religioſi, qui nihil habẽt quo ad verum dominium, neque quo ad ius adminiſtrandi, nec in particulari, nec in cõmuni, quales ſunt ordinis Sancti Franciſci, qui de obſeruantia, & Capuccini dicuntur.
15 Alij vero, qui habent ius adminiſtrandi in
communi, & non in particulari, quales ſunt fere omnes Religioſi de iure communi. Alij denique ſunt, qui habent ius adminiſtrandi ea, quæ ſuo victui ſunt deſtinata, quales ſunt illi Canonici Regulares Ordinis Sancti Auguſtini, quibus certa portio panis, & vini, pecuniaque eis aſsignatur pro victu, & veſtitu neceſſario. Vnde in his, & alijs quam plurimis, multum differt Ordo Canonicorum Regularium ab ordine Monachorum. Ideo exceptis caſibus, in quibus militat, & ſubeſt eadem ratio, vt ſuperius dicebatur, diſpoſita in Monachis, non extenduntur ad Canonicos Regulares, vt etiam notat Abb. in capit. Quod Dei timorem, num. 2. de Stat. Monach. Qua ratione optime reſpondit Trullo, in lib. 1. cap. 8. ex numero 6. in fin. & in capit. 29. numer. 7. ex Diuo Thoma, ad id quod ſupra obijciebatur, quod Canonici Regulares, & Monachi ad paria cenſentur, vt intelligendum ſit, in his quæ ſunt communia omni Religioni; puta quod totaliter ſed dedicẽt diuinis obſequijs, & quod eſſentialia vota Religionis obſeruent, & quod à ſecularibus negocijs ſe abſtineant: ſed non quantum ad alia, quæ ſunt propria Monaſticæ profeſsioni; alias enim poſſet ſimiliter dici, quod Canonici Regulares tenerentur abſtinere à lineis indumentis, & ab eſu carnium, & alijs, quę prohibita ſunt Monachis, capit. Cum ad monaſterium, de Statu. Monach. per quem textum ita tradunt Iacobus de Graff. lib. 5. capite 5. numero 66. & 69. Ioan. Trullo, lib. 1. cap. 29. num. 13. & Nauarr. in d. cap. nullam num. 42.

Secundo aduertẽdum cenſeo, quod quãuis Canonici Regulares laxiori regulæ, & ordini ſeruiant, quam cæteri Religioſi, nihilominus tamen, vt inquiunt Nauarr. in cap. Statuimus 19. quæſt. 3. ex numer. 2. Et
16 Trullo, lib. 1. cap. 8. num. 7. altior eſt ordo
canonicorum, quam monachorum. Canonicis ſiquidem Regularibus per ſe competit, quod ſint Clerici, Monachis autem per accidens, cap. Alia, cap. Si clericatus. cap. Legi. 16. quæſt. 1. Et animaduertit Ioan. Azor Inſt. Mor. lib. 12. cap. 19. verſic. vndecimo quæritur, ex colum. 1935. Marſil. de colum. de Eccleſ. redd. origine 1. par. cap. 7. ex num. 16. Vnde licet vtrique ſint inſtituti ad vitam contemplatiuam, Canonici tamẽ Regulares ſunt inſtituti ad contemplationem circa miſteria Eccleſiaſtica publica; Monachi vero ad contemplatiuam priuatam. Et ita quanto bonum publicum differt à priuato, & preſtat illi, tantum differt ordo Canonicorum ab ordine Monachorum, & præcedit illum. Vnde quamuis ſtatus Monachorum ſit arctior, ſtatus tamen canonicorum eſt altior; quatenus finis inſtitutionis eorum, qui eſt actio miſteriorum Eccleſiæ publicorum, eſt ſublimior. Nam vt ait Nauarr. vbi ſupra. numer. 3. potius conſideratur finis, & id, ad quod inſtituitur ordo, quam eius arctitudo, ad iudicandum quis ordo ſit altior. Status etiam Canonicorum Regularium anterior, & nobilior eſt cęteris. Henrriq. lib. 10. cap. 1. num. 4. verſi. inter Religionis, Chaſſen. in Catalog. Glor. mund. 4. p. conſid. 51. in princip. igitur cum clericatus per ſe ordini Canonicorum Regularium competat iure optimo, clerici, Canonici, & clerici regulares, & Canonici Regu-

lares cenſentur, & frequenter nuncupantur
in iure, vt eleganter explicat Ioa. de Nigra-
valle, Bibhothecarius Apoſtolicus, lib. 13. c.
18. in ſua Chronica, Canonicis, inquit, Regu
laribus in primitiua Eccleſia, clericorũ no-
men ab Apoſtolis inditum fuit primum, eo
quod per terrenorum renunciationem, &
Eccleſiaſticorum officiorum aſſumptionẽ,
in ſortem Domini fuerint aſſumpti; ideoq;
ipſi Regulares Canonici dicuntur Clerici
primitiuæ Eccleſię, vt eleganter pluribus
17 auctorum teſtimonijs, comprobat Ioann.
Trullo lib. 1. cap. 2. per tot. & in cap. 8. &
ibidem D. Mich. Certito, in pręf. ad lecto-
rem, Vincent. Hiſtorialis in ſpeculo ſuo, lib.
26. cap. 51. Polidor. Virgil. de rerum in-
uent. lib. 7. cap. 3. ex pag. 583. verſic. item
non prorſus, optime D. Tho. 22. quæſt. 88.
Clerici vero, vel Canonici Seculares, dicun
tur quidam Clerici, ſed deriuatiue quia ab
ipſis primis Clericis regulariter viuentibus
originem traxerunt, & ſinguli proprium ali
quid obtinebant, atq. ideo Iure Pontificio,
vt ab his ſecularibus priores diſtinguan-
tur, dicuntur illi Canonici Regulares, vt
tradit Marſil. de colum. de Eccl. redd. 1. par.
cap. 7. n. 23. Ioan. Trullo lib. 1. cap. 7. nu. 3.
Couarr. in Clem. ſi furioſus 1. par. in initio.
num. 1. ante finem, quo rationis diſcrimine
perpenſo, optime inuehit aduerſus Ludo-
18 uic. Viues, in annotationibus ad D. Auguſt.
lib. 3. de Ciuit. Dei. cap. 15. vbi Canonicos
Regulares, nominis ambitioſi accuſare vi-
detur, quaſi bis hoc vocari gaudeant no-
mine, ne non ſemel patcitur Regulares, eſ
Canonici, & Regulares idem ſignificent; ca
non etenim latine regula nuncupatur. cap.
1. d. 3. Hac tamen nota Canonici Regulares
omnino liberi exiſtimandi ſunt, cum Ius ip
ſum Pontificium nomina hæc diſtincte in-
dixerit, vt patet in titulo, & rubr. de ſtat.
Monach. & Canonicorum Regularium. Et
in cap. Quod Dei timorem, & in cap. In ſin-
gulis, verſic. hoc ipſum, eodem tit. cap. Nul-
lus. cap. Mandamus 19. quæſ. 3. & alibi ſæpe.
Et traduut poſt Couarr. vbi ſupra Ioan.
Azor lib. 12. Inſt. moral. cap. 22. verſic. ſecun
do quæritur, Alex. Monet. de diſtribut. quo-
tid. 1. par. quęſt. 5. num. 18. Durant. de riti-
bus Eccleſ. lib. 3. cap. 1. num. 5 Nauar. in epi
ſtol. ad lectorem in cap. Non dicatis. nu. 4.
Ioan. Trullo in d. cap. 7. num. 3. ſubdens in
numer. 4. hoc nobile nomen eos accepiſſe,
quaſi peruigiles ſui canonis, ſeu Regulę ob-
ſeruatores, nominis enim conduplicatio au
gmentum, & opulentiam ſignificare ſolet,
ſubeſt enim, vt ipſe ait, & in nominibus nõ
nihil miſterij, & vnicuiquè apud vulgum,
ſecundum nomen laus, & honor competit.
19 Vnde ex bono nomine oritur bona præ-
ſumptio, Abb. in prohem. 2. Gregoria. ex
num. 7. & in cap. 1. de Iudic. num. 36. vbi
Deci. ex. num. 107. Ioan. Bonifac. in tract.
de furt. §. eſt, num. 128. Sic fertur à Docto-
ribus, Dominam Milantiam Ioannis An-
dreæ vxorem, dicere conſueuiſſe; quod ſi
nomina venderentur, deberent cum mag-
no pretio bona emi. Quod placuit Iaſ. in
rubr. ſolut. matrimo. num. 16. Chaſſen. 11.
par. catal. Glor. mund. conſiderat 23. Cum
pulchrum, & amabile ſit, bonum habere no
men; vt pluribus relatis adduxi in 2. par.
collect. 24. num. 3. Quia ſępe homines aſſu-
munt argumentum ab ethymologia voca-
buli; vt not. Alex. ab Alexand. lib. 1. dierum
Genialium cap. 27. & Abb. in cap. Cum ſe-
cundum de Præb. num. 5. ad quos recurri-
to, & ad Doctores quos retuli in d. num. 3.
& ad notata per Maſcard. vol. 2. concl. 831.
ex num. 12. Quapropter ſi recte conſidere-
tur, nec ſacra eloquia huiuſmodi repeti-
tam eorundem verborum locutionem ab-
horrent; legimus namquè hæc duo verba
Abba pater, admodum coniuncta, ad Ro-
man. 8. & ad Galat. 4. & Marc. 14. Quæ duo
20 geminata vocabula, ſanctam vehementiam
ſignificare, enarratores aiunt, & Cantic. 1.
ſponſus ſponſam bis pulchram appellat:
quo in loco edocemur, repetita vocabula
plus habere ponderis. Et Chriſtus Domi-
nus Math. 23. ait, Hieruſalem Hieruſalem,
quæ occidis Prophetas, ad exprimendum
maiorem dolorem, neque ab eodem lo-
quendi modo alienus eſt David. in verſic.
illo. Generatio, & generatio laudabit ope-
ra tua, & illic etiam, Deus Deus meus. Et
Ezech. 14. homo homo ex filijs Iſrael, ſunt
etiam alia numero prope infinita gemina-
ta verba in ſacris litteris, quæ conſulto om-
mitto. Ad eundem ergo modum noſter Ca
nonicorum Regularium titulus, congruen-
tiſsimis, optimiſquè rationibus, huic ſa-
cro ordini accõmodatur, eiuſmodi nam-
què nominum repetitio, magnam quan-
dam exagerationem, & ſingularem em-
phaſim oſtendit: Cum igitur nomen iſtud
Canonicus, quaſi genus ſit, continens duas
clericorum ſpecies, altera eorum, qui vi-
uunt

uiunt ſimul,ex communi Eccleſiæ patrimonio, qui etiam habent, vel poſſunt habere patrimonia ſecularia ſeparata,de quibus in cap.quoniam de vit.& honeſt.Cleric.altera vero eorum,qui viuunt ſimul ex cõmuni Eccleſię patrimonio, ſed non habent, vel habere poſſunt patrimonia ſeparata,ſed Religioſſorum Monachorum ritu,tria vota emittunt. Ideo merito alij appellantur ſimplici
21 nomine Canonici, quaſi vno modo Regulares, & alij Canonici Regulares,quaſi duplici obligatione vitæ Canonicali adſtricti, vt poſt alios optime tradit Ioan.Azor libr. 12.Inſt.mor.cap.22.verſ.ſecundo quęritur; Quem ordinem Canonicorum Regularium, vt inquit Felic.de Cenſur.tit.de Priuilegiatis,c.7.ex pag.555,Ioan. Trullo lib.1. c.2.& ibi eleganter olim noſter Concanonicus,& deinde Reuerendiſs.Dñs meus D. Michael Cercito Epiſcop.Barbaſtren.in præfat.eiuſdem libri,non ſolum Hieruſalem ipſa, verũ etiam reliquus terrarum orbis, ad Eccleſiaſticam diſciplinam ita complexus eſt,vt nullus fuerit inter chriſticolas mundi angulus, quem Canonicorum Regularium ordo nõ repleuerit, adeo, vt de Canonicis Regularibus illud nõ inepte intelligi queat, in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum; ipſe namq; ordo videtur eſſe,quo veluti firmiſsima petra, ad iacienda Eccleſię fundamenta,eamquè totó terrarum orbe propagandam, Spiritusſanctus eſt vſus; & ex quo quotidie viri eruditiſsimi,religione,ac morum integritate clariſsimi(ſi me immeritum ipſius Ordinis, & Religionis alumnum excipias) prodeunt,vt referunt Doctores proxime citati, & omnes qui de antiquitate ordinis Canonicorum Regularium ſcripſerunt; & copioſe Io.Trullo lib.1.cap.2.& 3.ſubdens in cap.6.nu.171
22 comprobáſq. varijs Doctorum teſtimonijs, quod hic ordo inter omnes Eccleſiaſticos Ordines primatum obtinet,antiquitate, doctrina,regimine,nobilitate, atq; Sanctorum numero. Antiquitate quidẽ,quia prim° poſt Apoſtolos in Dei Eccleſia mirum in modũ effulſit, ex cuius regula veluti ex limpidiſsimo fonte,quaſi riuoli,quamplurimæ cõgregationes profluxere. Doctrina vero, quia ex eo innumerabiles fermè Doctores, per vniuerſas mundi partes euaſſere. Regimine inſuper, quia hic ordo Romanam ſedem per annos quingentos,& ſex optimo iure obtinuit quinquaginta, & quatuor Sũmos Pontifices produxit, quos Ioãnes de Nigra Valle, cum Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarius exiſteret, magna ex parte, vt ipſe affirmat, ab Anaſtaſio Cardinali, qui & ipſe eodem fungebatur officio, ex archiuijs, vſq. ad ſua tempora extractos repetiens, eos, qui poſt ipſum Anaſtaſium fuere,ex archiuijs eiſdem, vna cum Cardinalibus,Archiepiſcopis, Abbatibus, & Sanctis ex eodem ordine,multis perluſtratis chronicis colligit. Nobilitate inſuper, & Sanctorum numero, quaſi roſa inter flores, hic ordo præfulget,ob Sanctorum nobilitatem, & ingentem numerum. Nam, vt Cardinalis Anaſtaſius refert in Cathalogo, quem ad Carolum huius nominis ſecundum Gallorum Imperatorẽ edidit,repetiuntur ducentum,& decem ſex milia cẽtum,& vltra. Nam eodem Anaſtaſio teſte,in Anglia,in Metropoli Cantuarienſi, irruentibus Barbaris, decem milia eiuſdem profeſſionis viri, qui ad generale Capitulum conuenerant, in Eccleſia Archiepiſcopali Sancti Saluatoris,pro Chriſti fide martyrio coronati ſunt, eorumq. feſtum Kalendis Maij agitur. Ex confeſſoribus vero Sanctorũ Cathalogo,mille & quingenti conſcripti.Item Cardinalium numerus eſt duorum mille, & quingentorum, & ſexaginta ſeptem, vt Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates baculo Paſtorali, & mitra vtentes pertranſeamus. In cuius rei confirmationem eſt conſulendus Azor lib.12.Inſt.Mor.cap.22. verſ.quarto quæritur,vbi plura ad id cumulat. Vnde licet mihi ſemper gloriari, eo quod vnum, & omnium quidem celeberrimum,ex quinquè illis ampliſsimis templis Canonicorum Regularium,quę hoc Aragoniæ Regnum mirifice illuſtrant, de quibus memini in 2.par. Collectan.165.num.2. me in ſinu ſuo complectitur.Deiparę Virginis, vulgo, del Pilar nuncupatum,omnium,quæ in B.Mariæ laudem conſtructa ſunt, citra controuerſiam primum, in Hiſpania Diui Apoſtoli Iacobi, & eius diſcipulorum manibus, iuſſu,& mandato prędcelſæ Dei Genitricis Marię,ac in eiuſdem honorem conſtructum,à quo tempore,vſquè in hodiernum diem in eo, vera Domini noſtri Ieſu Chriſti Fides,& doctrina ſemper integra,& incorrupta permanſit, vt ſatis diffuſe retuli in 1.par. Collectan.43. ex num.3.Ioannes Stephanus Duranrius de Ritib.Eccleſ.lib.1.cap.2. num.4.Petrus Caniſius de Virg.Maria,lib.5.cap.23.verſ.cum ergo,pag.569.& in cap.21. verſ. Ergo vero, pag.

pag.557.Illuſtriſ. Garſia de Loayſa in Col-
lect.Concil.Hiſpan. pag.292. in addit. mar-
gin. vbi optime aſſerit, illam fuiſſe primam
in toto orbe Chriſtianorum Eccleſiam, &
in qua ſemper cultus diuinus viguit. Idem-
que etiam fatetur Hieronymus de Blancas,
in Aragon. Rer. Comment. ex pag. 3. & in
pag.143.verſ. nos propterea, Ioan. Baſſeus
Chronicorum,tom.1.anno 37. Marian. lib.
4.cap.21.de Rebus Hiſpaniæ, eleganter Ia-
cob⁹ Baldeſsius de auctoritate Regũ Regn.
que Hiſpan.cap.6.num.7. & 21. Ludouicus
Strada in 2.par. Roſarij,fol.114.Ioan.Marie
ta 1.par.lib.1.hiſt.cap.12.fol.10.in fin. verſ.
Y la de nueſtra Señora, Iacobus Prades de Ado
23 rat.Imag.lib.2.cap.5.§.1.pag.77.verſ. *Esta
es la primera Igleſia del mundo, dedicada a nueſtra
Señora*, & tradunt Dominus meus Didacus
de Morlanes, diſſertiſsimus ac prudentiſsi-
mus cauſarum Aduocatus, in initio Allega-
tionum,in cauſa Viceregis extranei, ex nu.
9.pag.3.Doctiſsimus,& acutiſsimus Petrus
Ludouicus Martinez Cenedo, in Allegatio.
cauſæ de Quinto,num.690.& 695.Garibay
in Compendio Hiſtoriæ, in hiſtoria Regis
Alphonſi vnici de Nauarra,cap.7.& Marti-
nus Garſia ſermone 90.in fin.fol.296.col.1.
ſic ait, prima Eccleſia in Hiſpania fuit hæc
Beatæ Virginis Mariȩ à Sancto Iacobo fa-
cta ex præcepto Virginis Mariæ,de qua Ec-
cleſia(niſi fallor)loquens Aurelius Prudentius
(qui tempore Diui Hieronymi floruit, vt
animaduertit Ant. Nebriſſen. eius commẽ-
tator)huiuſmodi ſubiungit carmina,Cæſar-
auguſtam vocitamus vrbem; res cui tanta
eſt Plena magnorum domus Angelorum nõ
timet mundi fragilis ruinã. De nulla namq.
Eccleſia iſtius Ciuitatis Cæſarauguſtæ, hu-
iuſmodi verba referri poſſunt, quam de iſtà
Beatæ Mariæ de Pilari; quæ manibus Angȩ
licis conſtructa eſt,nec nunquam timuit mũ
di ruinam. Cum nec portȩ inferi præualue-
rint aduerſus eam,ſed ſemper ab eius mira-
culoſa fundatione,Domini noſtri Ieſu Chri
ſti fides perſeuerauit. Ex quibus auctoribus
iam ſatis labefactata remanet eorum ſentẽ-
tia, qui forte inuidentes ſorti fœliciſsimæ
Hiſpaniæ, negant aduentum Beati Iacobi,
& miraculoſam Eccleſiæ de Pilari erectio-
nem,& conſtructionem. Aduerſus quos pul
chre,& docte poſt alios inuehit dictus Iaco
bus Baldeſius,in dict.cap.6.per tot. Doctor
24 Bartholomeus Laurentius pluribus titulis
mihi colendiſsimus Prior, & Canonicus hu
ius Almȩ Eccleſiæ B.Mariȩ de Pilari,qui ob
ſummã eius eruditionem ſummo omnium
electorum conſenſu Hiſtoriographus huius
Regni Aragonum fuit renunciatus, integrũ
de hac re edidit tractatum. Sed certe gloria
ri iure optimo poſſumus Hiſpani de aduen-
tu Apoſtolorum beatorum Petri, & Pauli,
de illo namq. atteſtantur Petrus Galeſin. in
annotat. ad Martyrolog. 12. Kalendas Fe-
bruarij fol.43. Baldes dict.capit.6. num.28.
Marian.lib.4. cap. de Reb. Hiſpan. & quod
ſimiliter Beatus Paulus ad nos aduenerit, vl-
tra Baldes ſupra num.26.videndi ſunt relati
à me in 1.par.Collect.43.num.1. Rutil. Ben-
zonius de ann. ſanc. Iobelei lib.2. capit.29.
pag.180. in fin.

Tertio, & vltimo aduertendum cenſeo,
25 quod quãuis Canonicis Regularibus liceat
habere portiones ſeparatas,illud quidem eſt
quoad adminiſtrationem tantum,& nõ quo
ad dominium, quia non ſunt illius capaces,
vt tradit Nauarr.in cap. Nullam,18.q.2. ex
num.24.& 28.& ibi latiſsime ex nu.29.pro-
ſequitur quatuordecim cauſas,quibus iuſti-
ficatur Regularium modus viuendi per hu-
iuſmodi portiones ſeparatas, per eas namq.
non conceditur, vt ipſi Regulares habeant
aliqua bona ſingulariter,quoad dominium,
imò neq. ad vſum, aliter, quam regula per-
mittit. Idque etiam ſentire videtur, Thom.
Zerola in Prax.Epiſcop.2.par. in §. Monia-
les, in verſ. quarto, & trad. expreſſe Petrus
Nauarra lib.3.cap.1.ex nu.176.verſ.ſi enim
alia ratione, ſcilicet ad victum ſuum, & ad
alia opera pia,& remuneratoria, Nauar.lib.
3. titul. de Regular. conſil. 70. numer. 2. ſi
namque aliter eas haberent (vt inquit Na-
uar.in d.num.24.) eſſet contra Concil. Tri-
dent.in ſeſſ.25.cap.1. & cap. 2. de Regular.
ſed illæ portiones eis conceduntur de licen-
tia iuſta ſuperioris ex cauſa data, ad vſus
ſuos peculiares, honeſtos, neceſſarios, vel
conuenientes. Nec ex hoc contraueniunt
voto,quia habere adminiſtrationem, nõ eſt
habere dominium. Nauar. in dict. conſ.70.
num.11.imò nec illud retinere de licentia ſu
perioris repugnat profeſsioni,nec voto pau
pertatis; optimè Rota deciſ.216.num.12.in
2.par.in nou.& deciſ.77.num.2.in 1.par. in
nou.Silueſt. verb.Religio,el 6.num. 7. verſ.
Si autem,Innocen.in cap.Inſinuaſti, num.2.
Qui Cler.vel vouent, cum ex debita obediẽ
tia,ſemper ſint parati illa bona dimittere ad
libitum ſuperiorum. Et ſic poteſt Prælatus

de

de iure diuiſionem ipſam bonorum facere,
& vnicuique ex ſuis Religioſis aſsignare cer
tam quantitatem, & portionem ex bonis
Monaſterij, pro victu, & veſtitu neceſſariã.
Deci. in cap. edoceri, num. 17. de Reſcrip.
Ioan. Andr. & quos refert Nauar. in d. cap.
Nullam, num. 27. Abb. in cap. Ex parte, nu.
12. de Conceſ. Præbend. & tradunt Abb. in
cap. Ioannes, num. 6. in fin. de Regular. & in
conſ. 88. 1. par. colum. 3. verſ. optime ad præ
dicta facit, Iacob. de Graff. 1. par. lib. 3. cap.
5. num. 55. & in 2. par. lib. 3. cap. 19. num. 35.
ſubdens etiam, quod Curia Romana id ſcit,
& tollerat. Huiuſmodiq. diuiſionem reuoca
ri poſſe ad nutum ſuperioris. Vnde, quo ad
dominium horum bonorum, non cenſetur
Canonicus diſpenſatus, quia illud ſemper re
manet penes ſuperiorem; vt etiam tradit
Petrus Nauarra de Reſtitut. lib. 3. cap. 1. nu.
170. ideo nec ea, nec alia bona (etiam patri-
monialia) licet ipſi obtinere quo ad proprie
tatem, & dominium; vt optime probat Na
uar. in cap. Non dicatis, 12. quæſt. 1. num. 33.
& Religioſus, vel Canonicus, qui dicta bo-
na, vel portionem ita poſsidet, vt nō ſit ani-
mo paratus, eam ad ſuperioris nutum relin-
quere, peccat manifeſte contra votum; &
tenetur eam reſtituere, & à ſe animo abdi-
care. Vt ex omnium ſententia reſoluit Pe-
trus Nauarra, in d. cap. 1. num. 172. in fin. il-
lud namque eſſet habere proprium, quod iu
ra abhorrent, omnibuſq. Regularibus in-
terdictum eſt; ita quod niſi illud ante mor-
tem renuncient, non debent in loco ſacro ſe
peliri, cap. Monachi de ſtat. Monach. glo. in
verb. proprium, in cap. Quanto, de Offi. Or
din. & Concil. Trident. in dict. ſeſſ. 25. cap.
2. de Regul. ſtatuit; vt ſi quis aliquid pro-
prium tenere deprehenſus, aut conuictus
fuerit, is, biennio, actiua, & paſsiua voce pri
uatus ſit, atquè etiam iuxta regulæ ſuę, & or
dinis conſtitutiones puniatur; illud enim ha
bere, repugnat voto paupertatis. Quod præ
fati Canonici emittunt, & eſt contra illius
26 voti ſubſtantiam, atq. ita Papa non poteſt
diſpenſare ſuper habenda proprietate, ſal-
tem manente ipſo voto; iux. tex. in c. Cum
ad Monaſterium vbi adduxi multa, de ſtat.
Monach. & tradit Couarr. in cap. 2. de te-
ſtam. nu. 11. Pro quo ſunt conſulendi Spin.
in ſpecul. teſtam. in gloſ. 2. princip. num. 25.
Paul. Fuſcius de Viſitat. lib. 2. capit. 15. ex
num. 32. optime Iacob. de Graff. 2. par. lib. 3.
cap. 19. ex num. 23. & in 1. par. lib. 3. cap. 5.

ex numer. 56. Rodrig. tom. 1. quæſt. 1. art. 4.
verſ. & ſic. Nauar. lib. 3. tit. de Regul. conſ.
70. num. 10. & quia, vt inquit Nauar. in d. c.
Non dicatis, num. 35. Canonicus Regularis
27 ęquiparatur ſeruo in habendo, & acquiren-
do bona pecuniaria, eo quod neuter eorum
poteſt habere, nec acquirere ſibi dominiũ,
nec poſſeſsionem eorum; & vterque poteſt
habere, & acquirere alteri; ſeruus quidē do-
mino ſuo, Regularis vero, & Canonicus, Mo
naſterio, aut beneficio ſuo, ſi eſt beneficia-
tus. Ideo in vllis bonis ſuccedere poteſt, ſed
ſibi relicta quæruntur Monaſterio; vt etiam
notat Nauar. in dict. c. Non dicatis, nu. 44.
28 Ad quod etiam benefaciunt quæ ex Men-
chaca, lib. 3. de ſucceſ. creat. §. 21. num. 250.
refert Ludouic. Molin. tom. 1. tract. 2. diſpu-
tat. 140. ex col. 761. verſ. vt enim. Ex quibus,
& ijs, quæ tradit etiam Rodriguez tom. 2.
quæſt. Regul. quæſt. 77. art. 1. in fine, opti-
me dixit Franciſcus Mantica, in d. lib. 8. tit.
6. num. 26. ſequutus doctrinam Bart. in l. In
ciuibus, in fin. ff de Reb. dub. quod quando
legatum relictum eſt Regularibus, qui pro-
prium habere non poſſunt, intelligitur reli-
ctum Eccleſiæ, ſeu Monaſterio, cui illud ac-
quiritur. Iacob. de Graff. 2. par. lib. 3. cap. 19.
num. 36. & 73. Quamuis enim Canonici Re-
gulares non ſint Monachi, ſunt tamen Regu
lares, emittuntq. tria vota, quod ſufficit per
ſuperius dicta, vt legata relicta, non ſibi,
ſed Monaſterio acquirantur, cum fiant in-
capaces omnium bonorum. Nauar. d. conſ.
70. num. 1. & diſpoſitio teſtatoris non poſ-
ſit immutare diſpoſitionem iuris, cap. Re-
quiſiſti de Teſtam. Acquiritur ergo vſusfru
ctus Monacho, cum licentia Abbatis; quod
æquum eſſe dicit Graff. in dict. cap. 19 num.
36. dummodo voluntas religioſi ſit ſubiecta
Prælato, vt reſignet ea bona, quando ſupe-
rior voluerit. Graff. vbi ſupra, ex nu. 27.

Nec ſuperioribus obſt. Concil. Trid. in
29 dict. ſeſſ. 25. cap. 2. de Regul. vbi prohibetur
ne liceat ſuperioribus, bona ſtabilia alicui
Regulari cōcedere, etiam ad vſumfructum;
vel vſum, adminiſtrationem, aut commen-
dam, minime refragante priuilegio, vel con
ſuetudine etiam immemoriali in contrariũ;
vt habetur in eadem ſeſſ. 25. cap. 22. ergo, &
huiuſmodi portiones ſeparatæ, non poſſunt
obtineri à Canonicis Regularibus, non ſo-
lum quo ad dominium, verum; nec quo ad
vſumfructum, vſum, adminiſtrationem; vel
commendam: Reſpondetur ſiquidem ex
ſuperio-

Digitized by Google

ſuperioribus, dictam deciſionem Concilij procedere, quando irreuocabiliter dicta bona conceduntur Regulari, non vero quando reuocabiliter, & ad nutum ſuperioris ſunt amobilia; quo quidem caſu, etiam, & alij Religioſi poſſunt ea obtinere.

Vel etiam reſpondetur ex Abb. in c. Clerici, el 2. num. 1. de vit. & honeſt. Cleric. Iacob. de Graff. 2. par. lib. 3. deciſ. cap. 18. verſ. nam quod pertinet, Eman. Rodrig. tom. 2. quæſt. regular. quæſt. 125. art. 4. verſ. Nec ijs obſtat, quod non omnia, quę ſacri Canones diſponunt, ſub pœna peccati mortalis obligant, niſi ex eorum verbis, ipſos ad peccatum mortale obligare clare colligatur. Vnde infert Rodriguez, non eſſe peccatũ mortale poſſidere ſupra dicta bona, de licentia Prælatorum.

Vel tertio reſpondeo, cũ Doctore Ioanne Remirez in expoſitione Ordinis Diui Iacobi, cap. 11. num. 21. in fin. Quod deducere in pactum tempore profeſsionis, vt quis retineat vſumfructum, aut vſum, eſſe contra Concilium, & omnino prohibitum; quamuis poſt profeſsionem de licentia Papę (tacita, vel expreſſa vt hic fit) poſsit hoc habere moderamen; vt probat optime Couarr. in 4. 2. par. cap. 2. §. 1. verſ. Quibus omnibus.

Nec ſecundo ſimiliter obſtat, ſi dicatur, quod vt ſatis notum eſt, de iure communi Regulares poſſunt habere beneficia Regularia, iuxta Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 10. de Reform. Ceballos in Pract. quæſt. 281. num. 3. Anaſt. Germon. de ſacror. immunit. lib. 3. cap. 4. num. 50. & tamen ex doctrina Cardin. in Clemen. 2. §. ſed & tales, notab. 1. de vita, & honeſt. Cleric. & in Clem. Gratię, colum. penult. verſ. quod interrogatus, in quæſtione de Reſcrip. quam ſequuntur Tru l'o lib. 1. cap. 26. num. 4. & in cap. 34. num. 7. Nauar. de reddit. Eccleſiaſt. quæſt. 1. monit. 33. num. 1. & monit. 8. num. 2. & in cap. Non dicatis, 12. quæſt. 1. numer. 42. Rot. deciſ. 216. num. 13. in 2. par. & in deciſ. 772. numer. 4. in 1. par. in nouiſ. Flamin. Pariſ. de reſign. benef. lib. 11. quæſt. 3. num. 104. Nauarr. lib. 3. tit. de Regular. conſ. 14. num. 6. Anaſt. Germon. de Indult. Cardinal. §. regularia. num. 47. eandem poteſtatem, quam habent Clerici ſeculares diſponendi de ſuorum beneficiorum titularium. & commendatorum prouẽtibus, habent etiam Regulares de ſuorum beneficiorum Titularium, & Commendatorum redditibus, ergo & his, ſicut, & illis eorum adminiſtratio, & dominium competit; quod repugnat voto paupertatis. Reſpõdetur enim ex eorundem fere Doctorum teſtimonijs, non ex eo inferri, Regulares dominos eſſe fructuum ſuorum beneficiorum, neque capaces dominij rei alicuius, ob ſolẽne paupertatis votum; quod per profeſsionem emiſſerunt, ſed ſolum reſtricti, & obligari ſunt ad onus dandi ſuperflua pauperibus; quia vt beneficiarij ſeculares, ita, & beneficiarij Regulares ſolum ſunt procuratores, & diſpenſatores ad erogandum pauperibus, deſumpto ſibi ante omnia, quod ad ſtatum ſuũ decens, & conueniens eſt. Quod quidem officium, ita bene fideliterque Regulares præſtare poſſunt, ſicut, & ſeculares.

30 Et ſic intelligi debet illa Cardinalis doctrina, vt tradunt Doctores ſupra allegati, videlicet, quod eandem poteſtatem, quam habent ſeculares diſponendi de ſuorum beneficiorum titularium prouentibus, habent etiam Regulares de ſuorum beneficiorum titularium redditibus. Quando quidem ratio propria, qua ſeculares prouentibus ſuis vti poſſunt, ad moderatam ſui ſuſtentationem, ſuperfluis in pauperes diſtributis, non eſt, quod illi ſint eorum integri, & abſoluti domini, ſed quod Eccleſia, eiuſque miniſtri conſtituerunt illos eorum prouentuum diſpenſatores, per titulos Canonicos, quos in id conferunt; quo munere etiam religioſus fungi poteſt, etiamſi non poſsit eſſe verus alicuius rei temporales dominus, ob ſolemne ſuum paupertatis votum.

Vel ſecundo reſponderi poteſt cum Rota deciſ. 216. num. 13 in 2. par. in nouis, & deciſ. 772. ex num. 2. in 2. par. in nouis, quod Regulares ex permiſsione ſuperioris, diſponere poſſunt de fructibus beneficiorum ſecularium; non enim, vt ſupradictum eſt, & tradit Rota ibidem, num. 12. & Azor in dict. cap. 22. verſ. 12. quæritur, retinere propriũ de licentia ſuperioris, repugnat profeſsioni, nec voto paupertatis. Quod intelligo verũ,

31 quando illud conceditur pro ſuo victu, ex Abb. in cap. Monachi de ſtat. Monach. nu. 4. vel quando Prælatus concedit vſum alicuius rei ad libitum, tunc ſi quidem non videtur quis habere proprium; quia paratus eſt reſignare, quando iuſſerit Abbas Silueſter verbo, Religio, el 6. numer. 7. verſ. ſi autem, Abb. conſ. 88. 1. par. colu. 3. ante fin. optime in cap. Ioannes num. 6. de Regular. eleganter Graff.

Graff.2.par.lib.3.cap.19.num.26.& 91.Rota deciſ. 772.num.2. in 1.par.in nouis, optime Anaſt.Germon.de Indult.Cardinaliũ, §.Regularia,ex num.44.ſubdens eleganter, ex nu.43. Vt quia Regulares remoueri poſſunt à beneficijs ad nutum ſuperioris,Clem. 2.vbi gloſ. verb. electionem de Reſcrip. & is qui obtinet eſt paratus dimittere,quando ſuperior voluerit,non dicitur repugnare voto paupertatis;quia cum ab illo poſsit amoueri,dicitur nihil habere proprij.Quod etiã eleganter tradit Flamin.Pariſ.de reſign. benef. lib.11.quæſt.3.ex num.102.vnde in nu. 81. optime aſſerit; beneficia Regularia ex ſua natura non eſſe perpetua,ſed manualia; & ad nutũ ſuperioris reuocabilia,cap.Cum ad Monaſterium,§.tales, de ſtat. Monach. Clem.1.§.ad hæc eod.tit.Miles in repertor. verb. beneficia regularia. Selua de benef. 3. par. quæſt. 21.num.2.Io. Azor, Inſt.Moral. lib.12.cap.9.verſ. octauo quæritur, Hojed. de benef. 1.par.cap.22. num. 14. eſt tamen videndus idem Azor,in dict.lib.12. cap.22. verſ. Decimò quæritur. Quod probatur in cap.Cum ad Monaſterium,in verſ.nec alicui de ſtat. Monach.& in Clem.Quia regulares in § præmiſſa de ſuplend.neglig.Prælat.Nequè confirmantur à Romano Pontifice, in cap.Porrecta,& in cap.Ad noſtram,de Confir. vtil. vel inutil. niſi aliquando ex certa ſcientia,& tunc temporis Abbas non poſſet eam reuocare confirmationem ſine cauſa, vt probatur in cap. Inter, R. ſeniorem, de elect.& Federic.in tract.Permutation.q.17. & dicit Marſil.de Columna,de Eccleſ. reddituum.Orig.2.par.cap.15.num.16. præter curata, & electiua beneficia regularia, cætera eſſe manualia. Vnde optimo iure diſputat Iacob. de Graff. 2. par. libr. 3. deciſ. capit. 19. ex numer. 77. nunquid Abbas poſsit remouere ad nutum beneficium, quod Papa contulit regulari, ſicut potuiſſet ſi ipſemet contuliſſet? Et quia ex ſuperioribus apparet ſolutio argumentorum, quæ in principio fuerunt adducta, non oportet ſigillatim illis ſatisfacere.

QVÆSTIO XXI.

An validum ſit matrimoniũ inter incolas vnius Ciuitatis,vbi receptum eſt Sanctũ Concil. Trident. qui ob timorem,vt dicitur,ne impedirentur ab amicis, & tutoribus,cõtrahere interſe matrimoniũ, remeantes in oppidum Franciæ, vbi præfatum Concilium neq. publicatum, neque receptum eſt, ibi illud contraxerint, non ſeruata forma Concilij, & continuo ad proprias lares, & domicilij locum acceſſerunt? Ad interpretationem præfati Concilij, in ſeſſ. 24. de Reformat.matrim.cap.1.

SVMMARIVM.

1 *Leges loci,vbi contractus celebratur, obſeruandæ ſunt.*

2 *Matrimonium valet inter raptorem,& raptam; etiam dum eſt rapta in raptoris poteſtate, vbi Concilium Tridentinum non eſt receptum.*

3 *Matrimonium abſque parocho, & teſtibus contrahentes, non abſolute redduntur inhabiles per Concil. Trident. niſi poſt triginta dies à die primæ publicationis dicti decreti; in eadem parochia facta.*

4 *Excommunicationis ſententia ſi feratur ab Epiſcopo, in omnes qui furtum commiſſerunt, ſubditi eius extra diœceſim committentes, minime ligantur.*

5 *Feſta vnius loci ſolum tenentur ſeruare, qui ibi degunt,non autem quæ in ſua patria ſeruantur; & ſimiliter de ieiunijs dicendum eſt.*

6 *Matrimonium eſt nullum, quando quis in fraudem ſe confert in partes, vbi Concilium non eſt receptum, vt ibi contrahatur ſine parocho, & teſtibus*

teſtibus: ſecus vero, ſi non animo fraudandi legem Concilij, illuc vadat, tunc enim valet matrimonium, & num. 11.

7 *Matrimonium Clandeſtine contractum ſine parrocho, & teſtibus, in aliquibus caſibus validum eſt, vbi Concilium eſt receptum.*

8 *Matrimonium contrahere poſſunt, ſine parrocho & teſtibus, fideles, qui ſunt captiui apud Turcas; quamuis in illorum patria ſit receptum ſanctum Concilium.*

9 *Sponſalia de futuro, Clandeſtine contracta, non irritantur à Concilio.*

10 *Matrimonium contrahentes Clandeſtine, ſine parrocho, & teſtibus, inhabiles redduntur ad ſic contrahendum, ideſt, clandeſtine, per Concil. Trident. bene tamen poſſunt contrahere, ſeruata forma dicti Concilij.*

11 *Matrimonium ſine parrocho, & teſtibus contractum, non ſolum irritatur per Concil. Trident. ſed etiam perſonas ſic contrahentes inhabiles reddit, ita vt inhabilitas ipſas perſonas concomitetur, quocunque ſe conferant.*

12 *Matrimonium contractum a Caſtellano ſine parrocho, & teſtibus, vbi non eſt Concilium receptum, ſi ibi contulerit ſe, non animo permanendi, eſt nullum; etiam ſi ceſſet animus fraudandi legẽ Concilij.*

13 *Fraus præſumitur ex modicitate temporis.*

14 *Prohibitio ſtatuti concepta in perſonam ipſam, afficit, quocunq. vadat.*

15 *Inhabilitas perſonæ contrahentis contractum celebratum vbiq. redit nullum.*

16 *Argumentum ſumitur de rubro ad nigrum.*

17 *Dictio, ſic, eſt illatiua, & continuatiua præcedentis diſpoſitionis.*

18 *Satutum adhibens primario ſolemnitates contractibus, ſecundario dicitur inhabilitare contrahentes.*

19 *Intentio diſponentis dicitur Regina ipſius diſpoſitionis.*

20 *Concilium Tridentinum in prohibitione matrimonij clandeſtini inhæret diſpoſitionibus Concil. Lateran.*

21 *Prohibitio clandeſtini matrimonij, ex diſpoſitione Concil. Lateran. realis eſt.*

22 *Cognitio diſpoſitionis ſtatuti, an ſit realis, vel perſonalis, non deſumitur ex ſcrupuloſa verborum obſeruatione.*

23 *Concilium Lateranenſe morbo matrimonij clandeſtini non ſatis curauit.*

24 *Concilium vero Tridentinum omnes morbos matrimonij clandeſtini curauit.*

25 *Prohibitio clandeſtini matrimonij, ex diſpoſitione Concil. Trident. perſonalis eſt.*

26 *Statutum mixtum inhabilitans perſonam, etiã extra territorium extenditur.*

27 *Publicatio decreti Concilij Tridentini ligat perſonas territorij, vbi fuit publicatum, migrantes territorium, vbi non fuit pubicatum, gratia contrahendi.*

28 *Diſpoſitio Concilij Tridentini non eſt correctoria diſpoſitionis Concilij Lateranenſis, ſed corroboratoria ipſius.*

29 *Decretum Concilij Tridentini faborabile, & non odioſum eſt.*

30 *Decretum Concilij Tridentini pluribus fraudibus occurrit.*

31 *Satutum perſonalem coertionem inducens etiam perſonas extra territorium ligat.*

32 *Fraus coniecturis colligitur, & probatur.*

33 *Cauſa finialis in omnibus rebus inſpicienda eſt.*

34 *Migrans extra territorium gratia contrahendi, fraudem committere dicitur.*

35 *Maxime, ſi contracto celebrato ſtatim reddit in territorium.*

36 *Violans legem, non dicitur caute agere, ſed fraudem committere.*

37 *Impedimentorum prætextu, non licet diſpoſitionem Concilij Tridentini vitiare.*

38 *Fraus in captiuo apud Turcas militare non poteſt.*

39 *Matrimonium nullum, quia contractum contra decretum Concilij Tridentini, non reſoluitur in ſponſalia de futuro.*

40 *Matrimonium celebratum contra diſpoſitionẽ Concilij Tridentini, ſeſſ. 24. ſub decreto de reformat. matrim. cap. 1. magno prævio examine declaratur nullum.*

1 PRIMO videtur dicendum, huiuſmodi matrimonium validum eſſe, ex eo præſertim, quod in ſolemnitatibus ſemper leges loci contractus obſeruandæ ſunt. l. ſi fundus, ff. de euiction. cum ſimilibus, & tradunt Aymon. conſ. 271. num. 4. Rolan. conſ. 100. vol. 3. num. 7. & Iaſ. Gabriel. lib. 6. com. opin. tit. de Conſuetud. concluſ. 2. ex principio, & in contractu matrimonij conſuetudini loci, vbi illud celebratur, ſtandum eſſe, probat optimus tex. in cap. 1. de ſponſal. & ibi Doctores: at in eo loco, quo præfatum matrimonium dicitur celebratum, ſeruatur c. cum inhibitio, de Clandeſt. deſponſat. quod prohibet, non vero annullat matrimonia clandeſtina; imo ipſa valida cenſentur, quãuis in illis non obſeruetur forma præſcripta

in

in Concil. Trident. cum ipſum non liget, vt
conſt. ex dict. cap. 1. in fin. niſi poſt menſem
à die publicationis factæ in vnaquaq. paro-
chia, & adhuc in illis partibus non ſit publi-
catum, nec vſu receptum, ita neq. aliter obli
gāt ad ipſius obſeruantiā, per ea, quæ in ter-
minis notant. Ioan. Segur. de Aualos in di-
rect. 2. par. cap. 15. num. 27. optime Nauar.
lib. 1. tit. de conſtit. conſ. 1. num. 12. & 23. pul
chré Flamin. Pariſ. de reſign. benef. lib. 8. q.
8. nu. 154. late Solis de Cenſib. lib. 1. cap. 9.
num. 2. Didac. Perez in prohem. Ordinat. re
gia. quęſt. 12. Menoch. de præſumpt. lib. 2.
præſumpt. 2. ex num. 1. ergo præfatum ma-
trimonium ſic contractum validum eſt.

Secundo, id confirmatur ex celebri do-
2 ctrina Nauar. lib. 4. tit. de Clandeſt. deſpon-
ſat. conſ. 3. num. 1. vbi abſolute, & ſine aliqua
diſtinctione determinat, valere matrimo-
nium ſine ſolemnitate Concilij, eo in loco,
quo receptum non eſt, quemadmodum ac
ſi ante Concilium fuiſſet celebratum, atquè
ita in num. 11. infert, valere matrimonium
inter raptorem, & raptam, dum eſt in rapto
ris poteſtate, vbi Concilium receptum non
eſt, & ſimiliter idem Nauarr. in conſ. 9. tit.
de ſponſalibus reſoluit, matrimonium cele
bratum coram parocho ſchiſmatico validū
eſſe in loco, vbi Concilium non eſt receptū:
ſed non minus prohibitum eſt matrimoniū
coram ſchiſmatico, & inter raptorem, & rap
tam, dum eſt in illius poteſtate, quam ſine
proprio parocho; ergo quemadmodum in
illis caſibus tenet matrimonium, etiam in
pręſenti validum erit.

Tertio, cùm deciſio Concilij Tridentini,
3 in dict. cap. 1. ſit iuris antiqui correctoria,
ſtricte, & tantum in caſu, quo loquitur, pro-
cedere debet, ex Veracruz in append. dub.
14. concluſ. 3. pag. 70. in fin. Specul. in gloſ.
15. nu. 81. Salzed. in praxi, cap. 73. pag. 240.
verſ. tum quia. Vnde cum decretum Con-
cilij non abſolute inhabiles reddat contra-
hentes matrimonium, ſine parocho, & teſti-
bus, niſi, (vt ex eo patet) poſt triginta dies à
die primæ publicationis dicti decreti, in ea-
dem parochia factæ, vnde in alijs parochijs,
vbi non eſt publicatum, valere matrimoniū
contractum, non ſeruata forma Concilij, di
cit Veracruz in dicta pag. 70. & ita etiam
declarauit Rota deciſ. 429. 1. p. in nouiſsim.
num. 3. & ratio eſt, quia cum Concilium ob
locum parochiæ liget, ex Rodrig. in ſum. 1.
par. cap. 208. nu. 2. verſ. *El Concilio*, Henriq.
lib. 11. cap. 3. num. 8. verſ. Quia decretum:
Hinc eſt, quod in parochia, vbi non fuerit
publicatum, non ligabit, nec inhabilitas, &
incapacitas ad contrahendum contracta in
vna parochia, vbi publicatum, & receptum
eſt Concilium, extendi debet ad aliam, vbi
non eſt publicatum; non enim committatur
ipſam perſonam, vbicunq. fuerit, ſed tan-
tum in locis, vbi obligat decretū illud Con-
cilij, vt in terminis decidit, poſt longam diſ-
putationem, Ledeſm. in addit. ad 3. p. quæſt.
45. art. 5. in reſponſione ad 2. argumen. pag.
198. ſubdens, inhabilitatem illam contrahen
tium conſtitutam eſſe per modum legis, ſi-
cut etiam eſt ipſa annullatio contractus: vn-
de quemadmodum lex illa non obligat in
illis locis, & regionibus, vbi non eſt receptū
Concilium, ita etiam incapacitas, & inhabi-
litas non ſequitur perſonam, vbicunq. ſit,
ſed ſolum, vbi lex illa obligat. Quod opti-
me confirmatur, ex traditis per Caualcan.
deciſ. 21. ex num. 26. vol. 3. aſſerentem, ita de
mum inhabilitatem perſonæ, inductam à le
ge, vel ſtatuto, afficere perſonam ſubditam,
quocunq. tranſierit, quando ſtatutum loqui
tur ſimpliciter in perſonam de per ſe, non
autem reſpectu certę rei, vel loci.

Ex quibus optime infertur, huiuſmodi
Concilij decretū minime extendi poſſe, nec
obligare extra Prouinciam, vbi publicatum
extitit, imò cum ratione parochiæ obliget,
ſubditum extra ipſam contrahentem non
comprehendit: vt bene decidit tex. in cap.
vt animarum, §. ſtatuto de conſtit. in 6. vbi
ait, ſtatuto Epiſcopi, quo in omnes, qui fur-
4 tum commiſerint, excommunicationis ſen-
tia promulgatur, ſubditi eius, extra ipſius
Diœceſim committētes, minime ligari noſ-
cuntur, pulchre Sanchez in loco proxime ci
tando num. 18. Sicut enim qui degit in ali-
5 quo loco, ſolum tenetur obſeruare feſta il-
lius loci, vbi tunc degit, non autem feſta,
quæ in eius propria patria obſeruantur; vt
habetur in textu, & gloſ. in cap. illa. 12. diſt.
idemq. etiam cauetur de ieiunijs, & de fa-
cultate non edendi, vel edendi oua, lactici-
nia, aut animalium inteſtina, in die Veneris,
vel Sabbati: vt tradunt Couarru. lib. 4. var.
cap. 20. num. 8. verſ. fuit, Henriquez lib. 9.
tit. de Miſſa, cap. 25. numer. 2. in fin. Sanchez
tom. 1. lib. 3. diſput. 18. num. 19. & 21. Lud.
Lopez 1. par. inſtruct. cap. 52. verſ. nec pec-
cant; ergo quamuis in propria patria obſer
uetur ius Concilij Trident. nihilominus in
patria

Digitized by Google

patria aliena, vbi illud publicatum non eſt, validum erit matrimonium, abſquè ſolemnitate Concilij celebratum: idquè non improbari in dicto Concilio, ſatis ex ſuperioribus apparet.

6 Quarto, ſi recte conſiderantur, quæ ex aduerſo pugnare poſſunt, conſtabit, ideo à Doctoribus decidi, Luſitanum, vel Aragonenſem non poſſe adire partes illas, vel regionem, vbi non eſt receptum Sanctum Concilium, vt contrahat matrimonium, ſine parocho, & teſtibus, quando illud ſolum in fraudem legis, contrarium prohibentis, factum eſſe cenſetur: vt tradunt Rodrig. in d. cap. 218. num. 2. in fin. ibi: *Solamente en fraude*, Ledeſm. in dict. pagin. 198. in 1. concluſ. ibi: in fraudem legis, Alphonſ. Vega. 2. par. cap. 34. caſu. 94. verſ. *Si fraudulentamente*, Henrriq. in dict. cap. 3. num. 3. verſ. accedant doloſe: eo namquè caſu optimo iure, nullum eſſe matrimonium, aſſerunt, cum fraus, & dolus nemini patrocinentur. Ex quibus optime inferre licet, quod ſi non animo fraudandi legem Concilij, receptam in patria, ſed ex alijs iuſtis rationibus aliqui adirent partes illas, vbi non obſeruatur deretum Concilij, eos recte poſſe matrimonio coniungi, ſine parocho, & teſtibus, vt in terminis tradit Ledeſma in dict. pag. 198. in verſ. 3. concluſio.

7 Nec hoc mirũ videri debet, cum etiã in ijs regionibus, vbi receptum eſt Concilium, matrimonium valide aliquando contrahi poſſit clandeſtine, ſine parocho, & teſtibus, vt dicitur de pupilla, quæ vi timoris iniqui tutoris, in cuius tutela conſtituta eſt, non poteſt, vel non audet eo renuente libere, & palàm ſuum exprimere conſenſum: vt decidũt expreſſe Iacob. de Graff. lib. 2. deciſ. cap. 86. num. 9. Marcus Ant. Cuch. in inſt. maior. lib. 5. tit. 11. num. 87. fol. 592. Veracruz in Specul. coniug. 1. par. art. 10. pag. 77. verſ. cauſam tamen, Didac. Perez lib. 5. tit. 1. l. 1. pag. 27. in princ. verſ. vt ſi virgo, Ortiz in ſum. c. 16. fol. 42. col. 1. in fin. & in alia ſumma minori eiuſdem auctoris in cap. 14. §. 4 ij etiã, qui ante contraxerũt matrimonium publice, ſed inualide ob aliquod impedimentum occultum, habita etenim diſpenſatione ad id conuenienti, poſſunt clandeſtine contrahere: vt in terminis affirmant Nauarr. in dict. num. 37. & in cap. 22. num. 70. & in lib. 4. titul. de ſponſal. conſ. 37. in fin. Henrriq. lib. 11. tit. de matrim. cap. 3. num. 6. verſ. Similiter quando, Rodrig. in ſum. 1. par. cap. 219. num. 2. verſ. *De aqui ſe infiere*, & in Explicatione Bullæ, §. 13. num. 6. verſ. *Sigueſe lo ſegundo*, ille etiam, qui gladio grauiter ictus, etiam iam moriturus, poteſt clandeſtine ducere in vxorem concubinam ſuam, ex qua liberos ſuſceperat, vt illos faciat legitimos, & ipſe ex hoc ſeculo iter melius ornaret: vt tradit Iacob. de Graff. in dict. lib. 2. cap. 86. numer. 4. verſ. Secunda, & non obſcure viſus eſt, idem ſentire Nauarr. in Manual. cap. 16. num. 37. in fin. Marcus Ant. Cuch. lib. 5. inſt. maior. tit. 11. num. 87. & Azeb. lib. 5. tit. 1. l. 1. num. 38. cuius rei rationes (licet ipſe non approbet) refert Sanchez tom. 1. lib. 3. diſputat. 17. num. 3. Vt igitur ad inſtitutum reuertamur, cum in caſu præſenti non animo fraudandi legem, iſti contrahentes ad oppidum Franciæ migrauerint, ſed potius vt abſquè metu tutorum (qui ob diſparitatem generis, & diuitiarum ægre ferebant, & impedire conabantur huiuſmodi matrimonium) liberius contrahere illud poſſent; fatendum videtur, recte ipſos potuiſſe illam regionẽ adire, ibiquè matrimonium celebrare, abſquè parocho, & teſtibus, nec ex eo fraus, & dolus præſumi debet, cum principaliter illuc ſe contulerint, non ad fraudandam legem Concilij; ſed vt melius promiſsionem iureiurando interpoſitam, ac confirmatam de contrahendo matrimonio adimplerent, & vt euaderent etiam impedimentum conſanguineorum, & tutorum, volentium illud impedire, vnde ceſſat præſumptio fraudis, argumento eorum quæ not. Tiraquel. in in præfat. de retr. lignag. nu. 78. Imò quamuis animo fraudulento adijſſent regionem illam, vbi non viget Concil. Trident. videtur matrimonium eſſe validum, abſquè parocho, & teſtibus contractum, vt reſoluit Sanchez tom. 1. de matrimonio, lib. 3. diſputat. 18. numer. 29. licita namquè dicitur illa fraus, cum contrahentes vtantur iure ſuo; vt referunt Couarr. in 4. 2. par. capit. 8. §. 2. num. 19. & Sarmient. lib. 1. Select. cap. 6. num. 8. dicentes, ex eo matrimonium contractum in articulo mortis, efficere filios legitimos, in fraudem ſubſtituti, cum enim ſit fraus licita, nullam inducit pœnam: & quia bona, vel mala intentio, quamuis conferat ad committendum, vel non committendum peccatum, non tamen ad annullandum actum, cum intentio maneat in mente, nec effectum influat in opus externum; ergo

ergo

ergo ſi matrimonium illud,ſecluſa praua in tentione, eſſet validum, id minime impediet ea intentio.

Quinto eadem ſententia comprobatur
8 ex eo, quod vulgo circunfertur, de Chriſtianis captiuis apud Turcas, qui, quamuis in propria eorum patria receptum ſit Decretum Sancti Concilij, poſſunt nihilominus in illis partibus exiſtentibus contrahere matrimonium,ſine parocho, & teſtibus: vt erudite reſoluit Sanchez tom. 1. de matrimonio,libro tertio, diſputatione decima octaua, numero trigeſimoquinto, & tradunt Orriz in dict.cap.14.§.6.in fin. Veracruz in appendice, dub. 5. pagin. 26. Vega in 2. part. titul. de matrimo. capit. 34. caſu 39. Eodem igitur iure videtur, validum debere iudicari matrimonium, celebratum ab incolis iſtius ciuitatis, vbi publicatum eſt Concilium, migrantibus in regionem, vbi Concilium moribus, nec conſuetudine receptum eſt: aliàs enim, ſi Chriſtiani legitime coniungi non poſſent in illis Prouincijs, (vt multi exiſtimant) ocaſio maxima tribueretur adulterijs,concubinatuique ianua aperiretur; ergo dicendum omnino videtur, matrimonium celebratum in illis partibus vetum,& legitimum eſſe.

9 Sexto, & vltimo, præſuppoſita pro conſtanti (vt communis atteſtatur) ſcribentium opinio, ſponſalia de futuro minime irrita, & nulla conſtituiſſe Concilium Tridentinum, ſic quamuis clandeſtine fiant, non eſſe inualida,pro vt ſunt matrimonia clam contracta, ſine parocho, & teſtibus, Henrriquez lib. 11. titulo de matrimonio, capit. 5. in fin. vbi additio marginalis in litera E. & in capite decimotertio, numero octauo. Gutierrez de iuramento, 1. part. capit. 51. ex numer. 6. & in Canon. quæſt. lib. 1. capit. 18. numer. 10. verſ. Hæc tamen: Dicendum videtur, quod quamuis fateamur, huiuſmodi contractum matrimonij nullũ eſſe ex defectu præſentiæ proprij parochi, fatendum tamen eſt ex eo, vt affirmat Vega tomo ſecundo, capite trigeſimoquarto de matrimonio, caſu vigeſimoquinto, Henrriquez lib. 11. capite quinto, numero quarto in fine, obligationem quandam oriri, quæ vim ſponſaliorum de futuro habet, ex interpretatione iuris, ita vt ſi non valet actus, vt ſit, valeat ſaltem eo meliori modo, quo poteſt valere. Si ergo vim ſponſaliorum retinet talis contractus, poteſt vir illa petente, & reclamante (vt euenit in hoc caſu) cogi, vt matrimonium contrahat cum ea: Rota deciſ. 497. ex princip. in 1. par. in nou. ex tex. in capit. ex literis Sancti Syluani, & in cap. Sicut, & in cap. Requiſiuit de ſponſal. in quibus iuribus cauetur, quod promittens etiam clam contrahere, ſeruare promiſſum tenetur, ſidemquè adimplere, quod procedit, quamuis in ipſa promiſsione iuramentum præſtitum non fuerit, vt probatur in cap. de illis in verſ. Mulierem,de deſponſ.impub. vnde in præſenti,cum interueniat iuramẽtum, videtur dicendum,cogi debere virum ad matrimonium denuo contrahendum coram proprio parocho, & teſtibus, ſecundum formam Concilij Tridentini. Nec ijs obſtat ſi dicatur eos à dicto Concilio inhabiles red-
10 di. Id namquè intelligendum eſt ad contrahendum clandeſtine, prout tentarunt contrahere, verumtamen ad contrahendum, iuxta formam Sancti Concilij Tridentini idonei, & habiles remanent, vt vltra alios tradunt Didac. Perez lib. 5. titul. 1. l. 1. pag. 42. verſ. vlterius dubitatur, Matien. lib. 5. recoll. tit. 1 gloſ. 1. rubr. numer. 40. Gutierrez de iuramen. 1. par. cap. 51. numer. 22. pulchre Ceball. in pract. quæſt. commun. q. 604. num. 122. Thom. Zerola in prax. Epiſcop. 1. part. §. matrimonium, verſ. Octauo referens ex ſacra Dominorum Congregar. decl. 73. quod vbi nullum aliud obſtiterit impedimentum, abſquè aliqua alia diſpenſatione poſſunt de nouo contrahere in facie Eccleſiæ, ſeruatis requiſitis Sacri Concilij.

11 Quamuis autem prædicta opinio talibus ac tantis condecoretur rationibus, contraria etiam ſuis confirmatur argumentis, & primo ex eo probatur, huiuſmodi matrimonium nullum eſſe, quia Sanctum Concilium in dicto capite primo, non ſolum annullat matrimonij contractum non ſeruata forma, ibi præſcripta in verſic. Et huiuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit, ſed etiam in perſonas verba dirigendo, eas inhabiles reddit ad ſic contrahendum, ſed lex in perſonas, verba diſpoſitionis dirigens comprehendit, & afficit illas, vbicunquè fuerint, etiam extra territorium ius dicentis; nam quæmadmodum quantum ad contractus celebrationem (vt ſuperius dicebatur attenditur) locus contractus, ex dicta l. Si fundus, ff. de

N

ff. de euiction. & in l. hæres abſens, ff. de iudic. ita etiam lex perſonis pręſcripta attenditur, vt habiles, vel inhabiles iudicentur contrahentes, vbicumquè contraxerint. Vnde eo in caſu lex porrigit vires extra territorium, nec tunc attenditur lex alterius loci, vbi actus venit ad ipſas perſonas aplicandus, vt probat tex. ſingul. in cap. Cum olim de Cler. coniug. vbi Abbas numer. 1. & in cap. Quod Clericis, numer. 11. verſic. Si vero ſtatutum reſpicit perſonam, de for. compet. & tradunt eleganter Deci. conſil. 206. ex numer. 5. late Alexand. conſil. 41. volumine 5. ex numero. 5. Tiraquel. ad ll. connub. gloſ. 8. ex numer. 201. Puteus deciſione 363. lib. 3 optime Gabriel. conſil. 1. ex numer. 7. volumine 1. Qui hoc intelligit verum, non ſolum quando abſolute, ſed etiam quando reſpectu certæ ſolemnitatis perſonam inhabilitat lex, vel ſtatutum: ergo cum lex Concilij fuerit promulgata, & recepta in his partibus, vbi contrahentes habebant domicilium, nullibi poſſe ipſos contrahere, niſi ſeruata forma Concilij, dicendum videtur, lex namquè illa promulgata in eorum parochia contrahentes ita afficit, vbicunquè fuerint, vt inhabilitas ad aliter contrahendum eos cōcommittetur, ſaltem donec parochiæ mutent domicilium ſuum, illudquè transferant de loco ſubdito ſtatuenti, ad alium locum, vel parochiam, vbi ſimilis prohibitio non eſſet: vt ponderat optime Alexand. in dicto conſil. 41. numero. 7. vnde eleganter aduertit Henrriquez, allegans Magiſtros eruditiſsimos Sancium, Gallum, & alios Theologos, & Iuris peritos Salmanticenſes, in lib. 11. capit. 3. numer. 8. & ibi additio marginalis in litera Z. præfatam inhabilitatem ad contrahendum concommittare ipſos contrahentes, etiam exiſtentes in triremibus, vel quamuis apud infideles ſe conferant.

Secundo hæc opinio confirmatur ex celebri doctrina quam plurimorum Doctorum, affirmantium expreſſe, quod ſi Caſtellanus, Nauarrus, vel Luſitanus adiret partes illas, & regiones, vbi Sanctum Decretum Concilij non eſt promulgatum, vt contraheret matrimonium ſine parocho, & teſtibus, in fraudem legis ſuæ patrię, & loci domicilij, vbi obſeruatur dictum Decretum, huiuſmodi matrimonium nullum eſſe: vt aſſerunt Ledeſma in dicta pag. 198. in 1. concluſ. Henrriquez lib. 11. cap. 3 numer. 3 Vega 2. part. capit. 34. de matrim. caſu 39. in fin. & caſu 94. Emanuel. Rodrig. in dicto capit. 208. numer. 2. in fine, quæ deciſio iuri ſatis conſona videtur, cum dolus, & fraus nemini patrocinari debeant, cap. ex tenore, cap. Sedes Apoſtolica de reſcrip. ne commodum ex ſua malitia quis reportet: ergo cum in fraudem legis Concilij, obligantis ad contrahendum coram proprio parocho, ij contrahentes ſe contulerint in regionem, vbi Concilium non eſt receptum, ne ex ſuo dolo, fraude, & malitia commodum reportent, videtur dicendum, matrimonium ab ipſis celebratum nullum eſſe.

Nec his obſtat, quod ex aduerſo dicitur, ſupradictam doctrinam Ledeſmæ, Rodriguez, & aliorum intelligendam eſſe, quando quis ad illam regionem remeaſſet, vbi non eſt receptum Sanctum Concilium, in fraudem ipſius Conſilij, vt conſtat ex ipſis, at vero in præſenti non in fraudem legis, ſed tutorum volentium impedire tale matrimonium, à propria patria diſceſsiſſe contrahentes, appàret ex eorum confeſsione, quod cum longe diuerſum ſit, dicendum videtur, prædictam Doctorum deciſionem non procedere in huiuſmodi caſu. Huic, enim argumento primo reſpondetur, quod quamuis præfati Doctores loquantur per verba denotantia fraudem, & dolum interueniſſe in dicto contractu matrimonij.

Idem ſimiliter procedere, quamuis nec
12 fraus, nec dolus interueniat, vt patet ex Spin. in gloſ. 15. numero 41. ſubdens huiuſmodi verba: conſiderandum eſt, quod quando ſponſi tranſeunt in alienam parochiam animo reuertendi, nec mutatur, domicilium, coram parocho Parochiæ, vbi domicilium habent, tenentur contrahere, & idem affirmat Vega ſecunda parte, titulo de matrimonio, capit. trigeſimoquarto, caſu quadrageſimo ſecundo, verſ. *Tambien nota*, & Emanuel. Rodrig. in capite ducenteſimo decimo octauo, numero ſexto, Ioan. Segura Dabalos ſecunda parte, capite decimoquinto, numero quarto, in hęc verba ait; Quod ſi tempore contractus extra ſuæ parochiæ territorium extiterint, nullus alius parochus poteſt eos coniungere, quia propter hoc non efficiuntur parrochiani illius parrochiæ, niſi animo illic

illic commorandi ſe tranſtulerint. Ex quibus rectè infertur, quod Luſitani, vel Caſtellani, ſi adierint regionem, in qua ſanctū Concilij decretum nō obſeruatur, quamuis non animo fraudandi ipſum decretum Concilij, ibi ſe contulerint, matrimonio coniungi nō poſſunt, ſi animum reuertendi ad propriam parochiam, & ibi non permanendi, ſemper habuerint. Cum igitur iſtud euenerit in caſu præſenti, cum contrahentium animus non fuerit, ibi permanendi, ſed ſtatim redeundi celebrato matrimonio, vt conſtat ex effectu ſubſecuto, cum ibi per diem integrum, & naturalem non permanſerint: quo pacto ſatis aperte colligitur animus, & intentio eorum, per l. aut facta, §. euentus, ff. de Pœn. §. Pauonum inſtit. de rer. diuiſion. exterioraquè indicant ſecreta animi, iux. tradita per Rotam deciſ. 107. in 2. par. num. 32. in nouiſſim. ſequitur dicendum, huiuſmodi matrimonij contractum nullum eſſe.

13 Vel ſecundo reſpondetur, quod ex prædicta temporis modicitate, & tam paruo interiecto eundi, & redeundi interuallo, non leuis fraudis, & doli coniectura, & probatio reſultat; vt probant Riminald. Iun. conſil. 42. numer. 69. pulchre Camil. Borrel. conſil. 58. ex numer. 16. & facit text. in l. ſi ventri, in fin. ff. de priuileg. credit. vbi gloſ. in fin. allegat iura concordantia, per quæ iura multa in ſimilibus caſibus, circa præſumptionem, quæ ex modicitate temporis oritur, tradiderunt Plaza de delict. cap. 14. num. 6. & Ant. Gom. tom. 3. cap. 3. num. 46.

His ſic conſtitutis, tota difficultas præſentis quæſtionis conſiſtit in ſolutione argumentorum contrarię partis, ex qua grauiſſima ſecundę opinionis fundamenta relucent: non igitur obſtat Primum, nam l. illa ſi fundus, de euict. cum alijs ſupra adductis, procedit, quoties ſtatutum loci con-
14 trahentium concipitur in rem, & ſolemnitatem contractus, iuxta Primum, & Secundum caſum, Bart. in l. Cunctos populos, num. 81. C. de Summa Trinitate. Cæterum ſi ſtatutum non rem, ſed perſonam inſpiciendo, eam inhabilitet, iuxta diſpoſitionem Sacroſancti Concilij Tridentini, ibi: omnino inhabiles reddit, & huiuſmodi cōtractus, &c. vbiquè exiſtentem ligat, com-
15 plectitur, afficit ita, vt contractus non loci lege, ſed perſonæ habilitate reguletur, & metiatur, Bart. ſequuntur Salicet. Cacialup. & alij in dict. l. Cunctos populos; Bald. in l. Venditiones, numero. 3. C. de Contrahen. emp. Franc. de Ponte. conſil. 42. latiſ. Anton. Sol. in Conſtitur. Sabaudiæ, gloſ. 2. ex numer. 29. & hoc eſt, quod vulgo circumfertur de eo, cui bonorum adminiſtratio eſt interdicta, ad l. is cui, de verbor. obligat. l. Iulianus, de Curato. furio. nec omnittendi ſunt, pro Bart. opinione, Alexand. conſ. 4. numer. 5. in 5. Capra. conſil. 21. numer. 5. Natta conſil. 514. numer. 17. Roman. conſil. 39. numer. 1. Pariſ. conſ. 99. num. 54. lib. 1. & adducta in primo fundamento huius partis.

Sed tamen licet hæc ſolutio videatur aures demulcere, grauem tamen, & ingentem patitur difficultatem, ex eo potiſsimum, quod ſupradictum ſit Concilij decretum, quod in contrahentium parochia promulgatum proponitur principaliter in rem, non in perſonam conceptum, ex ipſius verbis, & intentione, apertiſsimi Iuris eſſe, videatur, ponderando illa verba, rubr. ibi: de re-
16 formatione matrimonij, à qua ſecurum ſumi ſolet argumentum, non ſolum quoties orationem habet perfectam, iuxta titulum, quod quiſquè Iuris, & in noſtris Foris, quod officiales Aragonum ſint de Aragonia, & alij ſimiles, vt eſt gloſ. recepta, licet ſingu. in Rubrica, ſi quis in teſtamen. liber. Bart. Alexand. Alciat. Deci. & Scribentes in l. 1. ſi cert. peta. Hondedeus conſil. 10. numer. 45. & 46. vbi à rubro ſumit argumentum, vt diſpoſitonis ſtatutariæ perſonalem, vel realem naturam cognoſcat, qui numer. 47. ex Curt. Iunio. communiter ſeruari, aſſerit, & in terminis non diſſimilibus, Hippolit. Riminald. conſil. 437. qui addendi ſunt Euerar. in loco à rub. ſed etiam ſi perfectum ſenſum, & orationem non habeant, dum diſponentium intentionem, finalemquè cauſam ſcrutamur, & inquirimus; teſte Alexand. in eadem. l. 1. num. 8. Vigli. 13. Angel. in Authent. de inceſtis. nuptijs; colu. 2. gloſ. in l. plebs vrbana, & ibi Bald. de capt. quo ſenſu Vigl. in Rubr. ſi cert. petatur. numer. 20. docet, Rubrum nil aliud eſſe niſi rerum tractandatum indicem, vt in ſimili habemus titulum, *De la via priuilegiada*, & de remiſsionibus, in Foris Aragonum. Nec huic reſolutioni refragantur illa verba Concilij, (& ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit,) quę in perſonam

ſonant, vt ſupra adnotauimus; nam reſpon-
detur, eam perſonarum inhabilitatem eſ-
ſe conſecutiuam, & dependentem ſolem-
nitatis præcedentis, ad quam Concilium
principaliter reſpexit; quæ obſeruatio col-
17 ligitur ex illa dictione, ſic, illationem, &
conſequutionem denotante, cap. Frequens
de reſtitut. ſpolia. Ruin. conſil. 184. num. 6.
in 2. Hondedeus conſil. 64. numer. 7. in 2.
idem Ruin. conſil. 102. numer. 21. in 2 So-
cin. conſil, 151. numer. 6. lib. 1. & eſt decla-
ratiua modorum expreſſorum. Sarnen. de
Trien. quæſtione 10. numer. 7. alleg. à Ro-
ta nouiſsima. 1. part. deciſ. 568. numero 4.
omnino vidẽdus, & ideo intelligenda ſunt,
quæ ſequuntur retentis eiſdem terminis, vt
admonuit eadem Rota; ex quibus realem
eſſe ſupradictam conciliarem diſpoſitio-
nem, & perconſequens vltra territorium
non extendendam, magis probandum erit,
cum Bald. in Repet. l. final. de Iur. omniũ Iu-
dic. Cephal. conſ. 171. numer. 36. volum. 2.
Hippol. conſil. 42. numer. 74. Franc. Viui.
conſil. 296. lib. 1. fal. 3. vbi Bart. reprehen-
dit, Simon. de Pretis conſil. 152. numer. 11.
Lambert. de contractibus, gloſ. 2. verb. mu-
lierem, numero. 46. Turre. conſilio. 25.
18 numer. 7. ibi, & ideo illud ſtatutum, pri-
mo loco inducendo ſolemnitates, nullo mo
do inhabilitat perſonam, ſecundo loco, nam
non inhabilitat perſonam ſimpliciter, ſed
ſecundum quid, videlicet, ſi illas ſolemni-
tates non ſeruauerit, & ideo non extenditur
vltra territorium, quo admiſſo, eodem
ſenſu erunt intelligenda illa verba, eos in-
habiles reddimus, nam perſonarum inha-
bilitas, in quibus conſiſtit virtus extenſio-
nis, iuxta fundamenta contrariæ partis, eſt
ſecundaria, vt eleganter adnotauit in for-
tioribus terminis Rota, nouiſsim. 162. par-
te 2. numero. 2. & 3. & licet hanc prohibi-
tionem faciat etiam ratione perſonæ, quæ
ſecundario conſideratur, vt per Cacialup.
in dicta l. Cunctos populos, numero. 90.
Hæc Rota, cuius opinionem annuit Caro.
Ruin. conſilio 160. numero 5. volumine 4.
Reui. in addit. ad Iaſſ. conſil. 48. litera E.
volumine 1. Corne. conſil. 232. lib. 4. nu-
mer. 6. Quorum ratio in promptu eſt, nam
licet cum perſona loquantur, nihil inter-
eſt, ſed in quem voluntatis intentio diriga-
19 tur. l. Cum pater, §. Donationis, de leg. 2.
vt punctim aduertit Mand. Albenſis, con-
ſil. 370. ex numero. 14. Intentio enim, vt
Regina, in diſpoſitionibus prædominatur,
Menoch. qui alios refert. lib. 1. quæſtio. 36.
numer. 8. de præſumpt. & ideo merito re-
prehendenda erit Bartholi opinio, di-
ſtinguentis in his, verba concepta in rem,
& in perſonam, cum ſcrupuloſam nimis
verborum obſeruationem reſpiciat, vt ag-
nouit Alber. Brun. de ſtatu. excluden. fœ-
min. artic. 1. colum. 1. & alij inferius alle-
gandi.

Cæterum licet ex ſupradictis, verborum
vi, & intentione, ſupradictam Concilij diſ-
poſitionem realem eſſe probauimus, adhuc
eadem intentione ſuadente vehementius,
& efficacius, non obſtante dicta inhabili-
20 tate perſonarum afficiente probandum cen
ſeo, illud enim in dubio reuocari non po-
teſt, Concilium Tridentinum Concilij La-
teranenſis diſpoſitionem relatam in capit.
Cum inhibitio de clandeſtina deſponſatio-
ne, & prius in cap. Aliter, 30. quæſtione. 5.
iuſtiſsimis de cauſis probaſſe, cuius po-
ſtea veſtigijs inhærendo, clandeſtina ma-
trimonia deteſtando, ibi, (& ſacri Concilij
Lateranenſis veſtigijs inhærendo) eandem
deciſionem temporum viciſsitudine, & ho-
minum machinationibus abolitam, & la-
ceſsitam, ex quo infinita damna, quæ in
Chriſtiana Republica præualuerant, (vt
infra proſequemur) remedijſquè oppor-
tunis, maximo grauiſsimorum Patrum aſ-
ſenſu, confirmaſſe, & innouaſſe, illiquè no-
uæ Conſtitutionis formam, & nomen im-
poſuiſſe, ibi, de Reformatione matrimo-
nij: ex quibus vtriuſquè Concilij ſcopum
matrimonij clandeſtini expiationem eſſe,
certo certius eſt. Quidquod, cum Latera-
nenſe illud Concilium, perſonarum inha-
bilitate ommiſſa, circa ipſius matrimonij
formam verſari, fateamur, dicto cap. Cum
Inhibitio, Concilio Tridentino annuente,
ibi, Sacri Concilij Lateranenſis veſtigijs
inhærendo, vtramquè diſpoſitionem rea-
21 lem eſſe, nouamquè inhabilitatis pœnam
acceſſoriam, executionem, & obſeruan-
tiam reſpicere principalem, non inmuta-
re, Iuris principijs ſuadentibus, affirmare
cogimur, nunquam enim principalem in-
tentionem à clauſulis executiuis, & pœna-
libus, ſed à ſolemnitatis introductione
metiri, & regulari legitur. Clementina 2.
de Probation. Decius in capit. Quoniam,
Abbas de officio delegat. Felinus in capit.
Licet incorrigendis, de officio ordin. Co-
uarru-

contrp. 2. parte, rubric. de teſtament. numero 13. & ſequent. Riminal. conſ. 528. nu. 4. volu. 5. Alberi. conſ. 382. numer. 3. vol. 2. Sard. deciſ. 43. num. 17. & ſequen. & notat Rota deciſ. 685. 3. par. num. 2. & 3. in nouiſſimis, ex quibus omnibus (vt rectia contrahamus) vnicum fuiſſe vtriuſq. Concilij finem, & ideo poſterioris inhabilitatem, vt ſecundariam, & acceſſoriam, primordialem intentionem immutare non poſſe, & conſequenter realem eſſe, apertiſsime conſtat, vel ſaltem circa inhabilitatem correſpectiuam verſari, quibus caſibus vltra territorium Concilij, idest, extra locum, vbi publicatum eſt, extendi non debere, frequenti DD. ſchola annuente, probauit Lambert. dict. gloſ. 2. verbo mulierem, num. 43. vbi Titaquel. & alijs perperam contrarium ſentientibus ſatisfacit ſatis, ſed copioſius Hippol. Rimin. conſ. 42. num. 24. per elegantiſsima verba, quæ eo libentius ommitto, licet in propoſito aptiora excogitari non poſsint, quo illius auctoris opera præ manibus habere, certo ſcio, reaſumit idem Rimin. vbi ſupra, Ruin. ipſiſmet auctoritate conuincendo, iugulando, conſil. 201. num. 8. volum. 2. & conſil. 437. ex num. 10. vſque in finem, vbi omnibus copioſiſsime reſpondit, Turre. conſil. 25. num. 29. Gabr. conſ. 1. per totum, vol. 1. addens in fine, ſic fuiſſe iudicatum, & in ſimilibus, ita iudicari debere, ideoque in præſenti ſeruandam eſſe loci ſolemnitatem, & habere locum diſpoſitionem tex. in dict. l. Fundus, in proprijs terminis defendunt Petrus Ledeſma de Sacramento Matrimonij, quæſt. 45. fol. 298. part. 2. concluſ. 3. vbi inhabilitati perſonali abunde reſpondet, & Rodericus in ſumma, capit. 228. fol. 13. pagina 1.

Verumtamen his, & alijs argumentis nõ obſtantibus, ſupradictam ſolutionem adductam, l. ſi fundus ſecure tenendam, & in propoſita quæſtione locum habere, certiſsimũ iudicaui, ſacroſancti enim Concilij decretum, in dict. capit. 1. de Reformatione, in parochia contrahentium, vt proponit, promulgatum, perſonale eſſe, ſubditoſquè vbiquè exiſtentes ligare, & afficere, in primo

22 huius partis fundamento probauimus, & in præſenti rem proſequemur; eo ſuppoſito, (quod vtriuſquè opinionis auctores libenter admitunt) inter modos cognoſcendi ſtatutariam diſpoſitionem, an ſit in rem, vel in perſonam, illam inſpectionem tutiorem eſſe, quæ non ſcrupuloſa verborũ obſeruatione deſumitur, iuxta Batt. doctrinam in allegata l. Cunctos populos: ſed quæ ab intentione principali conſiderati, & deſumi poteſt: vt vltra Mandelum, conſ. 323. num. 12. & Albertum Brun ſupra allegatũ, de magis communi opinione atteſtantibus admonet Hondedeus, conſil. 3. num. 30. in primo, Lambert. vbi ſupra, num. 46. notanter, Sanct. Seuer. in d. l. Cunctos populos, num. 89. ibidem dicens, principali et intentionem, in ſtatuto perſonam inhabilitante, eſſe inſpiciẽdam, num. 89. & 90. quo admiſſo, rem agamus. Concilium Lateran. iuſtiſsimis de cauſis clandeſtina matrimonia deteſtatum fuiſſe, haud dubie prolixa DD. commẽtaria nos

23 docent, in d. cap. Cum inhibitio, cuius tex. diſpoſitione ſupradicto morbo non ſatiſfuiſſe prouiſum, pericula frequentia, quæ ex illis ante Trid. oriebantur, teſtantur apud Sanctum Thomam in quarto, quæſt. vltim. art. 3. Mar. Ledeſma 2. par. quarti, quæſt. 47. art. 1. Pet. Ledeſma de matrim. q. 45. art. 2. P. Soto de inſtit. Sacerd. lect. 14. Veracruz in ſpecul. coniug. 1. part. artic. 1. DD. in rubrica de clandeſtina deſponſ. Didacus Perez in leg. 1. tom. 1. lib. 5. ordina. col. fin. fol. 28. & Conciliũ perſenſit vbi ſupra, ibi: prohibitiones illas propter hominum inobediẽtiam non prodeſſe, & ibi: grauia peccata perpendat, quæ ex eiſdem, &c. quidquod longiſsimo, repetitoq. Concilio illis obuiare ſumme deſiderans, efficatius remedium ex-

24 cogitare ſatagebat, ibi: niſi efficarius remedium, &c. cum tamẽ circa matrimonij ſubſtantialia (quę a iure diuino depẽdent) Romanus Pontifex, nihil diffinire poſsit directe, Concilium Triden. ſeſſ. 21. capit. 2. ibi, ſalua illorum ſubſtantia; idcirco eo reſpexit, vt circa hominum inhabilitatem, tanquam quid preuium, & ſacramenti præambulum ſtatueret, vt ſic materiam à ſacramento auertendo, prout in alijs impedimentis facere conſueuit, niſi ipſius Concilij, ſeruata forma, cõtrahere non poſsint, ibi: omnino inhabiles reddit, vti elegãter declarat Perez vbi ſupra. §. iuxta prædicta, Matien. in l. 1. gloſ. rubr. num. 38. lib. 5. ordin. Gutier. de iura. 1. part. cap. 51. num. 22. Spin. de teſtamentis, gloſ. 15. num. 52. & 70. & Veracruz in Appen. ſup. cap. 2. de Reformatione, ſeſſ. 24. quæſt. fin. & in Spec. 1. part. artic. 44. Ledeſma, Palud. Adrian. Vega, & alij Theologi, quos congerit Sanchez

Digitized by Google

de matrim.lib. 3. de cland. deſponſ. diſput.
4.nu.3. ex qua perſonarum inhabilitate per
indirectum,illatiuè,& conſequenter matri-
monij nullitatem, ſupra quã Conciliũ diui-
no iure renuente ſtatuere nõ poterat oriri,
& dependere,colligitur, ex illis verbis, ibi:
ad ſic contrahendum omnino inhabiles red
dit, & huiuſmodi contractus irritos,& nul-
25 los eſſe decernit. Ex quibus ſupradictã diſ-
poſitionem perſonalem eſſe principaliter,&
ſic extra territorium extendibilem, ineuita-
biliter ſuadetur, quinimo nulla ratione ex
defectu poteſtatis realem eſſe poſſe; & ſic
dict.l.ſi fundus in præſenti militare nõ poſ-
ſe.Quod ſi quis adhuc inſtare præſumat,di-
cens eam inhabilitatẽ correſpectiuam eſſe,
& ſic ſeruari debere communem opinionẽ,
Riminal.& aliorum ſupra adductã,breuiter
26 dices,adhuc eo caſu nõ procedere,d.l.ſi fun
dus; nam quoties ſtatutum mixtum inhabi-
litat perſonam reſpectu certæ ſolemnitatis
extra territorium extendi, frequẽtiori. DD.
calculo receptũ credimus;ſequuntur,& pro
barunt Bart. in l. ex caſtrenſi, de caſtrenſi
pecul,vbi ſe remitit ad aductam,l.Cunctos
populos, & ſic pro hac opinione male alle-
gatur Bart.à DD. cõtrarię opinionis. Ean-
dem ſententiam defendunt, Bal.conſil.418.
lib.4. & conſ.60. volum.5.& conſ.474. lib.
4. Tiraquel.in ll. connuuialibus, gloſ.6. nu.
221. Florian. in l.1.in principio, de Vſuris,
& in ſimili caſu Bald. in l.1.num.13. Cacia-
lup.num.58. C.de Summa Trinit. Riminal.
ſen.conſ.598.in fine,Capta.conſ.21.num.5.
& 7. & Gabriel.conſ.1. num.6. dicens, ve-
rius,& receptius Bereng. de Gabella.par.6.
quæſt.5.numer.9.Borgn. deciſ.21.num.34.
Tiraquel.vbi ſupra,num.216.Pariſius conſ.
99. numer.54.volum.1. Caçar. Tubl,in ſua
quæſt.n.99.Anchar.in cap.Canonum.ſtatu-
ta,quæſt.12. de conſtitutionibus, Alexand.
conſil.41.numer.6.Flammin. Pariſ.conſ.99.
num. 57. lib.1. Tiraquel. dict. gloſ.6. num.
220.Roch. Curt. in cap. fin. num.740. So-
cin. conſil. 97. numer. 1. Chaſſen. in con-
ſuet. rub.4.*Des droitz*, §.1. verb.contra.vbi
ſupra.num.17. Borgn. dict.deciſ.21. 3.par.
numer. 27. Plot. conſil.17.numer.30. Rota
Genuen. deciſ. 94. num. 40. Gabel. conſil.
169. numer.57. Franciſcus à Ponte conſil.
42. num. 48. Bettazol. conſ. ciui. 25. num.
40. Surdus conſ. 257. num.14. lib.2. & alij,
quos conſulto ommitto,ex quibus hanc par
rem, vt receptiorem, ita, & veriorem iudi-
camus, ex qua remanet, etiam eo caſu, quo
Concilium Tridentinum in caſu mixto lo-
qui, admittamus, adhuc extra territorium
eius deciſionem extendi debere, & vbiquè
perſonam afficere, præſertim data fraude,
vt ſupponitur in tit.quęſtionis,& infra Deo
dante dicemus.

Ad ſecundum principale argumentum,
facilis eſt ſolutio, eo admiſſo, quod apud
omnes perçquè receptum eſt, ad Concilij,
obligationem,ipſius publicationem neceſſa
rio deſiderari, vt in dict.cap.1. in fine,ibi à
die publicationis,in eadem parochia facta,
Nauarr. ergo in dict. conſil.30. de clandeſ.
27 deſponſ. eo caſu loquitur, vbi non erat
publicatum Concilium, & ita nimirum; ſi
matrimonium in ea ſpecie valeat, inter per-
ſonas illiuſmet parochiæ; ſecus autem,ſi fa-
cta publicatione prædicti decreti,extra ter-
ritorium migrent, ſolum gratia contrahen-
di, vt expreſſe tenet Henrriquez lib. 11. de
matrimonio,cap.30. §.8.in fine,& alij infra
citandi in quarto argumento, & alij ſupra
allegati.

Ad tertium argumentum, facilis erit ſo-
lutio, negando illius fundamentum, quo di
citur, Sacroſancti Concilij diſpoſitionem
28 eſſe correctoriam,& odioſam; nam ſi recte
expendantur ea,quę in ſuperioribus adno-
tauimus,manifeſto apparebit,Conciliũ Tri
dentinum potius corroboraſſe, & confir-
maſſe Lateranenſis diſpoſitionem, vt patet
ex illis verbis, ibi,ſacri Lateranenſis Conci-
lij;ſub Innocentio III. celebrati,veſtigijs in
hęrendo, & ibi,ex iuſtiſsimis cauſis illa ſem-
per deteſtata eſt, atq. prohibuit, quæ mere
coueniunt,cum alijs eiuſdem,tex. in d. cap.
Cum inhibitio, ibi, prędeceſſorum noſtro-
rum veſtigijs inhęrendo,&c. Quibus corre-
ctorium non eſſe, aperte demonſtratur, vt
eleganter aduertit Segura de Abalos in dire
cto.2 par.cap.15.num.2. in fin. verb. & præ-
ſertim, quod apertiſsime idem Concilium
perſenſit,& demonſtrauit, ibi,niſi efficatius
aliquod remedium adhibeatur, nouę enim
penę adiectio non immutat ſubſtantiam pri
mordialis diſpoſitionis,cum Bar. Cacialup.
& alijs in l.1. C. de Summa Trinit. Aldrou.
conſ.72.numer.15.quo admiſſo corruit pro-
culdubio, quod in hoc argumento proba-
re nitebamur, videlicet odioſum, & re-
29 ſtringibile eſſe Concilij Decretum; cum
potius fauorabile ſit, & extenſione dig-
num, ſiue, vt diximus, confirmatorium ſit
iuris

Digitized by Google

iuris communis, ſiue limitatorium, vt eleganter docet Alciat. dict.num.55.Menoch. de recuperanda poſſeſ. remedio 14. nu. 11. Craueta conſil. 291.num.4. Barboſa, in l. ſi conſtante, num. 92. ſolu. matrim. Cæterum licet huiuſmodi decretum correctorium fateremur, quod longe à vero diſtat, adhuc tamen ex diſponentium intentione, quam ex ſuperioribus explicuimus, fauorabile potius, quam odioſum, cenſendum videretur. Quis enim ſanctiſsimam hãc, tot Patrum maturo conſilio neceſſariam deciſionem ſalu-
30 breque remedium, per quod infinitis fraudibus opportune occurritur, odioſam eſt arbitratus? ſubſiſto; præſertim dum perlego, Alciat.de verb.ſignific.lib.2.num.45.Didacum Perez l.1.to 1.lib.5.ordin.glo.incubuit, Ament.fol.39.Rauden. de analog. cap. 12. num.42.Mazol.105. num.42.qui loquuntur eo caſu, quo diſpoſitio pœnam continet, pro vt in ſpecie noſtræ deciſionis, in quo articulo non eſt ommittenda Rota deciſ.117. per elegantiſsima verba.

Nec reſtagatur, in alia parochia non eſſe publicarum ſacroſanctum Concilium Trident. nam vt non ſemel admonuimus, non eſt impedimento,(ſiue in inhabilitate perſonali, ſiue correſpectiua loquamur) quo minus extendi poſſet, vt in 1.argumento, quo admiſſo, ceſſant argumenta de rex. in capit. vt animarum, §. ſtatuto, de conſtit. in 6. & quod de feſtorum obſeruatione, & de edendis lacticinijs Doctores tradunt, hæc enim obſeruationes, & præcepta mere localia ſunt, & ideo extra territorium non extenduntur, pro vt late explicat, multaque cumulat Sanchez de matrimonio, lib.1.de clandeſtino. diſputat. 18. quæſtione. 2. per rotam, ſecus autem, ſi de perſonali coercitio-
31 ne, & alijs non localibus loqueremur, iuxta tex. difficilem, in cap.Cum ſit Romana, §. vltimo de appellat. & conducũt, quæ tradit Martinus Ledeſma 2. part. 4. quæſt. 7. art. 5. dubio, Eman. Rodriguez Explicat. de la Bulla, §. 9. numero 7. Salzedo in addi. ad Bernard. Diaz, capit.72. verſ.11. Segura in ſuo diuerſ. Iudi.2.par.cap.15.num.49.& alij paſsim.

Ad quartum argumentum facilis eſt ſolutio, ex hiſquè adduximus in ſecundo fundamento huius opinionis, vbi genuinas hu-
32 ius quæſtionis deciſiones adduximus; & licet fraudem non poſſe in dubio præſumi, receptiſsimi iuris ſit, iuribus vulgaribus, illa tamen coniecturis probari poterit, ita vt ab ea communi præſumptione, merito eſſet recedendum, Borgn. deciſ. 4. num.35. 1.par. Cacialup. in l. Cunctos populos, nu.98. C. de Summa Trinit. Riminald. iunior conſil. 42.num.53. Hę autem præſumptiones facile colligi poſſunt ex his, quę lata manu congerunt, Maſcard.conclu.815. num.4.Craueta conſil.100.num.1. Decius conſ.644. num.6. Calc. conſ.26. pręcipue ſi inter contrahentes aliqua ſit diſparitas generis, & nobilitaris, Pariſius conſil.57. num. 28. volum.4. & actus eſſet ſecreto celebratus, confugiendo ad locum remotum, Roman.conſ.54. verſ. 3.& alij paſsim.

Verum tamẽ implacabilis ſe ſe offert difficultas, an credamus potius aliquem fraudã di cauſa, extra territorium trãſmigraſſe illum, qui ob timorem ne impediatur matrimonium, in oppidum, vbi concilium non eſt publicatum, contrahendi gratia remeauit? Breuiter tamen hæc difficultas, ceſſabit diſtinctionis fœdere, ſi enim finalis cauſa huius deciſionis fraudãdi Cõcilij proponatur, etiã ſi vltra fraudationem alię probabiles abſentiæ, & itineris proponãtur cauſæ. l. Fulcinus, §. quid ergo, ff. ex quibus cauſis in poſſeſsio. Tunc proculdubio matrimonium non valebit, & eo ſenſu procedunt, Rodriguez, Ledeſma, Vega, Henrriquez allegati in ſecũdo fundamento, quibus adde Siluestrum, verbo domicilium, verbo Parochia, Spin. de teſtament. gloſ. 5. numer. 42. Finalis enim cau-
33 ſa in omnibus cauſis inſpicienda eſt, Tiraquel. in prohemio de retract.lignag.numer. 77. Stephan.de Federi. de interpre. iur.nu. 48. l.vbi ita donatur, cum alijs de donatio. cauſa mortis. Huius autem finalis cauſę cognitio, vltra fraudis ordinarias coniecturas, ex alijs ſuaderi poterit, vt verbi gratia, quan
34 do ſolum contrahendi cauſa migrantur contrahentes, in quibus terminis loquũtur Ledeſma, Rodrig. & alij, & probarunt Bal. Salicet in l. multũ intereſt. C. ſi quis alteri, vel ſibi, Riminal.iunior.conſ.42.n.53. Lambert. de contractibus mulierũ.gloſ.2.nu.53. Ant. Sola, in ſtatu Sabaudię, 3. p. verb. de aliena. bonorũ, glo.2.nu.32.& 33. Præſertim ſi mo-
35 dico temporis interuallo ſecuto, ſtatim patriã redierint, Borgninus deciſ.21. nu.3. Iacob.Rimi.conſ.598.n.fin. glo.in c.de finib', 18.q.2. Tiraq.plura cumulãs, de retr.lig.§.1. glo.7.num.76.à quibus aliæ etiam coniecturę colligi poterunt.

Si autem contrahentes ipſi legitimam,& probabilem migrandi cauſam habuerint, vt cauſam finalem, eo caſu fraudem præſumendam non eſſe, iura, & Doctores clamãt, vt eſt videre per Riminal. iuniorem, conſil. 42. numer. 54. Maſcardum concluſ. 815. & eo ſenſu fortaſsis intelligi, & declarari poſſet opinio Sanchez de matrimonio lib. 3. de conſenſu clandeſtino, diſput. 28. numer. 29. ſed difficile redditur hæc diſtinctio eo potiſsimum argumento, nam licet fraudem in huiuſmodi trãſmigratione ſupponamus, adhuc matrimonium valere, aperte probatur, ex his quæ aduertit Natta conſ. 646. nu. 5. vbi ait, potius dicendũ eſſe, hos ſic migrantes cautius egiſſe, quam fraudem aliquam commiſsiſſe. Tum etiam ex alijs argumentis, quæ cumulat Sanchez vbi ſupra, dict. nu. 29. & congeſtis in argumento; verum, vt ingenue fateamur, non eo magis à ſupradicta ſententia recedendum puto; namq. quoties
36 quis legem violat, non dicitur cautius agere, ſed fraudem committere, iuxta ea quæ adducit Corn. conſ. 29. num. fin. lib. 3. multa Cagnol. in l. fraudis, num. 3. de regu. iur. Decian. Criminalium lib. 1. cap. 5. num. 1. ex quibus cognoſcere licebit, quatenus liceat, cautelis vti. Accedat in obſeruatione legis noſtræ conciliariſq. diſpoſitionis bonum publicum verſari, eoq. tẽdere, vt antiquis fraudibus contra vtilem deciſionem c. Cum inhibitio, pululantibus obiate poſsit, quod nẽ vtiquam, ſi ſupradicta opinio, & cautela admitteretur, factum eſſet, quapropter circuitus vitandi cauſa, hanc fraudem nulla ratione admittendam eſſe cenſemus.

37 Illud deniquè prætermittendum non erit, etiam impedimentorum prætextu, ſane non licere fraudem, ſic enim Trident. Concil. huic ſperato morbo cautelam adhibuit cum ordinarij arbitrio commiſerit, poſthabitis denunciationibus matrimonij ſacramentũ properare, Nauar. in manual. c. 22. num. 70. Segura in directo. 2. p. cap. 11. n. 44. Sanchez de matrim. lib. 3. diſput. 7. num. 3. quinimo iuſto impedimento, & cauſa, ſine denunciationib9, cõtrahere, abſq. peccato licebit, Didac. Perez, & Spino. quos allegat Ceuall. in ſpecie. 1. p. quæſt. q. 604. num. 87. cum ergo prudentiſsimo, maturo, & repetito conſilio, etiam dato impedimento, contractui matrimonij ſit locus, nulla erit ſecura fraudis machinatio, præſertim cum extra territorium publicationis Concilij, inhabilitatem contrahendi afficere, probabilius opinemur.

38 Non obſtat ſecundum argumentum, nam ſolutio ex ſuperioribus colligitur, impoſsibile enim eſt, hanc fraudis ſuſpicionem, quã in quæſtione ſupponimus, in captiuo apud turcas reperiri, cæterũ, & in indiuiduo dictũ captum Concilio obligari, tenet Ledeſma, q. 45. art. 5 cuius opinio neceſſario eo caſu intelligenda erit, quando publicato Concilio Turcarũ fuerit poteſtati ſuppoſitus. Tunc enim, & Ledeſ. ſententia procedit, & cõtraria Alphonſi de Veracruz erit limitanda, vt patet in loco allegato, in argumẽto, verſ. fin. cui addendi ſunt Henriquez lib. 11. c. 3. nu. 8. Roderi. c. 218. num. 2. Vega dicto caſu 39. & alij; quos prudẽs ommitto, quo admiſſo, argumentũ nulla ratione obſtare poterit, quorum dicta amplianda ſunt ſi cum captus tempore publicationis, de libertate tractans, cõtinuo eidem fuerit donatus, vt ſupra allegati libenter admitunt.

39 Vltimum non obſtat argumentum, cuius ui fateri non cogimur, dictum nullũ matrimoniũ in ſponſalia de futuro reſolui, cũ cõtrarium defendant Gutier. de iura. confirm. 2. p. c. 51. nu. 26. Spin. de teſtament. gloſ. 15. nu. 75. Segura in directo. 2. par. cap. 15. n. 42. Bornin. d. deciſ. 21. nu. 44. 3. par. Et hoc cõſtantiſsimum eſt apud omnes, minime, Thõ. Zerola refragante, alio enim eius dicta tendunt, vt intuenti apparebit.

Hanc quæſtionem (beneuole Lector) fu-
40 ſius paulisper exagitatam video: cum enim in hac inclita Cæſarauguſtana Vrbe, inter Franciſcum Baſilium de Contamina ex vna parte, & Catharinam Ximenez ex alia, huius Ciuitatis oriundos, multis ante annos publicato Concilio, in eorum Parochia ad locum, vocatum de Laſa, Diœceſis Bayonenſis, cum ibi nullum negotium agendum haberent, contrahendi cauſa, vt præſumitur, comeaſſent, poſteaquè eiuſdem Franciſci, propter generis diſparitatem acclamãtibus conſanguineis, imo; & eodem in ſe recurſo deſiderante cauſa diſcuſſa coram Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Domino Don Alphonſo Gregorio, tunc meritiſsimo huius Metropolitanæ Sedis Antiſte, contra matrimonij contractum, poſt grauiſsimorum Doctorum Allegationes eidem Domino Archiepiſcopo octo aſsidentibus Conſiliaris, (inter quos ego minimus) nullo reluctante eſſet pronunciatum ægre tuliſſem, niſi in hoc ancipiti iuris articulo

Digitized by Google

culo paulo latius calamum dilataſſem, nec noſtra qualiſcunq. imo grauiſsimorum virorum ſententia, ſine exemplo: ita enim pronuntiatum inuenimus in fortioribus terminis in vna Tiraſ. per D. Clementem Serrano, in hæc verba; fuit factus inhabilis ad ſic contrahendum, non ſolũ intra limites eiuſdem parrochiæ, verum in quacumq. parte orbis; ex quibus hæc pars recepta, & communis cenſeri debet, cum vltra ſupradictos dominos Iudices, huic cauſæ ſe ſubſcripſerint duodecim grauiſsimi aduocati, veruntamen non eſt omittendum, dictum Franciſcum pena arbitraria punitũ eſſe, ob fraudis commiſſe ſcelus.

QVÆSTIO XXII.

Quæ beneficia Eccleſiaſtica Iuris patronatus cõprehendantur, in reſeruationibus factis à Romano Pontifice, tam In corpore iuris clauſis, & in Regulis Cancellariæ, quam in alijs quibuſcũquè diſpoſitionibus?

SVMMARIVM.

1 *PAPA habet plenariam, & abſolutam poteſtatem in beneficijs Eccleſiaſticis, ita vt ad libitum poſsit de ipſis diſponere.*

2 *Papa poteſt beneficiarium abſq. aliqua cauſa, & ſatisſactione priuare ſuo beneficio. Licet per multi Doctores contrarium teneant.*

3 *Omnia beneficia, ſaltem inferiora ab Epiſcopatu, ſunt amobilia reſpectu Papæ.*

4 *Princeps talis præſumitur, qualis de iure eſſe debet.*

5 *Ius patronatus vnum eſt laicale, aliud vero Eccleſiaſticum, & quo pacto vnum ab alio diſtinguatur.*

6 *Ius patronatus laicorum, licet tranſeat in aliquem clericum, non inde Eccleſiaſticum indicatur; ſecus ſi in Eccleſiam in perpetuum tranſlatum ſit.*

7 *Ius patronatus laicale poteſt effici Eccleſiaſticũ.*

8 *Ius patronatus Clericorum non includitur in reſeruatione Papæ, quando ipſis competit ratione patrimonij.*

9 *Ius patronatus competens laicis magiſtris fabricæ Eccleſiæ alicuius, vel Confraternitatibus, non eſt Eccleſiaſticum, ſed laicorum.*

10 *Epiſcopus habet poteſtatem ex Concil. Trident. viſitandi, & inquirendi, an bona prędictarum Confraternitatum expendantur in eum vſum, in quem relicta ſunt; & vt rationes etiam reddantur quotannis Epiſcopis, cum limitat.*

11 *Confraternitates, in quibus aliquod pium opus exercetur, ſunt, & dicuntur loca pia; ſecundum aliquos, licet verior ſit contraria opinio.*

12 *Ius patronatus ſpectans ad operarios fabricæ Eccleſiæ, dicitur laicale.*

13 *Confraternitates laicorum non ſunt loca pia.*

14 *Intellectus ad cap. 8. & 9. Concil. Tridentin. Seſſ. 22.*

15 *Ius patronatus eſt Laicale, quando beneficium inſtitutum eſt ex bonis patrimonialibus, quamuis in clericum tranſeat, quod ſi ex bonis Eccleſiæ ſit fundatum, eſt Eccleſiaſticum; licet in eo ſuccedat laicus. Et in hoc caſu comprehenditur in generali reſeruatione facta à Papa, & numer. 31.*

16 *Ius patronatus Confraternitatibus laicalibus relictum, dicitur laicale, etiam ſi ſit ſub nomine alicuius ſancti.*

17 *Beneficij inſtitutio, ſi non appareat, vel ſit fundatum ex bonis Confraternitatis, ſi tamen ipſæ non ſint approbatæ ab ordinario, ij confratres vt laici cenſentur; ſecus vero ſi Confratria cum decreto ordinarij eſt affixa alicui Eccleſiæ, tunc enim Patroni Eccleſiaſtici cenſendi ſunt.*

18 *Beneficia Iurispatronatus laicorum, non includuntur in reſeruatione generali facta à Summo Pontifice; quod intellige, ſi laicis competit ex fundatione, dotatione, vel conſtructione; ſecus ſi ex priuilegio, vel præſumptione, tunc enim comprehenduntur.*

19 *Papa, ſi vult, poteſt prouidere Prælaturas, & beneficia vacantia ſine aſſenſu, & præſentatione Patronorum laicorum.*

20 *Beneficium Iurispatronatus impetrans à Papa ſine derogatione, poteſt per Regios officiales impediri.*

21 *Beneficij prouiſio facta à Papa, valet abſque derogatione Iurispatronatus, quando deuoluta eſt collatio ad illum, ex eo quod patronus laicus non præſentauit intra quatuor menſes à iure illi prẹſtitutos; & ordinarius non fecit prouiſionem, & collationem beneficij, ex iure deuoluto.*

22 *Beneficium deuoluitur ad Papam, quando beneficia in aliqua Eccleſia ſunt numerata, nam in*

Eccle-

Eccleſijs non numeratis, beneficia incipiunt eſſe, cum creatur beneficiatus, & extinguitur beneficiato deſuncto.

23 *Beneficia patrimonialia Archidiaconatus Calatainbij, impetrari non poſſunt, cum in nullo caſu eorum collatio, & prouiſio deuoluatur ad ordinarium, nec ad Summum Pontificem, cum in ipſis beneficijs non ſit aliquod ius creatum perpetuum.*

24 *Beneficia conferri originarijs, & non exteris iuſtiſſimum eſt; & laudabilis conſuetudo; et ſi impetrantur hæc beneficia à Summo Pontifice, debet exprimi hęc qualitas, quod ſint patrimonialia, nec ab alienigenis ſolita obtineri.*

25 *Vtilitas & augmentum cultus diuini reſultat, ſi naturales, & non exteri deſeruiant Eccleſijs.*

26 *Prælatura, dignitates, & beneficia, quæ ſunt Iurispatronatus Regis, Imperatoris, aliorum ve ſublimium Principum, non includuntur in reſeruatione generali facta à Summo Pontifice.*

27 *Regibus Hiſpaniæ conſuetudine, & Papæ priuilegio, competit ius præſentãdi ad Pręlaturas.*

28 *Io. Igne. & Io. Ferra. & Carol. de Graſſal. decepti ſunt, dum aſſerunt ex participatione iuris Caroli Magni, Regibus Hiſpaniæ competere ius præſentandi, & eligendi Prælatos in Eccleſijs ſituatis in eorum Regnis.*

29 *Reges Gallię renuntiauere iuri prouidendi beneficia.*

30 *Papa poteſt derogare iuri patronatus Regum, Ducũ, Comitum, & Marchionum; dummodo conſtet de voluntate ipſius Papæ, facientis mentionem in ſuis literis, quod illud Ius patronatus ad prædictos ſpectat; in Hiſpania tamen, & in alijs Prouincijs, non admittuntur huiuſmodi derogationes Iurispatronatus laicorum, & præſertim Regum.*

31 *Beneficia Iurispatronatus clericorum, comprehenduntur in generali reſeruatione facta à Papa, neq. oportet de ijs facere ſpecialem mentionem in literis, ſed per ſimplicem collationem beneficij, derogat Papa huic Iuri patronatus.*

32 *Beneficia Iuris patronatus mixtim clericorum, & laicorum, non comprehenduntur in huiuſmodi reſeruationibus, propter fauorem laici patroni; ſecundum aliquos, alij contrarium docent, auctori tamen placet prima opinio.*

33 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de delicto commiſſo à laico, & clerico ſimul.*

34 *Quando Ius patronatus laicale, aut Eccleſiaſticum dicatur, ex auctoris ſententia?*

1 QVÆRITVR hæc dubitandi ratio ex eo quod, plenariam & abſolutam poteſtatẽ habeat ſummus Põtifex in beneficijs Eccleſiaſticis; ita vt ad libitũ poſsit de ipſis diſponere: vt notatur in Clẽ. 1. in fi. vt litt. pendent. & in c. 2. de Præb. in 6. & tradunt Aymo. Crauet. de Antiq. 1. p. §. non ommitto, ex nu. 34. Selua de Benef. 1. par. quęſt. 4. numer. 20. & in 3. par. quęſt. 60. ex princ. Gigas de Penſion. quæſt. 10. n. 4. & quæſt. 37. num. 3. Æneas de falconibus de Reſeruat. in princ. prælud. 2. nu. 2. Hippol. de Marſil. ſingul. 25. incip. Papæ. Et in ſingul. 634. incip. credo ee ſcire. Et congerũt plures Alphonſ. Ojed. de Benefi. 1. par. c. 1. num. 10. & in cap. 13. num. 58. Salced. in addit. ad Bernar. Diaz in Reg. 209. verſ. quinto amplia hanc regulã. Corraſ. in Paraphraſi Sacerdot. 2. par. cap. 1. ex princ. Menoch. lib. 2. præſump. 10. num. 18. Simonet. de Reſeruat. quæſt. 1. ex num. 3. & ibi Paul. Granut. in lit. C. Menoch. de Recup. poſſ. remed. 15. ex num. 43. refert plures Zeballos in com. opi. quæſ. 528. Cuius rei rationem referunt poſt alios vbi ſupra, Gigas, in d. num. 4. Deci. in cap Quæ in Eccleſiarum ex num. 112. & ibi

2 addit. in lit. E. de Conſtit. Et ita amplam habet poteſtatem vt beneficiariũ etiam abſq. cauſa, & aliqua ſatisfactione, poſsit Papa priuare ſuo beneficio, vt tradunt Iaſ. in l. Quoties num. 13. C. de Rei vendic. & in l. Barbarius, num. 43. ff. de offi. Prætor. & in l. fi. ex num. 17. ff. de pact. Simon. in d. quęſt. 1. ex num. 6. & ibi addit. in lit. E. Mohedan. deciſ. 86. verſ. quia in beneficialibus. Andr. Gambar. de Offi. & poteſt. legat. lib. 10. ex num. 377. in fi. Cardon in Clem. 1. num. 11. vt lit. penden. vbi addit. Margin. in lit. B. Geminian. in cap. Si gratioſæ num. 16. de Reſcript. in 6. Felin. in d. cap. Quæ in Eccleſiarũ num. 40. Bald. in l. Reſcripta num. 7. in fi. C. de Precib. Imper. offer. Ant. Gabr. lib. 3. cõ. opin. tit. de iur. quæſit. concl. 1. nu. 9. Lambert. de Iur. patron. lib. 2. 3. par. in 2. artic. 9. quæſt. num. 3. pag. 202. in fin. Menoch. vbi ſupra num. 19. vol. 1. com. opin. pag. 159. verſ. Pontifex in beneficialibus, optime Dec. in cap. fin. num. 31. de Conſ. vtil. vel inutil, dicens, ad libitum poſſe beneficia, & Epiſcopatum alicui tollere; & reſpondet argumẽtis quæ huic ſententiæ aduerſantur.

Et idem quo ad priuationem Epiſcopatus ſine cauſa, tradit Gambar. ſupra n. 379.

pro

pro qua opinione refert etiam plures docto res. Pinel. in 1. par. Rubr. C. de Reſcind. vẽd. cap. 2 num. 29. ab ea tamen diſcedit, in nu. 30. cum Bald. ſibi contrario, in cap. 1. nu. 1. verſ. etiam eſt argumẽtum de natura feudi, & Pelin. vbi ſupra num. 43. conſentes, Pontificem maximum non poſſe ſine cauſa priuare aliquem beneficio inferiori, vel ſuperiori, et ſi ipſum priuauerit, teneri ad recompenſam. Quam opinionem ſequuntur etiam Abb. in cap. 1. num. 8. de elect. & in cap. fin. num. 13. vbi Addit. in lit. A. de Cõfirm. vtil. vel inutil. idem Abb. in cap. 1. de cler. ęgrot. num. 3. & in cap. Conſtitutus, de Relig. domib. num. 14. Cottaſ. optime in d. cap. 1. ex num. 2. Menoch. vbi ſupra num. 20. Hippol. de Marſil. ſingul. 634. ex n. 4. Rebuf. in Prax. 1. par. tit. de non tollend. iur. quæſit. gloſ. 6. nu. 16. Gabriel vbi ſupra, nu. 10. pulchre Carol. Tapia in l. fin. ff. de Conſt. Princ. in 2. p. cap. 9. num. 86. Ceruantes ad legem quintã Taur. num. 53. ex doct. Innocen. in cap. niſi de renunciat. & hoc habetur in d. volum. 1. Com. opin. in d. pag. 159. verſ. Pontifex. Quibus ſubſcribit ſe Sarmient. lib. 1. Select. c. 8. num. 25. ſubdens, quod quamuis Pontifex in beneficijs pleniſsimam habeat poteſtatẽ, cum tamen ad regimen Eccleſiarum, & publicam vtilitatem, beneficia ſint conſtituta, id non ita abſolute, vt dominus beneficiorum omnino dicatur, intelligendum eſſe, cũ id, adulantium commentum eſſe, ſæpiſsime Sanctiſsimus Pontifex Pius Quintus dicere ſolitus eſſet; qui non dominos beneficiorũ; ſed diſpenſatores ſe, & alios Romanos Pontifices profitebatur.

Nihilominus tamen ego cum Alphonſ.
3 Hojeda in d. num. 58. Alex. conſ. 74. volu. 4. num. 29. & Deci. conſ. 124. num. 4. primam communem ſententiam credo veriorem; & reſpectu Papę, omnia beneficia ſaltem inferiora ab Epiſcopatu, eſſe manualia, & ad eius nutum amobilia. Vnde poteſt præuenire omnes ordinarios. cap. 2. de Pręb. in 6. c. Quia diuerſitatem & ibi Abb. numer. 5. de Conceſ. præb. quia Papa eiſdem collatoribus conceſsit collationẽ per vim legis, quã reuocare poteſt, ſicut legem, c. 1. de Conſt. in 6. eo præſertim, quod tituli beneficiorum ſunt de iure poſitiuo, Selua de benefi. 1. par. quęſt. 4. num. 58. qui citat Abbatem in cap. Conſtitutus, de Relig. domibus. Et dicit Selua, vbi ſupra, num. 21. quod ita plena poteſtas eſt apud Pontificem, quod poteſt concedere beneficia ad nutum, & ad tempus, & ſub conditione. cap. Si gratioſæ de Reſcrip. in 6. & ibi gloſ. & in c. 2. de Elect. in 6. Qui ſimiliter poteſt dare ius ad vacatura, c. Mandatũ, de Reſcrip. Clem. Gratię. eod. tit. fundationeſq. beneficiorum, ac Hoſpitalium, ex cauſa immutare, & declarare poteſt, Clem. quia contingit, & ibi gloſ. verb. Sedis Apoſtolicæ, de Relig. domib. Quæ omnia cum fiunt à Romano Pontifice, pręſumi non debet fieri ſine cauſa, ex Menoch. lib. 2. Præſump. 10. ex num. 1. Zeuallos, & quos ipſe refert in pract. quæſt. 578. numer. 8. & optime, nu. 21. cum eum, tanquam fidelem ſeruum, & prudentem conſtituat dominus ſuper fa-
4 miliam ſuam. Et talis præſumitur Princeps, qualis de iure eſſe debet. Calcan. conſ. 120. num. 9. Chaſſen. conſ. 74. num. 26. & quod non velit id quod lex prohibet, Deci. conſ. 580. num. 2. Gozadin. conſ. 101. num. 10. nam què dicitur loqui per os Dei, à quo delegatus eſt Iudex in terris, vt habetur in Auth. de Hæred. & Falcid. in princ. Bellon. conſ. 63. nu. 7. Crauet. conſ. 318. col. fin. Dec. conſ. 463. in fin. & ideo ſemper in Papa præſumitur cauſa, etiam ſi adſit pręiudicium tertij; ex Congeſtis à Flam. Pariſ. de Reſign. benef. lib. 5. quæſt. 1. num. 10. ſufficit tamen in eõ pro ratione voluntas; vt inquit pluribus relatis, Zabarel. in Pract. quęſt. 578. nu. 9. Villadiego de Irregularit. cap. 1. nu. 13. Franc. num. 6. in cap. Si gratioſę de Reſcript. in 6. & ibi gloſ verb. à Romano Pontifice, & ibidem Geminian. nu. 16. vbi etiam ait, quod Papa in beneficialibus titulis habet pro ratione voluntatem, & ita ad libitum poſſe alicui auferre titulum beneficialem. Quod etiam retulit. Deci. in cap. Quæ in Eccleſiarum num. 99. de Conſtitut. & in c. fin. n. 30. de cõfir. vtil. vel inutil. Ergo & ſimiliter beneficia Iuris patronatus poterit Papa ſibi reſeruare, & comprehendi videntur in generali reſeruatione ab eo facta.

5 Pro intelligentia tamen huius quæſtionis, aliquas concluſiones proponere decreui, quarum prima ſit, Ius patronatus, quod habent patroni in Eccleſijs eſt duplex, aliud laicale, aliud vero Eccleſiaſticum; itaq. ſunt duę ſpecies patronorũ, laicorum ſcilicet, & Eccleſiaſticorum. Laicus patronus dicitur, qui acquirit huiuſmodi ius ex proprijs, & patrimonialibus rebus, facta, vel dotata Eccleſia, vel Capella. Et ſiue à laico, ſiue à clerico ſit factum, vel fundatum, dicitur laicorum

rum Ius patronatus, clericorum vero Ius pa
tronatus illud eſt, quod acquiritur, quoties
ex bonis Eccleſiæ conſtituitur, vel dotatur
Eccleſia, Capella, vel altare, & dignitati, Ec-
cleſiæ, vel monaſterio adhæret; & competit
alicui habenti Dignitatem, vel Præbendam,
vel eſt Prælatus monaſterij, cui illud ius ra-
tione dignitatis competit. Vt notant Co-
uarr. in Pract. cap. 36. num. 2. verſ. diſtingui-
tur auté. Rebuff. in tract. Nominat. quæſt. 8.
num. 22. & in Prax. 3. par. tit. deſignat. Gra-
tiæ, verb. nec non Iuris patronatus, ex nu. 7.
optime Roch. de Curte. de Iure patrona-
tus, verbo ius, num. 13. Felin. in tract. Quan-
do. lit. Apoſt. num. 5. Didac. Perez lib. 1. tit.
6. l. 2. pag. 150. in princ. verſ. ſecus tamen eſt,
& in verſ. diſtinguitur autem, Flam. Pariſ.
de Reſignat. benef. lib. 2. quæſt. 4. numer. 39.
eleganter Hier. Paul. in Pract. Cancel. verſ.
in cauſa mea Maioricen. pag. 587. Abb. in
cap. Dilectus filius. num. 5. de Præb. & in c.
Eam te, num. 4. & in cap. Cum autem. nu. 3.
de Iur. patrō. Rebuf. in concord tit. de Col-
lation. §. præfatiq. ordinarij, in gloſ. patroni
Eccleſiaſtici, pag. 314. Abb. in cap. Cum vos,
num. 4. in fi. de Offi. ordin. Aymon. Crauet.
conſ. 63. num. 6. Corraſ. in Paraphraſi Sacer-
dot. 4. par. cap. 6. num. 8. latiſsime Ceſar Lā-
bertin. de Iur. patron. lib. 1. part. 1. in 5. art.
1. quæſt. ex num. 2. fol. 5. Alphonſ. Hojeda
de Beneſ. 1. par. cap. vlt. nu. 113. Spin. in ſpe-
cul. Teſtam. gloſ. 4. princip. ex num. 15. Quo
6 fit, vt etiam ſi huiuſmodi Ius patronatus lai
corum tranſeat in aliquem Clericum, non
ex hoc Eccleſiaſticum iudicetur, ſed laico-
rum; cum ſolum illa qualitas, quod ſit Eccle
ſiaſticum, adhæreat ipſi rei, hoc eſt dignita-
ti, vel Eccleſiæ, cui annexa eſt talis præſen-
tatio. Quia tunc ſi ſolita ſit poſsideri a lai-
co, licet aliquando à clerico poſsideatur, nō
ex hoc mutat naturam patronatus ſæcula-
ris, per mutationem perſonæ, per quam rei
qualitas non mutatur. Vt poſt alios vbi ſu-
pra trad. Spin. in loco alleg. num. 17. Flam-
min. Pariſ. de Reſignat. benef. lib. 2. quæſt. 4.
nu. 41. aſſerens ſic fuiſſe declaratum in Rot.
die 29. Octob. 1526. Verū tamen eſt, quod
7 licet Ius patronatus originem habuerit ex
patrimonio alicuius laici, ſi tamen fuerit,
vel ab initio, vel poſtea, donatione, teſta-
mento, aut alio quouis titulo in perpetuum
in Eccleſiam tranſlatum, aut in Collegium
Eccleſiaſticum Canonicorum ſecularium,
vel Regularium, ita quod ad id collegium
pertineat præſentatio, dicitur hoc Ius pa-
tronatus clericorum, & Eccleſiaſticum, &
non laicorum, vt per tex. in cap. vni. § fi. de
Iure patron. in 6. decidunt. Lambertin. lib.
1. par. 2. in 8. artic. 1. quæſt. ex princ. fol. 7.
Couarr. in d. cap. 36. n. 5 verſ. ſecundo illud
erit, Pariſ. conſ. 35. vol. 4. nu. 21. Deci. conſ.
541. n. 18. Rebuf. tract. Nominat. q. 8. nu. 22.
quia per huiuſmodi tranſlationē effectū eſt
Eccleſiaſticū, ita quod qualitas laicalis, non
eſt amplius in cōſideratione, ſed ſolū qua-
litas Eccleſiaſtica; vt tradit poſt alios ſupra,
Pariſ. in d. num. 21. & tunc mutatione per-
ſonæ priuilegium quoq. mutatur, & extin-
guitur. arg. l. licitatio. §. mercatores, de Pu-
blic. & vectigal. Roland. conſ. 61. vol. 4. ex
num. 5. Carolus Tapia in l. fin. ff. de conſtit.
Princip. 2. par. cap. 3. ex num. 71. Cum igitur
ex ſupradictis, patronus laicus dicatur, qui
Ius patronatus habet ratione patrimonij,
Eccleſiaſticus vero ratione ſuæ Eccleſiæ, vt
etiam notat Rebuf. in Prax. 1. par. tit. de Præ
8 ſentatione & inſtit. numer. 7. hinc eſt, quod
Ius patronatus clericorum, non includitur
in gratia, vel in reſeruatione Papæ, quando
ipſis Eccleſiaſticis competit ratione patri-
monij; vt pulchre notat poſt alios ſupra, Lā-
bert. in 8. artic. 9. q. 3. par. lib. 2. fol. 204.
9 Cæterum non leue occurrit dubium cir-
ca beneficia pertinentia ad Ius patronatus,
& præſentationem magiſtri fabricæ Eccle-
ſiæ, vel alicuius confraternitatis laicorum,
qui ſolent cauſa pietatis Collegia quædam
inſtituere, quæ Hiſpani (Confadrias) appel-
lant, an hoc Ius patronatus Eccleſiaſticum
ſit, an vero ſeculare? ſi namq. Eccleſiaſticum
eſt, habet ſex menſes ad præſentandum ſine
vlla variatione, & comprehenditur in re-
ſeruatione facta à Pontifice, non vero ſi ſe-
culare ſit, cui tantum quatuor menſes ſunt
aſsignati ad præſentandum, cum poteſtate
variandi, vt proſequitur Spino gloſ. 4. prin-
cip. ex num. 73. nec eo in caſu, in generali
reſeruatione continetur; vt infra latc dice-
tur. Circa quam quæſtionem Hierony. Paul.
in dict. verſ. in cauſa mea Maioricen. proba-
re conatur, horum laicorum confratrum Ius
patronatus Eccleſiaſticum eſſe, & cenſeri,
quoties fraternitas, vel collegium adhæret
alicui Eccleſiæ, à qua nomen accipit, & ti-
tulum; vt fraternitas Sancti Petri, aut San-
cti Michaelis. Quam etiam opinionē ſequi-
tur Andr. Gambar. de Officio & poteſt. le-
gat. lib. 3. num. 389. in fin. & 390. pag. 86. &
Lam-

Lambertin.de Iur patron.lib.1.par.1.in.10.
art.1.quæſt. per totam fol.18.& idem ſenti-
re viſus eſt, Gutierrez lib.1.Can.Queſt.cap.
35.num.30.quatenus ſe remittit ad notata
per Lambert. Et ſatis expreſſe hanc opinio-
nem tenet Rebuf.in Prax.1.par. tit.de præ-
ſent.& inſtit.num.5. dum aſſerit, quod Ius
patronatus competens laicis operarijs Ec-
cleſiarum, dicitur Eccleſiaſticum, quia ra-
tione Eccleſiæ eis competit, etiam ſi ipſi lai-
ci ſint. Et huic opinioni ſuffragatur, quod
huiuſmodi fraternitates dicuntur loca pia;
ea maxime, quæ congregationem quandam
prętextu pietatis præ ſe ferunt. Ex Rebuf.
tom.2.Conſtit. Regal.tit.de cōfratern. n. 3.
Couar.cap. Officij.nu.12.de teſtam.& alios
eiuſdem ſententiæ referunt, Tiraq. de Præ-
fat.cauſ.piæ.num.7. Menoch. de Recuper.
poſſeſſ.remed.15.ex num.24.Ant.Gabr.lib.
6.Com.opin.tit.de Pia cauſ.concl.1.ex n.4.
& latiſsime Gutierrez lib.1.Can.queſt.cap.
35.ex num. 2. & quod ſit huiuſmodi locus
pius (quamuis non religioſus cum opera
charitatis exerceantur) vt tutiorem opinio
dem amplectitur Borgnin.deciſ.17.nu.69.
10 in 2.par. in nouiſsim. Id quæ ſatis expreſſe
probat Conc. Trid.Seſſ. 21.cap. 8.& 9.Dū
tribuūt Epiſcopis iuriſdictionem viſitandi,
ac inquirendi; an bona prædictarum confra
ternitatum expendantur in eum vſum, in
quem relicta ſunt? Et vt rationes etiam
quottannis reddantur Epiſcopis. Ex quo
decreto Concilij, conijcit Paul.Fuſch.de vi-
11 ſitat.lib.2.cap.14. ex num.4. Ambigendum
non eſſe has confraternitates, in quibus ali-
quod pium opus exercetur, eſſe loca pia;
& eiſdem locorum piorum priuilegijs po-
tiri, vt tradunt ſimiliter Altamiranus de vi-
ſitat.gloſ.in verb.etiam teſtamentorum,nu.
80.Auendan.de exeq. mand.2.par. cap. 14.
nu.33. verſ.& idem dicerem,& Epiſcopum
teneri huiuſmodi loca, vt pia,& religioſa vi
ſitare, reſpondit Federic.de Sen. conſ. 111.
incip.Quæſtio talis eſt,& Azeb.lib.8.tit.14.
l.3.num.9. & Paul.Fuſc. vbi ſupra. Ergo &
ſimiliter Ius patronatus competens ipſis
confratribus; Eccleſiaſticum erit, & non
laicale.

Contrariam tamen ſententiam defendit
Couar. in Pract.cap.36. num. 8. cenſet nāq.
huiuſmodi Ius patronatus, quod competit
laicis, magiſtris fabricæ alienius Eccleſiæ, &
& ei ſimile non eſſe Eccleſiaſticum, ſed lai-
corum; nam etiam ſi huiuſmodi collegium
cauſa pietatis conſtitutum, adhæreat & ſit
affixum alicui Eccleſię, ipſi tamen ex quibus
Collegium & vniuerſitas conſtat, & ad quo
rū voces & ſuffragia pręſentatio fit, laici ſūt
omnino, & ad hāc vniuerſitatē laicorū; prę-
ſentatio pertinet, nō ad Eccleſiā, nec ad ali-
quā Eccleſiaſticā dignitatem. Vnde omnia
quæ conueniunt Iuri patronatus laicorum,
erunt applicāda & aptanda huic Iuri patro
natus cōpetenti confraternitatibus laicorū,
etiam ſi huiuſmodi collegia adhæreant ali-
cui ſpeciali Eccleſiæ. Quam etiam opinio-
nem ſequi videtur Paul.Fuſch.de viſitat.lib.
2.cap.14.num.12.ad fin.& Thom.Zerola in
Prax.Epiſcop.1.p. §. Ius patronatus, verſ.
trigeſimumtertium fol.120. Azebed. lib. 1.
tit.4.l.1.num.6.quatenus ipſi referunt opi-
nionem Couar.nec ab ea diſcedunt. Et pro
confirmatione huius opinionis, allegat Co-
uarr. Rochum de Curte de Iur. patron. in
verb.ius,num.17.& Felin.in tract. Quando
lit.Apoſt.verſ.limita quarto. Eam tamē ele-
gātiſsime probat deciſ.Rotæ.574. ex n.7.in
1.par. innou. affirmans, Ius patronatus, iſtis
confraternitatibus relictū dici laicale, etiā
quod ſint ſub nomine alicuius ſancti. Imo li
cet aliquis ex his confratribus ſit Eccleſia-
ſticus; quia non eſt contemplata perſona
12 iſtius, ſed locus & cōfraternitas, dicetur Ius
patronatus laicale. Et idem dici debet, quā
do Ius patronatus ſpectat ad operarias
fabricæ Eccleſiæ, vt dicantur patroni laici,
tenet Seln.de Iur.patro.3.p.q.15. nume.23.
verſ.& pręmiſſa. Et ita vidi iudicari à doctiſ
ſimo Doctore Gabriele Sora mihi colen-
diſsimo domino Vicario Generali pro ad-
modum Illuſtri Capitulo Metropolitanæ
Eccleſiæ Cæſarauguſtæ, Sede Archiepiſco-
pali vacante, ob mortem Illuſtriſsimi domi
ni Archiepiſcopi D.Alphon.Gregorio, po-
ſtea vero ob ſummam eius ſapientiam, cum
omni virtutum genere coniunctam, à Rege
noſtro Philippo Cancellarius huius Regni
Aragonū meritiſsime deſignatus. Cū enim
in Menſe Octobris 1602. qui erat reſerua-
tus Summo Pontifici, vacaſſet in hac San-
ctiſsima Eccleſia B. Mariæ de Pilari, benefi-
cium quoddam Eccleſiaſticum ſimplex, per
mortem Magiſtri Didaci Spes, quod erat de
iure parronatronatus Confratruum S. Ma-
riæ Maioris de Pilari, quorum maior pars
ſunt laici, dubitatumq. eſſet, an foret admit-
tenda eorum præſentatio, facta de perſona
Ioannis Abizanda; an vero pertineret ad Sā
ctiſsi-

ctiſsimum Pontificem dicti beneficij prouiſsio? Eo præſertim, quod vacauerat in méſe reſeruato, eſſetq. de Iure patronatus Confratriç, & quidem obtentum fuit præſentationem factam de præfato Abizanda validá eſſe, tanquam factam à patronis laicis. Et quidem ſupradicta etiam opinio confirmari poteſt, ex eo qnod huiuſmodi Confraternitates, ex veriori, & magis communi Doctorum ſententia, non videtur pia loca, nec pro talibus habentur; cum ſinguli Confratres laici ſint, vxores ducant, habeant, vel
13 ducere poſsint, & de ſe domi viuant, mercaturas, cæteraquè negotia huiuſmodi exerceant, atquè exercere valeant, nec ſub Iudice Eccleſiaſtico, tanquam religioſi, ſed corã laico conueniuntur, atquè conueniri debét, vt pluribus relatis Doctoribus tradunt Gutierrez in dict. cap. 35. ex num. 9. Tiraquel. in Præfat. de priuileg. piæ cauſæ, num. 8. optime Menoch. in d. remed. 15. de recup. poſſeſſ. ex num. 30. Petr. Morla. 1. par. tit. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. in princ. num. 142. Borgnin. deciſ. 17. num. 69. in 2. par. in nouiſsim. Gabriel. in d. concl. 1. nu. 1. & 7. Rebuf. to. 2. Conſt. reg. tit. de Confrater. nu. 8. ſubdens, etiam Epiſcopum nullam in ijs Confratrijs exercere iuriſdictionem, & Bouadilla in 1. par. lib. 2. cap. 18. num. 228. aſſerit, quod quã do in præfatis laicorum Confraternitatibus non agitur de re ſpirituali, vel de ſolutione legatorum, Confratres huiuſmodi nõ ſunt de Iuriſdictione Eccleſiaſtica, ſed omnino ſubiacent Iudici ſeculari. Vnde non dicuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, nec gaudent priuilegio fori, nec Epiſcopo ſubſũt; vt per Bart. in l. fin. colum. 2. & 3. ff. de Colleg. illicit. Bal. in l. quod pauperibus, quæſt. 21. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. Si quis ad declinandam, colum. 11. verſ. Deinde quæritur, eod. tit. Felin. cap. 2. num. 11. de for. comp. & quos refert Natta conſ 62. num. 6.

Nec ſupradictis obſtant, quę pro contra-
14 ria ſententia fuerunt adducta, cu hæc ſit verior, communior, & magis recepta ſententia. Nec pugnant, quæ ex Concil. Trident. referebantur, quoniam procedunt quoad viſitationem, & rationem reddendam ſingulis annis Ordinario, quo habito reſpectu Confraternitates, & hoſpitalia pijs locis comparantur à prædicto Concilio; quoad reliqua tamen, de quibus nos agimus, extra id quod nominatim continetur in præfato decreto, Concilium nihil definiuit, & ſic remanét ſub diſpoſitione iuris communis: vnde in alijs ſubiacebit iudici ſeculari Confraternitas laicorum, & ipſorum ius patronatus ſeculare, & non Eccleſiaſticum dicetur; nec in reſeruatione generali cenſebitur comprehenſum. Imo ſi recte conſideretur, adeo ſunt vera ſupradicta, quod quamuis Concil. Trident. concedat Epiſcopis ius exigendi rationes ab adminiſtratoribus dictarum Fraternitatum, id tamen non abſolute, ſed limitatur ex dictis iuribus Concilij, vt non procedat circa ea loca pia, quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, vt ſine eorum licentia ius viſitandi nullum habeant Epiſcopi, vt decidit dictum Concilij Decretum, in dict. cap. 8. ſeſſ. 22. & in cap. 9. eiuſdem ſeſſ. expreſſe cauetur, ne poſsint Epiſcopi petere, & exigere rationes ab his adminiſtratoribus confraternitatum, quoties ab ſtatuto, vel conſuetudine ipſarum confratriarum, & earum confratrum ſit inductum, & determinatum, quæ perſonæ debeant has rationes exigere, nam tunc Epiſcopus non poteſt in eis exigendis ſe intromittere, nequè eius Vicarius, nequè Viſitatores, Qui caſus notari debet ſecundum Gutierrez in l. Nemo poteſt, num. 453. ff. de leg. 1. ad hoc, quod ſeruanda eſt inſtitutio, & ordinatio Eccleſiæ, ſeu fabricę, vel confraternitatum, præcipiens, ne adminiſtratores reddere teneãtur rationem Epiſcopo, & dicit Azebed. in lib. 8. tit. 14. l. 3. num. 10. quod ſi aliquando in prædictis caſibus ſe intromittere volebat Epiſcopus, ſeu eius Vicarius, declinabat ipſe eorum iuriſdictionem, & petebat ſe inhibiri ab hoc, & remittere illis, quibus erat remiſſum per ſtatutum, & conſuetudinẽ taliũ Confraternitatũ, vel piorũ locorum, & appellabat in forma, & petebat Regale auxilium, *De la fuerza*, & afferri faciebat prouiſionem ordinariam Regij Conſilij, vel Chancelleriæ, vt proceſſus in dicto gradu *De la fuerza*, portaretur; vbi declaratum fuit ſemper, vim fieri per Epiſcopum, & eius Vicarium, & quod in hoc nõ ſe intromitterent, vt ibidem late per eundẽ Azebed. Supradicta autem reſolutio bene confirmatur ex deciſ. Sacræ Congreg. declarat. 288. in hæc verba; ordinarius non habet auctoritatem viſitandi Hoſpitalia, neq. Confraternitates, quæ à laicis reguntur, niſi in caſibus à iure communi permiſsis; licet tamen ordinario ab eis rationem adminiſtrationis exigere, nulla habita ratione iuris communis, ſed ſeruata tantum diſpoſitione dicti Concil,

Concilij, in dicto capite octauo.
Ego tamen (vt quid de hac quęſtione ſen-
tiam, melius appareat) conſiderabam ex ſu-
perioribus, inſpiciendam eſſe iuris patrona-
tus inſtitutionem, vt enim dicebamus, quan
do apparet beneficiũ eſſe inſtitutum ex bo-
nis patrimonialibus, eſt laicale, quamuis in
Clericum tranſeat, quia ex quo dotatio be-
neficij fuit facta de bonis laici, & ſic de bo-
nis temporalibus, iſta qualitas non mutatur,
licet poſtmodum ius pręſentandi transfera
tur ad Clericum, vt notat eleganter Pariſs.
poſt alios vbi ſupra, in conſ. 35. vol. 4. nu. 17.
Eccleſiaſticum autem dicitur hoc ius pręſen
tandi, quando ex bonis Eccleſiæ eſt funda-
tum beneficium, etſi in eo ſuccedat laicus. Si
mili etiam ratione inſpici debet in caſu oc-
currenti ius illud pręſentandi, quod compe-
tit Cõfratriæ, à quo procedat, ſi enim ex bo-
nis Eccleſiæ appareat inſtitutũ, dicetur Ec-
cleſiaſticum, laicale vero, quando ex bonis
patrimonialibus eſt fundatum. Quæ diſtin-
ctio, vltra ſuperius adducta, mihi elegantiſsi
me probatur ex eo, quod habetur in dicta
deciſ. Rotę 574. par. 1. in nouis, vbi numerus
ſeptimus ſummatur ſic, Ius patronatus Con
fraternitatibus laicalibus relictum, dicitur
laicale, etiam quod ſit ſub nomine alicuius
Sancti, niſi ſit fundatum de bonis Eccleſiaſti
cis. Idem etiam optime probatur ex doctri-
na Andreę Gambar. de offi. leg. d. lat. lib. 3.
ex num. 413. dicentis, quod quando ius præ
ſentandi competit huiuſmodi Confraterni-
tatibus mere laicis, & quę nullum ſignum re
ligionis deferunt, ius hoc exiſtimari propha
num; quando vero hoc ius competeret Cõ-
fraternitatibus, vel alijs Collegijs laicorum,
ratione alicuius rei, quæ eſſet Eccleſiaſtica,
illud ius Eccleſiaſticum iudicari debere. Ec-
ce ergo, quomodo Confraternitas laicorum
poteſt habere ius præſentandi, aliquãdo lai-
cale, & quandoque Eccleſiaſticum; & in hoc
ſecundo caſu, ſcilicet quando eſt Eccleſiaſti
cum, nemini dubium eſt, comprehendi illud
in generali reſeruatione facta à Summo Pon
tifice, minime vero in priori caſu, quando
17 ius illud eſt laicale. Si vero inſtitutio benefi-
cij non appareat, vel fuerit inſtitutũ, & fun-
datum beneficium, ex bonis, & redditibus
Confraternitatis, dicendum eſſe exiſtimo,
quod quando huiuſmodi laicorum Confra-
ternitates, faciunt Congregationem, ſeu fra
ternitatem, abſque eo quod ſint affixæ alicui
Eccleſię, vel ſi ſint, non tamen ſunt appro-
batæ ab Ordinario, ij quidẽ vt laici cenſen-
tur, etiam ſi exerceant aliqua opera charita-
tis. Sed quando Cõfratria cum decreto Or-
dinarij eſt affixa alicui Eccleſiæ, vt habent
operarij, ideſt, præfecti aliquarum Eccleſia-
rum, quibus competit ob eorum officia, ius
pręſentandi, quamuis ipſi omnes ſint laici,
& ex eorum perſonis non dicantur patroni
Eccleſiaſtici, tamen quia non præſentant ex
perſona Collegij ſecularis, ſed ex perſona
Collegij tanquam adhærens Eccleſię, iudi-
cari debent patroni Eccleſiaſtici, & vt tales
comprehenduntur in reſeruatione generali
facta à Romano Pontifice, minime vero in
primo caſu.
18 Secunda concluſio: in reſeruatione gene-
rali facta à Summo Pontifice, non includun
tur beneficia iuris patronatus laicorum, vt
tradunt Abb. in cap. dilectus, num. 4. de offi.
legat. Cardin. in Clem. 1. num. 17. vt lit. pend.
Andr. de Falcon de Reſeru. quæſt. 3. num. 6.
Rebuff. in tract. de nominat. quęſt. 15. nu. 2.
Corraſ. in Paraphr. Sacerd. 2. par. cap. 1. num.
8. Alphon. Hojed. de benef. 1. par. cap. vlt.
num. 109. Couarr. in Pract. cap. 36. num. 2.
Simonet. de Reſeruat. quęſt. 9. vbi optima ad
ditio Paul. Granucij in lit. A. Lap. alleg. 96.
Roch. de Curt. de Iur. patron. verb. compe-
tens num. 56. Caſſad. deciſ. 6. de Iur. patron.
num. 5. Selua de benef. 3. par. num. 11. & 12.
& 21. pulchre Felin. in tractat. quando lit.
Apoſt. ex num. 2. Menoch. conſ. 90. num. 85.
deciſ. Rot. 304. par. 2. nu. 1. in nou. Staphil.
de lit. Grat. §. de mod. & form. impetr. ex
num. 7. Dominicus de Sancto Geminiano, in
cap. 2. de Pręb. in 6. num. 11. qui loquitur in
fortioribus terminis, videlicet in reſeruatio
ne in corpore iuris clauſa, & ibidem Frãcus
numer. 8. ſubdens, quod in reſeruatione ge-
nerali illius Capituli, & in alia quacunquè
reſeruatione, non comprehenduntur bene-
ficia iuris patronatus laicorum. Couarr. d.
cap. 36. num. 2. verſ. hic accedit, Did. Perez
lib. 1. tit. 6. l. 2. pag. 150. verſ. dubium etiam
eſt., & niſi fiat de eis ſpecialis mentio, non
includũtur, & ita tenẽt Lambert. de iur. patr.
1. par. 2. lib. in 22. art. 6. quæſt. 15. principalis
num. 7. & in 3. par. 2. lib. in 3. art. 9. quæſt. 15.
pag. 203. Rebuf. de nominat. quęſt. 8. nu. 22.
verſ. ſecundo probatur, Flammin. Pariſs. de
Reſig. benef. lib. 2. quęſt. 4. num. 35. Felin. in
tract. quand. lit. num. 11. verſ. limitatur ſecun
do, optime Coſm. in pragm. Sanct. in pro-
hem. in §. cæterum in gloſ. verb. eneruãtur
fol. 41.

fol. 41. vbi refert ex Hoſtien. ſe vidiſſe reſcriptum Gregorij noni bullatum, per quod ſcribens Prælatis Angliæ, declarabat, quod quando ſcribebat pro aliquo beneficiando, non intendebat, quod prouideretur ei de beneficijs pertinentibus ad pręſentationem laicorum. Quod etiam refert Selua de benef. 3.par.quæſt.11.numer.21.Gambar. de offi. & poteſt. legat. lib. 3. ex num. 240. & ratio huius deciſionis eſt, ne laici retrahantur à fundatione, conſtitutione, vel dotatione Ecclesiarum, ſeu beneficiorum, quam rationem aſsignat Lapp. vbi ſupra, & cæteri ſcribentes, & Did. Spin. in gloſſ. 4. prin. num. 44. Menoch.conſ.90. vol.1.num.100. Roland. conſ.46.vol.1.num.25. & Staphil. vbi ſupra num.8. Aliam etiam rationem aſsignat Sanctum Concilium Trident.in ſeſſ.25.capit.9. de Reform. ibi, ſicut legitima patronorum iura tollere, piaſquè fidelium voluntates in eorum inſtitutione violare, ęquum non eſt. Et ita tenendum eſt, cum prędicta communi ſententia, quidquid teneat.glo.in Extrauag. execrabilis de Pręb.& gloſ. in verb.collatio in cap.2.de Præb.in 6.

Ex quibus deducitur quod in reſeruatiotione, quã facit Papa de beneficijs, nunquam intelligitur velle reſeruare beneficia iuris patronatus laicorum, etiam ſi clauſula derogationis priuilegij circa prouiſionem aliàs pertinentem, ſit quantuncunq; generalis; Lapp. alleg. 84.num.6. plures refert Hojed.in dict. cap.fin.num.110. verſ. quæ ampliatur. Spin. in gloſ.4.princip. num.44. optime Flamin. Pariſ.de Reſcru.benef.lib.2.quæſt.4.nu.36. Rebuff.in 3.part ſignat. verb. nec non iuris patronatus num. 9. Hęc tamen omnia ad id tendunt, & intelligenda ſunt, vt minime iudicemus, velle Sũmum Pontificem derogare iuri patronatus laicorum, niſi id expreſſe ex literis iuris conſtiterit, vnde quamuis in generali reſeruatione à Sũmo Pontifice facta, non cõprehendantur beneficia iuris patronatus laicorum, vt dictum eſt, etiam ſi vacent in Curia, Thom.Zerola in Prax. Epiſ, 2.par. §. ius patronatus, verſ. 11. ſi tamen
29 vellet Pontifex hoc ius ſibi reſeruare, poſſet quidem, & prouidere Pręlaturas, & beneficia vacantia ſine aſſenſu, & pręſentatione patronorũ laicorum, vt inquit gloſ com. & recepta in Clem 2.in verb. Apoſtolicis de Pręb.& not. Rebuff.in d.3.par.ſignat.verb. necnon iuri patronatus num. 30.& 59. Abb. in cap. Quoniam, num.2.& in cap. Illud in final.verb.de iure patron. Didac.Perez lib.1. tit.6.l.2.pag.149.verſ. dubitatur tamen. Alphonſus Hojed.de benef.1.par.cap.vlt.num.
20 110.Couarr.in Pract. cap.36.num.1. Pariſs. conſ.47.vol.4.num.26. Aym.Crau. conſ.63. nu.8.optime Flam. Pariſs.de Reſignat.lib.2. quæſt.4.ex num.32. ſiquis tamen impetraret beneficium iuris patronatus à Papa, ſine derogatione, tunc poteſt per Regios officiales impedire, vt tradunt Thom.Zerola in Prax. Epiſcop.2.par.§.literæ Apoſtolicæ, in finalibus verbis, Simanc.de Cath. Inſt.tit.45.n.35. impreſſ. Hiſpan. Dida.Perez ſupra pag.150. verſ. in Hiſpania.

Supradicta tamen cõcluſio declaratur, vt procedat, quando illud ius patronatus ipſis laicis ex fundatione, conſtructione, vel dotatione competeret, ſecus autem ſi ex priuilegio, vel pręſcriptione. Tunc enim beneficia huiuſmodi iuris patronatus, quæ ex priuilegio, vel præſcriptione competunt, in reſeruationibus Romani Pontificis comprehenduntur, nec requiritur aliqua eorum ſpecialis derogatio, vt inquiunt Gemin. in cap.2. de Preb.in 6.nu.12. Cardin.Clem.1.nu.17. vt lit. pend. Rebuff. in dicto verb. nec non iuris patronatus numer.23. 60.& 70. Andr. Gambar. de offi. & poteſt.legat.lib.3.ex nu. 243.Felin.in dict.tract.quã.lit. Apoſt.limit. 11.Corraſ.in Paraphr. Sacerd.2. par.cap.3. num.13.Sclu.de benef.3.par.quęſt.11.ex nu. 23.verſ. fallit vndecimo, Æneas de Falconibus de reſeruat.quæſt.4 in 14. effectu, verſ. idem ſi ius patronatus, Dec.conſ.124.nu.3. in fin.& conſ. 149.num.6. verſ. ſed obſtare, & in conſ. 126.nu.3.deciſ. Rotæ 304. nu.3. in 2.par.nouo. Caſſad. deciſ.7. de iur. patr. num.5.& deciſ.4.de probat.num.5. Couarr. in Pract.cap.36.num.6.Hojed.in dict.cap.fi. num.111.optime Flamin.Pariſ.in dict.lib.2. quæſt.4.num.51. Aym. Crau.conſ.63.nu.6. Alex.conſ.74.vol.4.nu.27. eleganter Rolan. conſ.66.vol.2. num.10. & conſ.46.vol.1. ex principio, vbi ex numer.15.pulchre inuehit aduerſus Deci.in dict. conſ.126.num.3.quatenus inquit, quod in Curia Romana nulla ſit differentia, an ius patronatus ſit quęſitum ex fundatione, vel pręſcriptione; & quamuis idem affirmet Rebuff. in dict. verb. nec non iuris patronatus, num.33. & optime in num. 71. Cõtrarium namq; vt inquit Rolan. probat ſtillus ſignaturę in literis Papæ, qui habetur pro iure, vbi excipiũtur beneficia patronata ex fundatione, & dotatione, non autem

ex

ex priuilegio, conſuetudine, vel præſcriptione. Et in ſpecie cõtra Dec. alleg. Roland. deciſionem quandam Caſsiodori affirmantis, quod ſuo tempore fuit iudicatum, quod de iure patronatus laicorum, ex conſuetudine, vel præſcriptione, in literis collationũ Papæ, ſeu in ſpectatiuis nõ ſit neceſſaria mẽtio. Quod etiam voluit Caſſad. deciſ. 4. ex nu. 4. tit. de Iure patronatus, Roch. de Curt. de Iure patronat. verb. competens, num. 56. verſic. limita nunc. Et ratio diuerſitatis eſt, quia in hoc caſu, vt aiunt Doctores, iam ceſſat præiudicium fundantis conſtruentis, vel dotantis Eccleſiam, ſeu beneficium; & ita ceſſat illa ratio, ne laici retrahantur à fundatione, dotatione, vel conſtructione Eccleſiarum, cum in hoc caſu, ex priuilegio, vel præſcriptione competat ius patronatus: vnde ceſſante ratione, debet ceſſare conſtitutio, ex iuribus vulgatis. In Regnis tamen Caſtellę, propter generalia verba ædicti Regij, & generalem ipſius Regni conſuetudinem, vt inquit Couarruuias in dict. cap 36. num. 6. verſic. tertio in hac quæſtione, fortaſsis non admittetur derogatio, quę fit iuri patronatus, conſuetudine, præſcriptione, aut priuilegio adquiſito, vt ibi per eum, & inferius dicetur.

21 Tertia concluſio, non eſt opus derogatione patronatus, vt valeat prouiſio beneficij facta à Romano Pontifice, quãdo deuoluta eſt collatio ad illum, ex eo quod patronus laicus non præſentauit intra quatuor menſes, à iure illi præſtitutos, iuxta cap. vnic. de Iur. patronat. in 6. & Ordinarius non fecit prouiſionem, & collationem beneficij ex iure deuoluto, pro vt deciditur in cap. 2. de Conceſ. Pręb. & ſic fuit deuoluta collatio ad Papam, tunc enim abſque vlla derogatione, ſolet illud beneficium conferre, Rebuff. in dict. part. 3. ſign. verb. nec non iuris patronatus, ex num. 16.

22 Sciendum tamen eſt, huiuſmodi deuolutionem beneficij apud Papam habere locũ, quando beneficia in aliqua Eccleſia ſunt numerata, in Eccleſijs namquè non numeratis, beneficia incipiunt eſſe, cum creantur beneficiati, & deſinunt eſſe, & extinguntur, beneficiato defuncto, iuxta tex. & Doctores in cap. ex parte de Conceſ. Præb. & latè Mich. del Villar in 6. par. Patron. Calataiuuij, per
23 totum, eleganter ſubdens ex hac ratione beneficia patrimonialia illius Archidiaconatus Calataiuuij, impetrari minime poſſe, cum in nullo caſu eorum collatio, & prouiſio deuoluatur ad Ordinarium, nec ad Summum Põtificem, cum in ipſis beneficijs, non adſit aliquod ius creatum perpetuum, nec beneficiato defuncto, tranſeat beneficium ad ſucceſſorem, ſed ſtatim extinguatur, & deſinat eſſe, beneficiumq. dicatur de nouo erigi eo tempore, quo creatur, & admittitur beneficiatus, & ſic non datur vacatio beneficij, ſicutti de Eccleſijs Regularium, vbi non eſt certus numerus ſtatutus, dicit Abb. in cap. Ex parte, num. 12. de Conc. Pręb. & ibi Ant. de Butr. n. 8. & de beneficijs manualibus probat Simonet. de Reſeruat. quæſt. 8. & ibi additio in litte. A. Æneas de Falconibus ſupra quęſt. 3. num. 25.

24 Sciendum tamen eſt, circa huiuſmodi beneficia patrimonialia vacantia, in certis quibuſdam Epiſcopatibus, & Prouincijs priuilegio, pręſcriptione, aut conſuetudine immemoriali obtẽtum eſſe, vt ciuibus eiuſdẽ, atquè originarijs, & non alienigenis, & exteris conferãtur, vt cauetur in l. 21. tit. 3. lib. 1. nouæ collect. Regię, vbi forma ſeruanda in his electionibus præfigitur. Idemquè ſeruandum eſt in alijs locis, vbi eadem conſuetudo fuerit, quod beneficia ſint patrimonialia, quas leges, & conſuetudines eſſe ęquiſsimas, ac iuſtas, probant Sot. lib. 3. de iuſt. & iur. quæſt. 6. art. 2. verſ. enaſcitur. Rebuff. in Prax. 3. par. tit. de reſcrip. miſtis, ex num. 7. Couar. in pract. cap. 35. num. 6. late Alphon. Hojed. de benef. 1. par. cap. vlt. ex. num. 115. latiſsime Salzedo ad Bernard. Diaz in Prax. Can. cap. 54. per totum, pulchre acutiſsimus
25 Petrus Ludouicus Martinez de Cenedo, in cauſa Vice Regis extr. ex num. 259. Ioannes Gutierrez lib. 2. Canon. quęſt. capit. 11. ex num. 29. & prope infinitos retuli in 2. part. Collect. 56. num. 7. Et eſſe in euidentem vtilitatem, & augmentum cultus diuini, quod Eccleſię deſeruiant naturales, & non exteri, dicunt Selua de benef. 3. pat. quæſt. 23. num. 34. Mich. del Villar, vbi ſupra in 9. par. coſtumbre 4. ex pag. 393. Couarr. in dict. num. 5. Petrus Salzedo vbi ſupra num. 7. Michael Salon, 2. 2. quæſt. 63. art. 2. controuerſ. 3. 5. in quibuſdam Eccleſijs, ex colum. 1018. Et quod vtinam vbiquè eſſet huiuſmodi conſuetudo, & conceſsio, dicit Flamminius Pariſsius, de Reſignat. benef. lib. 4. quæſt. 7. ex num. 3. ſubdens, de hac re fuiſſe conſultatum in ſacro Concilio Tridentino, ſummo omnium Patrum conſenſu, vt affirmat

Soto vbi ſupra, quem referunt Petrus Ludouicus Martinez de Cenedo, vbi ſupra nu. 264. Petrus Salzedo in dict. num.7. Flaminius Pariſsius de Reſignat. benefi lib.12. quæſt.3. ex numer.14. Quæ beneficia ſi impetrãtur à Sede Apoſtolica, exprimi debet huiuſmodi qualitas, quod ſint patrimonialia, nec ab alienigenis ſolita obtineri. Imo quidem in aliquibus Prouincijs non admittuntur huiuſmodi derogationes, ſed quando Apoſtolicæ litteræ in contrarium impetrantur, nullo modo eis vti licet, ſed ad Regis noſtri ſummum Iuſtitiæ Senatum mitti debent, vt quid circa hoc faciendum ſit, maturiori conſilio conſulatur, vt referunt latè Petrus Salzedo in dict. cap.54. ex num.11. Ioan. Gutierrez in dict. cap.11. num.31. Couarr. in dict. cap.36. verſ. hoc ipſum fieri, & inferius late dicetur.

26 Quarta concluſio, in huiuſmodi reſeruatione generali facta à Summo Pontifice, minime includuntur Prælaturæ, dignitates, & beneficia quæ ſunt iuris patronatus Regis, Imperatoris, aliorum ve ſublimium Principum, vt probat Geminian. in cap.2. de Præbend. lib.6. num.12. optime Rebuff. de nominat. quæſt.15. ex numer.8. gloſſ. in verb. beneficium, in pragmat. Sanct. titul. de pacifi. poſſeſſor. & extat l.1. titul.6. lib. primo nouæ Collectionis Regiæ, condita Anno
27 1566. ab inuictiſsimo Rege noſtro Philippo ſecundo, quæ ita ſe habet. *Por derecho, y antigua coſtumbre, y juſtos titulos, y conceſsiones Apoſtolicas, ſomos Patron de todas las Igleſias Cathedrales deſtos Reynos, y nos pertenecen la preſentacion de los Arçobiſpados, y Obiſpados, y Prelaturas, y Abadias Conſiſtoriales de eſtos Reynos, aunque vaquen en Corte Romana.* Idem etiam optime probatur, in Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. capit.19. de Reformat. ibi, exceptis patronatibus ſuper Cathedralibus Eccleſijs competentibus, & alijs, quę ad Imperatorem, & Reges, ſeu Regna poſsidentes, alioſquè ſublimes, ac ſupremos Principes iura Imperij in dominijs ſuis habentes, pertinẽt. Quod ius patronatus illæſum ſeruari iubetur, vt ex illo decreto patet, & tenet Azebedo libr.1. titul.6. l.1. numer.4. vbi cum numeris ſequentibus latè probat conſuetudine etiam, & Papæ priuilegio, hoc ius competere noſtro Regi Hiſpaniæ, & idem etiam probant Spino in Specul. teſtament. in gloſ. 4. in princip. numer.13. Ioannes Gutierrez in Pract. lib.3. quæſt.13. num.72. Emanuel Rodriguez in Summa 1. part. cap.106. numer. primo, Couarruuias in regul. poſſeſſor. 2. part. §.10. ex numer.5. Alphonſus Bouadilla lib.2. capit.18. numer.223. Humada l. 18. titul.5. part. in gloſſ. 1. fol.49. Didacus Perez, lib.1. titul.6. l.2. ex pag.149. verſic. Item Reges Hiſpaniæ, & lib.1. titul.3. l.3. pag.71. Quæ ſententia fuit etiam antiquitus approbata, ſecluſa ſiquidem præſcriptione, ſemoto item Romani Pontificis priuilegio, quod teſtatur ſe vidiſſe Gregorius Lopez, in l.18. in verb. *Antigua coſtumbre*, titul.1. part.1. Quibus titulis optimo iure competit noſtris inuictiſsimis Regibus Hiſpaniæ præſentatio Prælatorum, habetur namque, vt referunt Doctores proxime allegati, & decretum fuit in Concil. Toletan. 12. cap.6. ſub Agathone, aut Leone ſecundo Romano Pontifice, anno primo Heruigij Gothorum Regis, qui Hiſpanias obtinebat, Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, anno ſexcenteſsimo octogeſsimo quinto, Auctore Roderico Archiepiſcopo Toletano, lib.3. ſuæ hiſtoriæ capi. duodecimo, & obſeruauit Alphonſus à Carthagine Epiſcopus Burgenſis, in Anacephaleoſi Regum Hiſpaniæ, capit.40. qui ex Æra Cæſaris, annus ille computabatur ſeptingẽteſsimus vigeſsimus tertius, vel ſeptingenteſsimus vigeſsimus nonus, anno Domini ſexcẽteſsimo octogeſsimoprimo, vt arbitratur Garſia de Loayſa, in initio collectione Conciliorum Hiſpaniar. num.33. in ipſo inquam Concil. Toletano 12. capit.6. poſtea confirmato à Concil. Tolet. 13. capit.9. vt teſtatur Garſia de Loayſa, in collectione Conciliorum Hiſpaniar. pag.609. in fin. verſic. confirmatum eſt decretum, & ſtatutum fuit, quod Rex ad Epiſcopalem dignitatem promouendos eligeret, ipſe vero Toletanus Antiſtes pręuia morum examinatione inſtitueret. Cuius Canonis Gratianus meminit in capit. Cum longe 63. diſtinct. vbi Præpoſit. dicit notabiliter, quod Rex Hiſpaniæ, tempore illius Concilij Toletani, iam habebat priuilegium præſentandi Epiſcopos in Eccleſijs Cathedralibus. Quod mihi mirifice comprobatur, ex epiſtola Sanctiſsimi Braulionis Epiſcopi Cæſaraugnſtani, ad Beatum Iſidorum Hiſpalenſem Epiſcopum, vt quia, inquit Euſebius, noſter Metropolitanus deceſsit, habens miſericordiæ curam, & hoc filiolo tuo noſtro domino ſuggeras, vt illum illi loco præficiat, cuius doctrinæ ſan

ctitas

ctitas cęteris ſit vitæ forma. Cui Iſidorus ſic reſpondet, de conſtituendo autem Epiſcopo Tarraconenſi, non eam, quam petijſti, ſenſi ſententiam Regis, ſed tamen & ipſe ad huc, vbi certius conuertat animum, illi manet incertum. Vnde conſtat ad Regiam curam pertinere eo tempore nominare Epiſcopos, vt optime & elegãter aduertit Garſia Loayſa in Collect. Concil. Tolet. 12. cap. 6. ex pag. 607. in fin.

Ex quibus ſatis infertur minus recte, imo figmentum eſſe, quod tradunt Ioan. Igneus in repet. l. neceſſarios, §. non aliàs, ex num. 336. ff. ad Syllanianum, Ioan. Ferra. in tract. de inſig. Regn. Franc. 9. iure, & Carolus de Graſsis lib. 2. Regalium Francię, iure 3. quatenus aſſerunt, ex participatione iuris Caroli Magni, Regibus Hiſpaniarum competere ius præſentandi, & eligendi Prælatos, in Eccleſijs ſitis in eorum Regnis, ex ſupradictis namquè ſatis apparet, ex ipſo Concilio Toletano, Reges Hiſpaniarum ius iſtud obtinuiſſe, quod concilium Caroli Magni natiuitatem fere ſexaginta annis, eius autem Principatum pluſquam octuaginta pręceſſit, quemadmodum ex ratione temporum, quam Gaginus tradidit, palam conſtat. Vnde falſum eſt affirmare, Reges Hiſpaniarum ius eligendi, & nominandi Epiſcopos, habuiſſe ratione conceſsionis, quæ Carolo Magno facta fuit, cum ante ipſum, & ante Arabum in Hiſpanias expeditionem Gothorum Reges id ius obtinuerint, Garſia de Loayſa in dicta pag. 607. Didac. Perez in dict. pag. 149. Couarr. & alij vbi ſupra.

29 Imo quidem, ſi Regibus Galliæ hoc ius aliquando pertinuiſſe dicatur, ab illis fuit renunciatum, vt probant de Carolo Magno, & alijs, Rebuff. in prohem. concord. in verb. optabamus, referens quod Diuus Ludouicus Rex Francorum, in ignem proiecit Bullam, qua concedebatur prouiſio beneficiorum, & Epiſcopatuum Regibus, quod etiam referunt Vincentius lib. 22. Hiſtor. & Iacobus Baldeſius, de dignitate Regum, Regnorumquè Hiſpan. cap. 22. numer. 14. ergo non potuerunt illi transferre in Reges Hiſpaniæ ius ab eis renunciatum. Præterea figmentum eſt (ni fallor) Hiſpaniam ſubditam fuiſſe Carolo Magno, Regi Francorum; vt videtur inſinuare tex. in capit. Volumus 11. quęſt. 1. vbi Carolus Magnus nominat ſuæ ditioni ſubiectos, & inter alios commemorat Hiſpanos. Nec ijs fauet, quod referunt ſcribentes in vita Caroli Magni, ipſum inquam perueniſſe ad Eccleſiam Compoſtellanam Sancti Iacobi, & omnia vſque ad illa Regna expugnaſſe, in qua Eccleſia eius aduentus celebratur, die ſexta Iulij, qua ſolemne Anniuerſarium canitur, recolendo memoriam donorum, quę largitus eſt liberali, & Regia manu. Reſpondetur ſiquidem ad dictum cap. Volumus, vltra ea quæ dixi circa dict. tex. in prima parte Collectanea 51. dum aſſerit ſuæ ditioni Hiſpanos ſubditos, quod, non ideo ſequitur, eos ſibi eſſe ſubditos, cum etiam Reges Galliæ, ſe Reges Anglię nominent, nequè ideo ſequitur, quod ſint eius Regionis Reges, cum Hiſpaniarum Principibus expugnatio Angliæ ab Eccleſia conceſſa ſit, ſed ideo potuit Hiſpanos ſubditos nominare, quia aliquas Ciuitates Hiſpaniæ à Mauris recepit, vt late referunt Couarruuias in dict. regul. poſſeſſor, ſecunda part. §. 10. numer. 6. Ioan. Gutierez lib. 3. Practicar. quæſt. 13. numer. 72. Iacobus Valdeſius ſupra capit. 18. ex numer. 39. Nec ſimiliter vera ſunt, quæ de eius aduentu ad Eccleſiam Beati Apoſtoli Iacobi referuntur, vt enim aſſerunt Rodericus, lib. 4. cap. 10. & Morales lib. 9. capit. 7. hæc peregrinatio, colendi dicti corporis cauſa, à Carolo Caluo Imperatore, Caroli Magni nepote, expedita fuit, non tamen conſtat, eorum aliquem Hiſpanos ſuę ditioni ſubieciſſe.

30 Animaduertẽdum tamen eſt, Romanum Pontificem poſſe derogare huic iuri patronatus, Comitum inquam, Marchionum, Ducum, Regum, ac Imperatorum, dummodo conſtet de eius voluntate Pontificis; vt tradunt Alphonſus Hojeda, in dict. capit. fin. numer. 110. verſic. imo non ſolum, Rebuff. in Prax. 3. par. verb. Nec non iuris patronatus, ex numer. 62. Coſm. in Pragm. Sanct. in prohem. in §. Cæterum, in gloſſ. verb. Eneruantur, fol. 41. optime Didacus Perez, lib. 1. tit. 6. l. 2. pag. 149. verſic. quod procedit, & in pag. 150. verſic. ex quibus. Huiuſmodi autem Pontificis voluntas non ſatis dicetur apparere, ex eo quod in literis mentio fiat iuris patronatus laicorum, niſi & illud fuerit adiectum, quod illud ius patronatus ad Regem, Ducem, vel Marchionem ſpectat, vt optime aduertit Felinus, in dict. tractat. quand. lit. Apoſtol. ampliat. 8. Selua de beneficijs, 3. part. quęſt. 11. num. 19. Couarr. in dict. cap. 46. num. 1. verſic. imo ſi ius patronatus, optime Lambert. in 3. par. 2. lib. in 11.

art.9.queſt.fol.205.& rationem aſsignat, quia licet difficile ſit illud ius derogare laicis,multo tamen difficilius eſt derogare his Principibus,quia derogatio facta eis, tanto periculoſior eſt Eccleſiæ,quanto opulentiores ſunt dotationes,quę cõmuniter fiunt ab ipſis Principibus; & ideo de talibus maior mentio requiritur, cum ſæpe excipiantur à generalibus regulis,iux.cap. de multa in fi. ibi,circa ſublimes,de Præb.& Extrauag.execrabilis verſ.nos itaque, & ibi,ac regere filijs, qui propter ſublimitatem eorum,eod. titul.Et pro hoc etiam adduci poteſt,quod notatur in cap. Sedes de reſcrip. vbi in materia reſtringibili non veniunt perſonę maiores,ſub clauſulis generalibus. In Hiſpania tamen,& in alijs Prouincijs,non admittuntur huiuſmodi derogationes iuris patronatus laicorũ,& præſertim Regum; ſunt enim valde odioſę.Sic ſupremi Senatores,qui Règio nomine Iuſtitiæ miniſterio præſunt,ſtatim Apoſtolicas literas examinatas, propter publicam vtilitatem earũ executionem ſuſpendunt,earum vſum grauiſsimis pœnis,& comminationibus interdicentes, vt referũt Spin.in dict. gloſſ.4. princip. numer.45. Iacob.Simancas, de Cathol. Inſtitut.titul.45. numer.35.Flamminius Pariſius,de Reſignatione benefic.libr.2.quæſtione 4.ex numer. 42.Petrus Salzedo,in addition. ad Bernardus Diaz, in Praxi capit.54.numer.11. Didacus Perez, lib.1.titul.6.l.2.pag.150.verſ. in Hiſpania, Rebuff.in Prax.3.par.de ſignat. verb.nec non iuris patronatus, numer.12. 56.& 64. Couarruuias in Practic.cap.36.ex principio, ex numer.3. 4. & 6. vbi plura in praxi huius materię proponit,& inter alia, quod vbi beneficia in Curia vacauerint, & per Summum Pontificem fuerint alicui collata, cum expreſſa derogatione iuris patronatus laicorum,ſit locus in hac ſpecie ſupplicationi ad Summum Pontificem proponendæ, quemadmodum, & locus eſſet, ſi beneficium extra Curiam vacaret, cum beneficia iuris patronatus laicorum, non comprehendantur ſub illa regula, contrarium tamen decidit Flamin.Pariſ.in dict.quæſt.4. ex nu.48. quoad beneficia iuris patronatus laicorum,non vero Regum, vt iſta non derogentur,etſi vacent in Curia,maxime vero illa quæ competunt alijs laicis.

31 Quinta concluſio eſt, circa ius patronatus laicorum, & quidem de hoc iure nulla eſt neceſſaria mentio in reſeruatione, & in literis Papæ, quia in generali reſeruatione ab eo facta comprehenduntur. Etenim facile huic iuri patronatus præiudicatur, vt probatur in dict.cap. Dilectus, & ibi Abb. & Felin.quando licet. Apoſtol. in 3.limit. Alphonſus Hojeda, in dict.cap. vlt. numer. 112.Rebuff.in dicto verb.Nec non iuris patronatus, numer.6. & in Concord.titul.de mandat.§. 1. in gloſſ. verb. vnum collatorem, in princip. Vnde huic iuri patronatus derogatur per ſimplicem collationem factam à Papa.Flamminius Pariſ.lib.2.quæſt. 4.numer.38.Paul.Granuc.& quos ipſe allegat in addition.ad Simonetam,quæſt.9.numer. 10. Quòd apud me certiſsimi iuris eſt, quando hoc ius præſentandi competit Clericis, non ratione patrimonij, ſed beneficij, aut Eccleſiæ, tunc enim propriè dicitur ius patronatus Clericorum, minime vero, quando ratione patrimonij, hoc ius pertinet ipſis Clericis, vt ſatis in ſuperioribus dictum eſt. Et probat Caſſador. deciſ. 4.de Iur.patronat.numer.2. ſub his verbis, beneficia de iure patronatus Clericorum occaſione Eccleſiæ, non patrimonij veniunt; in expectatiuis; & ibi de ratione, & idem confirmatur ex his,quę tradit Paul.Granuc. ad Simonet.de reſeruat.ex num.11.ibi ſecus eſſet in patrimoniali, quia eo caſu pro laica ſi habetur; ex Gambara Puteo, & alijs per gloſſ.In Clement.plures,verſic. præſtare,de Iur.patronat.

32 Sexta concluſio, in huiuſmodi reſeruationibus non comprehendundur beneficia iuris patronatus mixtim,Clericorum,& laicorum,ratio eſt fauor laici patroni,ne propter Clericũ ſuum amittat priuilegium;alioquin in odium laicorum patronorum redundaret. Ita affirmant Rebuff. in concordat. tit.de mand. Apoſt.§.1.in gloſ.verb. vnum collatorem,verſ. &-idem, ex pag.498. & in Prax.3.par.ſignat.verb.nec non iuris patronatus ex num.66. Abb. in cap.fin. in fin.de Iur.patron.& in cap.dilectus,num.5.de offi. legat.Simonet.de Reſeruat.quæſt.9.num.3. Couar.in Prax.cap.36.nu.5.verſ.tertio opportunæ quęritur.Pariſs.conſ.35.vol.4.nu. 16.Felin in cap. Multorum nu.3.de Iudeis, & in tract.quando lit.Apoſt.in 3.limit.verſ. Si autem expectaret,optime Rebuff.de nominat.quæſt.15.num.6. Selua de benef.3.p. quæſt.11.num.11.& 12.in fin.Hojed.de beneficijs 1.part.cap.vlt.num.114. vbi reſpondet argumentis, quæ in contrarium adduci

poſſunt

Digitized by Google

poſſunt. Et idem facit Gãbar. ſequendo hanc opinionem, in lib. 3. de offi. & poteſt. legar. ex num. 363. non inquam æquum eſt, ex ſocio Clerico laicum damnificari, cap. Sacris de ſepult. ſed magis ex priuilegio ex perſona laici ſocium Clericum commodum ſentire iux. l. ſi cõmunem ff. queadmod. ſeruit. amittant. Vnde eandem opinionem tenet Paul. Granuc. in addit. ad Simonet. in dict. quæſt. 9. in lit. B. alios ſuo more referens, & Bornig. deciſione 11. numer. 107. in 3. part. dicens, quod requiritur expreſſa mentio iuris patronatus, & derogatio, ita quando eſt laicorum, & Eccleſiaſticorum, ſicut quando in totum eſt laicorum, propter fauorem iuris patronatus.

Nihilominus tamen contrariam opinionẽ ſentit gloſ. in verb. Eccleſiaſticus, in cap. vni. de Iur. patr. in 6. dicens, huiuſmodi patronatum regulari iuxta naturam patroni Eccleſiaſtici, & propterea laicum in hoc caſu habere ſex menſes ad præſentandum, licet ex ſe tantum habeat quatuor. Cum qua gloſ. tranſeunt communiter ſcribentes, aſſerentes rationem decidendi eſſe, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, capit. Quod in dubijs, verſic. fin. cum gloſ. de conſecrat. Eccleſ. vel Alt. l. Quæritur, ff. de ſtat. hom. Vnde hanc opinionem ſequuntur Æneas de Falconibus in 4. quæſt. in 14. effectu ex principio, Staphil. de lite. grat. in §. de modo, & form. impetran. numer. 14. Flamminius Pariſſius, de Reſignatione benefic. libr. 2. quæſtione 4. ex numer. 49. Mandoſ. in regul. 1. Cancell. quæſt. 8. numer. 8. Et confirmatur ex expreſſa Rotæ deciſ. 46. in titul. de Conceſ. Præb. in antiq. Pro qua opinione facit, quod tradit Abb. in capit. De quarta, num. 19. de Præſcrip. affirmans, quod quando laicus habet rem communem, & indiuiſibilem cum Eccleſia, tunc non currit præſcriptio contra laicum, ſpatio temporis à iure communi ſtatuti, quia propter Eccleſiam

33 conſeruatur etiam ius ſuum. Ob quam iuris rationem, hoc ſimiliter fieri contingit circa cognitionem delicti commiſsi à Clerico, & laico ſimul, vt ad Iudicem Eccleſiaſticum, non vero ad laicum pertineat, vt notãt Doctores quos referunt Couarr. in Pract. cap. 34. ex princip. Portoles de conſortibus cap. 35. numer. 13. Didacus Perez lib. 3. tit. 1. in Rubr. *De los juyzios*, pag. 450. verſic. ex quibus infero, Menoch. de Arbitr. caſ. 371. ex numer. 12. & quos lata manu ſubiunxi, in 2. par. Collectanea 176. numer. 2. vbi de veritate huius articuli vide. Facit denique pro hac opinione, nam à duobus iudicibus ſimul procedentibus, quorum vnus eſt Clericus, & alius laicus, eſt appellatio interponenda ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, ratione Clerici, & non ad ſecularem; Cardinal. in cap. Super quæſtionum, §. ſi vero duo, verſ. quarto oppono, de offi. delegat.

Adeſt tandem tertia Doctorum opinio in hac quæſt. Felin. namque in dict. tractar. quando lit. Apoſtol. in 6. ampliat. poſtquam plura pro vna parte, & alia retulit, finaliter fœdere diſtinctionis has opiniones ſic reducit ad concordiam, quod vbi reſultat commodum Eccleſię, vel Eccleſiaſticę perſonæ, tunc in caſu mixto, fiat denominatio à qualitate Clericali, & non à laicali; & ita procedat gloſ. in dict. cap. vni. cum alijs ſupra allegatis. Quando tamen reſultaret incommodum, vel deterioratio Eccleſiæ, ſeu Eccleſiaſtice perſonę, ex prędominatione qualitatis Clericalis, tunc inſpiciatur potius qualitas laicalis. Quam etiam diſtinctionem ſequitur Roch. de Curt. de Iure patron. in verb. ius num. 15. Lambert. in 6. art. 1. quæſt. 1. par. 1. lib. ex princ. fol. 6. & in 9. art. 9. quęſt. 3 p. 2. lib. ex princ. fol. 204. Eam tamen diſtinctionem optimo iure reprobat Flamin. Pariſs. de Reſign. benef. lib. 2. quęſt. 4. num. 50. poſt medium.

34 Si autem meam in hac Doctorum varietate licet interponere ſententiam, ſemper vt verius exiſtimaui, in hoc caſu inſpiciendam eſſe beneficij inſtitutionem, ſi namq; vt ſuperius dixi, ex bonis patrimonialibus appareat fuiſſe inſtitutum, illud certe laicale dicetur, quamuis ius præſentandi competat Clerico, dummodo ius illud non ei competat, nec obtineat ratione Eccleſiæ, aut beneficij; ſi tamen huiuſmodi ius ei competat ex bonorum Eccleſiaſticorum inſtitutione, Eccleſiaſticum illud eſſe dicetur. Quo pacto reduci poſſunt ad concordiam duæ illę priores opiniones (tertia namque mihi nunquam placere potuit) vt in primo caſu comprehendatur beneficium in generali reſeruatione, cum dicatur Eccleſiaſticum, non vero in ſecundo, quando dicitur laicale, ſi vero non apparet inſtitutio beneficij, ſed ſolum huiuſmodi ius pręſentandi mixtim, Clerico ſcilicet, & laico pertineat, illud laicale dicetur, ne laicus patronus amittat ius ſuũ propter Clericum, & quia in fauorabilibus

num.7. de Appellat. qui appellat hanc opinionem veriorem,& magis cõmunem. Eridem affirmant Ceballos in quæſt. 493. Didacus Perez lib.8.tit.5.l.1.pag.176.verſ.Preterea,Cardin.in Clem.1.§.nos itaq.num.18. de iureiur. Rebuff.in Concord.in Rubr.de prorogation. dilation.pag.783. in princip. Lud. Lopez 2.par.Inſtr.conſcien.tit.de excõmunicat.cap.13.pag.882.verſ. terciodecimo,Angel.in ſum.in verb.excõmunicatio,el 1.num.20. Tabien. verb.excõmunicatio,el 2.nu.14.Neuizan.in Sylua nupt.lib.3.nu.55. in fi.Felin.in cap. De cauſis,num.2.de offic. deleg.& ibi Dec. n.44.Pedraza in explicat. 7.præcep. decalogi.§.15. verſ. *Pero veamos.* Alphon.Vega in 1.par.ſum.cap.85.caſ.111. in principio, Spin.in Specul.teſtam.in gloſ. rubr.in 11.par.nu.43. Quod verum eſſe intelligo,ſi cõſenſus crediroris pręſtatur ante cõmiſſam pœnam, quia poſt pœnam, & excõmunicationem inflictam,conſenſus ſuper ueniens non tolleret eam; Ang. verb.excõmunicatio,el 1.n.20.verſ.Intellige.Nauarr. in.d.n.15. & Beja poſt alios in dicto caſ.111. verſ. *Lo qual ſe prueua*,& quod facta prorogatione, non maneat reus excõmunicatus; ſatis expreſſe prob.cap.1.de locat.vbi excommunicatio lata in fauorem partis, ceſſat ac-
2 cedente conſenſu illius. Cuius concluſionis ratio ea potiſsime aſsignatur,quod in prorogatione termini cenſetur etiã prorogata pœna,quæ erat in primo termino,vt probatur eleganter in l.lecta,verſ.dicebam, & ibi ſcribentes ff. ſi cer.pet. vbi prorogatio termini facta debitori ſuper mutuo, intelligitur cum vſuris, nulliquè dubium eſt, pœnã eſſe ſoluere vſuras, l. qui ſine ff. de negot. geſt.& quod pœna cẽſeatur etiã prorogata, tenet Bald. in cap. Per venerabilem,col.penult.de elect. & in l.acceptam mutuo, in 7. quæſt.C.de vſur.& in l.1.10.quæſt.C.de his qui pœn.nomin.Paul.de Caſtr.in l.Cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo, verſic. Sed hic quæro, & ibi Alex.in verſ. in gloſ.fin. verb. proficere,de verb.oblig. Alexan.in l.1.§.& poſt operis, verſ. tu ergo pro regula, ff. de nou.oper.nunciar.Boer.deciſ.284.num.9.& 10. Felin.in cap. Præterea. num.34. verſ. & pro hac parte,de Sponſal.ſubdens, quod in ſententia excõmunicationis, & in iuramẽto pręſtito de ſoluendo in termino,ſi creditor concefferit maiorem dilationem, non incidit in periurium, nec in excõmunicationẽ; ſi debitor nõ ſoluat in primo termino,quia cenſetur prorogaſſe cum appendicijs præcedentibus; ſcilicet excõmunicatione,& iuramento,& cum eiſdem qualitatibus, & conditionibus,quæ cõtinebantur in illo primo actu,gloſ.in l.ſed,& ſi manente,ff.de præcar. & tradunt Felin.in cap. De cauſis nu.20.de offi.deleg.Zabarela in dict.num.18.Anton. Gabr.lib.2.com.opin.tit.de dilation. concl. 2.nu.10.11.& 12.Iaſſ.in d.§.& poſt operis, nu.8.Felin.in cap. De cauſis,num.2.de offi. deleg.& ibidẽ Dec.ex n.45.&in c.Præterea, nu.11.de Appellat.Couarr.in cap.Quamuis pactum,1.par.in initio num.6.Gutierrez de iuram.confirm.1.par.cap.49.num.9. Et ratio eſt,quia ille dies aſsignatus per iudicem, eſt præfixus in gratiam creditoris, ideo per ipſum poteſt prorogari, intra quem tamen terminum prorogationis,ſolutione non facta,ſtatim pars incidit in excõmunicationẽ, ex Ant.Gabr.vbi ſupra nu.13.& Gutierrez ſupra nu.11. Rebuff.in dicta pag.783. verſ. ſi tamen debitor, Ioã. Monachus in c. Quicunquè,num.8.de ſent. excom.in 6. Innoc. in dict.cap.Præterea de Appellat.nu.5.verſ. item ſi adueniente termino. Couarr.in cap. Quamuis pactum in 1.par. in initio num.6. verſ.quo in loco,vbi allegat pro hac opinione Dec.in dict.cap. Præterea num.9. verſ.ſi tamen,etidem Deci.conſil.145. per rotum. Quam opinionem,vt veriorem, & receptiorem ſequitur Ant.Gomez,in explicat.Bullę Cruciatæ,in clauſula 10.num.26. Quia cum iudex in vtilitatem creditoris protulerit,ſequitur bene, quod ſi creditor vult differre terminũ,iudex id etiam velle videatur,præſertim cum prorogatio, vt dictum eſt, ſemper intelligatur facta cum omnibus qualitatibus, & clauſulis rei, quæ prorogatur, cenſeatur quę eſſe eiuſdem omnino naturæ, vt probat tex.in l.2.§. ſed ſi iudex,ff.de iudic. & in l.Æmilius,cum gloſ.ff.de minor.& in l. Labeo.2.in princip. & ibi Bart.& iterum in §.vlt. ff. de Arbitr. & tradunt Afflict. deciſ. 110.nu.1.ad fin.Deci.in l. Certi condictio, §.ſi nummos in fin. ff.ſi cert. pet.& in cõſil. 394.num.5. Tiraquel. de Retract. connub. §.1. gloſſ.7. numer.27. Anton. Gabr.lib.2. cõmun.opin. titul.de dilat. concl.2.num.4. Boer. deciſ. 284. numer.9. Couarr.in dict. num.6.verſ.Quia prorogatio.

Contrariam tamen ſententiam, quod inquam præfatus debitor incidat in excommunicationẽ,ſi labatur dies,qui ſibi fuit per partem prorogatus, niſi in ipſa prorogatio

ne adſit iudicis conſenſus, ſequûtur Nauat.
in Man.lat.cap.27.num.15.Pedraza in ſum.
in 7.præcep.decalogi §.15.verſ. *Mas ſi la dilacion*, Vega in 1.par.cap.85.caſ.111.Ludou.
Beja de caſ.conſcient.47. in princip.Ang.in
ſum.verb.excõmunicatio,el 1.num.20.verſ.
ſed pone.Henrriq.lib. 13.cap.20.nu.1.verſ.
ſi Iudex.Rodrig.in Sum.1.par.cap.84.num.
4.ad fin.verſ.*Y aduiertaſe*,Gutierrez de iuramẽt. confirm.1. par.cap.49. num.11.in fin.
& in allegat. 9. num.4. Graffis lib.4. cap.2.
num.41. qui rationem aſsignant, nam licet
3 excommunicatio lata ad petitionem partis
tolli poſsit,antequam incurratur,de conſen
ſu eiuſdem; non tamen poteſt ſuſpendi, atquè differti, nequè ita mutari, vt ſemel ſublata,iterum incurratur; quia id iuriſdictio
nis eſt,quam pars non poteſt tribuere,l.priuatorum C.de iuriſdict.om.iud.Quod ampliat Sylueſt. verb.excõmunicatio,el 2. nu.
1.verſ.decimus tertius. Etiam ſi appoſitum
fuerit pactum per partes,vt debitor reincidat in excõmunicationem, ſi non ſoluat ad
diem prorogatum, adhuc enim nõ incurrit
ipſam ſi prorogatio non fiat auctoritate Iudicis. Vnde quando creditor prorogat terminum , non videtur illum prorogaſſe,cum
pœna excommunicationis;quando quidem
non eſt in ſua facultate,excõmunicationem
inducere. Vt tradit Angel,addit.in dict nu.
20.in lit.F. & ita reſpectu ſolutionis,& non
excõmunicationis, cenſetur facta prorogatio.Tabien. in verb.excõmunicatio,el 2. n.
14.Quia excõmunicatio iudicis, & eius intentio, tantum habet relationem ad primũ
terminum ab eo præfixum;& ideo eo tranſacto ceſſabit, arg.tex. in l. Imperator ff.de
poſtul.cum ſimilibus ſupra allegat.Vnde in
termino prorogato per partem ſine Iudice
non poteſt dari reincidentia excommunica
tionis;cum iam non adſit iudicis ſententia,
nec eius intentio,nec,vt dictum eſt,excommunicatio ex ſolo partium conſenſu poſsit
induci.Quo pacto ſunt intelligenda,quæ in
cõtrarium fuerunt adducta;vt non cẽſeatur
facta prorogatio cum alijs qualitatibus,quã
ſibi permiſsis.

4 Ex quibus infertur intellectus ad illam
clauſulam Bullæ Cruciatæ ; in qua datur facultas,vt parte ſatisfacta,poſsit quicunq; Sacerdos electus,abſoluere pœnitentem ab ex
cõmunicatione, etiam ad inſtantiam partis
lata;nam minime poterit etiam conſentien
te parte ad reincidentiam abſoluere;vt docent Sot.in 4.diſt.22. quæſt.2.art.3. Rodrig.
in Explicat.Bul.Cruc.§.9.num.57.Cordou.
de caſ.de conſcien.quæſt.20.verſ. *Lo ſegundo*,
Gutierrez, allegat. 9. per tot. & maxime in
nu.9. Rodriguez in Sum.to.1.cap.84.nu.3.
Vega 1.par.cap.85.caſ.111.verſ.*La primera*,
& probatur,quia priuilegium non debet ex
tendi vltra id,quod verba ſonãt,cap. Porro
de Priuileg.per Bullam autẽ Cruciatam ſolum datur facultas abſoluendi ſimpliciter,vt
ex eius verbis ſatis aperte conſtat ; ergo nõ
datur facultas excõmunicandi;abſolutio vero ad reincidentiam continet in ſe excõmu
nicationem , in caſu reincidentiæ , vt ſupra
dixi ; ergo ſacerdos virtute Bullę Cruciatę,
vel Iobelei, nõ poterit ad reincidentiam ab
ſoluere,quoniã defficit ſibi iuriſdictio,quæ
ad excommunicacionem neceſſaria eſt,iux.
tex.in c. Tranſmiſſam,cũ ibi not.de elect.&
trad.Henrriq.lib.13.cap.20.num.1.in fi.di-
5 cens, quod quemadmodum cõfeſſarius per
Bullam non poteſt de nouo excõmunicare,
ita nec abſoluere ad reincidentiam,ſed ſimpliciter, & ita quod confeſſarius electus per
Cruciatam,vel Iobeleum,vel per alias Bullas Apoſtolicas, non poſsit abſoluere ad reincidentiam,neq; ad tempus. Tenet Lopez
in Inſt.conc.2.p.tit. de Bul. cap.8.pag.mag.
830.verſ.igitur his.Memoria tamẽ recolendum eſt hic(quia ſuũ aptum obtinet locum)
quod alibi dixi pro interpretatione iſtius
clauſulæ , in diplomate Cruciatæ conceſſo,
qua conceditur facultas abſoluendi ab excõmunicatione ſatisfacta parte , vt nomine
6 partis , cui debitor ſatisfacere iubetur non
intelligatur iudex,cui ipſo iure aplicatur pœ
na pecuniaria ; vt explicat Henrriq. lib. 13.
tit.de excõmunicatione cap.28.num.1.pag.
1176. vbi addit.margin. in litera L. allegat
iura,& Doctores. Ad quod etiam eſt conſu
lendus idem Henrriq.lib.7.tit.de Indulgen.
c.13.nũ.1.vbi etiam addit.in lit.M.pag.514.
ait,nomine partis nõ intelligitur ipſe iudex,
cui forte ex lege,vel ſtatuto, reus in pœnam
debet ſatisfactionẽ pecuniariã; ſed per partem in dicta Bulla intelligitur,ille,cui res debita eſt,& ad cuius inſtantiam lata eſt excõmunicatio; vt animaduertit Ludou.Lopez,
in Inſtr. conc.2.part.titul. de Bulla capit.8.
verſic.per partem non vero Iudices excommunicantes , nequè eorum officiales. Idem
etiam aſſerit Franciſcus Ortiz , in reſol. caſ.
reſol.9. notab.6. verſ. *Y por parte no ſe entienden el Iuez , y ſus Officiales.*

Vt

7 Vt dubitationis huius reſolutio facile percipiatur, placuit illam breuiter proponere, & diffinire; ſi Iudex præcipiat alicui, ſub excommunicationis pęna, vt infra certum terminum, verbi gratia,intra menſem, ſoluat Petro centum. Et Petrus prorogauerit ſolutionem, vſquè ad alium menſem,dubitatur quem effectum operetur iſta prorogatio? Vt certa ab incertis ſeparemus, manifeſtum eſt,quod ſi prorogatio fuerit facta completo iam menſe à iudice aſsignato, nihil operatur quantum ad excommunicationem,quia iam de facto excommunicationis vinculo eſt irretitus. Cæterum ſi ante prædictum menſem à iudice præfixum, prorogatio fiat, diſtinguendum eſt: poteſt enim tribus modis contingere. Primo vt fiat à ſola parte; Secundo à ſolo Iudice, Tertio à Iudice ſimul,& à parte, ſi fiat à Iudice ſolo, vel à Iudice ſimul, & parte, completo illo primo termino,non incurrit excommunicationem, propterea quod non ſoluit intra prędictum menſem. Sed tamen incurrit completo ſecundo termino, vt tenet Syluest. in ſum. verb. excommunicatio,el 2. numer. 1. verſ. Decimotertio. Henrriquez lib. 13.cap.20.nu.1.Rodrig.in ſum. 1. par. cap. 84.nu.4. ad fin. Qui ſufficere ad hoc,quod incurrat, in ſecundo termino conſenſum Iudicis tacitum aiūt. Si autē fiat prorogatio à parte ſola, ſine vlla Iudicis conſenſu, ante primum terminum aſsignatum ab ipſo Iudice, neque completo primo termino, neque ſecundo incidit in excommunicationē qui non ſoluit, vt tradunt Doctores vbi ſupra. Non incurrit in primo termino, quoniam Iudex protulit excommunicationem in fauorem partis, & ita ipſius partis præſtito aſſenſu, excluditur contumacia, ob quam incidir quis in excommunicationem. Neq. incurrit in ſecundo termino, etiam ſi pręceſſerit pactum inter partes,quod ſi nō ſoluerit in ſecundo termino,ſit excommunicatus, quia excommunicatio naſci non poteſt ex contractu, ſed ſolum ex Iudicis ſententia. Tum etiam, quia excommunicare eſt actus iuriſdictionis, vt docet Bald. in l. Tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. tale autem pactum non eſt ſententia, nec tribuit iuriſdictionem ipſi parti. Tandē ſi eo, quod debitor non ſoluit infra terminum ſibi à Iudice præſcriptum, de facto ſit excommunicatus, quamuis pars, in cuius fauorem lata eſt excommunicatio, poſsit tempus ſolutionis prorogare, non tamen poteſt per ſe ſolam, facultatem concedere confeſſario, vt abſoluat debitorē ab excōmunicatione ad reincidentiam, propter rationes proxime aſsignatas, vt docet Rodriguez vbi ſupra. Vel ſi abſolutus eſt re vera, vt ſentit Henriquez vbi ſupra, litera K. non reincidit poſt terminum à parte aſsignatum, ſed ſimpliciter manet abſolutus, quia ſicut confeſſarius per Bullam, aut Iobeleum non poteſt de nouo excommunicare, ita neque abſoluete ad reincidentiam, ſed ſimpliciter.

QVÆSTIO XXIIII.

An qui polluit per adulterium vxorē, cuius ob cauſam maritus eam occidit, ſit irregularis?& quid etiā de Clerico adultero occidente inuaſorem, cum moderamine inculpat tutellæ, iudicandum ſit?

SVMMARIVM.

Adulterium committens non eſt irregularis, etiam ſi ob hanc cauſam maritus vxorem occidat, ſecundum aliquos.

2 *Homicidium caſuale, ita demum ad irregularitatem imputatur danti operam rei illicitæ, quando ille actus illicitus, eſt ordinatus ex ſua natura ad homicidium.*

3 *Irregularis non eſt Clericus, qui in adulterio deprehenſus, cum moderamine inculpatæ tutelæ maritum inuaſorem occidit, ſecundum aliquos.*

4 *Clericus ſi Miſſam celebrando inſultetur, poteſt relicta Miſſa interficere aggreſſorem, & illico ad altare reddere pro Miſſa perficienda, abſque peccati, & irregularitatis labe, & nu. 11.*

5 *Adulterium committens ſit irregularis, ſi maritus ob id occidat vxorem, ſecundum communem ſententiam; quod procedit etiam ſi mulier illa meretrix eſſet; nam ſi contemplatione fornicantium, ad vindicandam ignominiam agnationis a conſanguineis occidatur, omnes fornicatores ſunt irregulares.*

6 *Adulter ſi in adulterio deprehenſus defendens ſe, occiderit maritum adulteræ, vel eius conſanguineos, irregularis eſt.*

Digitized by Google

7 *Clericus adulter eſt irregularis, quando maritus zelotipia ductus, ſe ipſum occideret, forſan quia pertimeſcit adulteri potentiam.*

8 *Item quando maritus vitiatæ vxoris, per deſperationem ſe ipſum occideret.*

9 *Item Clericus adulter eſt irregularis, ſi ob id maritus vxorem percuſſit, vnde abortum fecit.*

10 *Offenſa, vel iniuria grauior eſt aliquem cucuibitare, quam eius filium occidere.*

11 *Intellectus ad Clem. Si furioſus de Homicid.*

12 *Irregularis eſt qui ſe defendendo, dans operam rei illicitæ, aggreſſorem occidit, & nu. 14.*

13 *Intellectus ad cap. 7. ſeſſ. 13. Concil. Trident.*

14 *Homicidium caſuale, ſi nullam omnino continet culpam, non inducit irregularitatem; bene tamen eam inducit, quando quis modum exceſſerit in defenſione.*

15 *Clericus adulter, occidens ad ſui defenſionem maritum inuaſſorem, irregularis eſt in foro exteriori, non vero in interiori.*

16 *Opinio Fr. Dominici de Soto non placet auctori.*

17 *Adulter non eſt irregularis ex homicidio ſubſecuto per eum, quando adulterium commiſſit certus de abſentia mariti, vel ſufficienti diligentia periculum præcauerit, quod ei poterat imminere ex huiuſmodi adulterio.*

18 *Mariti conſentientes vxorum adulterio, multis pœnis in iure afficiuntur.*

19 *Maritus non poteſt occidere vxorem in adulterio deprehenſam, nec ipſam accuſare, quando ille adulterio conſentit.*

20 *Adulterij grauitas, & quibus pœnis olim puniebatur.*

CIRCA propoſitam quæſtio-
1 nem, contrariæ, & ex diame-
tro pugnantes reperiuntur
Doctorũ opiniones; doctiſ-
ſimus namquè Alphonſus de
Caſtr. lib. 2. de leg. pœn. cap. 14. verſ. Huic ta-
men admoneo, aſſerit ſe credere non eſſe ir-
regularem illum adulterum, quamuis ob
hanc cauſam, maritus occidat vxorem; quia
(vt inquit) id euenit præter intentionem
adulterium committentis, nec homicidium
illud ſequitur per ſe, & neceſſario, ex adul-
terio; ſed ſolum occaſionaliter. Vnde ille
non dicitur cauſa illius homicidij, cum non
ſit cooperatus ad illud, nec de eo cõſilium,
præceptum, vel fauorem dederit; imo quod
magis abhorret ille, eſt homicidium ſuæ cõ
ſociæ in delicto. Quare etſi operam rei illi-
citæ dederit, non eſt ei imputandum homi-
cidium, quod ipſo ignorante contigit, per
accidens; præcipuæ cum multi ſint mariti,
qui vxores ſuas viuere ſinant, quamuis ſciãt
eſſe adulteras. Ita Alphon. Caſtr. cuius opi-
nionem probant expreſſe, Couar. in Clem.
Si furioſus, 2. par. §. 4. nu. 10. verſ. tertio ad
idem, Rodrig. in ſum. 1. par. cap. 177. num. 2.
verſ. *Eſta opinion*, Vega tom. 2. cap. 15. caſ. 39.
Aragon. 2. 2. quæſt. 64. art. 8. pag. 284. verſic.
Item qui alterius. Thoma. Zerola. in Prax.
Epiſc. 1. par. §. irregularitas, verſ. ſeptimo,
2 fol. 108. Et huius concluſionis ratio eſt, quia
homicidium caſuale tunc demum ad irre-
gularitatem imputatur, danti operam rei
illicitæ, quando ille actus illicitus eſt ordina
tus ex ſua propria natura ad læſionem, vel
homicidium. Vt explicat Socin. in cap. ad
Audientiam, de Homicid. num. 49. Couarr.
& alij vbi ſupra, Gutierr. lib. 2. Can. Quæſt.
cap. 6. num. 41. Aragon. 2. 2. quæſt. 64. art. 8.
verſ. Dico tunc, pag. 285. vel quando homi-
cidium illud procedit ab illo actu illicito,
per ſe quidem, & neceſſario, & non per ac-
cidens; vt prob. Alphon. de Caſtr. in dict.
cap. 14. ſic Nauarr. in lib. 5. tit. de Homicid.
conſ. 29. num. 5. & in conſ. 30. num. 2. ad fin.
ait. Quod quando cauſa eſt admodum re-
mota, etiam ſi ſit illicita, non inducit irregu
laritatem, ſed debet eſſe proxima, ex inten-
tione, & ſuapte natura ad homicidium ſuf-
ficienter directa. Siueſt. in ſum. verb. homi-
cidium, el 3. num. 2. verſ. quarta. Quod certe
non conſtat in præfato adulterio.

Ex quo infert Soto lib. 5. de iuſt. & iur.
3 quæſt. 1. art. 9. quod ſimiliter, quando Cle-
ricus in adulterio deprehenſus inuaditur, ſi
cum moderamine inculpatæ tutelæ inuaſo-
rem occidit, quamuis operam daret rei illi-
citæ, non debet irregularis cenſeri; quia, vt
inquit Sot. in dict. art. 9. col. 5. homicidium
illud non eſt tunc voluntarium; nam quam-
uis adulterium fuerit voluntarium, non ta-
men fuit per ſe cauſa homicidij, ſed vulne-
ratio, quæ non fuit voluntaria, cum fuerit
in defenſionem vitæ ſubſecuta. Idemq. etiã
in eodem caſu fatentur, Rodrig. vbi ſupra,
verſ. *Lo quarto*, Henriq. lib. 14. cap. 3. num. 4.
verſ. in adulterio, Armilla in ſum. verb. Irre
gularitas, num. 42. Lop. Inſtr. conſc. 2. part.
tit. de Irregularitate, cap. 25. pag. 983. verſ.
Præterea, & hæc quæſtio. Viuald. in Cande-
lab. 2. par. tit. de Irregular. ex homicidio,
num. 212. verſ. alij probabilius, Alphon. Ve
ga in ſpecul. curat. 2. par. cap. 12. num. 242.
fol.

fol.63.late Alphon.Vega tom.2.cap.15. caſu 17.& caſ.29.Petr. Nauar. de teſtit. lib.2. cap.3.num.362.verſ.mihi ergo;optime Hieronymus Llamas in 1.par.methodi cap.12. §.23.pag.216. Ludou. Beja de caſib. conſc. 1.par.caſ.40.ex princ. Bañes 2.2. quęſt. 64. art.8.colum.231. verſ. ſed contra, & ibi Salon colum.1248. in princ.Medin.1.2.q.73. art.8.ex pag.664.in fin.Qui omnes affirmãt opinionem Soti probabiliorem, & veriorẽ eſſe; quod inquam talis Clericus, occiſor mariti adulteræ ob ſui neceſſariam defenſionem, non ſit irregularis; quia cum adulterium non ordinetur natura ſua ad occiſionem mariti, imo magis videtur ordinari ad occiſionem adulteri, non erit imputanda mors mariti ipſi adultero; quia licet ille actus adulterij ſit illicitus,& volitus, occiſio tamen illa,qua ſe tuetur,non fuit volita, ſed velut coacta, in quam non conſentit, neque vt medium, ſed vt effectum ſubſecutum, vt tradit Salon in dicta colum.1248. in princip.Vnde dicit Aragon in dicta pag. 284.colu.2. quod dare operam rei illicitæ, non eſt ſufficiens cauſa, vt caſualiter interficiens incurrat irregularitatem; & ſic quia tale homicidium non ſequitur per ſe, & neceſſario ex adulterio,ſed tãtum occaſionaliter,& præter intentionem adulteri, ideo non eſt imputandum ipſi adultero.In cuius rei confirmationem plura allegantur à Doctoribus,probantia, quod cum iuſte quis ſe defendit, & alter illicite illũ inuadit, quo ad hoc innocens eſt, & poteſt repellere iniuriam, quacunque via poſſit, abſque vlla irregularitate, Fulgoſ.in l.vt vim, num.2.de iuſt.& iur.Gomez de delict.cap.3.num.20. verſ.imo hoc caſu, Viuald. in Candelab. 2. par. tit.de Irregulat. ex homicidio numer. 213. eſſet autem imputanda mors, quando adulter extra defenſionem vulneraret,& inde ſequeretur mors. Petrus Nauarra vbi ſupra num.364.

Et dicta reſolutio ſatis aperte confirmatur ex deciſione Concilij Vienenſi quæ ſic ſe habet; non incurrit irregularitatem qui interficit aggreſſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ; & in Clem. Si furioſus de Homicidio ſic dicitur,nullam irregularitatem incurrit, qui mortem aliter euitare nõ valens,ſuum occidit, vel mutilat inuaſſorẽ. Igitur adulter occidendo ipſum maritum, ob ſui defenſionem neceſſariam, cum moderamine inculpatæ,non incidit in aliquam irregularitatem;imo id licite fit, cum omnia iura permittant propriæ vitæ defenſionem; etiam cum occiſione aggreſſoris,ſi aliter nõ poſſit euitari mors; vt plura cumulando dixi in 2.par. Collect. 96. num. 2. & tradunt Ant. Gomez de delict.tom.3.cap.3. nu.20. Couarr. in Clem.Si furioſus 3. par. §. vni. num.1.Iul. Clar.in §. Homicidium, nu. 24. Plaza de delict.cap.28,num.1.&ibi in num. 6.ait,quod etiam in interiori foro, licet vti

4 què occidere alium ſe defendendo,vt ſi Clericus Miſſam celebrando inſultetur, poteſt relicta Miſſa interficere aggreſſorem, & illico ad altare pro Miſſa perficienda,abſquè peccati, & irregularitatis labe redire. Et idem atteſtantur Abb. in cap. Clerici, el 1. de vit.& honeſt.Cleric.num.2. Socin.in repet. cap.Ad audientiam,num.40. de Homicid.Nauarr.in cap.Nullam,18. quæſt.2. nu. 51. verſ. Nam & ſacrificus inuaſus, Lel. de Zanch.de milite ſacro.lib.1.cap.2. num.24. Gutierrez lib.2.Pract.quęſt.1.num.21.Dueñas reg.192.verſ. Amplia ſecundo, Carrer. in Prax.tit. de Homicid. §. quinto excuſat. num.3.pag.167.Grego.Lop.l.3. tit.16.par. 2.in gloſ. *O defendiendoſe*, Valdes in tractat. Eleemoſinæ,3.par.fol.49.colum.3.in fin.

5 His tamen minime refragantibus,contrariam opinionem in ſupradictis caſibus longe veriorem eſſe apparet,ex Nauarr.in manual.cap.27.num.238. dicente, quod adulter,qui à marito cum vxore deprehenſus; ſuæ defenſionis cauſa eum occidit, eſt irregularis, & eadem ratione Clericus adulter ſit irregularis,ſi maritus ob id occidat vxorem; & ſubiungit, quod in hoc vltimo caſu; Pontifex Maximus Pius Quintus, eam opinionem comprobauit,cum in ſacra Pœnitẽtiaria id controuerteretur.Quod etiã fatetur idem Nauarr. in lib.5.tit. de Homicid. conſ.30.num.1.iuxta finem, ſub his verbis; Tum quia fœlicis recordationis Pius Quintus approbauit opinionem noſtram, quam tenuimus in re controuerſa,quod irregularis eſt Clericus,qui repertus in domo adulteræ,& inuaſus à marito,etiam ſe defendendo occidit maritum. Imo, & qui adulteratus eſt cum vxore alicuius, & poſtea ob id occidit eam maritus,eſt irregularis;quia huiuſmodi adulterium ſuapte natura,lege,vel conſuetudine,dirigitur in homicidium; & in dicto num.238.& in dicto num.1.ait Nauarr. quod cum adulteriũ ſit actus illicitus, & ſufficienter directus ad mortem inferendam;

Digitized by Google

dam, attenta maritorum procliuitate, & cõſuetudine interficiendi adulteros, & vxores, iure fori exterioris, vt probatur in l. Patri, & in l. Marito. ff. ad leg. Iul. de Adult. & in l. Grachus, C. eod. tit. videtur dicendum huiuſmodi adulteros irregulares eſſe. Quã doctiſsimi Nauarri ſententiam ſequuntur, & defendunt Ioan. Baptiſta Courradus, de caſib. conſc. queſt. 31. Corona Confeſſ. 3. par. cap. 10. de Irregularit. pag. 42. & 4. par. cap. 8. de ſacr. ordin. numer. 21. pagin. 201. Ioan. Gutierrez lib. 2. Can. quæſt. cap. 6. ex num. 39. verſ. Hæc tamen opinio, Lel. Zech. de calib. Epiſcop. reſeruat. caſ. 1. numer. 34. pag. 95. verſ. Item adulter; quam veriorem appellat Lud. Beja. de caſ. conſc. 1. par. cap. 40. & communem dicit Lud. Lopez in dict. cap. 25. pag. 984. verſ. Porro, & optime in 1. par. Inſtr. conſc. cap. 63. de occiſione caſuali, pag. 165. verſ. Quoniam, & homicida eſt. Quibus etiam adhæret Simon. Maiol. de Irregularit. lib. 5. cap. 38. numer. 4. ſub his verbis; etſi occultiſsimus ſit adulter, & quantumuis pœnitens, adhuc tamen eſſet irregularis, vt puta ſi maritus, pater, vel quilibet conſanguineus, mulierem ob ſuſpicionem eius adulterij interfecerit, nam hic operam dans rei illicitæ, incidit in culpam eius homicidij. Quod declaratum fuit per fœlic. record. Pium Quintum, in vltima ſignatura menſis Septembris 1571. Et idem Maiol. lib. 5. cap. 48. num. 8. ait, quod ſi adulter

6 deprehenſus virum, vel conſanguineos mulieris ſeſe defendendo interfecerit, irregularis eſt; nec excuſatur illo ineuitabili caſu. Et multo magis hodie egebit diſpenſatione, per id quod habetur in Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. de Reformat. Eandem etiam concluſionem idem Maiol. prob. in eodem lib. 5. cap. 48. §. 3. nu. 15. ſubdens cum Barth. Vgolin. de Irregularit. cap. 29. §. 3. num. 3. in fin. id procedere, etiam ſi mulier illa publica meretrix eſſet; nam ſi vere contemplatione fornicantium, & illo intuitu, ſcilicet ad vindicandam ignominiam agnationis, à conſanguineis occidatur, omnes ſunt irregulares fornicatores, ſaltem Clerici, quorũ intuitu occiſa eſt. Et rationẽ aſsignat, quia cauſam præbuerunt, & participes ſunt illatæ ignominiæ; & cogitare debuerãt, id poſſe contingere ex ſuo illicito actu, & ideo eſſe irregulares prædictos Clericos adulteros. Quod affirmat ita audiuiſſe à fidedignis, & Romanæ Curiæ Iudicibus probatiſſimis declaratũ extitiſſe, in Sacerdote adultero reperto in fraganti, per ſanctiſsimum Pium Quintum. Imo, & in caſu fortiori, cẽſet idem Maiol. in locis proxime allegatis,

7 Clericum adulterum eſſe irregularem, vt puta quando maritus zelotypia ductus, ſe ipſum occiderit, forſan quia exhorret adulteri potentiam, in quo vlciſci nõ audet; aut

8 quando ob ignominiam vitiatæ vxoris per deſperationem ſe occideret, tunc inquam, ait Maiol. Clericum, vel laicum adulterum ex huiuſmodi homicidio irregularem eſſe;

9 ſicut etiam ſi ob id maritus vxorẽ percuſſit, vnde abortum fecit; nam, & in hoc caſu, ob ipſum abortum irregularem fieri adulterum, ſenſit Barthol. Vgolin. de Irregularit. cap. 29. §. 3. num. 4. cum Nauarro. Quamuis ab hac opinione diſcedat Thomas Zerola in 1. par. §. Irregularitas, §. Septimo, in fine. Ratio autem ſupradictæ concluſionis ea eſt, vt in ſuperioribus dicebatur, quia adulterium eſt opus illicitum, per ſe volitũ, & ex natura ſua periculoſum ad homicidium, quia ſaltem ſæpæ inde mors ſequitur, aut frequenter, vt communiter videmus, & ira rixa oritur, imo & maior ex copula carnali, ſicut ex verbis, & factis illicitis; dicit namquè D. Hieronymus in Amos, capit. 7. ante finem, quod vir prudens libentius audit vxorem interfici, quam pollui. Tiraq. l. 13. connubi. num. 27. Mantic. de coniectur. lib. 5. tit. 15. nu. 27. idquè moleſtius patitur, quam ſeſe proprio corpore vulnerari, & ex Io. Fabr. in §. ſciendum, numer. 6. Inſtit. de Donat. & Ægid. Boſio de damnat. coito, nu. 46. deterior eſt offenſa aliquem cucuibitare, quam eius filium occidere. l. codicillis, §.

10 matre, ff. de legat. 2. ibi: (& alia mihi deteriora fecit.) Qua verba communiter exponuntur, ideſt, adulterium cum vxore mea commiſit, ſecundum Rayner. & Imol. ibi: & plures quos circa illius textus intellectũ referunt Gomez in §. fuerat, numer. 44. de action. Neuizan. in Sylu. nupt. lib. 1. nu. 30. Palat. Rub. in Repet. rubr. §. 78. num. 3. Tiraquel. in l. 13. connubi. num. 27. & de pœn. tempet. cau. 1. num. 3. Surd. de Aliment. tit. 7. num. 25. Simanc. de Cathol. Inſtit. cap. 41. ex num. 23. ergo merito irregularitas contrahitur ex adulterio, in caſu propoſito. Hoc etiam confirmatur ex D. Antonino in 3. par. tit. 5. cap. 8. §. 1. relato à Ioanne Baptiſta Conrado, in reſponſ. caſ. conſc. c. 31. poſt principium, dicẽte, quod ad mulierem

alienam

alionem accedens, occaſionem dat homici-
dij; vnde optimo iure illi imputatur. Quã opinionem tutiorem, & approbatã à Pontifice Pio Quinto dicit idem Conrad. vbi ſupra, & in quæſt. 353. & eam ſententiam ſequitur Syluest. in ſum. verb. Homicidium, el 3. num. 6. verſ. tertium. Barth. Vgolin. de Irregul. cap. 29. §. 3. illud namq. adulterium eſt quaſi via, moraliter loquendo, ad homicidium alterius, & idcirco inducit irregularitatem.

In Cuius opinioni minime aduerſantur, quæ in contrarium adducta fuerunt, ex Concil.
11 Vienenſi, & Clem. Si furioſus, de Homicid. quibus iuribus cauetur, non eſſe irregularẽ, eũ, qui ſe defendẽdo, cũ moderamine inculpatæ tutelæ, occidit inuaſorem; quia vt ait optime Syluest. in dict. verſ. tertiũ, Rodrig. 1. par. cap. 177. num. 2. verſ. *y aſsi la que eſta diſtando*; Molina de iuſt. & iur. tom. 1. tract. 2. diſputat. 109. colu. 643. verſ. idem addidit:
12 non procedunt illa iura, quando dans operam rei illicitæ, qui ſe defenderet, & impugnaretur licite, vnde iura excipientia ab irregularitate homicidij voluntarij ſe defendẽtem, de licita defenſione intelligenda ſunt; non autem de illicita; quia ibi eſt irregularitas, cum procedat ex illicito opere, tendens ad homicidium directe. Nam adulterium eſt actus, & illicitus; & ſufficienter directus ad mortem inferendam, attenta maritorum procliuitate, & conſuetudine occidendi adulteros.

Nec aliquid pugnat, quod forſan non interueniat peccatum in huiuſmodi occiſione mariti; cum ſæpeſæpius ad irregularitatem incurrendam nullum exigatur peccatum, vt conſtat in milite, & in iudice, in bigamo, & ſimilibus. Vnde cum ex illo opere illicito, adulterij inquam, ſubſecutum fuerit homicidiũ mariti, & adulter ſimul cooperetur delicto vxoris, negligenſque fuerit in cauendo periculo, imo cauſam præbuerit, vt maritus inuaderet ipſum; conſequitur homicidium inde caſu ſequutum, etiam contra voluntatem, imputandum eſſe eidem, & ſic merito adulter occidendo aggreſſorem, erit irregularis, etiam ſi non excedat modũ defenſionis, cum omnis qui dat operam rei illicitæ, ex qua communiter ſequitur mors, ſi ſequatur homicidium, fiat irregularis, vt communiter fertur à Doctoribus; etiam qui operatur male, debet adhibere diligentiſſimam cautionem, ne ex ſuo opere ſequatur alteri malum. Et ad hæc reduci debent, quæ in ſuperioribus de Sacerdote, qui celebrando fuit inuaſus, quod poteſt relicta Miſſa aggreſſorem occidere, & illico accedere ad altare, pro Miſſa perficiẽda, abſque labe peccati, & irregularitatis. Vt intelligantur vera, quando illicite quis impugnaretur, licite vero ſe defenderet, nõ autem econtra. Quę deciſio ſatis videtur aliquibus confirmari ex Concil. Tridenti ſeſſ. 13. cap. 7. de reformat. vbi exigitur diſ-
13 penſatio in tali caſu, dicit enim, ſi vero homicidium non ex propoſito, ſed caſu, vel vim vi repellendo, vt quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſſum, narretur, quam ob cauſam, ſacrorum ordinum, & altaris miniſterium, & beneficia quæcunq. ac dignitates; iure quodammodo diſpenſatio debeatur, committatur loci ordinario, &c. Si ergo diſpenſatio in eo caſu requiritur; quo quis vim vi repellendo aggreſſorem occidit, igitur incurritur irregularitas, non tolũ quando datur opera rei illicitæ, vt in caſu de quo agimus; ſed etiam quãdo licite quis aggreſſorem occidit, cum lex Concilij generaliter loquatur.

Quæ quidem Concilij definitio noſtris temporibus multorum mẽtes torſit, vt eius veram, ac legitimam explicationem aſsignarent, cum & communi Doctorum ſententię, & dictę Clem. Si furioſus videatur aduerſa? Cui difficultati reſpondet ſapientiſſimus magiſter Bañes, 2. 2. quęſt. 64. artic. 8. colum. 231. verſ. ad ſecundum, & ibi Aragon, ex pag. 282. in fin. quod Concilium Tridentinum loquitur, quando iſte ſe defendens, dubitat rationabiliter de modo iuſtę defenſionis, & vtrum eum moderamine inculpatæ tutelæ, aut ſine illo, tale homicidiũ commiſſerit? ambiguumque eſt, an qui ſe defendit, exceſſerit modum inculpatæ tutelæ? (excedendo enim moderamen fit irregularis) Nauar. lib. 5. tit. de homicidio, conſil. 8. iuxta finem: Et quia iſte caſus frequenter contingere poteſt, ita iuſtum eſt; (vt inquit Concilium) quod committatur ordinario; nam quando certo conſtat, quod aliter vitam tueri non poterat, nulla erit prorſus neceſſaria diſpenſatio; & ita procedat deciſio dictæ Clem. Si furioſus. Quam etiã ſolutionem, & iurium cõciliationem, ſequitur Rodrig. 1. par. cap. 173. num. 1. Vega 2. par. cap. 15. caſ. 23. verſ. Nota, Petrus Nauarra lib. 2. de reſtitut. cap. 3. num. 367. ſubdens;

quod Concilium videtur loqui, vbi non eſt ſeruatus modus inculpatæ tutelæ, ſed aliqua
14 lis culpa pręceſsit. Conſtat namquè homicidium caſuale, ſi nullam omnino contineat culpam laram, aut leuem, non inducere irregularitatem, bene tamen eam inducere, quando quis modum exceſſerit in defenſione, vt probatut in cap. Significaſti, el 2. vbi gloſ. & Doctores de homicid. refert plures Couarr. in dict. Clem. Si furioſus, 3. par. §. vni. nu. 3. hinc inferens, quanam ratione ſit conſideranda hæc propriæ vitæ defenſio, ne tutelæ moderatæ modum excedamus; ſaltem quoad pęnam irregularitatis, aliamve, quæ non ſit criminis ordinaria; vnde dicit Veg. in dict. cap. 15. caſ. 39. verſ. *Los quales affirman*, homicidium caſuale ſemper ei imputari, qui dat operam rei illicitæ, quoad pœnam irregularitatis, pulchre Maiol. de Irregularit. lib. 5. cap. 48. ex num. 7. verſ. Tertia declaratio eſt.

Vel ſecundo reſpondet idem Nauarr. in dict. num. 367. non eſſe alienũ à mente Concilij, ſermonẽ ibi eſſe de irregularitate, quo ad forum exteriorem, & propterea Concilium non dixit ſimpliciter, deberi diſpenſationem, ſed deberi quodammodo diſpenſationem, ad quid ergo addit, quodammodo? Niſi quia non re vera, ſed ſecundum quid, & in foro exteriori debetur, vel ſi fuit exceſſus, ratione cuius quodammodo debetur diſpenſatio. Ex qua ratione non immerito cum Henriq. & alijs relatis à Vega in 2. par. cap. 15. caſ. 17. verſ. *Mas nota*, inferri
15 poteſt pro ſolutione propoſiti dubij, quod Clericus adulter occidens ad ſui defenſionem maritum inuaſſorem, irregularis ſit in foro exteriori, non vero in interiori, & conſcientiæ, cum plus teneatur homo vitæ ſuæ prouidere, quam vitæ alterius; vt tradit Soto lib. 5. de iuſt. & iur. quæſt. 1. art. 8. Hippol. in l. 1. 9. limit. ff. de ſiccar. Ludou. Carrer. in Prax. crim. tit. de Homicid. §. 6. num. 16. cum relatis à Couar. in Clem. Si furioſus, 3. par. §. vni. num. 1. Quia tamen horror, & ſcandalum oritur ex tali occiſione, vel mutilatione facta ab ipſo adultero, cum adulterando huic periculo ſe expoſuerit, cauſamquè præbuerit marito adulteræ, vt de eo vindictam ſummat, ideo quamuis propriã mortem impediat adulter, in foro exteriori cenſetur irregularis, ſi maritum inuaſſorem occidat. A qua irregularitate poterit quis abſolui iuxta formam Concilij: & quã uis aliter intendat verbis Concilij reſpondere, Rodrig. in ſum. 1. par. cap. 173. num. 1. verſ. *Empero yo reſponderia*, quem ſequitur Vega in 2. par. cap. 15. caſu 23. verſ. *Empero.*

Ego tamen, alijs omnibus ſolutionibus relictis, reſpondendum cenſeo, non ſufficere ad vitandam irregularitatem, quod occidens ſeruet moderamen inculpatæ tutelæ, eo tempore, quo aggreſſor fuit occiſus, ſed opportere, ne inuaſio procedat ex actu illicito, culpa ipſius pręcedente; vt in terminis conſuluit Nauar. lib. 5. tit. de homicid. conſ. 33. num. 1. verſ. ſed contrarium, Rodrig. 1. par. cap. 277. num. 2. verſ. *Y aſſi lo que eſta difinido*, Gutierrez lib. 2. Can. Quæſt. cap. 6. numer. 43. verſ. nec defenſio, optime Silueſt. in ſum. verb. homicidium, el 3. num. 6. verſ. tertium. Et quamuis forſan in hoc caſu, nõ peccet adulter occidendo aggreſſorem, incurrit tamen irregularitatem, in qua poterit diſpenſare Epiſcopus, iuxta formam traditam à Concilio in dict. cap. 7. quamuis ſit contracta ſe defendendo, & vim vi repellendo aduerſarium. Et denique hæc iuris reſolutio elegantiſsime confirmatur, ex traditis à Simon. Maiol. de Irregularitate, lib. 5. c. 48. ex num. 8. ſub his verbis; quarta declaratio eſt, vt conſideremus, an is qui ſe defenderit, ſeſe induxerit in eam neceſsitatem, exemplum eſt, ſi quis prouocauit rixam, aut alienam domum ſit ingreſſus, furandi, vel adulterandi cauſa, nam illis, ac ſimilibus caſibus, ſi occidat ad ſui neceſſariam defenſionem, ſit irregularis, non ſolum quia daret operam rei illicitæ, ſed quia culpa eius eſt, quod ſe ſubiecerit tali neceſsitati. Nam lex non ſuffragatur ſubijcienti ſe in neceſsitatem. l. Sed ſi plures, §. ſi fideiuſſor, ff. Qui ſatisdar. cog. Vnde etiã ſi neceſsitas cauſet inuoluntarium homicidium, non tamen auferr culpam, quæ ſufficit ad irregularitatẽ. Vnde, vt inquit Maiol. ſi non eſt irregularis ex voluntario homicidio, eſt ex culpabili, quod ei imputatur, & ſufficit ad irregularitatem. Idem etiam cenſet Viuald. in Candelab. 2. par. tit. de Irregularit. ex homicid. volunt. numer. 227. his verbis: Septimo nota, quod ad hoc vt quis inuaſſorem occidendo ab irregularitate excuſetur, eſt intelligẽdum, quando aggreſſus operam dabat rei licitæ, ſecus ſi illicitæ; quia tunc voluntate ſua in tale deuenit periculum. Nam ſi quis prouocauit alium ad rixam, aut alienam domum adulterandi, aut furandi cauſa in-

gredia-

grediatur, quare irregularitatem effugiet? Cum ſua culpa ſe tali ſubiecerit neceſsitati, quia lex non ſuffragatur ſubijcienti ſe in neceſsitatem, tex. in l. Sed ſi plures, §. ſi fide iuſſor, ff. Qui ſatis dar. cog. Vnde idē Viual. poſtquam ſub eodem rit. numer. 112. dixit probabiliorem eſſe contrariam opinionem, id eſt, non incurrere irregularitatem, ſi moderamen inculpatæ tutelæ ſeruauit quis ſe defendendo, quia etiam ſi adulterium fuerit omnino voluntarium, homicidium inde ſequutum fuit caſuale, & non voluntarium; ſtatim ſubijcit idem Viuald. huiuſmodi verba; Quia tamen in Curia Romana in facti contingentia reſponſum fuit, talem egere diſpenſatione, tutius, ac ſecurius eſt illam impetrare. Quam etiam opinionem ego libenter amplector, abſquè eo quod me deterreat magna turba Doctorum contrariū aſſerentium, vt diximus; cum validioribus rationibus hæc ſententia comprobetur.

16 Ex quibus etiam rationibus, improbanda videtur altera Dominici à Soto, & aliorum ſententia, vbi ſupra, verſ. In primis, affirmantium, quod ſi Clericus in adulterio deprehenſus inuaditur, & cum moderamine inculpatæ tutelæ inuaſorē occidat, quāuis operam daret rei illicitę, non cenſetur irregularis; nam quamuis adulterium fuerit voluntarium, non tamen fuit per ſe cauſa homicidij, ſed vulneratio; quæ non fuit voluntaria, ſed præciſſe neceſſaria pro ſui defenſione, omni iure licita, & permiſſa; naturali etenim ratione, vnicuiq. permiſſum eſt, ſeipſum ab aggreſſore defendere, Ant. Gom. to. 3. c. 3. n. 20. Conan. lib. 1. commen. c. 4. nu. 8. Soto lib. 5. de iuſt. & iur. quęſt. 1. art. 8. optime tex. in l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. vbi Accurſius in gloſ. verb. nam iure, nō conſiderans, hanc defenſionem iure naturali permiſſam eſſe, addit Iuriſconſultum intelligendum fore Iure fori, non cœli. Qua in re refellitur per Paul. de Caſtr. num. 8. & ibi Oroſc. num. 4. & idem Paul. de Caſtr. in rep. l Ex hoc iure, num. 8. ff. eod. tit. de iuſt. & iur. Non enim paritur humana cognitio, iuris naturalis non ignara, quicquam naturali ratione permitti, quod apud Deum nō ſit idem permiſſum, vt tradunt optime Couarr. in Clement. Si furioſus, 3. par. §. vni. numer. 1. Gutierrez lib. 2. Pract. Quæſt. 1. ex num. 19. Supradicta ſiquidem ratio omnino corruit. Vt enim ait Gutierrez, lib. 2. Canon. Quæſt. cap. 6. nu. 43. nec defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ in propoſito excuſat; quandoquidem inſpecto principio illicito ſufficienter directo ad homicidium, in quo principio illicito actualiter deprehenditur adulter, dando operam rei illicitæ, cum ad arma peruenitur, illa potius cenſenda eſt offenſio, ſatis enim prouocatus maritus, tunc occiditur: Aggreſſor igitur videtur adulter, occidens in propoſito quoad præſentem materiam incurrendæ irregularitatis; cum expoſſuerit ſe voluntarie, probabili periculo, ac frequenter contingenti, occidendi, vel occidi. Et deniquè, quia euētus ex aliquo opere ſequuti, minime quidē ab operante pręcogitati, ſed pręter eius intentionem contingentes, imputantur operanti, ſi illi euentus per ſe, & neceſſario ſequuntur ex priori opere, aut ſaltem, vt in plurimum ex illo eueniunt, & euenire ſolēt, vt deducitur ex D. Tho. 1. 2. quæſt. 20. art. 5. & eſt conſtitutiſsimum ſecundū Couarr. in dicta Clem. 2. par. §. 4. num. 10. verſ. illud ſanæ, & tradit Gutierrez lib. 2. Can. Quæſt. cap. 6. num. 45. vnde Rodrig. in ſum. 1. par. cap. 177. num. 2. verſ. *Lo quarto ſe infiere*, in eo

17 caſu ait, quod adulter ſit immunis ab irregularitate, ex huiuſmodi homicidio ſubſequuto, quando adulterium commiſſit, certus de abſentia mariti, vel cuſtodibus, aut aliter ſufficienti diligentia præcauerit huiuſmodi periculum, quod ei imminere poterat ex illo adulterio, aliàs enim talis ingreſſus, iure dici poteſt eſſe via ad homicidium. Et ſic quod huiuſmodi adulter occidēs maritum, ſit homicida, tenet Nauarr. in Mani cap. 15. num. 7. & quod ſit irregularis, affirmat in cap. 27. num. 238. cum alijs ſuperius allegatis.

Quamuis autem ex ijs, & alijs, quæ conſulto ommitto, ſupradicta opinio verior mihi ſemper viſſa fuerit, reprobata diſtinctione quoad ipſum ſubiungit Vgolin. de Irregularit. cap. 29. §. 3. numer. 4. verſ. quid igitur, quia tamen aliquibus fortſan placebit probabilis cōcordia, quam inter ipſam, & priorem aſsignat Ioan. Gutier. lib. 2. Canon. Quæſt. cap. 6. num. 42. ideo eam referre

18 libet. Ait etenim primam opinionem Alphonſi à Caſtro, & aliorum procedere in maritis vilibus, qui honorem parui pendūt, atquè ſcienter vxores adulterari, id patiuntur, atquè earum crimini conſentiunt; qui quandoquè lęnocinij crimine pretio accepto notantur, aduerſus quos homines (cum ſint

ſint infames) multa ſunt ſpecialia ſtabilita
in iure, vt proſequitur Iodoc. Damhouder
in Prax.crimin. cap.90. & 91. Didac.Perez
lib.8.tit.14.ex.l.2.ex pag.274. Ant. Gom.l.
80. Taur.ex nu.73.Didac.Cantera in quęſt.
criminal.cap.4.tit. de Lenocinio, ex numer.
59. Simon. Maiol.de Irregularit.lib.5.capit.
41. Alphon. Azebed.lib.8.tit.20.l.4. numer.
38. Menoch. de Arbitr.centur.6. caſu.534.
ex num.20.Iul.Clar.§.adulterium, num.15.
19 Et inter alia, eorum vxores non poſſunt ac
cuſari, nec occidi à maritis pro adulterio: &
quamuis adulterium cum ipſis commiſſum,
opus ſit illicitum, & peccatum graue, non
tamen videtur periculoſum, nequè ſufficiē-
ter directum in homicidium; imo inſolitū,
& raro contingens, quamuis aliquando dę-
monis inſtigatione, & ſuaſione, vel ob ceſ-
ſationem muneris iniqui, ij viles homines
commori, adulteros occidant, non tamen
hoc videtur habendum eſſe in conſidera-
tione, ſi id accidat, quoad præſen: propoſi-
tum; nec enim erat tanta cauſa id prā cauen
di à principio, ſicut in ſecunda ſpecie, & in
caſu ſequenti, inquo, ſecūda opinio dicitur
vt procedat, in viris grauibus, & qui hono-
ris proprij ſunt obſeruantiſsimi, de quibus
merito conijciendum eſt, quod ſi adulteriū
vxorum præſcirent, adulteros occiderent,
cum iuſte id leges ciuiles eis permittant,
certis quibuſdam ſolemnitatibus interue-
nientibus; eo præſertim, quod vt inquit
Bald.colu.penult. in cap. Arſi Clerici, §. de
adulterijs, de iudicijs, adulterij crimen eſt
infeſtum bonis viris, & turbat honorē ma-
trimonij, & famam liberorum, in qua con-
ſiſtit decus gentium, Auth.de nupt. in prin-
cip.& cognationem denigrat Boſsius de dā
nato coitu, num. 44. ideo adulteri antiquis
temporibus, grauiſsimis afficiebantur ſup-
plicijs, & pœnis; vnde delicti huius atroci-
20 tatem poſſumus metiri. Inter Græcos adeò
deteſtabile erat, vt quicunq. adulterum in-
ueniebat, illum occidere poterat; pœna cer-
te ita acerua, & formidabilis, vt Cain poſt
fratricidium perpetratū, eam pertimeſcens,
toto vitæ ſuæ tempore contremiſceret; di-
cens; omnis qui inuenerit me, occidet me.
Cum enim vnius ſolum vitæ debitor Deo
eſſet, tot vitas amittere timebat, quot erant
homines, qui illam ab eo auferre poterant.
Ægyptij grauius delictum iudicabāt ipſum
adulterium, quam homicidium; & ob hanc
cauſam ingrediens Ægyptum Abraham, pe
tijt à Sara vxore ſua, vt ſe nō vxorē, ſed ſo-
rorem illius eſſe diceret, ne ipſum occide-
rent. Geneſ.12. Occident me(inquit) & te
reſeruabunt. Si enim intelligerent Saram
eſſe Abrahæ vxorem, proculdubio ipſum
Abraham occidiſſent, ne Sarę coniungen-
tes adulteri iudicarentur; hoc enim adulte-
rij crimen, longe grauius exiſtimabant, quā
homicidium. Romani, adulterium læſæ ma-
ieſtatis crimini æquabant. In lege Moyſis vi
uos fuiſſe combuſtos adulteros probatur,
Geneſ.c.38. Quæ etiam pœna eodem tem-
pore apud Paleſtinos inualuit; vt etiam le-
gitur Geneſ. cap. 26. vt patet in ſententia,
quam protulit Iudas, contra nurum ſuam
Thamar. Et quam graue hoc crimen fuerit,
quantumq. diuino numini diſplicuerit, in-
de apparet, quod in tabulis legis Iudęorum
ſcriptum fuerit, ambos hoc inquinatos cri-
mine obrui lapidibus, vſquè ad internecio
nem, vt probatur, Deut.cap.32. Et quamuis
ommittam quæ more ſuo copioſe, & elegā
ter adducunt Andr. Tiraquel.de legib. Con
nub. Ant. Conſtanus lib.quæſt.iuris, 1. Co-
uarr. Didac. Perez, Iul. Clar. & alij plures:
hoc tamen, vt notabile non tacebo. Ab ini-
tio vrbis conditæ, Romulum Quirinum,
adulteris pœnam mortis impoſuiſſe, vt ex
Dionyſ. Alicarnaſeo, refert Ant. Conſtanus
in Comment.de dotib. cap.6.numer.25. &
Balduin.in §.lex Iulia, de adult.num.3.Inſt.
de pub.Iudicijs, & ad leges Romuli, cap.15.
qui fortaſis hanc iuſtam legem ſtatuit con-
ſilio Iſaiæ Prophetę, cuius tempore ipſe Ro
mulus vixit, vt affirmant idem Balduin. ad
leges Romuli, cap. 6. & Queſada diuerſ.
quæſt.iur. cap.17. num. 31. & quantum id
crimen Chriſtus Dominus cenſuerit vide-
mus, nam cum in Euangelio ſuo retinendas
omnino vxores iuſsiſſet; nec vllam permiſ-
ſiſſet diuortij cauſam cōtra Moyſis legem,
vnicum tamen adulterium excepit; ferenda
eſt igitur vxor tumulenta, iracunda, guloſa,
vaga iurgatrix, aut deformis, ſolā licet adul-
teram repudiare. Aſpera quidem, & reliqua
ſunt vitia, ſed tolleranda; at mulier fidem
thori violans, intollerabilis eſt. Vnde tanta
eſt adulterij grauitas, quod quamuis ex le-
ge diuina, quos Deus coniungit homo non
ſeparet, tamen propter adulterium indu-
citur à Canone, thori ſeparatio, cap. ex li-
teris de diuortijs, & tam graue eſt crimen,
vt nulla cauſa iuſtificari, aut cohoneſtari
poſsit, cap. etſi Chriſtus, de iureiuran. alle-
gat

gat plures, Surdus de Aliment. tit. 7. quæſt. 16. num. 24. Sic viri graues, & proprij honoris vigiles, eas nequaquam permittunt, & de ipſis præſumendum, & conijciendum eſt, quod ſi adulterium vxorum præſcirent, adulteros occiderent, & tunc quidem indubium videtur, cum adulterium ſit proxima cauſa, & ſufficiẽter directa in homicidium, quod ſaltem veroſimiliter exinde nimis timendum eſt ſubſequi poſſe; & proinde præcauendum, ne aliàs adulter huiuſmodi, ex homicidio vxoris efficiatur irregularis; qui enim illicite aliquid aggreditur, quod eſt cauſa, vt alium occideret propter ſui neceſſariam defenſionem, non ſolum peccat id aggrediendo, ſed etiam eſt homicida, ſecundum S. Antoninum in 3. par. ſum. tit. 5. cap. 8. §. 1. col. 2. quod eſt intelligendum iuxta mentem Caietan. ſecundum Nauarr. in manual. cap. 15. numer. 7. Quando opus illud illicitum erat quędam via ad homicidium perpetrandum; prout in propoſito contingit, quando viri graues habent vxores adulteras.

Obiter tamen notandum eſt, quod licet multa poſsint adduci, quæ adulterij grauitatem oſtendant, nihil tamen (meo iudicio) efficacius hoc comprobat, quam id quod eleganter conſiderauit D. Chryſoſt. ſuper illa verba Pauli. 1. Cor. 7. vbi ait; Si qua mulier habuit virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat illam, at vir vxorem nõ dimittat, niſi fornicationis cauſa; at ſi fuerit infidelis marito, poterit ipſe illam dimittere. Aduertit peracute Doctor Sanctus, quod videtur Deum grauius peccatum iudicare, infidelitatẽ vxoris reſpectu viri, quam erga ipſum Deum, quando quidem infidelem vxorem contra Deum, non permittit maritum à ſe abdicare, & dimittere, at vero infidelem marito, dimittendi licentiam præbet.

QVÆSTIO XXV.

An ſpe Indulgentiarum, vel Bullæ Cruciatæ peccans, ea rundẽ virtute obtinere poſſit abſolutionis beneficium?

SVMMARIVM.

1 *Peccans ſpe conſequendæ abſolutionis, virtute, & ratione Indulgentiarum, vel literarum Apoſtolicarum, vi ipſarum abſolui non poteſt, ſecundum aliquos, niſi id etiam concedatur, & num. 3.*

2 *Immunitas Eccleſiæ non prodeſt illi, qui in ipſa Eccleſia, vel ſub confidentia, vel ſpe immunitatis delinquit.*

3 *Peccans cum conſanguinea, ſpe matrimonij, difficilius obtinet diſpenſationem; & illa non gaudet, niſi id exprimatur.*

4 *Peccans ſpe conſequendæ abſolutionis virtute Bullæ Cruciatæ, vel aliarum Indulgentiarum, poteſt virtute illarum abſolui, ſecundum veriorem ſententiam, cum limitatione in fine numeri poſita.*

5 *Concordia duarum ſupradictarum opinionum in præſenti quæſtione.*

6 *Abſolui poteſt quis virtute Bullæ Cruciatæ à peccatis reſeruatis commiſſis tam ante ſuſceptam, quam poſt ſuſceptam Bullam, contra Cordouam, & Ant. Gomez.*

7 *Concordia alia prædictarum duarum opinionũ, ex auctoris ſententia.*

1 DOCTISSIMVS Palat. Rub. in repet. cap. Per veſtras in initio, in §. 10. nu. 2. de Donat. int. vir. & vxo. aſſeuerat, peccantem ſpe conſequendę abſolutionis, virtute, & ratione Indulgentiarum, & Apoſtolicarum literarum, non poſſe abſolui; quam etiam opinionem ſequuntur Couarr. lib. 2. var. cap. 20. num. 15. verſ. viceſimo ſexto. Menoch. lib. 5. præſump. 10. num. 6. Ant. Cordou. tract. caſ. de conſcien. quæſt. 22. verſ. *Con tal condicion que no aya cometido*, Nauar. in §. in Leuitico, notab. 30. nu. 7. Lopez 1. par. Inſtr. conſcien. cap. 27. pag. 75. verſ. Sed ego dico, Baldes in tract. Eleemoſinę, 1. p. fol. 10. col. 4. Franciſcus Ortiz Lucio in reſol. caſ. conſcien. reſol. 1. fol. 208. verſ. *Nota que los delictos*, & in ipſius confirmationẽ iuuant pulcherrima Lactantij Firmiani verba, in lib. 6. diuinarũ inſtitut. cap. 13. quæ, poſt alios vbi ſupra, referũtur à Bonadilla lib. 2. cap. 14. nu. 27. ipſe inquã, cũm de eleemoſina elargienda diſſeruiſſet, ita inquit, nec tamen quia peccata largitione tolluntur, dare tibi licentiam peccandi putes; abolentur enim ſi Deo largiare, quia peccaneras; nã ſi fiducia largiendi pecces, nõ abolentur. Quæ verba eleganter declarãtur ab Angelico Doctore D. Tho. vna cum Caiet. 2. 2. quæſt. 21. art. 2. ad 3.

Corroboratur etiam hæc opinio ex l. 1. §. hæc autem actio. Ibi, qui hac ſpe audacior

cior factus eſt, & ibi, ſpe imminentis libertatis,ff. ſi quis teſtam.lib.eſſe iuſſus,& incapit. Quando, el 1. de conſecrat. diſtinct. 4. ibi,multos noui,qui hoc paſsi ſunt, qui ſpe baptiſmatis multa peccabant, & in cap. illud,§ licet,de Cleric. excomm. miniſtr.ibi, illud autem, quod ſub ſpe veniæ, quibus iuribus, & alijs allegatis à Doctoribus, elegantiſsime probatur, ſpe veniæ, aut Indulgentiarum peccantem, non vtiquè poſſe earum virtute abſolutionẽ conſequi. Quod etiam tradit Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 59. num.12. vbi etiam alios refert Baiard. in addit. num.97. Guilliel. Benedict.in repet. cap. Raynutius,verbo mortuo, itaquè teſtatore,el 1. numer.112. & ratio eſt,quia fruſtra priuilegij auxilium implorat, imo illud amittere meretur, qui contra priuilegij tendit voluntatem; nec eſt dignus, vt eius beneficio iuuetur, qui eo male vtitur, iuxta tex. in l.auxilium, in fin. ff.de minor. cap. Quia fruſtra, de vſur. Azebed. lib. 6. titul. 1. l. 1. num. 47. Eò præſertim, quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, vt habetur in cap. eſt iniuſta, 23. quæſt. 4. & in cap. vt Clericorum,de vit. & honeſtat. Cleric. & ait tex. in cap. ſane de pœniten. diſtin. 3. Nemini dedit Deus laxamentum peccandi, quamuis miſerando deleat iam facta peccata.

2 Secundo hæc opinio confirmatur ex tex. in cap.fin.de immu.Eccleſ. quo cautum eſt, ne immunitas Eccleſiæ proſit illis, qui in ipſa Eccleſia, vel ſub confidentia,& ſpe immunitatis Eccleſiæ delinquũt. Opportet enim reprimere audaciam eorum,qui hac immunitate freti crimina frequenter committũr; alioquin de facili ea committerentur, & eſſet contra mentem eorum; qui prædictam immunitatem ſacris locis conceſſerunt;non vt eſſet refugium, & ſpelunca latronum,ſed vt præſtarent tutamen miſeris, qui fragilitate humana, aut caſu, in aliquod crimen incurriſſent. Vt plura allegando tradit Paz tom.1. 5.par. cap.3.§.3.num.26. Bouadilla lib.2.cap.14.num.92. ad med. Vnde optimo iure cautum eſt in dict.cap. fin. ne gaudeat Eccleſiæ immunitate,qui ſub eius confidentia,& ſpe crimen committit, vt etiam obſeruant,& docent Bouadilla lib.2. capit. 14.num.26. Gonni de immunit. Eccleſ.fallent.25. Villad.ad For. Iuzgo, lib. 9. tit. 3. l.1. num.10. verſ. tertio excipitur. Couarr. in dict.num.15. Alciat. in regul.3. præſumptione 33. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 30 num. 15. Azebed. lib.1. tit.2. l.3. ex num 24. latiſsime Gutierrez lib.3. pract. cap. 1 ex princip. Menoch. in dicta præſumpt.10, numer.4. Farinac. in prax. cap. 28. ex num. 53. verſic. Secunda eſt ratio, Paz in prax. tom.1. 5.partis,cap.3. §.3.num.94. Iodoc. Damhouder. in prax.crimin. cap. 106. numer. 8. ſubdens, quod cum hac ſpe rei licentioſius peccent, non ſunt per talem iniquam ſpem à libertate Eccleſiaſtica defendendi.

3 Tertio id ſatis probari videtur in Concil. Trident. ſeſſ. 24. de Reformat. matrimon. cap. 5. vbi qui deliquit cum conſanguinea ſpe matrimonij, difficilius obtinet priuilegium,vel diſpenſationem;& illa non gaudet, niſi id exprimat. Ad cuius tex. declarationem eſt videndus Nauarr. in manual.cap.22.num.86.ex quibus,& alijs quæ conſulto ommitto, cum frequenter referantur à Doctoribus, optime colligitur non valere priuilegium, quod cauſam, & occaſionem peccandi præbet, & peccato patrocinatur. Ergo cum iſtud contineat priuilegium, de quo agitur, videtur dicendum, peccantem ſpe, & confidentia Indulgentiarum, earundem virtute abſolui nequaquam poſſe; niſi id expreſſe in ipſa facultate concedatur. Vt ait Rodriguez tomo. 1. Quæſt. regular.quæſt.20.art. 16. cum tacite ſubintelligatur in omnib' priuilegijs, quod virtute eorum nemo abſoluatur, ſi cum confidentia ipſorum peccata commiſſerit, & cenſuras contraxerit. Miror tamen quo pacto ſtatim ſubijciat doctiſsimus ille pater, peccantem cum dicta confidentia, minime poſſe abſolui; niſi ex negatione talis abſolutionis, periculum ſpirituale ipſius animæ abſoluendæ timeatur. Si namquè qui peccat confidentia priuilegij amiſsit illud, vt ipſe affirmat, oſtendat nobis quomodo vi ipſius priuilegij poteſt ille abſolui, quamuis periculum timeatur, cum illud periculum non reualidet priuilegium ſemel amiſſum.

4 Nihilominus tamen contrariam opinionem,& poſſe quem abſolui à reſeruatis, ex confidentia Bullæ Cruciatæ, & aliarum Indulgentiarum Apoſtolicarum commiſsis, vt verius affirmant Ant. Cordoua ſibi contrarius lib.5.de Indulgen. quæſt. 34. in fin. & quæſt.37.propoſit.3. Ludou. Lop. 1.par. Inſtr.conſcien.cap.285. pagin. 804. verſic. ſecuti-

ſecundo dicitur, Henriq. lib. 7. cap. 9. nu. 4. verſic. & peccata quæ fecit, & ibi additio marginal. in litera N. Rodrig. in Explicat. Bul. §. 9. num. 99. Anaſt. Germon. lib. 3. de ſacr. Immunit. cap. 16. num. 88. Viuald. in Candelab. Eccleſ. 1. par. tit. de confeſſ. nu. 42. quia vbi priuilegium non diſtinguit, tantum valet, quantum ſonat; quam etiam opinionem ſequuntur Iacob. de Graff. lib. 1. cap. 13. num. 59. Ruttilius Benzonius de Anno. Sancti Iobelei lib. 5. capit. 15. dub. 24. pag. 567. pulchre Lud. Beja in reſponſ. caſ. conſc. 2. par. caſ. 2. ex tribus propoſitis, die vigeſimoterrio Nouembris, ex pag. 471. vbi eleganter pro vtraquè parte diſputat, quem omnino vide; hanc etiam opinionem defendit, tanquam veriorem, ſatisfaciendo argumentis in contrarium adductis, Vega in ſpec. curator. cap. 11. num. 274. fol. 306. Ledeſma in ſum. 1. par. de ſacram. Pœniten. cap. 13. verſ. *La decima duda*, ex pag. 576. & hanc ſententiam probabilem, ex vſu appellat Læl. Zech. de ſacram. Pœniten. cap. 19. pag. 620. verſ. Duodecimo; quamuis contraria verior de iure ſit. Et hanc defendit Nauarr. ſibi contrarius lib. 5. tit. de priuileg. conſ. 10. num. 3. & in §. in Leuitico, notab. 54. num. 6. qui etiam reſpondet argumentis, quæ in contrarium adduci poſſunt; aſſerens ſimiliter, quod qui peccat nulla ſpe veniæ concepta, propinquior eſt maiori malitiæ, & ita peior eſt, eo qui eſt remotior ab illa; imo circunſtantia illa, ſpei promerendi veniam, videtur aliqua ex parte temperare malitiam peccantis. Et hinc eſt quod omnes fere Chriſtiani, & Catholici admittimus multa peccata, ſpe veniæ obtinendæ per pœnitentiam, quæ non admitteremus, ſi crederemus nullum eſſe pœnitentiæ remedium; & tamen ideo non excludimur à beneficio pœnitentiæ. Ideo Cai. ſcribit in 2. 2. quæſt. 21. art. 2. ad 3. eſſe vulgarem errorem putantium, peccantē, ſub prętextu confeſſionis, & pœnitentiæ faciendę, peius facere; ſiquidem S. Thom. ibidem dicit; peccare cum propoſito perſeuerandi in peccato, ſub ſpe veniæ, ad præſumptionem pertinet, & hoc non diminuit, ſed auget peccatum; peccare autem ſub ſpe veniæ quandoquè percipiendæ, cum propoſito abſtinendi à peccato, & pœnitendi, non eſt præſumptionis, ſed hoc peccatū diminuit; quia hoc videtur habere voluntatem minus firmatam ad peccandum. Nam præſumptio eſt magnum peccatum, minus tamen quam deſperatio; quoniam magis proprium eſt Deo miſereri, & parcere, propter eius infinitam erga homines bonitatem, quam punire. Vnde Magiſt. ſenten. lib. 2. diſtinct. 22. §. E. affirmat Adam minus peccaſſe, quam peccauerit Eua; quia de pœnitentia, & Dei miſericordia cogitauit. Ex quibus reſoluit eleganter Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunit. lib. 3. cap. 16. num. 88. ſpe Indulgentiarum peccantem, earundem virtute conſequi poſſe abſolutionis beneficium, ſi habuerit propoſitum abſtinendi deinceps à peccato, quia tale propoſitum non auget, ſed minuit peccatum, & eſt, vt ait Caietan. in dict. art. 2. ad 3. voluntatis tranſitoriæ, non pertinacis in malo. Et tenendo hanc opinionem vt veriorem, ipſe Anaſtaſius Germonius, reſpondet obiectionibus ſuperius in contrarium adductis.

Quæ opinio placet aliquibus, vt non procedat, quando in ipſis Indulgentijs, & facultatibus exprimitur, ne ſpe illarum peccantes eis vti poſſent, vt aſſeuerant Martinus Ledeſma in 2. quarti, quæſt. 29. artic. 1. Ludouic. Beja in dict. caſ. 2. pagin. 477. verſic. Hæc tamen, Vega in ſpeculo Curatorum, cap. 11. numer. 274. verſic. *Verdad es*, pagin. 306. Ludou. Lopez inſtr. conſcien. 1. par. cap. 285. pag. 804. verſ. niſi in Bullis, vel Indulgentijs, Iacob. de Graff. & Nauarr. in locis ſuperius allegatis; vnde Sylueſtr. verb. Indulgentia, num. 28. ex doctrina Archidiaconi, in forma abſolutionis docet, ſolere addi clauſulam illam (præterea, quæ ex confidentia huius indulti commiſſi) &c.

Hæc autem controuerſia, & opinionum contrarietas, hac diſtinctione poteſt ad concordiam reduci, ſi credimus Anton. Gom. in Explicat. Bul. Cruc. in 11. clauſul. num. 5. videlicet, quod aut peccator ex confidentia, ideſt, quod Bulla ipſa, vel Indulgentiarum priuilegium eſt cauſa poſitiua, & principalis peccandi, ita quod ex confidentia illius facultatis quis mouetur ad cōmitendum id, ad quod non moueretur, ſine ea, & tunc non poteſt quis abſolui à reſeruatis ex tali confidentia commiſſis; ſi autem Bulla non fuerit cauſa poſitiua, & principalis, quæ moueat ad peccatū perpetrandū, ſed tantum facilitauit ad peccandū, quia aliàs quis peccatum nō committeret;

niſi tam facilis eſſet abſolutionis impetratio, poterit abſolui à peccato, cum hac confidentia commiſſo. Quam etiam opinionẽ & diſtinctionem amplecti videtur Paz in prax. tom. 1. 5. part. cap. 3. §. 3. numer. 95. verſic. Quod intellige, & Rodrig. tom. 1. Quæſt. regular. quæſt. 20. art. 16. Ledeſma de Sacram. Pœnitent. cap. 13. verſ. *La decima duda*, Lud. Lop. inſtr. conſc. 1. par. cap. 296. pag. 885. verſ. Quam ego ſententiam.

Hæc autem diſtinctio, & opinionum cõciliatio mihi nunquam placere potuit, nam quamuis fateamur grauius peccare, qui priuilegij confidentia peccat, non tamen ex hoc deneganda eſt abſolutio, vt ſuperius dicebatur, quando crimen illud, & circunſtantiam quis debite confitetur, vt poſt alios ſupra tradit Rodrig. ſibi contrarius, in explicat. Bul. §. 9. numer. 99. verſic. *Digo lo ſegundo*, rato namquè euenit, vt ex malitia non peccemus, nunquam ergo aboleantur peccata, væ nobis, vt enim inquit Anaſtaſ. Germon. in dict. ou. 88. hoc eſſet Dei virtutem exinanire.

5 Nec obſtat, quod dicebatur, abuſus priuilegij ſecundum gloſ. in capit. Decet, de reg. iu. in 6. irritat illud, eo quod licet priuilegium perditur per abuſum, non tamen in re ipſo, ſed abuſus excitat Principem ad illud reuocandum; ideo iura dicunt, quod qui priuilegio abutitur, meretur priuilegiũ perdere, ſed non ipſo facto illud perdit. ex Ludou. Lop. in inſtruc. conſc. 1. par. cap. 285. pag. 804. verſ. Abuſus autem, qui etiã in pag. 805. verſ. Ad aliàs auctoritates reſpondet, ad ea quæ ex Lactantio opponebantur, & ſimiliter argumentis huic opinioni pugnantibus reſpondit Beja in dicta 2. par. caſu 2. ex propoſitis, die vigeſimotertio Nouembris, ex pag. 475. & Vega in ſpecul. cap. 11. num. 274. fol. 306. Rodrig. in Explicat. Bul. § 9. oumer. 99. verſ. *Ni contra eſto*, Ledeſma in dict. cap. 13. pagin. 578. verſ. *A la primera razon.*

6 Similiter etiam merito reprobari videtur opinio Cordou. lib. 5. de Indulg. quæſt. 37. in fin. ſequuti ab Anton. Gom. in Explicat. Bul. Cruc. in clauſ. 11. n. 5. verſ. quæ doctrina, aſſerentis, virtute Bullæ poſſe quem abſolui à peccatis reſeruatis, commiſsis ante ſuſceptam Bullam; non vero de commiſsis poſt ſuſceptionem illius, ne ex confidentia gratiæ, vel indulgentiarum peccet. Quam etiam opinionem ſequitur Alphon. Vega in ſpecul. cap. 11. numer. 274. in fin. Contrarium ſiquidem verius eſt, & poſſe quem abſolui à reſeruatis, tam prætetitis, quam poſt Bullæ ſuſceptionem committendis, dicendum eſt, per ſuperius dicta in ſecunda opinione, & quæ tradunt optime Rodrig. in Explicatone Bol. §. 9. num. 99. verſ. *Acerca deſta duda*, eleganter Beja in d. caſu 2. & Alphonſ. Vega in ſum. in 1. par. cap. 43. caſu 7. Soto tamen lib. 7. de iuſt. & iur. quæſt. 4. art. 3. verſ. poſt hęc de priuileg. vbi ponit diſcrimen inter facultatem abſoluendi à peccatis reſeruatis, quæ in diplomaribus Cruciatæ concedi ſolet, & inter facultatem diſpenſandi, ac commutandi vota, nam illa extenditur, inquit, ad peccata, quæ poſtquam Bullam ſuſcepetit quiſque commiſſerit, priuilegium vero diſpenſandi in voto, aut illud commutandi, non niſi de illo voto intelligitur, quod antea edideras, quam diploma ſuſceperis. Pro quibus eſt omnino conſulendus Rutilius Benzonius de Anno Sancti Iobelei lib. 5. c. 15. dub. 25. pag. 568.

7 Ego deniquè pro vera ſupradictarum opinionum conciliatione, & ſolutione argumentorum, conſiderabam ſecundam opinionem veram eſſe, & procedere in foro pœnitentiali, in eo ſiquidem foro, abſolutionis beneficium obtinere poteſt, qui ex confidentia, & ſpe Indulgentiarum peccat, dũmodo debite confiteatur peccata; quamuis enim hac ſpe peccans grauiter peccet, non tamen ex eo impeditur abſolutio, vt probatur argumentis, & rationibus adductis in dicta ſecunda opinione; niſi illud expreſſe prohiberetur in conceſsione priuilegij, vt notatur in ſumma Corona Confeſſorum, de ſacra. Pœniten. numer. 25. vbi referuntur verba PijQuarti, Confraternitatis nominis Dei, confirmatæ à Pio Quinto; & Gregor. XIII. quibus cauetur, ne quis confiſſus facultate abſoluendi à reſeruatis, malitioſe aliquod graue cõmittat peccatũ; quod aliàs non cõmiſiſſet, ſi eã non haberet facultatem; vt abſolui poſsit, regulariter tamen quando confidentia immunitatis Eccleſiaſticæ, vel priuilegij huiuſmodi abſolutionem non prohibentis, quis peccat, merito in foro exteriori, meretur priuati eius commodo, & beneficio, per ſuperius adducta in prima opinione: qua permiſſa, facile reſpondeti poteſt argumentis pro vtraquè ſententia adductis.

QVÆ-

QVÆSTIO XXVI.

Iuriſdictio, quam habet Epiſcopus in Regulares exemptos, diſtinctione multorum caſuum dilucide explicatur.

SVMMARIVM.

1 *INtellectus ad cap. Monaſteria, 18. q. 2. & ad cap. Cum venerabilis de exceptio.*

2 *Monaſteria omnia iure communi Epiſcopis ſubijciebantur; hodie vero ferè omnia, ſumma cũ ratione exemptionis priuilegio gaudent; nequè per hanc exemptionem aliqua fit ipſis Epiſcopis iniuria.*

3 *Epiſcopus antiquis temporibus in ſua Diœceſi erat quaſi generalis; & admittebat ad poſſeſſionem in Monaſterijs.*

4 *Papa poteſt omnia beneficia conferre, nequè ex hoc poſſunt conqueri Ordinarij, ſuo enim iure vtitur.*

5 *Prælati iure communi attento, ſecluſis priuilegijs, & conſuetudinibus, ſecundum aliquos Doctores, habent iuriſdictionem in ſuos Religioſos Regulares, priuatiuam ad Epiſcopum, etiam in grauioribus criminibus, præterquam in quibuſdam exceptis, quæ requirunt depoſitionem, non ſolum quoad cohertionem, ſed etiam ſi agatur ad pœnam iuris, & via iudiciaria.*

6 *Epiſcopus de iure, & attenta ſacri Concilij Tridentini diſpoſitione, in multis caſibus poteſt punire Regulares, à ſua iuriſdictione aliàs exemptos.*

7 *Regulares, ſi ſint exempti à Papa, non tenentur ad ius reuerentiale Epiſcopo, bene tamen ſi ſint exempti priuilegio Epiſcopi, illa enim exemptio dicitur plenaria, hæc vero non.*

8 *Epiſcopus ex Concilio Tridentino habet auctoritatem ſuper Accolitos, Commites Palatinos, Prothonotarios, Capellanos Regios, & ſimiles exemptos; & decernit, quod nihil ex priuilegijs conceſſis eiſdem, intelligatur eſſe Ordinarijs detractum.*

9 *Epiſcopus habet iuriſdictionem in Regulares exemptos, ſi ſit in poſſeſſione, & conſuetudine iudicandi illos.*

10 *Priuilegiatus non poteſt renunciare ſuo priuilegio, quando illud non ſolum priuilegiati, ſed & alterius fauorem reſpicit: & nu. ſequenti.*

11 *Regularis (etiam ſi Prouincialis ſit) non poteſt iuriſdictioni Epiſcopi ſe ſubmittere.*

12 *Epiſcopus habet iuriſdictionem in exemptos, & eos poteſt punire prædicantes abſq; ipſius, vel ſedis Apoſtolicæ licentia.*

13 *Regulares in ſuis Eccleſijs, cum licentia ſuperiorum ſuorum, poſſunt prædicare præſentatione facta coram Ordinarijs, & petita benedictione. In alijs vero Eccleſijs ſi prædicant, debet præcedere licentia Ordinarij, contradicente vero Epiſcopo, nec in ſuis Eccleſijs poſſunt prædicare, niſi ſint mendicantes.*

14 *Regulares poſſunt puniri ab Epiſcopis, ſi Reuelationes, aut miracula non authentica prædicent.*

15 *Epiſcopus habet iuriſdictionem in Regulares, quãdo nolunt ire ad proceſſiones ab eo indictas, & poteſt contra eos procedere cenſuris, & alijs arbitrarijs pœnis.*

16 *Intellectus ad capit. 13. §. exemptis, ſeſſ. 25. Concil. Trident.*

17 *Epiſcopi poteſtas in Concilio data, ad ſedandas cõtrouerſias, ortas inter ipſos Regulares in præcedentijs proceſſionum, intelligi debet, quando ex ipſis controuerſijs ſequitur ſcandalum, aliàs minime cognoſcit Epiſcopus.*

18 *Epiſcopus poteſt punire Regulares, ſi extra clauſtra ſuorum Monaſteriorum faciant proceſſiones, niſi conſuetudine, aut priuilegio id fuerit ab eis obtentum.*

19 *Regularis, qui ſine mandato in ſcriptis ſui ſuperioris extra Conuentum repertus fuerit (etiam prætextu accedendi ad ſuum ſuperiorem) ab Ordinario, tanquam deſertor ſui inſtituti, puniri poteſt, cum limitat. & nu. ſeq.*

20 *Religioſus non poteſt (etiam ſi male tractetur) confugere ad Prælatum ſuperiorem, ſine inferioris Prælati licentia, aliàs à Prælato ſuperiori grauibus pœnis puniendus eſt, quod intelligendum eſt iudicio Auctoris; quando cum ſcandalo inferior pergit ad ſuperiorem.*

21 *Religioſus de iure poteſt appellare, ſanctiſsimè tamen in quam plurimis Religionibus, Religioſis interdicta eſt appellatio.*

22 *Intellectus ad cap. 4. ſeſſ. 25. de Regul. Concil. Trioent.*

23 *In Ordine Prædicatorum iuſte, & ſancta appellationes ſublatæ ſunt.*

24 *Religioſi miſſi ad regendas Eccleſias Parrochiales ſuorum Monaſteriorum, ſubditas locorum Ordinarijs, ſi delinquant in ſuis officijs, non obſtante exemptione, ab Ordinarijs puniuntur.*

25 *Religioſi habentes curam animarum, in Eccle-*

Digitized by Google

ſiji curatis Monaſteriorum, tam virorum, quam mulierum, quoad curam animarum, & ſacramentorum adminiſtrationem, ſubſunt iuriſdictioni, & viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius Diœceſi commorantur, cum limitationibus.

26 *Epiſcopus, quamuis vt Ordinarius non poſſit viſitare Eccleſiam exemptam ratione fundationis, & dotationis, bene tamen poteſt, vt ſedis Apoſtolicæ delegatus.*

27 *Intellectus ad cap. 8. ſeſſ. 7. de Reformat. in Concil. Trident.*

28 *Capitulum, ſede vacante, non ſolum ſuccedit in iuriſdictione ordinaria, iure communi generali ad Epiſcopum ſpectante, ſed etiam in iuriſdictione iure communi ſpeciali ad Epiſcopum pertinente.*

29 *Regulares ſubijciũtur Ordinarijs, in cauſa fidei.*

30 *Epiſcopus licet non poſſit excommunicare Regulares, extra caſus a iure permiſſos, tamen ſi ſibi conſtet, ipſos in aliquam excommunicationẽ iuris, aut Papæ incidiſſe, poteſt illos declarare, & denunciare ex cauſa.*

31 *Epiſcopus licet non poßit Religioſos carceri mãcipare, poteſt tamen illos capere, vt eos ad ſuos ſuperiores remittat, quando de fuga timetur. Quod ſi dicti ſuperiores negligant corrigere, tunc hoc poterit facere Ordinarius.*

32 *Indulgentiæ Regularibus conceſſæ publicari nõ poſſunt in diœceſi, abſq. licentia Ordinarij.*

33 *Regularis ſi delinquat extra ſuum Monaſteriũ, poteſt ab Ordinario loci, tanquam ſedis Apoſtolicæ delegato, puniri, & etiam in cauſis ciuilibus miſerabilium perſonarum, poteſt Epiſcopus contra illos procedere.*

34 *Epiſcopi, vt Apoſtolicæ ſedis delegati, annis ſingulis poſſunt viſitare beneficia, tam curata, quam non curata, ſecularia, & Regularia.*

35 *Epiſcopus rationem exigere poteſt à Religioſis (quantumuis exemptis) de teſtamẽtorum executionibus, quas geſſerunt, & punire illos, ſi deliquerint in ipſis.*

1 QVAMVIS attento iure cõmuni, ſint qui affirment, Monaſteria, & Regularium curam, & diſciplinam, ad eum pertinere Epiſcopum, in cuius ſunt territorio cõſtituta, vt per tex. in cap. Monaſteria, 18. quæſt. 2. & in c. Cum venerabilis, de exception. Hoſtien. in ſum. titul. de offic. Ordinarij, §. ſunt autem quædam, tradunt Mandoſ. de ſignat. grat. tit. de exemption. ab Epiſcopis, verſ. Omnes Eccleſiæ: late Rodrig. tom. 2. Quæſt. regular. quæſt. 63. art. 1. Dec. in cap. fin. num. 16. de confirm. vtil. vel inutil. Dec. conſil. 151. in princip. Pariſ. conſ. 95. volum. 4. ex num. 2. Tribiſſan. lib. 1. deciſ. 36. num. 2. Rota. 5. par. deciſ. 78. in nouiſsimis, num. 1. Rebuf. de congrua portione, ex num. 121. cum habeat Epiſcopus regimen omnium animarũ ſuæ Diœceſis, & inde ipſe dicitur caput totius, ex notat. per Doctores, in cap. Cum non liceat, de Præſcription. Huiuſmodi autem, & alia iura, vt inquit Trullo, lib. 4. cap. 14. pag. 642. loquuntur iuxta praxim priſcorum temporum, antiquarumquè conſti-
2 tutionum Eccleſiaſticarum; quando vniuerſa Monaſteria iure communi Epiſcopis ſubijciebantur, nulliquë extabant Abbates, ſeu Priores, ab Epiſcoporum iuriſdictione exempti, imò eo tempore, Epiſcopus in Diœceſi ſua erat quaſi Generalis, & admit-
3 tebat ad profeſsionem in Monaſterijs, vt optime annotauit Rodriguez in dicto art. 1. Noſtris vero temporibus (vt ait Trullo) exemptionis priuilegio fere omnia Monaſteria, & loca Regularia gaudent, & idem affirmant Rodrig. in dict. quæſt. 63. art. 3. Paul. Fuſc. de Viſitat. lib. 2. cap. 15. ante numer. 1. optime Marc. Ant. Cuchus lib. 2. Inſt. maior. tit. 6. num. 68. & dixi in 2. par. Collect. 87. num. 4. & Collect. 157. num. 2. Rodriguez tom. 2. quæſt. 2. art. 8. poſt principium; quod iuri conſonum ſemper viſum eſt, cum ſuccedente tempore, experientia compertum ſit, Regulares, eorumquè Monaſteria, & Capitula male tractari ab Epiſcopis, vt patet ex cap. Nimis praua, & cap. Nimis iniqua, de exceſſ. Prælat. vbi deſcribuntur viginti & ſeptem grauamina, quæ Prælati Religioſis inferebant, & in Clem. 1. eodem titul. Papa prouidet contra triginta grauamina, per Epiſcopos, & alios ſuperiores Religioſis inferri ſolita: de quibus, alios allegans, meminit Henrriquez lib. 7. cap. 24. numer. 7. in litera V. Vnde non ſolum antiquæ, & modernæ Religiones, ſed etiam ſi noua Religio hodie fundaretur, facile ſimilem exemptionem à iuriſdictone Epiſcoporum obtineret à Romano Pontifice, vt refert Quintil. Mandoſ. de ſign. grat. tit. de exemp. ab Epiſc. verſ. antiquæ igitur, & modernæ, fol. 121. & Cuchus dict. tit. 6. nu. 69. & ſic infert Nauar. in cap. Non dicatis, 11. quæſt. 1. nu. 95. nullum eſſe Monaſteriũ, in quo priuilegio, vel conſuetudine non ſit obtentũ, vt Prelatus cognoſcat priuatiue ad

Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopum, de omnibus delictis Religioſorum; & idem fatetur, idẽ Nauarr. lib. 3. tit. de Regular. conſ. 58. num. 2. Saltem cum crimen non requirit depoſitionem ab ordine.

Aduerte autem, quod in hac exemptionis conceſsione nulla fit iniuria Epiſcopis, vt quidam falſo putant; & annotauit Henriquez in dict. cap. 24. num. 4. & Rodrig. in dict. quæſt. 63. art. 2. verſ. Nequè in hoc, Pontifex namque maximus ſicut, ſecundum ſuæ poteſtatis plenitudinem, caſus ſibi grauiores reſeruat, aut ſpeciali priuilegio concedit; ita perſonas quaſdam ſibi immediate ſubijcit, & illorum cauſas priuatiue reſeruat iudicio ſuo; & ſic ſibi ſubijcere, & reſeruare poteſt quamplures Regulares, cum illorum ſit Generalis Pater, & Religionum omnium confirmator. Quos ita eximit à poteſtate Epiſcoporum, vt priuet eos vſu iuriſdictionis, quam alius Pontifex cumulatiue in illos deriuabat, multo ampliorem juriſdictionem penes ſe retinendo, tanquã Ordinarius totius terrarum orbis, iuxta c. Cuncta per mundum, 9. quæſt. 3. & tradit Chaſſen. in Cathalog. glor. mund. 4. part.
4 conſiderat. 7. ſubdens, quod ideo concurrit cum omnibus Ordinarijs in iuriſdictione, & poteſtate. Iaſ. in l. Reſcripta, num. 4. C. de Precib. Imper. offer. Bald. in cap. Dilecti, el 2. num. 4. de Appellat. & in cap. 1. in princip. Qui feud. dar. poſſ. Sicut & in collatione beneficiorum tradit Selua de beneſic. 3. par. quæſt. 60. in fin. Papam in præiudicium Ordinariorum poſſe conferre beneficia omnia. Quod etiam affirmant Rota decis. 1. & decis. 17. de preb. in nou. Marc. quæſt. 196. num. 3. part. 1. & quæſt. 381. numer. 4. par. 1. Et ex his Ordinarij conqueri non poſſunt, teſte Staphil. de grat. & expect. in princip. ex num. 4. & in 5. poſt hęc, numer. 4. Menoch. conſ. 83. numer. 11. quia Papa non facit eis iniuriam, ex quo ſuo iure vtitur, receptumq; eſt in iure, ea quæ ſunt iuris poſitiui mere, ſicut ſunt priuilegia, & gratiæ à Principibus ſuperiorem non recognoſcentibus conceſſæ, pro libito voluntatis tolli, & inuerti poſſe. Felin. in cap. Quæ in Eccleſiarum, numer. 48. de Conſt. Aym. de antiquit. tempor. 1. par. 5. non omitto, num. 38. plures refert Couart. lib. 3. var. cap. 6. num. 1.

5 Imò ſunt qui exiſtimant, inſpecto iure communi, etiam ceſſantibus omnibus priuilegijs, & conſuetudinibus, Prælati, vel Abbatis iuriſdictionem in ſuos Religioſos Regulares, priuatiuam eſſe ad Epiſcopum, non ſolum in his, quæ concernunt Regulam, & Regularem diſciplinam, vt cenſet Rot. 1. par. deciſ. 78. numer. 2. verſ. Sed in ijs, imò etiam in grauioribus criminibus, præterquam in quibuſdam exceptis, quæ requirunt depoſitionem, nedum ſi agatur, vt dictum eſt, quoad coertionem ſecundum regularia ſtatuta, verùm etiam ſi agatur ad pœnam iuris, & via iudiciaria, vt probatur in cap. Ea quę, de Stat. Monach. & ibi gloſ. in verb. per Abbatem dicit; quod Viſitatores Capituli generalis, ſuos Monachos delinquentes per Abbatem corrigi faciant. Quam etiam opinionem, relatis alijs iuribus, comprobant Coſm. in pragm. ſanct. tit. de concubin. §. quod ſi ij, in gloſ. verb. pertinent, iux. fin. fol. 181. Abb. in cap. Si quis contra Clericum, num. 50. verſ. Et in illis, de For. compet. & in cap. Ioannes, numer. 2. de Regular. & ibi optima additio margin. in litera E. Idem Abb. in cap. Cum ab Eccleſiarum, num. 10. & in capit. Paſtoralis, numer. 6. vbi Felin. numer. 4. & ibi additio margin. in litera A. de offic. Ordin. Capra. in reg. 84. ex num. 3. & in commun. opin. verb. Monachi clauſtralis correctionem. Guid. pap. deciſ. 559. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 35. numer. 15. Foller. in Prax. crimin. can. in vltima parte, titul. de modo. proced. contr. Monach. ex numer. 39. optime Roman. conſil. 75. per tot. Quã opinionem veram eſſe cenſeo, quia quando conceditur Prælatis Regularibus iuriſdictio in ſuos Religioſos, vel Fratres, ea præſumitur conceſſa priuatiuè ad Epiſcopum; vt probat ex multis Menoch. de præſump. lib. 2. præſumpt. 18. numer. 22. dicens cum Puteo deciſ. 239. lib. 3. Sic intelligi debere ſacrum Concil. Trident. ſeſſ. 6. de Reformat. c. 3. vbi tribuitur Prælatis iuriſdictio corrigẽdi exceſſus ſubditorum, vt intelligatur conceſſa Prælatis Regularium priuatiue ad Ordinarium. Quod autem ſit à iure conceſſa iuriſdictio Prælatis in ſuos Monachos, ſatis probat tex. in cap. Abbates, §. Monachi, 18. quæſt. 2. cap. Ad noſtram, cap. Reprehenſibiles in fin. de Appell. gloſ. in verb. Si Prælati, in cap. Quanto, de offi. Ordin. & in cap. Ea quę, de ſtat. Monach.

6 Nihilominus tamen plures ſunt caſus in Iure, & in Sancto Concilio Tridentino,

in quibus Epiſcopus pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis punire poteſt huiuſmodi Regulares, & à ſua iuriſdictione alias exemptos, in quibus & ipſi ſubijciuntur Epiſcopis.

Primus, quamuis ex priuilegio quis ſit exemptus à iuriſdictione Epiſcopi, non tamen videtur exemptus à iure reuerentiali; ex lege diœceſana. Rom. ſing. 486. vbi additio allegat Doctores Carol. de Tapia. in l. fi. ff. de Conſt. Princ. cap. 5. 1. par. num. 20. pag. 161. Paul. Fuſc. de Viſitat. lib. 2. capit. 15. numer. 69. Chaſſen. 4. par. Catal. glor. mundi conſideran. 27. Camil. Borrel. in addir. ad Bellug. in ſpec. rubr. 11. §. videndum in litera F. verſ. & tales exempti; Flaminin. tamen Pariſ. de Reſignat. benefic. lib. 3. queſtio. 11. numer. 4. cenſet cum Puteo exemptum non teneri ad ius reuerentiale Epiſcopo.

7 Conſideraui, poſſe conciliari huiuſmodi opiniones, vt prima procedat in exemptis priuilegio Epiſcopi, qui non poteſt concedere exemptionem à ſuo iure reuerentiali; vt tradit Boer. deciſ. 33. numer. 8. Paul. Fuſc. de Viſitat. lib. 2. cap. 20. numer. 22. bene tamen id poteſt concedere Papa; & in hoc caſu procedat opinio Flamminij Pariſij: Quam diſtinctionem ſatis expreſſe videtur approbare Rodriguez tom. 2. Quæſt. regular. quæſt. 63. art. 9. & facit; quia exemptio conceſſa à Pontifice, dicitur plenaria; non vero quę ab Epiſcopo conceditur; vt not. Felin. in cap. Dilectus, de offic. Ordin. num. 7. & Abb. in cap. Cum inter, num. 13. & 15. de ſenten. & re iudic. Vnde licet locus exemptus à Papa ſit intra Diœceſim Epiſcopatus, non tamen eſt de Diœceſi ipſius, vt veniat ad ipſum. Paul. Fuſc. lib. 2. cap. 8. num. 10. Et in quibus conſiſtat lex Diœceſana, & in quibus lex iuriſdictionis, declarat Hoſtien. in ſum. tit. de offic. Ordin. in §. ſunt autem, vbi in verſ. Notauerunt aſſerit, quantum ad legem iuriſdictionis omnia Monaſteria ſubeſſe Epiſcopo, niſi ſpeciali exceptionis priuilegio ſint munita, à lege vero Diœceſana omnia Monaſteria, & Regulares, & Eccleſias eſſe exemptas in fauorem Religionis.

8 Secundo quia exemptiones perturbationem in Epiſcoporum iuriſdictione, quandoque excitant, exemptiſquè ocaſionem laxioris vitæ præbere, experientia compertum eſt. Ideo ſancta Synodus Trident. in Seſſ. 24. de Reformat. cap. 11. non obſtantibus quibuſcunquè plenam tribuit auctoritatem Epiſcopis, ſuper Acolitos, Commites Palatinos, Prothonotarios, Capellanos Regios, & ſimiles exemptos, & decernit, quod nihil ex priuilegijs conceſsis eiſdem, intelligatur eſſe Ordinarijs detractum; cum exemptio à proprij Epiſcopi iuriſdictione ſit odioſa, & ſtricte accipienda, vt not. Abb. in cap. Cum Capella, numer. 5. de Priuileg. Paul. Fuſc. de Viſitat. lib. 2. capit. 8. numer. 9. in fin. & in lib. 2. cap. 10. numer. 6. Rodriguez tom. 2. Quæſt. regul. quæſt. 64. art. 4. Flammin. Pariſ. de Reſigna. benefic. lib. 3. quæſt. 11. ex numer. 5. & quoad Capellanos Regios, dicit Concilium obſeruari cap. Cum Capella, de Priuileg. vbi habetur, quod dum actu ſeruiunt, ſunt exempti à iuriſdictione pręedicta. Zerola 2. par. §. exempti in princip. tamen ratione beneficiorum, quæ obtinent extra dictam Capellam Regiam, cohertioni, & iuriſdictioni ordinarij ſubſunt, Zerola 1. par. §. exempto ex principio.

9 Tertio habet Epiſcopus iuriſdictionem, quando eſſet in poſſeſsione, & conſuetudine iudicandi Regulares exemptos; nam tunc videtur, per non vſum eos renunciaſſe priuilegio; vt tradunt Anton. Gambatus de offic. & poteſtat. Legat. lib. 8. quæſt. de poteſtat. Legati in Regulares, ex num. 6. pagin. 269. Hoſtien. in ſum. titul. de priuileg. numer. 10. verſic. Vltimo amittitur, Marc. Ant. Cuchus Inſtit. Maior. lib. 1. tit. 6. ex numer. 5. Capta reg. 84. ex numer. 21. Thom. Tribiſſan. lib. 1. deciſ. 36. num. 2. & priuilegia ex non vſu amittuntur; vt docet doctiſsimus Ioannes Gaſpar Hortigas integerrimus Iudex in Regio Tribunali, in ſuo eleganti patrocinio, pro inclyto Cæſaraugustano gymnaſio 3. part. numer. 90. Azor lib. 5. c. 4. verſ. Octauo quæritur, Paul. Fuſc. ſing. 88. lit. P. Conſuetudo etiam dat iuriſdictionem contentioſam, l. fin. & ibi Bart. de aqua pluui. arcen. Vnde dicebant Felin. in cap. Cum acceſſiſſent, num. 6. de Conſtitut. Dec. in cap. 1. in 1. lect. ex num. 85. de Iudic. Clericum exemptum à iuriſdictione ordinarij, & immediate ſubiectũ Romano Pontifici, poſſe abſq. vlla licentia, priuilegio exemptionis renunciare, & ſe ſubijcere iuriſdictioni ordinarij, per rationes quas ibidẽ referunt. Cogitandũ tamen eſt ſuper hoc: con trarium namq. verius eſt, quod ſcilicet non poſsit huiuſmodi exemptus fori priuilegio renun-

renunciare ſine Papa, nec prorogare iuriſdi-
ctionem Ordinarij, quando priuilegiũ non
ſolum reſpiceret, fauorem priuilegiati, ſed
& alterius, in cuius pręiudicium non poteſt
priuilegiatus renunciare, ex contrauentione
per tex. in c. Cum tempore de Arbitr. cap. 2.
de in integr. reſtitut. cap. Cum olim de pri-
uileg. & tradunt Didac. Perez lib. 3. tit. 1. l.
2. pag. 467. verſ. vtrum autem fori priuile-
gium. Felin. cap. P. & G. nu. 13. de offi. deleg.
Carol. de Tapia in l. fi. ff. de conſt. Princ. 2. p.
cap. 2. num. 19. Marc. Ant. lib. 1. tit. 6. num. 8.
Paul. Fuſc. lib. 2. cap. 8. num. 11. Rodriguez
tom. 1. Quæſt. Regular. quæſt. 36. art. 5. verſ.
Præterea facit, pag. 353. & in to. 2. quæſt. 63.
art. 10. ex pag. 335. Henriq. lib. 7. cap. 25. n.
1. verſ. non licet, Zerola in Praxi Epiſcop. 1.
par. §. exemptio, verſ. ſexto Eccleſia. Viual.
in Candelabr. Eccleſ. 1. par. tit. de Abſolutio
ne, num. 49. ſubdens, quod etiam ſi Regula-
ris quiſpiam (etiam Prouincialis) voluiſſet,
ſuis priuilegijs cędẽdo, ſe iuriſdictioni Epiſ
copi ſubmittere, id minime poſſet, quia licet
vnuſquiſque poſsit renunciare iuri ſuo, id
intelligitur verum, quãdo tale priuilegium,
vel fauor eſt introductus in fauorem, vel cõ
modum priuatæ perſonę, ſecus vero, ſi in fa-
uorem aliorum ſimul. De quo etiam optime
Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 20. num. 21.
Rodrig. in addit. ad Bul. Cruc. §. 9. num. 43.
vnde ait Andr. Gail. in lib. 1. obſeru. 40. ex
num. 3. Quod vocatus contra priuilegium, ſi
coram alio Iudice compareat, in eiuſquè iu-
riſdictionem conſentiat, ex huiuſmodi par-
tis conſenſu; non prorogatur iuriſdictio in
præiudicium Domini facta. Vnde ſubdit Fe-
lin. in cap. ad Audientiam num. 17. & in cap.
Cum olim, n. 3. de pręſcrip. exẽptum poſſe ſe-
rueri, ex nõ cõpleta præſcriptione reſpectu
Papæ, licet ſit completa quoad ipſum, & idẽ
aſſerit Rodrig. in dict. art. 10. pag. 336. verſ.
vnde; Henriq. in d. num. 1. in fi.

12 Quarto Epiſcopus habet iuriſdictionem
in exemptos, & eos poteſt punire prædican-
tes abſque ipſius licentia, vel Sedis Apoſto-
licæ, iux. tex. in cap. Excõmunicamus, el 1. §.
quia vero, de hæretic. & gloſ. in verb. priui-
legiatũ, in cap. Quod Dei, de ſtat. Monach.
& tradit eruditiſsimus, & grauiſsimus Do-
ctor, Rotæquè Romanæ Decanus meritiſsi-
mus, de cuius laudibus ſummis, ac maximis,
nulla vnquam ætas, nulla hominum memo-
ria conticeſcet, Franciſc. Pegna, in Direct. 2.
par. cap. 12. cõment. 11. in fi. pag. 101. Viual.
in 1. par. tit. de Abſolut. num. 26. Zerola in
1. p. §. prædicatio, verſ. ad tertium, Rodrig.
tom. 3. quæſt. 32. art. 1. Zerola in dict. 1. p. §.
excõmunicatio, cauſa materialis, verſ. quar-
to an, ibi fallit primo, latè Simanc. de Cath.
Inſtit. tit. 49. ex princip. Alphon. Caſtr. de
Iuſt. Hæret. punit. lib. 3. cap. 3. iuxt. fin. Flam.
Pariſ. de Reſig. benef. lib. 3. quæſt. 11. nu. 18.
Concil. Trident. ſeſſ. 5. de Reform. cap. 2. in
fin. Ex quo Concilio animaduerſione dignũ
13 eſt, quod ſi Regulares prædicẽt in Eccleſijs
ſuorum Ordinum, ſtante licentia, & appro-
batione ſuorum ſuperiorum, ſufficit ſe prę-
ſentare coram Ordinarijs, & ab eis benedi-
ctionem petere (& præſentare, intellige per
ſonaliter, iux. gloſ. in verb. pręſentari in Cle
ment. Dudum de ſepult) in Eccleſijs vero
non ſuorum Ordinum, non ſufficit petere
benedictionem, ſed debent obtinere licen-
tiam ab ipſo Ordinario. Rodriguez tom. 2.
quæſt. 63. art. 11. verſ. primum quantum; cõ-
tradicente autem Epiſcopo, nec in Eccleſijs
Parochialibus, nec in Eccleſijs ſuorum Or-
dinum poſſunt prædicare, vt habetur in eo-
dem Concilio in ſeſſ. 24. de Reform. cap. 4.
Alphonſus de Torres, de Inſtit. Sacerd. 3. p.
cap. 15. num. 12. pag. 572. trad. Rodriguez in
dicto ar. 11. verſ. ſeptimo quod. Limitatur ta
men hoc in Religioſis Mendicantibus, qui
etiam renuẽte Epiſcopo poſſunt prædicare
in ſuis Eccleſijs. Ita Pius Quintus, in quadã
Bulla confirmationis, & nouæ conceſsionis
priuilegiorum omnium Ordinum mendi-
cantium, quæ incipit. Etſi mẽdicantium Or
dines, Dat. Romę apud S. Petrum, Anno In-
carnationis Dominicæ 1567. Kalendas Iu-
lij, ſui Pontificatus anno ſecundo. Poſtquam
recenſuit varia grauamina, quæ inferebant
Ordinarij Fratribus mendicantibus, decla-
rauit mendicantes à ſuis ſuperioribus expo
ſitos ad prædicandũ, poſſe prædicare in ſuis
Eccleſijs, etiam contradicẽtibus, & renuen-
tibus Epiſcopis, vt ſcribit Vega tom. 2. cap.
86. caſu 40. & ſimiliter ait Rodriguez to. 3.
quęſt. 32. artic. 5. & in art. 8. quod Epiſcopi
poſſunt procedere contra Regulares erro-
res pręedicantes. De quo etiam March. Ant.
Inſt. mai. lib. 2. tit. 6. num. 162. & idem Ro-
driguez in d. quæſt. 32. art. 10. diſſerit, quod
14 Regulares puniri poſſunt ab Ordinarijs, ſi
reuelationes, aut miracula non authentica
prædicent, & in art. 6. examinat, vtrum Prę-
dicatores ſemel approbati ab Epiſcopo re-
neãtur iterum coram eodem Epiſcopo, aut
eius

Digitized by Google

ſint infames) multa ſunt ſpecialia ſtabilita in iure, vt proſequitur Iodoc. Damhouder in Prax.crimin. cap.90. & 91. Didac.Perez lib.8.tit.14.ex.l.2.ex pag.274. Ant. Gom. l. 80. Taur.ex nu.73. Didac.Canteta in quęſt. criminal.cap.4.tit.de Lenocinio, ex numer. 59. Simon. Maiol.de Irregularit.lib.5.capit. 41. Alphon. Azebed.lib.8.tit.20.l.4. numer. 38. Menoch. de Arbitr.centur.6. caſu.534. ex num.20. Iul.Clar.§.adulterium, num.15.

19 Et inter alia, eorum vxores non poſſunt accuſari, nec occidi à maritis pro adulterio: & quamuis adulterium cum ipſis commiſſum, opus ſit illicitum, & peccatum graue, non tamen videtur periculoſum, neque ſufficiẽter directum in homicidium; imo inſolitũ, & raro contingens, quamuis aliquando dęmonis inſtigatione, & ſuaſione, vel ob ceſſationem muneris iniqui, ij viles homines commoti, adulteros occidant, non tamen hoc videtur habendum eſſe in conſideratione, ſi id accidat, quoad præſen. propoſitum; nec enim erat tanta cauſa id prę cauendi à principio, ſicut in ſecunda ſpecie, & in caſu ſequenti, inquo, ſecũda opinio dicitur vt procedat, in viris grauibus, & qui honoris proprij ſunt obſeruantiſsimi, de quibus merito conijciendum eſt, quod ſi adulteriũ vxorum præſcirent, adulteros occiderent, cum iuſte id leges ciuiles eis permittant, certis quibuſdam ſolemnitatibus interuenientibus; eo præſertim, quod vt inquit Bald.colu.penult. in cap. Atſi Clerici, §. de adulterijs, de iudicijs, adulterij crimen eſt infeſtum bonis viris, & turbat honorẽ matrimonij, & famam liberorum, in qua conſiſtit decus gentium, Auth.de nupt. in princip.& cognationem denigrat Bolſius de dãnato coitu, num. 44. ideo adulteri antiquis temporibus, grauiſsimis afficiebantur ſupplicijs, & pœnis; vnde delicti huius atroci-
20 tatem poſſumus metiri. Inter Græcos adeò deteſtabile erat, vt quicunq. adulterum inueniebat, illum occidere poterat; pœna certe ita acerua, & formidabilis, vt Cain poſt fratricidium perpetratũ, eam pertimeſcens, toto vitæ ſuæ tempore contremiſceret; dicens; omnis qui inuenerit me, occidet me. Cum enim vnius ſolum vitæ debitor Deo eſſet, tot vitas amittere timebat, quot erant homines, qui illam ab eo auferre poterant. Ægyptij grauius delictum iudicabãt ipſum adulterium, quam homicidium; & ob hanc cauſam ingrediens Ægyptum Abraham, petijt à Sara vxore ſua, vt ſe nõ vxorẽ, ſed ſororem illius eſſe diceret, ne ipſum occiderent, Geneſ.12. Occident me (inquit) & te reſeruabunt. Si enim intelligerent Saram eſſe Abrahæ vxorem, proculdubio ipſum Abraham occidiſſent, ne Sarę coniungentes adulteri iudicarentur; hoc enim adulterij crimen, longe grauius exiſtimabant, quã homicidium. Romani, adulterium læſæ maieſtatis crimini æquabant. In lege Moyſis viuos fuiſſe combuſtos adulteros probatur, Geneſ.c.38. Quæ etiam pœna eodem tempore apud Paleſtinos inoaluit; vt etiam legitur Geneſ. cap. 26. vt patet in ſententia, quam protulit Iudas, contra nurum ſuam Thamar. Et quam graue hoc crimen fuerit, quantumq. diuino numini diſplicuerit, inde apparet, quod in tabulis legis Iudęorum ſcriptum fuerit, ambos hoc inquinatos crimine obrrui lapidibus, vſque ad internecionem, vt probatur, Deut.cap.32. Et quamuis ommittam quæ more ſuo copioſe, & elegãter adducunt Andr. Tiraquel.de legib. Connub. Ant. Conſtanus lib.quæſt.iuris, 1. Couarr. Didac. Perez, Iul. Clar. & alij plures: hoc tamen, vt notabile non taceo. Ab initio vrbis conditæ, Romulum Quirinum, adulteris pœnam mortis impoſuiſſe, vt ex Dionyſ. Alicarnaſeo, refert Ant. Conſtanus in Comment.de dotib. cap.6. numer.25. & Balduin.in §.lex Iulia, de adult.num.3. Inſt. de pub.Iudicijs, & ad leges Romuli, cap.15. qui fortaſis hanc iuſtam legem ſtatuit conſilio Iſaiæ Prophetę, cuius tempore ipſe Romulus vixit, vt affirmant idem Balduin. ad leges Romuli, cap. 6. & Queſada diuerſ. quæſt.iur. cap.17. num. 31. & quantum id crimen Chriſtus Dominus cenſuerit videmus, nam cum in Euangelio ſuo retinendas omnino vxores iuſsiſſet; nec vllam permiſiſſet diuortij cauſam cõtra Moyſis legem, vnicum tamen adulterium excepit; ferenda eſt igitur vxor temulenta, iracunda, guloſa, vaga iurgatrix, aut deformis, ſolã licet adulteram repudiare. Aſpera quidem, & reliqua ſunt vitia, ſed tolleranda; at mulier fidem thori violans, intollerabilis eſt. Vnde tanta eſt adulterij grauitas, quod quamuis ex lege diuina, quos Deus coniungit homo non ſeparet, tamen propter adulterium inducitur à Canone, thori ſeparatio, cap. ex literis de diuortijs, & tam graue eſt crimen, vt nulla cauſa iuſtificari, aut cohoneſtari poſsit, cap. etſi Chriſtus, de iureiuran. alle-

gat

gat plures, Surdus de Aliment. tit. 7. quæſt. 16. num. 24. Sic viri graues, & proprij honoris vigiles, eas nequaquam permittunt, & de ipſis præſumendum, & conijciendum eſt, quod ſi adulterium vxorum præſcirent, adulteros occiderent, & tunc quidem indubium videtur, cum adulterium ſit proxima cauſa, & ſufficiẽter directa in homicidium, quod ſaltem veroſimiliter exinde nimis timendum eſt ſubſequi poſſe; & proinde præcauendum, ne aliàs adulter huiuſmodi, ex homicidio vxoris efficiatur irregularis; qui enim illicite aliquid aggreditur, quod eſt cauſa, vt alium occideret propter ſui neceſſariam defenſionem, non ſolum peccat id aggrediendo, ſed etiam eſt homicida, ſecundum S. Antoninum in 3. par. ſum. tit. 5. cap. 8. §. 1. col. 2. quod eſt intelligendum iuxta mentem Caietan. ſecundum Nauarr. in manual. cap. 15. numer. 7. Quando opus illud illicitum erat quędam via ad homicidium perpetrandum; prout in propoſito contingit, quando viri graues habent vxores adulteras.

Obiter tamen notandum eſt, quod licet multa poſsint adduci, quæ adulterij grauitatem oſtendant, nihil tamen (meo iudicio) efficacius hoc comprobat, quam id quod eleganter conſiderauit D. Chryſoſt. ſuper illa verba Pauli. 1. Cor. 7. vbi ait; Si qua mulier habuit virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat illam, at vir vxorem nõ dimittat, niſi fornicationis cauſa; at ſi fuerit infidelis marito, poterit ipſe illam dimittere. Aduertit peracute Doctor Sanctus, quod videtur Deum grauius peccatum iudicare, infidelitatẽ vxoris reſpectu viri, quam erga ipſum Deum, quando quidem infidelem vxorem contra Deum, non permittit maritum à ſe abdicare, & dimittere, at vero infidelem marito, dimittendi licentiam præbet.

QVÆSTIO XXV.

An ſpe Indulgentiarum, vel Bullæ Cruciatæ peccans, earundẽ virtute obtinere poſſit abſolutionis beneficium?

SVMMARIVM.

1 *Peccans ſpe conſequendæ abſolutionis, virtute, & ratione Indulgentiarum; vel literarum Apoſtolicarum, vi ipſarum abſolui non poteſt, ſecundum aliquos, niſi id etiam concedatur, & num. 3.*

2 *Immunitas Eccleſiæ non prodeſt illi, qui in ipſa Eccleſia, vel ſub confidentia, vel ſpe immunitatis delinquit.*

3 *Peccans cum conſanguinea, ſpe matrimonij, difficilius obtinet diſpenſationem; & illa non gaudet, niſi id exprimatur.*

4 *Peccans ſpe conſequendæ abſolutionis virtute Bullæ Cruciatæ, vel aliarum Indulgentiarum, poteſt virtute illarum abſolui, ſecundum veriorem ſententiam, cum limitatione in fine numeri poſita.*

5 *Concordia duarum ſupradictarum opinionum in præſenti quæſtione.*

6 *Abſolui poteſt quis virtute Bullæ Cruciatæ à peccatis reſeruatis commiſſis tam ante ſuſceptam, quam poſt ſuſceptam Bullam, contra Cordouam, & Ant. Gomez.*

7 *Concordia alia prædictarum duarum opinionũ, ex auctoris ſententia.*

1 DOCTISSIMVS Palat. Rub. in repet. cap. Per veſtras in initio, in §. 10. nu. 2. de Donat. int. vir. & vxo. aſſeuerat, peccantem ſpe conſequendę abſolutionis, virtute, & ratione Indulgentiarum, & Apoſtolicarum literarum, non poſſe abſolui; quam etiam opinionem ſequuntur Couarr. lib. 2. var. cap. 20. num. 15. verſ. viceſimo ſexto. Menoch. lib. 5. præſump. 10. num. 6. Ant. Cordou. tract. caſ. de conſcien. quæſt. 22. verſ. *Con tal condicion que no aya cometido*, Nauar. in §. in Leuitico, notab. 30. nu. 7. Lopez 1. par. Inſtr. conſcien. cap. 27. pag. 75. verſ. Sed ego dico, Baldes in tract. Elecmoſinę, 1. p. fol. 10. col. 4. Franciſcus Ortiz Lucio in reſol. caſ. conſcien. reſol. 1. fol. 208. verſ. *Nota que los delictos*, & in ipſius confirmationẽ iubant pulcherrima Lactantij Firmiani verba, in lib. 6. diuinarũ inſtitut. cap. 13. quæ, poſt alios vbi ſuprà, referũtur à Bouadilla lib. 2. cap. 14. nu. 27. ipſe inquã, cùm de eleemoſina elargienda diſſeruiſſet, ita inquit, nec tamen quia peccata largitione tolluntur, dare tibi licentiam peccandi putes; abolentur enim ſi Deo largiare, quia peccaueras, nã ſi fiducia largiendi pecces, nõ abolentur. Quæ verba eleganter declarãtur ab Angelico Doctore D. Tho. vna cum Caiet. 2. 2. quæſt. 21. art. 2. ad 3.

Corroboratur etiam hæc opinio ex l. 1. §. hæc autem actio. ibi, qui hac ſpe auda-

Digitized by Google

cior factus eſt, & ibi, ſpe imminentis liber-
tatis,ff. ſi quis teſtam.lib.eſſe iuſſus,& in ca-
pit. Quando, el 1. de conſecrat. diſtinct. 4.
ibi,multos noui,qui hoc paſsi ſunt, qui ſpe
baptiſmatis multa peccabant, & in cap. il-
lud,§ licet,de Cleric. excomm. miniſtr.ibi,
illud autem, quod ſub ſpe veniæ, quibus
iuribus, & alijs allegatis à Doctoribus, ele-
gantiſsime probatur, ſpe veniæ, aut Indul-
gentiarum peccantem, non vtiquè poſſe
earum virtute abſolutionē conſequi. Quod
etiam tradit Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt.
59. num. 12. vbi etiam alios refert Baiard.
in addit. num. 97. Guilliel. Benedict. in re-
pet. cap. Raynutius, verbo mortuò, itaquè
teſtatore, el 1. numer. 112. & ratio eſt, quia
fruſtra priuilegij auxilium implorat, imò
illud amittere meretur, qui contra priuile-
gij tendit voluntatem; nec eſt dignus, vt
eius beneficio iuuetur, qui eo male vtitur,
juxta tex. in l. auxilium, in fin. ff. de minor.
cap. Quia fruſtra, de vſur. Azebed. lib. 6.
titul. 1. l. 1. num. 47. Eò præſertim, quod
facilitas veniæ incentiuum tribuit delin-
quendi, vt habetur in cap. eſt iniuſta, 23.
quæſt. 4. & in cap. vt Clericorum, de vit. &
honeſtat. Cleric. & ait tex. in cap. ſane de
pœniten. diſtin. 3. Nemini dedit Deus la-
xamentum peccandi, quamuis miſerando
deleat iam facta peccata.

2 Secundo hæc opinio confirmatur ex tex.
in cap. fin. de immu. Eccleſ. quo cautum eſt,
ne immunitas Eccleſiæ proſit illis, qui in ip-
ſa Eccleſia, vel ſub confidentia, & ſpe immu
nitatis Eccleſiæ delinquũt. Opportet enim
reprimere audaciam eorum, qui hac immu-
nitate freti crimina frequenter committũt;
alioquin de facili ea committerentur, & eſ-
ſet contra mentem eorum; qui prædictam
immunitatem ſacris locis conceſſerunt; non
vt eſſet refugium, & ſpelunca latronum, ſed
vt præſtarent tutamen miſeris, qui fragili-
tate humana, aut caſu, in aliquod crimen
incurriſſent. Vt plura allegando tradit Paz
tom. 1. 5. par. cap. 3. §. 3. num. 26. Bouadilla
lib. 2. cap. 14. num. 92. ad med. Vnde opti-
mo iure cautum eſt in dict. cap. fin. ne gau-
deat Eccleſiæ immunitate, qui ſub eius con
fidentia, & ſpe crimen committit, vt etiam
obſeruant, & docent Bouadilla lib. 2. capit.
14. num. 26. Gonni de immunit. Eccleſ. fal-
lent. 25. Villad. ad For. Iuzgo, lib. 9. tit. 3.
l. 1. num. 10. verſ. tertio excipitur. Couarr.
in dict. num. 15. Alciat. in regul. 3. præſum-
ptione 33. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 30
num. 15. Azebed. lib. 1. tit. 2. l. 3. ex num
24. latiſsime Gutierrez lib. 3. pract. cap. 1
ex princip. Menoch. in dicta præſumpt. 10.
numer. 4. Farinac. in prax. cap. 28. ex num.
59. verſic. Secunda eſt ratio, Paz in prax.
tom. 1. 5. partis, cap. 3. §. 3. num. 94. Iodoc.
Damhouder. in prax. crimin. cap. 106. nu-
mer. 8. ſubdens, quod cum hac ſpe rei li-
centioſius peccent, non ſunt per talem ini-
quam ſpem à libertate Eccleſiaſtica defen-
dendi.

3 Tertio id ſatis probari videtur in Con-
cil. Trident. ſeſſ. 24. de Reformat. matri-
mon. cap. 5. vbi qui deliquit cum conſan-
guinea ſpe matrimonij, difficilius obtinet
priuilegium, vel diſpenſationem; & illa non
gaudet, niſi id exprimat. Ad cuius tex. de-
clarationem eſt videndus Nauarr. in ma-
nual. cap. 22. num. 86. ex quibus, & alijs quæ
conſulto ommitto, cum frequenter referan
tur à Doctoribus, optime colligitur non
valere priuilegium, quod cauſam, & occa-
ſionem peccandi præbet, & peccato patro-
cinatur. Ergo cum iſtud contineat priui-
legium, de quo agitur, videtur dicendum,
peccantem ſpe, & confidentia Indulgen-
tiarum, earundem virtute abſolui nequa-
quam poſſe; niſi id expreſſe in ipſa facult-
te concedatur. Vt ait Rodriguez tomo. 1.
Quæſt. regular. quæſt. 20. art. 16. cum tacite
ſubintelligatur in omnib⁹ priuilegijs, quod
virtute eorum nemo abſoluatur, ſi cum con
fidentia ipſorum peccata commiſſerit, &
cenſuras contraxerit. Miror tamen quo pa-
cto ſtatim ſubijciat doctiſsimus ille pater,
peccantem cum dicta confidentia, minime
poſſe abſolui; niſi ex negatione talis abſo-
lutionis, periculum ſpirituale ipſius animæ
abſoluendæ timeatur. Si namquè qui pec-
cat confidentia priuilegij amiſsit illud, vt
ipſe affirmat, oſtendat nobis quomodo vi
ipſius priuilegij poteſt ille abſolui, quam-
uis periculum timeatur, cum illud pericu-
lum non reualidet priuilegium ſemel amiſ-
ſum.

Nihilominus tamen contrariam opinio-
4 nem, & poſſe quem abſolui à reſeruatis, ex
confidentia Bullæ Cruciatæ, & aliarum In-
dulgentiarum Apoſtolicarum commiſsis,
vt verius affirmant Ant. Cordoua ſibi con-
trarius lib. 5. de Indulgen. quæſt. 34. in fin.
& quæſt. 37. propoſit. 3. Ludou. Lop. 1. par.
Inſtr. conſcien. cap. 285. pagin. 804. verſic.
ſecuti-

Digitized by Google

ſecundo dicitur, Henrtiq. lib. 7. cap. 9. nu. 4. verſic. & peccata quæ fecit, & ibi additio marginal. in litera N. Rodrig. in Explicat. Bul. §. 9. num. 99. Anaſt. Germon. lib. 3. de ſacr. Immunit. cap. 16. num. 88. Viuald. in Candelab. Eccleſ. 1. par. tit. de confeſſ. nu. 42. quia vbi priuilegium non diſtinguit, tantum valet, quantum ſonat; quam etiam opinionem ſequuntur Iacob. de Graff. lib. 1. cap. 13. num. 59. Ruttilius Benzonius de Anno. Sancti Iobelei lib. 5. capit. 15. dub. 24. pag. 567. pulchre Lud. Beja in reſponſ. caſ. conſc. 2. par. caſ. 2. ex tribus propoſitis, die vigeſimoterrio Nouembris, ex pag. 471. vbi eleganter pro vtraquè parte diſputat, quem omnino vide; hanc etiam opinionem defendit, tanquam veriorem, ſatisfaciendo argumentis in contrarium adductis, Vega in ſpec. curator. cap. 11. num. 274. fol. 306. Ledeſma in ſum. 1. par. de ſacram. Pœniten. cap. 13. verſ. *La decima duda*, ex pag. 576. & hanc ſententiam probabilem, ex viu appellar Ləl. Zech. de ſacram. Pœniten. cap. 19. pag. 620. verſ. Duodecimo, quamuis contraria verior de iure ſit. Et hanc defendit Naua rr. ſibi contratius lib. 5. tit. de priuileg. conſ. 10. num. 3. & in §. in Leuitico, notab. 34. num. 6. qui etiam reſpondet argumentis, quæ in contrarium adduci poſſunt; aſſerens ſimiliter, quod qui peccat nulla ſpe veniæ concepta, propinquior eſt maiori malitiæ, & ira peior eſt, eo qui eſt remotior ab illa; imo circunſtantia illa, ſpei promerendi veniam, videtur aliqua ex parte temperare malitiam peccantis. Et hinc eſt quod omnes fere Chriſtiani, & Catholici admittimus multa peccata, ſpe veniæ obtinendæ per pœnitentiam, quæ non admitteremus, ſi crederemus nullum eſſe pœnitentiæ remedium; & tamen ideo non excludimur à beneficio pœnitentiæ. Ideo Cai. ſcribit in 2. 2. quæſt. 21. art. 2. ad 3. eſſe vulgarem errorem putantium, peccantē, ſub prętextu confeſsionis, & pœnitenriæ faciendę, peius facere; ſiquidem S. Thom. ibidem dicit; peccare cum propoſito perſeuerandi in peccato, ſub ſpe veniæ, ad præſumptionem pertinet, & hoc non diminuit, ſed auget peccatum; peccare autem ſub ſpe veniæ quandoquè percipiendæ, cum propoſito abſtinendi à peccato, & pœnitendi, non eſt præſumptionis, ſed hoc peccatū diminuit; quia hoc videtur habere voluntatem minus firmatam ad peccandum. Nam præſumptio eſt magnum peccatum, minus tamen quam deſperatio; quoniam magis proprium eſt Deo miſereri, & parcere, propter eius infinitam erga homines bonitatem, quam punire. Vnde Magiſt. ſenten. lib. 2. diſtinct. 22. §. E. affirmat Adam minus peccaſſe, quam peccauerit Eua; quia de pœnitentia, & Dei miſericordia cogitauit. Ex quibus reſoluit eleganter Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunit. lib. 3. cap. 16. num. 88. ſpe Indulgentiarum peccantem, earundem virtute conſequi poſſe abſolutionis beneficium, ſi habuerit propoſitum abſtinendi deinceps à peccato, quia tale propoſitum non auget, ſed minuit peccatum, & eſt, vt ait Caietan. in dict. art. 2. ad 3. voluntatis tranſitoriæ, non pertinacis in malo. Et tenendo hanc opinionem vt veriorem, ipſe Anaſtaſius Germonius, reſpondet obiectionibus ſuperius in contrarium adductis.

Quæ opinio placet aliquibus, vt non procedat, quando in ipſis Indulgentijs, & facultatibus exprimitur ne ſpe illarum peccantes eis vti poſſent, vt aſſeuerant Martinus Ledeſma in 2. quarti, quæſt. 29. artic. 1. Ludouic. Beja in dict. caſ. 2. pagin. 477. verſic. Hæc tamen, Vega in ſpeculo Curatorum, cap. 11. numer. 274. verſic. *Verdad es*, pagin. 306. Ludou. Lopez inſtr. conſcien. 1. par. cap. 285. pag. 804. verſ. niſi in Bullis, vel Indulgentijs, Iacob. de Graff. & Nauarr. in locis ſuperius allegatis; vide Sylueſtr. verb. Indulgentia, num. 28. ex doctrina Archidiaconi, in forma abſolutionis docet, ſolere addi clauſulam illam (præterea, quæ ex confidentia huius indulti commiſſi) &c.

Hæc autem controuerſia, & opinionum contrarietas, hac diſtinctione poteſt ad concordiam reduci, ſi credimus Anton. Gom. in Explicat. Bul. Cruc. in 11. clauſul. num. 5. videlicet, quod aut peccator ex confidentia, ideſt, quod Bulla ipſa, vel Indulgentiarum priuilegium eſt cauſa poſitiua, & principalis peccandi, ita quod ex confidentia illius facultatis quis mouetur ad cōmittendum id, ad quod non moueretur, ſine ea, & tunc non poteſt quis abſolui à reſeruatis ex tali confidentia commiſsis; ſi autem Bulla non fuerit cauſa poſitiua, & principalis, quæ moueat ad peccatū perpetrandū, ſed tantum facilitauit ad peccandū, quia aliàs quis peccatum nō committeret;

niſi tam facilis eſſet abſolutionis impertatio, poterit abſolui à peccato, cum hac confidentia commiſſo. Quam etiam opinionẽ & diſtinctionem amplecti videtur Paz in prax. tom. 1. 5. part. cap. 3. §. 3. numer. 95. verſic. Quod intellige, & Rodrig. tom. 1. Quæſt. regular. quæſt. 20. art. 16. Ledeſma de Sacram. Pęnitent. cap. 13. verſ. *La decima duda*, Lud. Lop. inſtr. conſc. 1. par. cap. 296. pag. 885. verſ. Quam ego ſententiam.

Hæc autem diſtinctio, & opinionum cõciliatio mihi nunquam placere potuit, nam quamuis fateamur grauius peccare, qui priuilegij confidentia peccat, non tamen ex hoc deneganda eſt abſolutio, vt ſuperius dicebatur, quando crimen illud, & circunſtantiam quis debite confitetur, vt poſt alios ſura tradit Rodrig. ſibi contrarius, in explicat. Bul. §. 9. numer. 99. verſic. *Digo lo ſegundo*, raro namquè euenit, vt ex malitia non peccemus, nunquam ergo abolerentur peccata, væ nobis, vt enim inquit Anaſtaſ. Germon. in dict. nu. 88. hoc eſſet Dei virtutem exinanire.

5 Nec obſtat, quod dicebatur, abuſus priuilegij ſecundum gloſ. in capit. Decet, de reg. iu. in 6. irritat illud, eo quod licet priuilegium perditur per abuſum, non tamen iure ipſo, ſed abuſus excitat Principem ad illud reuocandum; ideo iura dicunt, quod qui priuilegio abutitur, meretur priuilegiũ perdere, ſed non ipſo facto illud perdit. ex Ludou. Lop. in inſtruc. conſc. 1. par. cap. 285. pag. 804. verſ. Abuſus autem, qui etiã in pag. 805. verſ. Ad aliàs auctoritates reſpondet, ad ea quæ ex Lactantio opponebantur, & ſimiliter argumentis huic opinioni pugnantibus reſpondit Beja in dicta 2. par. caſu 2. ex propoſitis, die vigeſimotertio Nouembris, ex pag. 475. & Vega in ſpecul. cap. 11. num. 274. fol. 306. Rodrig. in Explicat. Bul. § 9. numer. 99. verſ. *Ni contra eſto*, Ledeſma in dict. cap. 13. pagin. 578. verſ. *A la primera razon.*

6 Similiter etiam merito reprobari videtur opinio Cordou. lib. 5. de Indulg. quæſt. 37. in fin. ſequuti ab Anton. Gom. in Explicat. Bul. Cruc. in clauſ. 1. n. 5. verſ. quæ doctrina, aſſerentis, virtute Bullæ poſſe quem abſolui à peccatis reſeruatis, commiſsis ante ſuſceptam Bullam; non vero de commiſsis poſt ſuſceptionem illius, ne ex confidentia gratiæ, vel indulgentiarum peccet. Quam etiam opinionem ſequitur Alphon. Vega in ſpecul. cap. 11. numer. 274. in fin. Contrarium ſiquidem verius eſt, & poſſe quem abſolui à reſeruatis, tam præteritis, quam poſt Bullæ ſuſceptionem committendis, dicendum eſt, per ſuperius dicta in ſecunda opinione, & quæ tradunt optime Rodrig. in Explicatone Bul. §. 9. num. 99. verſ. *Acerca deſta duda*, eleganter Beja in d. caſu 2. & Alphonſ. Vega in ſum. in 1. par. cap. 43. caſu 7. Soto tamen lib. 7. de iuſt. & iur. quæſt. 4. art. 3. verſ. poſt hęc de priuileg. vbi ponit diſcrimen inter facultatem abſoluendi à peccatis reſeruatis, quæ in diplomatibus Cruciatæ concedi ſolet, & inter facultatem diſpenſandi, ac commutandi vota, nam illa extenditur, inquit, ad peccata, quæ poſtquam Bullam ſuſceperit quiſquè commiſſerit, priuilegium vero diſpenſandi in voto, aut illud commutandi, non niſi de illo voto intelligitur, quod antea edideras, quam diploma ſuſceperis. Pro quibus eſt omnino conſulendus Ruttilius Benzonius de Anno Sancti Iobelei lib. 5. c. 15. dub. 25. pag. 568.

7 Ego deniquè pro vera ſupradictarum opinionum conciliatione, & ſolutione argumentorum, conſiderabam ſecundam opinionem veram eſſe, & procedere in foro pœnitentiali, in eo ſiquidem foro, abſolutionis beneficium obtinere poteſt, quì ex confidentia, & ſpe Indulgentiarum peccat, dũmodo debite confiteatur peccata; quamuis enim hac ſpe peccans grauiter peccet, non tamen ex eo impeditur abſolutio, vt probatur argumentis, & rationibus adductis in dicta ſecunda opinione; niſi illud expreſſe prohiberetur in conceſsione priuilegij, vt notatur in ſumma Corona Confeſſorum, de ſacra. Pœniten. numer. 25. vbi referuntur verba Pij Quarti, Confraternitatis nominis Dei, confirmatæ à Pio Quinto, & Gregor. XIII. quibus cauetur, ne quis confiſſus facultate abſoluendi à reſeruatis, maliſioſe aliquod graue cõmittat peccatũ; quod aliàs non cõmiſiſſet, ſi eã non haberet facultatem, vt abſolui poſsit, regulariter tamen quando confidentia immunitatis Eccleſiaſticæ, vel priuilegij huiuſmodi abſolutionem non prohibentis, quis peccat, merito in foro exteriori, meretur priuari eius commodo, & beneficio, per ſuperius adducta in prima opinione: qua permiſſa, facile reſponderi poteſt argumentis pro vtraquè ſententia adductis.

QVÆ-

QVÆSTIO XXVI.

Iuriſdictio, quam habet Epiſcopus in Regulares exemptos, diſtinctione multorum caſuum dilucide explicatur.

SVMMARIVM.

1 *INtellectus ad cap. Monaſteria, 18. q. 2. & ad cap. Cum venerabilis de exceptio.*

2 *Monaſteria omnia iure communi Epiſcopis ſubijciebantur; hodie vero ſere omnia, ſumma cũ ratione exemptionis priuilegio gaudent; nequè per hanc exemptionem aliqua ſit ipſis Epiſcopis iniuria.*

3 *Epiſcopus antiquis temporibus in ſua Diœceſi erat quaſi generalis; & admittebat ad poſſeſſionem in Monaſterijs.*

4 *Papa poteſt omnia beneficia conſerre, nequè ex hoc poſſunt conqueri Ordinarij, ſuo enim iure vtitur.*

5 *Prælati iure communi attento, ſecluſis priuilegijs, & conſuetudinibus, ſecundum aliquos Doctores, habent iuriſdictionem in ſuos Religioſos Regulares, priuatiuam ad Epiſcopum, etiam in grauioribus criminibus, præterquam in quibuſdam exceptis, quæ requirunt depoſitionem, non ſolum quoad cohertionem, ſed etiam ſi agatur ad pœnam iuris, & via iudiciaria.*

6 *Epiſcopus de iure, & attenta ſacri Concilij Tridentini diſpoſitione, in multis caſibus poteſt punire Regulares, à ſua iuriſdictione aliàs exemptos.*

7 *Regulares, ſi ſint exempti à Papa, non tenentur ad ius reuerentiale Epiſcopo, bene tamen ſi ſint exempti priuilegio Epiſcopi, illa enim exemptio dicitur plenaria, hæc vero non.*

8 *Epiſcopus ex Concilio Tridentino habet auctoritatem ſuper Accolitos, Commites Palatinos, Prothonotarios, Capellanos Regios, & ſimiles exemptos; & decernit, quod nihil ex priuilegijs conceſſis eiſdem, intelligatur eſſe Ordinarijs detractum.*

9 *Epiſcopus habet iuriſdictionem in Regulares exemptos, ſi ſit in poſſeſſione, & conſuetudine iudicandi illos.*

10 *Priuilegiatus non poteſt renunciare ſuo priuilegio, quando illud non ſolum priuilegiati, ſed & alterius fauorem reſpicit: & nu. ſequenti.*

11 *Regularis (etiam ſi Prouincialis ſit) non poteſt iuriſdictioni Epiſcopi ſe ſubmittere.*

12 *Epiſcopus habet iuriſdictionem in exemptos, & eos poteſt punire prædicantes abſq; ipſius, vel ſedis Apoſtolicæ licentia.*

13 *Regulares in ſuis Eccleſijs, cum licentia ſuperiorum ſuorum, poſſunt prædicare præſentatione facta coram Ordinarijs, & petita benedictione. In alijs vero Eccleſijs ſi prædicant, debet præcedere licentia Ordinarij, contradicente vero Epiſcopo, nec in ſuis Eccleſijs poſſunt prædicare, niſi ſint mendicantes.*

14 *Regulares poſſunt puniri ab Epiſcopis, ſi Reuelationes, aut miracula non authentica prædicent.*

15 *Epiſcopus habet iuriſdictionem in Regulares, quãdo nolunt ire ad proceſſiones ab eo indictas, & poteſt contra eos procedere cenſuris, & alijs arbitrarijs pœnis.*

16 *Intellectus ad capit. 13. §. exemptis, ſeſſ. 25. Concil. Trident.*

17 *Epiſcopi poteſtas in Concilio data, ad ſedandas cõtrouerſias, ortas inter ipſos Regulares in præcedentijs proceſſionum, intelligi debet, quando ex ipſis controuerſijs ſequitur ſcandalum, aliàs minime cognoſcit Epiſcopus.*

18 *Epiſcopus poteſt punire Regulares, ſi extra clauſtra ſuorum Monaſteriorum faciant proceſſiones, niſi conſuetudine, aut priuilegio id fuerit ab eis obtentum.*

19 *Regularis, qui ſine mandato in ſcriptis ſui ſuperioris extra Conuentum repertus fuerit (etiam prætextu accedendi ad ſuum ſuperiorem) ab Ordinario, tanquam deſertor ſui inſtituti, puniri poteſt, cum limitat. & nu. ſeq.*

20 *Religioſus non poteſt (etiam ſi male tractetur) confugere ad Prælatum ſuperiorem, ſine inferioris Prælati licentia, aliàs à Prælato ſuperiori grauibus pœnis puniendus eſt, quod intelligendum eſt iudicio Auctoris; quando cum ſcandalo inferior pergit ad ſuperiorem.*

21 *Religioſus de iure poteſt appellare, ſanctiſsimè tamen in quamplurimis Religionibus, Religioſis interdicta eſt appellatio.*

22 *Intellectus ad cap. 4. ſeſſ. 25. de Regul. Concil. Trioent.*

23 *In Ordine Prædicatorum iuſte, & ſancta appellationes ſublatæ ſunt.*

24 *Religioſi miſſi ad regendas Eccleſias Parrochiales ſuorum Monaſteriorum, ſubditas locorum Ordinarijs, ſi delinquant in ſuis officijs, non obſtante exemptione, ab Ordinarijs puniuntur.*

25 *Religioſi habentes curam animarum, in Eccle-*

Digitized by Google

ſijs curatis Monaſteriorum, tam virorum, quam mulierum, quoad curam animarum, & ſacramentorum adminiſtrationem, ſubſunt iuriſdictioni, & viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius Diœceſi commorantur, cum limitationibus.

26 *Epiſcopus, quamuis vt Ordinarius non poſſit viſitare Eccleſiam exemptam ratione fundationis, & dotationis, bene tamen poteſt, vt ſedis Apoſtolicæ delegatus.*

27 *Intellectus ad cap. 8. ſeſſ. 7. de Reformat. in Concil. Trident.*

28 *Capitulum, ſede vacante, non ſolum ſuccedit in iuriſdictione ordinaria, iure communi generali ad Epiſcopum ſpectante, ſed etiam in iuriſdictione iure communi ſpeciali ad Epiſcopum pertinente.*

29 *Regulares ſubijciũtur Ordinarijs, in cauſa fidei.*

30 *Epiſcopus licet non poſſit excommunicare Regulares, extra caſus a iure permiſſos, tamen ſi ſibi conſtet, ipſos in aliquam excommunicationẽ iuris, aut Papæ incidiſſe, poteſt illos declarare, & denunciare ex cauſa.*

31 *Epiſcopus licet non poßit Religioſos carceri mãcipare, poteſt tamen illos capere, vt eos ad ſuos ſuperiores remittat, quando de fuga timetur. Quod ſi dicti ſuperiores negligant corrigere, tunc hoc poterit facere Ordinarius.*

32 *Indulgentiæ Regularibus conceſſæ publicari nõ poſſunt in diœceſi, abſq. licentia Ordinarij.*

33 *Regularis ſi delinquat extra ſuum Monaſteriũ, poteſt ab Ordinario loci, tanquam ſedis Apoſtolicæ delegato, puniri, & etiam in cauſis ciuilibus miſerabilium perſonarum, poteſt Epiſcopus contra illos procedere.*

34 *Epiſcopi, vt Apoſtolicæ ſedis delegati, annis ſingulis poſſunt viſitare beneficia, tam curata, quam non curata, ſecularia, & Regularia.*

35 *Epiſcopus rationem exigere poteſt à Religioſis (quantumuis exemptis) de teſtamẽtorum executionibus, quas geſſerunt, & punire illos, ſi deliquerint in ipſis.*

QVAMVIS attento iure cõmuni, ſint qui affirment, Mona-
1 ſteria, & Regularium curam,
& diſciplinam, ad eum pertinere Epiſcopum, in cuius ſunt territorio cõſtituta, vt per tex. in cap. Monaſteria, 18. quæſt. 2. & in c. Cum venerabilis, de exception. Hoſtien. in ſum. titul. de offic. Ordinarij, §. ſunt autem quædam, tradunt Mandoſ. de ſignat. grat. tit. de exemption. ab Epiſcopis, verſ. Omnes Eccleſiæ: late Rodrig. tom. 2. Quæſt. regular. quæſt. 63, art. 1. Dec. in cap. fin. num. 16. de confirm. vtil. vel inutil. Dec. conſil. 151. in princip. Pariſ. conſ. 95. volum. 4. ex num. 2. Tribiſſan. lib. 1. deciſ. 36. num. 2. Rota. 1. par. deciſ. 78. in nouiſsimis, num. 1. Rebuf. de congrua portione, ex num. 121. cum habeat Epiſcopus regimen omnium animarũ ſuæ Diœceſis, & inde ipſe dicitur caput totius, ex notat. per Doctores, in cap. Cum non liceat, de Præſcription. Huiuſmodi autem, & alia iura, vt inquit Trullo, lib. 4. cap. 14. pag. 642. loquuntur iuxta praxim priſcorum temporum, antiquarumquè conſti-
2 tutionum Eccleſiaſticarum; quando vniuerſa Monaſteria iure communi Epiſcopis ſubijciebantur, nulliquè extabant Abbates, ſeu Priores, ab Epiſcoporum iuriſdictione exempti, imò eo tempore, Epiſcopus in Diœceſi ſua erat quaſi Generalis, & admit-
3 tebat ad profeſsionem in Monaſterijs, vt optime annotauit Rodriguez in dicto art. 1. Noſtris vero temporibus (vt ait Trullo) exemptionis priuilegio fere omnia Monaſteria, & loca Regularia gaudent, & idem affirmant Rodrig. in dict. quæſt. 63. art. 3. Paul. Fuſc. de Viſitat. lib. 2. cap. 15. ante numer. 1. optime Marc. Ant. Cuchus lib. 2. Inſt. maior. tit. 6. num. 68. & dixi in 2. par. Collect. 87. num. 4. & Collect. 157. num. 2. Rodriguez tom. 2. quæſt. 2. art. 8. poſt principium; quod iuri conſonum ſemper viſum eſt, cum ſuccedente tempore, experientia compertum ſit, Regulares, eorumquè Monaſteria, & Capitula male tractari ab Epiſcopis, vt patet ex cap. Nimis praua, & cap. Nimis iniqua, de exceſſ. Prælat. vbi deſcribuntur viginti & ſeptem grauamina, quæ Prælati Religioſis inferebant, & in Clem. 1. eodem titul. Papa prouidet contra triginta grauamina, per Epiſcopos, & alios ſuperiores Religioſis inferri ſolita: de quibus, alios allegans, meminit Henrriquez lib. 7. cap. 24. numer. 7. in litera V. Vnde non ſolum antiquæ, & modernæ Religiones, ſed etiam ſi noua Religio hodie fundaretur, facile ſimilem exemptionem à iuriſdictone Epiſcoporum obtineret à Romano Pontifice, vt refert Quintil. Mandoſ. de ſign. grat. tit. de exemp. ab Epiſc. verſ. antiquæ igitur, & modernæ, fol. 121. & Cuchus dict. tit. 6. nu. 69. & ſic infert Nauar. in cap. Non dicatis, 12. quæſt. 1. nu. 95. nullum eſſe Monaſteriũ, in quo priuilegio, vel conſuetudine non ſit obtentũ, vt Prælatus cognoſcat priuatiue ad Epiſco-

Epiſcopum, de omnibus delictis Religioſorum; & idem fatetur, idẽ Nauarr. lib. 3. tit. de Regular. conſ. 58. num. 2. Saltem cum crimen non requirit depoſitionem ab ordine.

Aduerte autem, quod in hac exemptionis conceſſione nulla fit iniuria Epiſcopis, vt quidam falſo putant; & annotauit Henriquez in dict. cap. 24. num. 4. & Rodrig. in dict. quæſt. 63. art. 2. verſ. Neque in hoc, Pontifex namque maximus ſicut, ſecundum ſuæ poteſtatis plenitudinem, caſus ſibi grauiores reſeruat, aut ſpeciali priuilegio concedit; ita perſonas quaſdam ſibi immediate ſubijcit, & illorum cauſas priuatiue reſeruat iudicio ſuo; & ſic ſibi ſubijcere, & reſeruare poteſt quamplures Regulares, cum illorum ſit Generalis Pater, & Religionum omnium confirmator. Quos ita eximit à poteſtate Epiſcoporum, vt priuet eos vſu iuriſdictionis, quam alius Pontifex cumulatiue in illos deriuabat, multo ampliorem iuriſdictionem penes ſe retinendo, tanquã Ordinarius totius terrarum orbis, iuxta c. Cuncta per mundum, 9. quæſt. 3. & tradit Chaſſen. in Cathalog. glor. mund. 4. part.
4 conſiderat. 7. ſubdens, quod ideo concurrit cum omnibus Ordinarijs in iuriſdictione, & poteſtate. Iaſſ. in l. Reſcripta, num. 4. C. de Precib. Imper. offer. Bald. in cap. Dilecti, el 2. num. 4. de Appellat. & in cap. 1. in princip. Qui feud. dar. poſſ. Sicut & in collatione beneficiorum tradit Selua de benefic. 3. par. quæſt. 60. in fin. Papam in præiudicium Ordinariorum poſſe conferre beneficia omnia. Quod etiam affirmant Rota decif. 1. & decif. 17. de pręb. in nou. Marc. quæſt. 196. num. 3. par. 1. & quæſt. 382. numer. 4. par. 1. Et ex his Ordinarij conquęri non poſſunt, teſte Staphil. de grat. & expect. in princip. ex num. 4. & in §. poſt hęc, numer. 4. Menoch. conſ. 83. numer. 11. quia Papa non facit eis iniuriam; ex quo ſuo iure vtitur, receptumq. eſt in iure, ea quæ ſunt iuris poſitiui mere, ſicut ſunt priuilegia, & gratiæ à Principibus ſuperiorem non recognoſcentibus conceſſæ, pro libito voluntatis tolli, & inuerti poſſe. Felin. in cap. Quæ in Eccleſiarum, numer. 48. de Conſt. Aym. de antiquit. tempor. 1. par. §. non ommitto, num. 38. plures refert Couarr. lib. 3. var. cap. 6. num. 1.

Imò ſunt qui exiſtimant, inſpecto iure
5 communi, etiam ceſſantibus omnibus priuilegijs, & conſuetudinibus, Prælati, vel Abbatis iuriſdictionem in ſuos Religioſos Regulares, priuatiuam eſſe ad Epiſcopum, non ſolum in his, quæ concernunt Regulam, & Regularem diſciplinam, vt cenſet Rot. 1. par. decif. 78. numer. 2. verſ. Sed in ijs, imò etiam in grauioribus criminibus, præterquam in quibuſdam exceptis, quæ requirunt depoſitionem, nedum ſi agatur, vt dictum eſt, quoad coertionem ſecudum regularia ſtatuta, verum etiam ſi agatur ad pœnam iuris, & via iudiciaria, vt probatur in cap. Ea quę, de Stat. Monach. & ibi gloſ. in verb. per Abbatem dicit; quod Viſitatores Capituli generalis, ſuos Monachos delinquentes per Abbatem corrigi faciant. Quam etiam opinionem, relatis alijs iuribus, comprobant Coſm. in pragm. ſanct. tit. de concubin. §. quod ſi ij, in gloſ. verb. pertinent, iux. fin. fol. 181. Abb. in cap. Si quis contra Clericum, num. 50. verſ. Et in illis, de For. compet. & in cap. Ioannes, numer. 2. de Regular. & ibi optima additio margin. in litera E. Idem Abb. in cap. Cum ab Eccleſiarum, num. 10. & in capit. Paſtoralis, numer. 6. vbi Felin. numer. 4. & ibi additio margin. in litera A. de offic. Ordin. Capra. in reg. 84. ex num. 3. & in commun. opin. verb. Monachi clauſtralis correctionem. Guid. pap. decif. 559. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 35. numer. 15. Foller. in Prax. crimin. can. in vltima parte, titul. de modo. proced. contr. Monach. ex numer. 39. optime Roman. conſil. 75. per tot. Quã opinionem veram eſſe cenſeo, quia quando conceditur Pręlatis Regularibus iuriſdictio in ſuos Religioſos, vel Fratres, ea præſumitur conceſſa priuatiuè ad Epiſcopum; vt probat ex multis Menoch. de præſump. lib. 2. præſumpt. 18. numer. 22. dicens cum Puteo decif. 239. lib. 3. Sic intelligi debere ſacrum Concil. Trident. ſeſſ. 6. de Reformat. c. 3. vbi tribuitur Prælatis iuriſdictio corrigẽdi exceſſus ſubditorum, vt intelligatur conceſſa Prælatis Regularium priuatiue ad Ordinarium. Quod autem ſit à iure conceſſa iuriſdictio Pręlatis in ſuos Monachos, ſatis probat tex. in cap. Abbates, §. Monachi, 18. quæſt. 2. cap. Ad noſtram, cap. Reprehenſibiles in fin. de Appell. gloſ. in verb. Si Prælati, in cap. Quanto, de offi. Ordin. & in cap. Ea quę, de ſtat. Monach.

Nihilominus tamen plures ſunt caſus in
6 Iure, & in Sancto Concilio Tridentino,

renunci tre ſine Papa,nec prorogare iuriſdi
ctionem Ordinarij,quando priuilegiũ non
ſolum reſpiceret, fauorem priuilegiati, ſed
& alterius,in cuius prçiudicium non poteſt
priuilegiatus renunciare,ex contrauentione
per tex.in c. Cum tempore de Arbitr.cap.2.
de in integr. reſtitut.cap. Cum olim de pri-
uileg. & tradunt Didac. Perez lib.3.tit.1.l.
2.pag.467.verſ. vtrum autem fori priuile-
gium. Felin.cap.P.& G.nu.13.de offi.deleg.
Carol.de Tapia in l.fi.ff.de conſt.Princ.2.p.
cap.2.num.19.Marc.Ant.lib.1.tit.6.num.8.
Paul. Fuſc.lib.2.cap.8. num.11. Rodriguez
tom.1. Quæſt.Regular. quæſt.36.art.5.verſ.
Præterea facit,pag.353.& in to.2.quæſt.63.
art.10.ex pag.335. Henriq.lib.7.cap.25.n.
1.verſ.non licet,Zerola in Praxi Epiſcop.1.
par.§.exemptio, verſ. ſexto Eccleſia.Viual.
in Candelabr.Eccleſ.1.par.tit.de Abſolutio
ne,num.49.ſubdens,quod etiam ſi Regula-
ris quiſpiam (etiam Prouincialis) voluiſſet,
ſuis priuilegijs cçdẽdo,ſe iuriſdictioni Epiſ
copi ſubmittere,id minime poſſet,quia licet
vnuſquiſque poſsit renunciare iuri ſuo , id
intelligitur verum,quãdo tale priuilegium,
vel fauor eſt introductus in fauorem,vel cõ
modum priuatæ perſonç,ſecus vero, ſi in fa
uorem aliorum ſimul.De quo etiam optime
Paul.Fuſc.de viſitat.lib.2.cap.20. num.21.
Rodrig.in addit.ad Bul.Cruc.§.9.num.43.
vnde ait Andr. Gail. in lib.1. obſeru.40. ex
num.3.Quod vocatus contra priuilegium,ſi
coram alio Iudice compareat,in eiuſquè iu-
riſdictionem conſentiat,ex huiuſmodi par-
tis conſenſu, non prorogatur iuriſdictio in
præiudicium Domini facta.Vnde ſubdit Fe
lin.in cap.ad Audientiam num.17.& in cap.
Cum olim,n.3.de prçſcrip.exẽptum poſſe ſe
tueri, ex nõ cõpleta præſcriptione reſpectu
Papæ, licet ſit completa quoad ipſum,& idẽ
aſſerit Rodrig.in dict.art.10.pag.336.verſ.
vnde,Henriq.in d.num.1.in fi.

12 Quarto Epiſcopus habet iuriſdictionem
in exemptos,& eos poteſt punire prædican-
tes abſque ipſius licentia,vel Sedis Apoſto-
licæ,iux.tex.in cap. Excõmunicamus,el 1.§.
quia vero,de hæretic.& gloſ.in verb.priui-
legiatũ,in cap. Quod Dei, de ſtat.Monach.
& tradit eruditiſsimus, & grauiſsimus Do-
ctor,Rotæquè Romanæ Decanus meritiſsi-
mus,de cuius laudibus ſummis,ac maximis,
nulla vnquam ætas,nulla hominum memo-
ria conticeſet, Franciſc.Pegna, in Direct.2.
par.cap.12.cõment.11.in fi.pag.101.Viual.
in 1.par. tit. de Abſolut. num.26. Zerola in
1.p.§.prædicatio,verſ.ad tertium, Rodrig.
tom.3.quæſt.32.art.1.Zerola in dict.1.p.§.
excõmunicatio,cauſa materialis, verſ.quar-
to an,ibi fallit primo,latè Simanc.de Cath.
Inſtit.tit.49. ex princip. Alphon. Caſtr.de
Iuſt.Hæret.punit.lib.3.cap.3. iuxt.fin.Flam.
Pariſs.de Reſig.benef.lib.3.quæſt.11.nu.18.
Concil. Trident.ſeſſ.5. de Reform.cap.2.in
fin. Ex quo Concilio animaduerſione dignũ
13 eſt, quod ſi Regulares prædicãt in Eccleſijs
ſuorum Ordinum,ſtante licentia,& appro-
batione ſuorum ſuperiorum,ſufficit ſe prç-
ſentare coram Ordinarijs,& ab eis benedi-
ctionem petere (& præſentare, intellige per
ſonaliter,iux.gloſ.in verb.prçſentari in Cle
ment. Dudum de ſepult) in Eccleſijs vero
non ſuorum Ordinum , non ſufficit petere
benedictionem,ſed debent obtinere licen-
tiam ab ipſo Ordinario.Rodriguez tom.2.
quæſt.63.art.11.verſ.primum quantum;cõ-
tradicente autem Epiſcopo,nec in Eccleſijs
Parochialibus,nec in Eccleſijs ſuorum Or-
dinum poſſunt prædicare, vt habetur in eo-
dem Concilio in ſeſſ.24. de Reform. cap.4.
Alphonſus de Torres, de Inſtit.Sacerd.3.p.
cap.15.num.12.pag.572.trad.Rodriguez in
dicto ar.11.verſ.ſeptimo quod.Limitatur ta
men hoc in Religioſis Mendicantibus , qui
etiam renuẽte Epiſcopo poſſunt prædicare
in ſuis Eccleſijs. Ita Pius Quintus,in quadã
Bulla confirmationis, & nouæ conceſsionis
priuilegiorum omnium Ordinum mendi-
cantium,quæ incipit. Etſi mẽdicantium Or
dines,Dat.Romç apud S.Petrum,Anno In-
carnationis Dominicæ 1567. Kalendas Iu-
lij,ſui Pontificatus anno ſecundo.Poſtquam
recenſuit varia grauamina, quæ inferebant
Ordinarij Fratribus mendicantibus, decla-
rauit mendicantes à ſuis ſuperioribus expo
ſitos ad prædicandũ,poſſe prædicare in ſuis
Eccleſijs,etiam contradicẽtibus,& renuen-
tibus Epiſcopis,vt ſcribit Vega tom.2.cap.
86. caſu 40. & ſimiliter ait Rodriguez to.3.
quçſt.32.artic.5. & in art.8. quod Epiſcopi
poſſunt procedere contra Regulares erro-
res prçdicantes. De quo etiam March.Ant.
Inſt.mai. lib.2. tit.6.num.162. & idem Ro-
driguez in d.quæſt.32.art.10.diſſerit,quod
14 Regulares puniri poſſunt ab Ordinarijs , ſi
reuelationes , aut miracula non authentica
prædicent, & in art.6.examinat, vtrum Prç-
dicatores ſemel approbati ab Epiſcopo te-
neãtur iterum coram eodem Epiſcopo, aut
eius

eius ſucceſſoribus præſentari, eorum prima licentia ſuſpenſa, aut reuocata, & ex eadem Bul. Pij quinti cōſtat, ipſos mendicantes ſemel admiſſos in vna Diœceſi ad prædicandum, vel ad audiendas confeſsiones, non amplius in eadem Diœceſi præſentari, aut examinari debere, nec aliquid pro licentijs exigi, aut recipi poſſe; & quod puniri poſſunt ab Ordinarijs huiuſmodi Regulares, ſi prędicando aliquid detrahant Eccleſię Pręlatis, probat aliquibus iuribus idem Rodriguez tom. 3. Quæſt. Regular. quæſt. 32. articulo 2. Thom. Zerola, in dict. §. prędicatio, verſic. ad ſextum.

15 Quinto habent Epiſcopi iuriſdictionem in Regulares, quādo nollunt ire ad proceſſiones ab eo indictas; vt tradit Marc. Ant. in Inſtit. maior. lib. 2. tit. 6. num. 55. Thom. Zerola in Prax. Epiſcop. 1. par. §. excōmunicatio cauſa materialis, ibi, ſecundo fallit. Vibald. in Candelabr. 1. p. tit. de Abſolutione, cap. 13. Flāmin. Pariſs. de Reſig. benef. lib. 3. quęſt. 11. num. 18. Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 8. num. 12. & cap. 15 num. 64. Quod intelligit verum Felin. in cap. Dilectus, num. 7. de offi. ordin. quando proceſsiones fierent ex graui, & vrgenti cauſa; quod etiam cenſent Abb. in cap Nimis praua, num. 3. & ibidem optime Marian. Socin. ex nu. 7. de Exceſs. Prælat. Et qualiter in his proceſsionibus inter ſe præcedere debeant Regulares, tradunt Felin. in Rubr. de maior. & obed. numer. 6. Lancelot. Conrad. in Templ. om. Iud. lib. 2. cap 9 latiſsime Chaſſen. in Cathal. Glor. mund. 4. part. ex conſiderat. 54. Paul. Fuſc. in dict. cap. 15. num. 66. Thom. Zerola in Prax Epiſc. 1. par. §. Proceſsiones, verſ. ad Quartum Pius Quintus.

16 Hodie tamen exiſtimo, generaliter teneri omnes Regulares vocatos ab Epiſcopo, accedere ad proceſsiones, cum decretū Concilij Trident. in Seſſ. 25. de Regular. cap. 13. in §. exempti, generaliter loquatur, ibi, & eos ad id compellat; ijs tātum exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuo viuunt, vt etiam notat Paul. Fuſc. in dict. num. 12. & Sacta Congreg. declar. 32. cenſuit, Regulares qui non accedunt ad proceſsiones ab Epiſcopo indictas, poſſe ab eo puniri per cenſuras, & pœnas arbitrarias, & alia iuris remedia, quod etiam refert Zerola 1. par. §. excōmunicatio de cauſa materiali, verſ. quarto an Epiſcopi, ibi, ſecūdo fallit, & in §. Proceſsiones, verſ. ad ſecundum. Henriq. lib. 7. cap. 25. nu. 8. verſ. vt ſi vocati, quod eſt notandum, aduerſus Rodriguez in Summa 1. p. cap. 74. nu. 4. verſ. *Por lo qual*, & Gambat. ab eo allegatum de offi. legat. lib. 8. cap. vlt. numer. 77. Henriquez lib. 7. cap. 25. num. 7. verſ. Hinc ſequitur aſſerentes, minime poſſe Epiſcopum procedere in hoc caſu cenſuris Eccleſiaſticis, ſed tātum aliarum pœnarum punitione, eleganter tamen (ni fallor) aduer-
17 tit Decii. lib. 2. conſ. 63 num. 17. quod quamuis in dicto cap. 13. detur à Concilio Epiſcopis facultas ad ſedandas controuerſias ortas inter ipſos Regulares, in præcedentijs proceſsionum, id intelligi tantū debere, quādo ex ipſis controuerſijs ſequitur ſcandalum, ſi namque illud non ſequatur, non cognoſcit Epiſcopus, pro quo ſunt ponderanda verba illa dicti decreti Concilij: ibi (quę perſæpe cum ſcandalo oriuntur) & quomodo procedat Epiſcopus pro cōtrouerſia ſedanda in his proceſsionibus, ratione præcedentiæ; tradit Rodriguez tom. 3. quęſt. 37. art. 3. & Zerola 1. par. §. Proceſsiones, verſ. ad tertium principale quod. Sacerdotes etiam ſeruientes in Eccleſijs ęquitum Hieroſolymitanorum, poſſunt ſimiliter compelli ab Ordinario, vt interſint ijs proceſsionibus, vt habetur in declaratione Sacrę Congregatio. 360.

18 Sexto, ſi extra clauſtra, vel ambitum ſuorum Monaſteriorum faciant proceſsiones Regulares (niſi conſuetudine, aut priuilegio id fuerit ab eis obtentum) poſſunt puniri, & impediri ab Ordinario, & ratio eſt, quia non habent territorium, & id ita practicati vidiſſe, atteſtatur Thomas Zerola in Praxi Epiſcop. 1. part. §. Proceſsiones, verſic. ad quartum extra.

19 Septimo Sancta Synodus Tridentina in in Seſſ. 25. de Regular. cap. 4. ſic ſtatuit: nec liceat regularibus à ſuis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad ſuos ſuperiores accedendi, niſi ab eiſdem, miſsi aut vocati fuerint, qui vero ſine prædicto mādato in ſcriptis obtento, repertus fuerit, ab ordinarijs locorum, tāquam deſertor ſui inſtituti, puniatur. Quæ pœna non imponeretur à Concilio, niſi propter graue peccatum. Ex quo textu Concilij infert Ioan. Ramirez, de confirmatione Ordinis Diui Iacobi, cap. 14. in fine, verſ. Quarta declaratio. Non eſſe licitum alicui Religioſo, etiā ſi male tractetur, confugere ad Prælatum ſuperiorem, ſine licentia Prælati inferioris, propter eius auſteritatem,

ritatem,vel propter aliam cauſam , & tales confugientes puniri debere à ſuperioribus
20 grauibus pœnis. Cuius doctiſsimi viri ſententiam veram eſſe exiſtimo ; quando cum ſcandalo regularis pergit ad ſuperiorē ſine licentia , non vero quando ſupra modum grauatus , & ſine ſcandalo accedit ad ſuperiorem,vt ipſum à tali grauamine ſubleuet; quia dicens ſe grauatum,& ob id adiens ſuperiorem,videtur appellare,nec,vt ait Rodriguez tom.1. quæſt.30.art.3. credendum eſt,Concilium voluiſſe derogare,vel tollere iuſtam appellationem,in tam graui ratione fundatam,& præſertim quod non ſit petenda licentia ab eo,ad cuius grauamen tollendum,pergit aliquis ad ſuperiorem , probat gloſſ.in cap.Cum paſtoris,2.quæſt.7.vbi habetur,quod non eſt neceſſarius Abbatis cõſenſus,ſi quis voluerit ipſum Abbatem accuſare. Præterea adire ad ſuperiorem ob iuſtũ grauamen , habet vim appellationis apud Religioſos , quam non videtur vetare , aut prohibere Conciliũ,nec quod grauiter grauatus,per viam iuſti grauaminis,& appellationis iuſtæ , verbo , vel facto interpoſitæ, poſsit adire ſuperiorem,ad conquerendum de illo;cum hoc ſit obuiare etiam iuri naturali. Vnde licitum eſſe de iure Religioſis ipſis,appellare à grauaminibus ſibi illatis,probant pulchre Rodriguez tom.1. quæſt. 29.
21 art.2.Arag.2.2.quæſt.69 art.3. Sot.lib.5.de Iuſt.& iur.quæſt.6.art.3.Rodriguez in ſum. de ordine cap.13.num.4. & probatur id ex tex.in cap.de priori,de Appell. vbi iubetur caſtigari Prior ; qui appellationem non admiſit. Idquè etiam confirmatur ex quamplurimis iuribus,elegãter relatis à Nauarro, qui eandē opinionem defendit,in cap.Nullam,18.quæſt.2.num.51 dicente,Concilium Tridentinum non vetare appellare,ſed adire ſuperiorem ſine licentia Prælati; quod lõge aliud eſt,idem docet idem Nauarr.lib.2. conſ.tit.de Appellat.conſ.4.num.5.Intelligendumquè eſſe dictum Concilium de illo, qui nõ grauatus,ſine vlla appellatione adit ſuperiorem,eo ſolo,quod prætendat,licere ſibi adire illum ſine Prælati immediati licen-
22 tia,petita ſaltem iuſta de cauſa,quod falſum eſt,& damnatur in prędicto Cõcilio.Vnde arbitratur Nauar.quod licet Ordinarius iuſte poſſet capere talem Regularem, per ſuũ territorium tranſeuntem, iuxta diſpoſitionem dicti Concilij,non tamen iuſte retinere,nec punire; ſi fidem faceret,ſe grauatum appellaſſe, vel de grauamine proteſtatũ iter arripuiſſe ad ſuperiorem; & ideo licentiam inſcriptis non deferre ſecum,quia noluit eã ſibi cõcedere Prælatus,à quo appellauit,vel iuſte metuit eam petere , vel quia ob appellationem, vel licentię petitionem,in carcerem iniuſte coniectus, fugit. Quamuis autē hæc ita procedant de iure, fateor tamen cũ Soto, & Aragon, vbi ſupra, & Rodriguez tom.1.quæſt.29.art.3.& in ſum.in fin.tit.de Ordine Iudic.cap.13.nu.5.Couar.in Pract. cap.23.num.6.verſ.octauo.Thom.Zerola 2. p.5.Regulares, verſ.ſexto, perquam ſancte in quamplurimis Religionibus appellandi vſum fuiſſe obiectum, nam quãuis fortaſſe accidere aliquando poſsit,vt Monachus aliquis iniuria læſſus affligatur,hęc tamen dãna,quę rariſsime contingunt,pace & quiete totius Religionis compenſantur,cum illius neruus,atque decus,in eo maxime cõſiſtat, vt altiſsimo inter fratres, quę ſua eſt profeſſio,vt inquit Sot.vbi ſupra,planiter tractēt, & tranſigant,nec ſe ſeculo prodant,aut ſaltem nõ facile cauſas ſuas extra Religionem deducant,ex quo non leues perturbationes ac iurgia oriuntur, in grauiſsimum Religionis detrimentum.

Aduertendum tamen eſt ex Nauar.lib.2. conſ.tit.de Appellat. conſ.4. quod id,quod dicitur, nõ licere Religioſis appellare,quia illis interdicta eſt appellatio, intelligēdum eſt,quando non eſt exceſſus in correctione; & mandata , vel præcepta ſuperiorũ ſunt rationabilia,& legitime facta;cæterum ſi ſuperior in ijs deffíciat,poteſt Religioſus appellatione,tãquam iuris naturalis ſubſidio, ſe tueri. Nec obſtat cap.Ad noſtram de Appellat.nam ibi ſolum prohibetur appellatio ad defendēdã nequitiam, & de non iniuſte oppreſso ; hic vero fit ſermo de appellante iuſta cauſa ; & de appellatione ab oppreſſo facta,& addit Nauar.vbi ſupra num.6.irreligioſe valde facere Prælatos, qui iuſtas appellationes à ſe oppreſſorum non admitũt; & debere acriter caſtigari,vt iubetur in cap. De priore de Appellat. & iniquitatem iniquitati apponere eos,qui nõ admittunt,nec dant licentiam proſequendi, & adeundi ſuperiores ; & peſsima malis accumulare , qui nõ ſolum negant prædictã,ſed etiam conijciunt in carceres duros,inedia torquendos donec appellationi renuncient.

23 His tamē minime refragãntibus,ſanctiſsime in cõſtitutionibus Illuſtriſsimi Ordinis Fratrum

Fratrum Prædicatorum, interdicitur ipſis Religioſis appellatio, licet enim oppreſsis ius naturale ſubueniat, per appellationis beneficium, tamen quicunquè poteſt (ſi vult) huic iuris naturalis ſubſidio renunciare, & eo ipſo, quod aliquis in prædicta Religione profeſsionem emittit, & ſecũdum illius ordinis leges, & conſtitutiones viuere vult, huiuſmodi recurſum denegãtes (præter quã in Capitulis, aut viſitationibus) videtur huic priuilegio, & fauori naturali renũciare. Quẽ admodum vouẽs caſtitatem, renunciat iuri, quod habet ad cõtrahendum matrimoniũ, & manet alligatus ad viuendum in ſtatu cœlibatus, & vouens paupertatem, renunciat libertati à iure naturali ſibi conceſſæ, ad obtinenda, & poſsidenda bona temporalia, & adſtringitur, in paupertate perpetua viuere, & per obedientiæ votum renunciat libertati, iure naturali ſibi competẽti, & ſubditus, & alligatus, aut religatus remanet. Hoc ipſum dicendum eſt de appellationibus, poſtquam Bonifacius Papa Nonus, quibuſdam litteris Dat. Romæ anno 1302. eas abſtulit à prædicto ſacro Prædicatorum Ordine.

24 Octauo, exempti miſsi ad regẽdas Eccleſias Parochiales ſuorũ Monaſteriorum, ſubditas locorum Ordinarijs, ſi delinquant in pertinentibus ad illas, ſeu in ſuis officijs, nõ obſtante exemptione, puniuntur ab Ordinarijs, cap. 1. §. in eos, verſ. niſi forſan, de priuileg. in 6. quod eſt innouatum à Sancto Concil. Trident. Seſſ. 7. de Reformat. cap. 14. in princip. & tradunt Carol. de Tapia in l. fin. ff. de conſt. Princip. 1. part. cap. 5. num. 15. & ſic procedit declaratio ſacr. Congreg. 77. relata à Zerola in Prax. 1. par. §. viſitatio, verſ. primum dubium: quæ ſic ſe habet; equites Hieroſolymitani, quatenus obtinent beneficia curata, viſitari poſſunt: idemquè probat Pius Quintus in Bulla 139. quę incipit: Expoſcit, quatenus diſponit, quod in his, quæ cõcernunt curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, viſitari debent exempti; ipſi namquè circa ipſorum curam, cum eorundem parochianis Epiſcopi ſubſunt, & ab eo viſitantur, cap. Per exemptionem de priuileg. in 6. & tradit optime Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 8. nu. 6. Nat. conſ. 257. num. 1. & probat eleganter tex. in cap. Cum Capella de Priuilegijs, in verſic. quo circa.

25 Nono, quando Regulares habent curam animarum in Eccleſijs curatis Monaſteriorum, ſeu domorum, tam virorum, quam mulierum, quoad curam animarum, & Sacramẽtorum adminiſtrationem, ſubſunt iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius Diœceſi commorantur, vt decidit Concilium Tridentinum, ſeſſ. 25. de Regular. cap. 11. Rodriguez tom. 2. Quæſt. Regul. quęſt. 63. art. 10. verſ. decimo. Thom. Zerola in Prax. Epiſcop. p. 1. §. Excõmunicatio, cauſa materialis, ibi, nono fallit. Excipit tamẽ Sanctum Concilium in eodem capite ab hac regula ea quę ſequũtur, in hunc modum; excepto Monaſterio Cluniacenſi, cum ſuis limitibus, & exceptis etiam ijs Monaſterijs, ſeu locis, In quibus Abbates, aut alij Regularium ſuperiores iuriſdictionẽ Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent, &c. Ex quibus verbis duo potiſsime inferre licet: Primum erit cũ Eman. Rodriguez in to. 1. Queſt. Regular. quęſt. 36. art. 4. quod Regulares ſeruientes beneficia curata ſui Ordinis, qui non ſunt ſubiecti Epiſcopis, in quorũ Diœceſibus extiterint, non debent per Epiſcopos viſitari, ſi tales habuerint Abbates, aut Generales, vel Superiores, qui habeant iuriſdictionem ordinariam, qualem habet Magiſter Ordinis de Alcantara, & Magiſtri aliorum Ordinum militarium. Vnde Epiſcopus non poterit viſitare, nec caſtigare fratrem profeſſum dictorum Ordinum, habentem, & ſeruientem beneficium curatum; vt eleganter probat ibi Rodriguez. Secundo ex eodem capite Concilij infertur, Epiſcopum nõ poſſe viſitare perſonas ſeculares exercentes curã animarum in Monaſterio, in quo reſidet Generalis alicuius Religionis, vt tradit Thomas Zerola in Praxi Epiſcopali 2. par. §. viſitatio, verſ. decimotertio. In cuius rei confirmationem refert, id ita cenſiſſe Sacr. Congregat. in declarat. 342. in hæc verba. In Monaſterio, in quo Generalis alicuius Religionis Regularium ſedem ordinariã principalem habeat, licet perſonę ſeculares ſint in eodem Monaſterio curam animarum exercentes, quantum ad ipſam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem ſpectat, nulli viſitationi, ſeu iuriſdictioni Epiſcopi Ordinarij Diœceſis, in qua ipſum Monaſterium ſitum eſt, ſubiecta ſunt.

26 Decimo, Eccleſia exempta ratione fundationis, & dotationis, quamuis non poſsit viſitari ab Epiſcopo, vt Ordinario, poteſt tamen ab eo, vt ſedis Apoſtolicæ delegato, vt reſpondit

teſpondit ſacra Congregatio declarat.418.
& refert Thom.Zerola in Ptaxi Epiſcop.1.
par.§.viſitatio, verſ.ad tertium,ibi ſecũdo
Eccleſias,& in 2.par.§.exempti,verſ.tertio
Eccleſia exempta, Marcus Ant. Inſtit.mai.
27 lib.4.tit.8 num.61. in verſ. Statuit,& pro-
bat Concil.Trident. ſeſſ.7. de Reform.cap.
8.vbi textus,locorum Ordinarijs,Eccleſias
quaſcunq; quomodolibet exemptas,aucto-
ritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare con
cedit.Circa quem primo aduertendum eſt,
quod Rodriguez to.1. Quæſt.Regul.quęſt.
36.art.3.pag.348. verſ. quod etiam, exiſti-
mat dictum textum non intelligi debere tã
tum de Epiſcopis, ſed de Ordinarijs qui-
buſcunq; etiam ſi ſint inferioris,aut maio-
ris dignitatis,dũmodo ſit Ordinarius illius
Eccleſiæ exemptę, qui ſingulis annis tene-
tur eã viſitare ſibi ſubiectam.Quod animad
uertendum eſſe cenſet,ad intelligẽda multa
iura Concilij Tridentini,in quibus ſæpe ſæ
pius fit mentio Ordinariorum, ipſa enim
loquentia in hac materia, & ſimilibus,vt ip
ſe Rodriguez ait,ſunt intelligenda non tan
tum de Epiſcopis, ſed etiam de alijs Iudici
bus inferioribus,& ſuperioribus,iuriſdictio
nem ordinariam exercentibus; niſi ex pro-
prietate rei,illum actum nullus præter Epiſ
copum facere poſsit,prout eſt ordines con-
ferre, oleum,& Chriſma conſeruare,vel con
firmare,vel alia ſimilia,quę ad Epiſcopalem
dignitatem pertinent.Quod etiã elegantiſsi
me interpretando varia Concil. Trident.de
28 creta,affirmat Flam.Pariſs.de Reſign.bene-
fic.lib.3. quæſt.11.ex num.19.

Secundo iſte tex.in dict.cap.8.ſeſſ.7.Cõ-
cilij Trident. intelligendus eſt de Eccleſijs
ſecularibus,exemptis ratione aliquorũ pri-
uilegiorum, non aut de Eccleſijs Regulari-
bus,vt notat idem Rodrig.in dict.quęſt.36.
art.3.pag.349. & probatur in eodem Con-
cilio in ſeſſ.21.de Reform.cap.8.vbi ſtatuit
qualiter viſitari debeãt Regulares,& quod
Epiſcopus tenetur viſitare cõmendata Mo
naſteria,etiam Abbatias, & Prioratus, ſed
non illa,vbi viget obſeruantia Regularis.Ex
quibus quidem ſatis liquet,hunc textum in
dicta Seſſ.7. cap.8. tantum loqui de Eccle-
ſijs ſecularibus,& non de Regularibus, de
quibus alius textus diſponit.

Tertio,pro intellectu dicti cap.8.& alio-
rum iuriumConcilij,celebre dubium extat,
an Capitulum ſede Epiſcopali vacãte,ſicut
ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictionalibus; ex
cap.Cum olim, de maior.& obedient.cap.
Ad abolendam, vbi gloſſ. in verb. ſede va-
cante de hęret.in 6.cap.1.vbi gloſſ. in verb.
Epiſcopum,de Inſt.in 6. ſic etiam ſuccedat
in his,quę pertinent Epiſcopo,de iure quod
dam ſpeciali, & tanquam Apoſtolicę ſedis
delegato? & quidem Felin.in capit.Eam te,
num.17.de Reſcrip.gloſ.& Abb.num.12.in
cap.Scriptum de elect.Deci.in cap.Quoniã
Abbas,num.21.de offi.deleg.& Federic.de
Sen.conſ.30.expreſſe tenent,Capitulũ ſuc-
cedere in iuriſdictione Epiſcopali ſibi com
petente iure ordinario,& non delegato,vel
iure ſpeciali,quia ea reſeruantur futuro ſuc
ceſſori. Quam etiam opinionem ſequuntur
Abb.in cap.Cum olim,num.2.verſ.Quinto
dubitatur,de maior.& obedient.Rebuff.in
Prax.ritul.de Deuolut.num.69. Azebed. ad
Curiam Piſanam lib.1.cap.8.nu.12. Franc.
num.4 in cap.1.de maiorit.& obed.in 6. &
ibi Gemin.num.5. Iacob.de Graffis in 2.p.
lib.3.cap.28.ex num.18.dicentes,inter alia
notabilia,Monialium Monaſteria exempta,
quamuis ex iure quodã ſpeciali viſitari poſ
ſint, ſubijcianturq; iuriſdictioni Epiſcopi,
ſede tamen Epiſcopali vacante,ius eas viſi-
tandi non competere Capitulo,quod certè
elegans eſt ad intellectum dict. cap.8. dict.
ſeſſ.7.& aliorum iurium Concilij,in quibus
cõmituntur cauſæ Epiſcopis, vt in huiuſmo
di iuriſdictione delegata,ſede vacante non
ſuccedat Capitulum; quod optime confir-
matur in cap.Paſtoralis §.Prætetea de offi.
ordin.vbi mortuo Epiſcopo delegato, ex-
pectatur ſucceſſor,& non recurritur ad Ca-
pitulum, at ſi Capitulũ in iſta poteſtate de-
legata ſuccederet, non vices Epiſcopi, ſed
Papæ diceretur exercere,quia vt ait gloſſ.in
cap. Ad abolendam, Epiſcopus eo in caſu,
vt Papa cognoſcit de cauſa,nõ vero vt Epiſ
copus,cui ſuccedit Capitulum.

Ego tamen circa hanc quæſtionem, ſem-
per cenſui,Capitulum ſede vacante non ſo-
lum ſuccedere in iuriſdictione ordinaria iu
re communi generali ad Epiſcopum ſpectã
te,ex iuribus allegatis,ſed etiam in iuriſdi-
ctione iure communi ſpeciali ad Epiſcopũ
pertinẽte;per ea quæ retuli in.3.p.Collect.
4.n.3. & me referens, ſequitur Rodriguez
tom.1.Quæſt.Regul.q.61.art.9.Nec his ob
ſtat,quod dicebatur,Capitulum non ſucce-
dere in ijs, quę cõpetunt Epiſcopo iure ſpe
ciali; id namque verum eſt in his,quæ com-
petunt Epiſcopo iure ſpeciali gratioſo, vi-
delicet

Digitized by Google

delicet ptiuilegio, vel cōmiſsione Pontificis, non vero in his, quę ſpectant ad Epiſcopum cum iure communi ſpeciali, vt in hac ſpecie Cōcilij, quia in his ſuccedit Capitulū, quod optime probat Archidiac. in cap. 1. Ne ſede vacante in 6. dicens, quod Capitulum ſuccedit in his quæ ſunt iuris, non vero in his quę ſunt gratię, quē refert, & ſequitur Abb. in d. cap. Verum, nu. 9. de for. comp.

29 Vndecimo, quando proceditur in cauſis fidei, & Sanctæ Inquiſitionis, Regulares exempti ſubijciuntur locorū ordinarijs, cap. Ad abolēdam, de hæret. Socin. in cap. Nimis praua, num. 12. de exceſſ. Pręlat. Zerola in 1. p. §. Excōmunicatio, cauſa materialis, verſ. quarto an Epiſcopi, ibi decimotertio fallit, fol. 90. Thom. Tribiſſan. lib. 1. deciſ. 36. n. 2. Vnde Regularium Prælati non poſſunt cognoſcere de hæreſi ſuorum Regularium, quia vt inquit Thom. Zerola in Praxi Epiſcop. 2. part. §. Regulares, in principio, per longiſsimam temporis conſuetudinem, hoc eſt reſeruatum Epiſcopis, & Inquiſitoribus. Ad quod ſunt etiam omnino cōſulendi Nauat. lib. 5. tit. de hæret. conſ. 10. nu. 5. Rodriguez tom. 2. Quęſt. Regul. quæſt. 63. art. 11. verſ. tertius ponitur, & in quæſt. 81. artic. 1. Sapientiſsimus Auditor Apoſtolicus Franciſcus Pegna, in 3. par. Direct. quæſt. 28. Commentar. 77.

30 Duodecimo, quāuis Epiſcopus non poſſit excōmunicare, nec per cenſuras procedere aduerſus exemptos, extra caſus à iure permiſſos, quia non ſubſunt eius iuriſdictioni, c. à nobis, el 1. de ſent. excom. c. 1. §. in eos de priuileg. in 6. Henrriq. lib. 7. cap. 25. nu. 7. Rodrig. to. 2. quæſt. 59. ar. 5. & ar. 6. Nat. cōſ. 257. n. 7. Tho. Zerola 1. p. §. Excōmunicatio cauſa materialis, verſic. quarto an Epiſcopi poſsint. Si tamē ſibi conſtat, Regularem exēptum incidiſſe in aliquam excōmunicationē iuris, aut Papæ, poteſt ex cauſa illum publice declarare, & tanquam excommunicatum denunciare, Gemin. in cap. 1. §. nūquid, n. 7. de priuileg. in 6. Tho. Tribiſſ. lib. 1. deciſ. 36. nu. 2. Henrriquez lib. 7. cap. 25. num. 7. verſ. nec poteſt. Rodriguez to. 2. quęſt. 63. art. 11. in prin. Iacob. de Graſ. lib. 2. cap. 49. nu. 69. Quæ opinio verior mihi videtur, quamuis Tho. Zerola in Praxi Epiſc. 1. p. §. Excōmunicatio, cauſa materialis, verſ. vigeſsimo, fateatur contrarium, vt ſicut ab Epiſcopo nō poteſt excōmunicari, nec etiam vt talis declarari, ſed id fieri debeat per ſuumIndicem competentem, cuiuſmodi nō eſt Epiſcopus, niſi in caſibus permiſsis, in quibus ſicut poteſt excōmunicare, poterit eundem declarare talem. Prior tamen opinio ſatis cōprobatur ex eo, quod quamuis Ordinarius non poſsit cognoſcere de delictis exemptorum, poteſt tamem declarare ipſum delinquentē eſſe, vt tradunt Carolus de Tapia, in l. fin. ff. de conſt. Princip. 1. par. cap. 5. num. 19. Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 8. num. 8. & in cap. 20. num. 24.

31 Decimotertio, quamuis Epiſcopus non poſsit exemptos capere, & carceri mancipare, Clem. 1. §. nonnulli, de Exceſs. Prelat. Rodriguez tom. 2. quæſt. 63. art. 7. verſ. tertio infertur, etiā in caſibus, in quibus exēpti tenentur parere Ordinarijs, ſi nō pareant, ex Nat. conſ. 257. num. 7. ſubdens eo in caſu, debere Ordinarium querelam deferre ad Papam, & contra eos delegatum impetrare, vt etiam annotauit Cardin. in Clement. 1. num. 20. de ſent. excom. Abb. in cap. Graue, num. 6. de Offi. Ordinar. Camil. in addit. ad Bellugam, in Speculo. Rubr. 11. §. videndū, in litera F. verſ. etiam ſi reſiſtant, poſſunt tamen capi ab Ordinario, vt ad ſuum eos remittat ſuperiorem, quādo timetur de fuga, vt tradunt eleganter Rodriguez in d. verſ. tertio infertur, Carol. de Tapia in l. fin. ff. de conſt. Princip. 1. p. cap. 5. nu. 23. Abb. nu. 11. verſ. puto tamen, & Felin. num. 7. in cap. fin. de for. compet. Henrriq. lib. 7. cap. 25. nu. 7. in lit. Q. Paul. Fuſc. de Viſitat. lib. 2. cap. 20. num. 25. & in cap. 8. num. 8. ſub his verbis: Quotieſcunq; timetur fuga exempti delinquentis, poteſt Ordinarius ſaltem capere, & mittere ad ſuperiores; quod ſi illi negligūt corrigere, poſſunt locorum Ordinarij procedere iuxta conſtitutionem Concilij generalis Lateranen. ſub Leone X. Pontif. Max. ſeſſ. 10. verſ. & in eadem. Quod ſimiliter cōfirmari videtur ex Synod. Trident. ſeſſ. 21. de Reformat. cap. 8. in fin. ibi, quod ſi admoniti, intra ſex menſes eos non viſitauerint, vel correxerint, tunc ijdem Epiſcopi, vt de legati ſedis Apoſtolicę, eos viſitare poſsint, & corrigere, prout ipſi ſuperiores poſſent. Quod etiam tradit Flamin. Pariſs. de Reſig. benef. lib. 3. quæſt. 11. num. 12. Viual. 1. par. tit. de Abſolutione, nu. 26. verſ. (cap. 14.) & eſt omnino notandum contra Abbatem, in dict. cap. Graue, num. 6. de offi. Ordin. aſſerentem, propter negligentiam Prelati immediati exemptorum, poteſtatē non deuolui

ad

ad Ordinarium,ſed ad ſuperiorē iſtius Prælati exempti. Vnde quādo Abbas exemptus eſt remiſſus in corrigendo Monachos ſuos, poteſtas non deuoluitur ad Epiſcopum,ſed recurrendum eſt ad Papam. Cōtrariū tamque.verius eſt,per dictam decisionem Concilij.

32 Decimoquarto,Indulgētiæ Regularibus conceſſæ,publicari non poſſunt in Diœceſi, abſque Ordinatij licentia, ſic Sact.Congr. 332.teſte Thom. Zerola in Prax.Epiſc.p.1. 5.indulgentia num.3. & in tract.de Indulgent. lib.1.cap. 24. verſic. nono an poſsint publicari? Reſpondit de facto ad æquites Hieroſolymitanos, quibus prohibet, ne indulgentias, impetratas à Sanctiſsimo Dño Papa,publicent abſquè Ordinatij licentia; alias. Ordinarios procedere poteſt contra eos,& eorum clericos, & animaduertit idē Zerola ibidem, quod dicitur ſpecialiter de æquitibus Hieroſolymitanis,extendi etiam ad omnes exēptos,& nō exemptos; propter identitatem rationis,iuxta gloſ.in verb.pro rogamus,in Extrauag.vas electionis,de cēſibus inter cōmunes,&plura cumulat idem Zerola in dicta Prax.1. pat.5. extenſio per totum, & facit Clem.fin. de pœnitentia, & remiſsion.

33 Decimoquinto , Regularis extra Monaſterium degēs, etiam ſui Ordinis priuilegij prætextu, non cenſetur tutus, quo minus ſi deliquerit,ab ordinario loci, tāquam ſuper hoc à ſede Apoſtolica delegato, ſecundum canonicas ſanctiones viſitari,puniri, & corrigi valeat,ex deciſ.ſancti Concil.Trident. ſeſſ.6.de Reformat.cap.3.cap. Volentes de priuileg.in 6.Marcus Ant.Cuchus lib.2.Inſtitut.Moral.tit.6.num.163. latè Paul.Fuſc. de Viſitat.lib.2.cap.17.ex num.1.& in cap. 20.ex num.7.vbi in num.9. ait hoc extendi per nouam deciſ. Concil. Trident.in ſeſſ.7. de Reform.cap.14. quod inquam,in cauſis ciuilibus mercedum, & miſerabilium perſonarum,poſſunt Epiſcopi procedere contra exemptos, extra Monaſteriū degentes. Rodriguez tom.2.Quæſt.Regul. quæſt.63. art. 10.verſ.quarto quantum, Thom.Tribiſſan. lib.1.deciſ.36.num.2. Cuchus dicto titul.6. num.165. Paul. Fuſc.dict.cap.17.num.8. & in num.11. quomodo procedat Epiſcopus, contra exemptum,intrà clauſtra degentem, ſed extra clauſtra delinquentem.

34 Decimoſexto,beneficia tam curata , quā non curata,ſecularia,& regularia,qualitercunquè cōmendata, & exempta ab Epiſcopis, tanquam Apoſtolicæ ſedis delegatis, annis ſingulis poſſunt viſitari,ex Conc. Trident.ſeſſ.21. de Reformat.cap.8. Viuald.in Candelab.1.par. tit. de abſolutione nu.26. verſ.ſeſſ.21. Cuchus lib.2.Inſtit.maior.tit.6. ex nu.59. Zerola in Prax. Epiſcop.1.par.5. viſitatio, verſic. ad tertium, ibi,quinto beneficia.

35 Decimoſeptimo, Ordinarius loci rationem exigit à Religioſis, etiam exemptis,de teſtamentorum executionibus, quas geſſerūt, & ſi circa id deliquerint,illos punit.elegans tex.in Clement.vnic.de teſtam.gloſ.in verb. officium in cap.2.de teſt.in 6. Rodriguez tom.3. Quæſt.Regul.quæſt.70.artic.5. Paul.Fuſc. de Viſitat.lib.2. cap.17. num.8. verſ. & in alio caſu Thom. Tribiſſān.lib.1. deciſ.36. numer.2.

QVÆSTIO XXVII.

Vtrum Miſſæ pitantia taxari poſſit?& Sacerdos qui aliquam pecuniæ quantitatē accepit pro dicendis Miſſis,ſi eas celebrari faciat minori pitantia, poſsit licitè ſibi retinere reſiduum eius; quod ipſi datum fuit?

SVMMARIVM.

1 *MISSAS celebrare,& alia ſpiritualia miniſtrare abſq; aliquo ſtipēdio, laudabile eſt.*
2 *Licite accipitur pitantia pro celebratione Miſſę, etiam ex pacto.*
3 *Pitantia Miſſæ dicitur iniuſta, quando ita taxatur,vt neque plus, neque minus liceat dare, vel recipere pro ea, & num.4.& 5.*
4 *Pitantia Miſſæ dicitur iuſta, quæ in qualibet Regione, & Prouincia recepta,& approbata eſt.*
5 *Miſſæ pitantiam taxari, conueniens eſt, & neceſſarium.*
6 *Sacerdos, qui certam pecuniæ quantitatem recepit pro celebratione Miſſarum,non poteſt pro minori, eas alteri celebrandas committere, ſecundum aliquos.*
7 *Rector, cui ex officio incumbit functio celebrandi,ve*

di, vel per ſe, vel per alium, poteſt ex pitantijs portiunculam ſibi retinere, imminutaſquè mercenario porrigere, ex Magiſtri Soto ſententia.

8 *Diſtinctio Nauarri ad concordandas opiniones præcedentes, quando ſcilicet poſſit aliquis retinere ſibi portiunculam pitantiæ receptæ pro celebranda Miſſa, & diminutam porrigere mercenario celebranti illam?*

9 *Reprehenditur ab auctore auaritia quorundam Clericorum, qui turpe lucrum quęritabant, porrigendo celebrantibus Miſſas, minores pitantias, quam ipſi receperant.*

10 *Pacta inita à Parochis cum alijs Sacerdotibus, vt pro minori pitantia, quam ipſi receperunt, celebrent Miſſas, ſcandaloſa videtur, eſtq; illicita negotiatio.*

11 *Auctoris ſententia in propoſita quæſtione explicatur, & num. 10. & ſequentibus.*

12 *Obligatus ad Miſſam pro aliquo, non ſatisfacit ſi ei partem aliquam applicet.*

13 *Miſſa pro pluribus oblata, nõ tantum valet cuilibet, quam valeret dicta pro eo ſolo.*

1 AD Primum quæſitum dicendũ eſt, quod quãuis ſit opus perfectionis laudabile, Miſſas ſine ſtipe vlla celebrare, & ſimiliter alia ſpiritualia miniſtrare, ad imitationem Beati Pauli, vt patet 1. Corinth. 9. & 2. Cor. 12. & 11. & 1. ad Theſ. cap. 2. & 2. ad Theſal. cap. 3. & de aliquibus etiam Religionibus referunt Bellarm. lib. 2. de Monach. cap. 9. §. 8. & cap. 41. Henrriq. lib. 9. tit. de Miſſa, cap. 22. n. 3. negari tamen nullo modo poteſt, licitũ eſſe vſum accipiendi pitantiam, vel pecuniam, pro celebranda
2 Miſſa, ſpecialiter alicui applicata, nullamq. ob id cõmitti ſimoniam, aut culpam, etiam ſi Sacerdos eã exigat ex pacto; vt poſt alios quos refero in 2. par. Collect. 44. num. 5. optime probant Henriquez tom. 2. lib. 9. tit. de Miſſa, cap. 22. latiſsime Franciſcus Soarez 3. p. quæſt. 83. art. 6. diſput. 86. ſect. 1. & ſect. 2. & 3. ex pag. 1297. Iacob. de Graffis, lib. 2. deciſ. caſ. conſc. cap. 96. ex num. 32. Ant. de Cordou. de caſ. de conc. caſ. 27. Ioan. Gutierrez lib. 1. Canonicar. quæſt. cap. 29. ex nu. 3. Spino ſpecul. teſtament. in gloſ. 7. principali ex num. 27. Morla 1. par. tit. 1. quæſt. 13. ex princ. Mich. Thimoteus de ſacrificio Miſſę, tract. 3. quæſt. 48. Ledeſma in ſum. tit. de Sacrament. Euchariſt. cap. 18. verſ. quarta concluſio, pag. 210.

3 Taxatio autem huiuſmodi pitantiæ, quãuis dici debeat iniuſta, quando ita taxatur, vt neque plus, neque minus liceat dari, vel recipi; per ea quę referunt Soto lib. 9. de iuſt. & iur. quæſt. 6. art. 1. ad 2. Nauar. in Manual. cap. 23. num. 106. & ibidem Alagon in verſ. non licet, Ledeſma vbi ſupra, verſ. *Septima concluſion*, Medina 1. p. *Inſtruccion de Confeſſores*; cap. 14 §. 20. fol. 91. verſ. *Preguntaſe*, Eman. Rodriguez to. 1. caſ. conſc. cap. 231. num. 2. pag. 723. dicetur tamen iuſta, quæ in qualibet Regione cõmuni conſuetudine
4 recepta, & approbata eſt à viris prudentibus, & Deum timentibus, vel quæ taxata fuerit à ſuperiori habẽte poteſtatem; ita vt maior non poſsit iuſte exigi, Ledeſma in Sũma 1. par. tit. de Sacram. Euchariſt. cap. 18. verſ. *Octaua concluſion*, Tho. Zerola in Prax. Epiſcop. verſ. Miſſa, pag. 146. ad med. verſ. ſecunda concluſio, & 147. verſ. tertia concluſio, Ludou. Beja caſ. 12. pag. 49. verſ. & ſi quæratur, Aragon. 2. 2. quęſt. 85. de ſacrificijs, art. 3. ex pag. 678. verſ. ſed dubitabit aliquis. Et ratio eſt, quia licet iſta ſtipendia nõ ſint vere pretia, tamen quatenus in eis dandis, & recipiendis, ratio iuſtitiæ intercedit, ſeruant proportionem quandam, & in eis neceſſe eſt aliquod medium æqualitatis inuenire, ſine qũa nec vera ratio iuſtitiæ, nec mediũ illius reperiri poteſt. Vnde ſicut pretia rerum poſſunt cõmuni lege, publica poteſtate, vel conſuetudine taxari, ita & hæc ſtipẽdia. Patet tum à paritate rationis, tum etiam, quia cum medium hoc non ſit ex natura rei definitum, non poteſt certiori modo, aut via pręſcribi, quam Pontificis conſtitutione, vel Epiſcoporum in ſuis Diœceſibus ſtatutis, & ordinationibus, vel etiam quod à viris prudentibus, & conſcientiæ timoratis communiter peti, aut dari ſolet. Quod certe ſtipendium ita debet taxari, vt
5 Sacerdotibus non liceat maius exigere, neque etiam fideles minus dare poſsint, prædictam obligationem iuſtitiæ imponendo, & quidem hoc modo taxare, eſt valde neceſſarium, ad vitanda ſcandala, & ſacrilegia, quæ in exactionibus iniquis horum ſtipendiorum committi poſſunt, vt optime conſiderant Soto, & alij vbi ſupra, & quemadmodum vt ceſent illa ſcãdala, Sacerdotibus definiri debet terminus, vltra quem plus non exigant, ita & ſimiliter ratio æqualitatis poſtulat, vt alijs etiam imponatur dictus terminus, ne minori ſtipendio velint Sacerdotes ad celebrandum obligare. Per hoc tamen

men non prohibetur, vt dictum eſt, quomi
nus fideles dent maiora,& duplicata ſtipen-
dia ſi velint,dummodo omnino ſpontanee,
& voluntarie id faciant,quia aliud eſt ex iu-
ſtitia exigere, aliud vero quod gratis dona-
tur,& lex iuſtitiæ , non impedit miſericor-
diæ,aut liberalitatis,vel religionis opus. Et
eadē ratione,talis lex nō impedit, quomin⁹
Sacerdos poſsit minori ſtipendio eſſe cōten
tus ; quia non obſtanti lege iuſtitiæ poteſt
ipſe gratis remittere, & cædere iuri ſuo, vt
poſt alios,vbi ſupra, tradit Arag. 2.2.q.85.
de ſacrificijs,art.3.ex pag.680.verſ.dico ſe-
cundo,& Ledeſma in dict.verſ. *Septima con-cluſion*,Morla 1.par.tit.1. quæſt.13.num.11.
Rodriguez in ſum.1.p.cap.252.num.4.verſ.
De aqui ſe infiere , ex quibus ſatis videtur in-
iuſta conſtitutio,vel lex aliquarum Prouin-
ciarum,vbi ſtatuitur, & iubetur,vt certa pe
cunię quātitas detur pro celebratione Miſ-
ſæ,& nemo minorem accipiat,quam conſti
tutio nem merito damnant Soto. Nauar. &
alij ſupra allegati, & Vega in Silu.caſ.conc.
tom.2.cap.41. caſu 2.

6 Ad ſecūdam quæſtionem,qua quęrimus,
vtrum Sacerdos,qui aliquam pecuniæ quā-
titatem accepit per ſe,vel per alium,pro di
cēdis Miſsis, vel vt eas faciat celebrare per-
alios Sacerdotes , ſi eas celebrari faciat per
alios minori pitantia,poſsit iuſte ſibi retine
re reſiduū eius,quod ſibi datū fuit ſine pec-
cato,& reſtitutione? Videtur dicendū illud
reſiduū ſibi retinere minime poſſe ſine pec-
cato, imo illud reſtitutioni obnoxium eſſe,
vel celebranti Miſſam,ſi non iuſtum ſtipen-
diū ſoluit,vel ei,a quo accepit, ſi plus iuſto
exegit,vt tradit Ioan.Maior in 4.diſt.45.q.
3.dub.2.& reſoluit Ledeſ.in Sum.1.par.tit.
de Sacram.Euchariſtiæ,cap.18.verſ. *A eſta duda ſe reſponde*, pag.218.

7 Cōtrarium tamen probat Soto lib. 9. de
iuſt.& iur.q.3.ar.1.verſ.ſed hoc propterea,
dicens, quod rector,qui curam animarum
habet , cuique ſubinde ex officio incumbit
huiuſmodi functio,poteſt ex pitantijs,por-
tiunculam ſibi vſurpare, imminutaſq;mer-
cenario porrigere, nam ſi re vera iuſtum ſti
pendium mercenario relinquatur , non fit
illi iniuria, quandoquidem pitantię omnes
parocho conferuntur; qui ſubinde,vt Miſſa
rū debitor, quo potuerit honeſto ſtipēdio,
poteſt mercenarios ad eas celebrandas cō-
ducere.Quam etiam opinionē ſequetur Sua
rez in 3.p.q.83.ar.6.diſp.86.ſect.3. verſ.hac
vero ocaſione,ex pag.1303.Rodrig.in ſum.
tom.1.cap.242.tit.de Miſſa,num.12. Quaſi
ſentiant iſti Doctores,quod ſi Sacerdos,qui
dat illas Miſſas,non ſit curatus,aut eius po-
puli curam gerēs, nec erit tutus in conſcien
tia,nec liber à reſtitutione,niſi totū ſtipen-
dium quod accepit,alijs tribuat.

8 Doctiſsimus Martinus Nauar. in Man.c.
25.n.91.quem ſequitur ibidē Petr.Alagon;
in d.nu.91. Ant. Bernad.in ſum.cap.27.nu.
20.& Lud.Beja in reſpon.caſ.conſc.caſ.12.
in fi.nitens concordare opinionē Dominici
Soto,& Ioan.Maioris, ſic diſtinguit. Quod
quādo parochus,vel Sacriſta,qui pecuniam
illam accepit,à lege,vel conſuetudine eſt ei
aſsignata certa quantitas,ex quaq; Miſſę pi
tantia,ob ſtipendiū,ſeu pro huiuſmodi cu-
ra,& officio ſibi iniuncto Miſſas cōmendan
di,impenſis eorum, qui eas dicere debent,
tunc nō peccat,nec tenetur ad reſtitutionē;
ſi illam partē retinet ſibi,& alterā dat Preſ-
bytero pro Miſsis dicendis,ſeu etiā quando
qui dat ei pecuniā,dedit plus, quam ſalaria
ordinaria Miſſæ, & interuenit voluntas ſal-
tem tacita dantis, vt illud plus ſibi retineat
pro cura,& induſtria quā ei rei,& officio im
pendit,arg.c.Scienti,& cōſentiēti nō fit in-
iuria,de reg.iur.in 6.& in his caſibus,ait,pro-
cedere opinionem Soti;quando vero paro-
chus,aut Sacriſta,nō habet vllū officiū,quo
lege,vel conſuetudine cōpertum ſit cōmen
dari Miſſas dicendas, & tradi,ac cōcredi ei
eleemoſinas dandas illis , qui celebrant,di-
cunt, quod non poteſt ſibi aliquid retinere
ex dicta pitantia, & ita interpretātur proce
dere opinionē Maioris,in d.q.3. quam etiā
ſententiā,& diſtinctionē ſequuntur Gutier-
rez lib.1. Can. Quæſt.c.29.n.32.Vega to.2.
cap.41.caſ.3.Henriq.to.2.lib.9.tit.de Miſſa,
cap.22.in fi.& elegāti ratione probat Arag.
2.2.quæſt.85.de ſacrificijs,art.3.pag.683.in
princ. Hieronymus Llamas 3.par.methodi,
cap.13.§.18.fol.923. & idem forſan dicere
voluit Rodriguez,tom.1.cap.231.num.10.
& idem ſequitur Ludou. Lopez , Inſtruct.
conſc.2.par.tit.de Euchariſtia,cap.78.verſ.
inſuper,pag.284. qui pulchre reſoluit,nul-
lo pacto,neque parochum,neque ſacriſtam
poſſe aliquid ſubtrahere ex pitantijs ordina
rijs,niſi officium habeāt eas Miſſas cōmen-
dandi, & ſimul cum hoc lex , aut conſuetu-
do antiqua illis conſignaſſet,pro ea cura cō
mendandi aliquid modicum , vt puta duo
dipondia , ex qualibet pitantia accipere ,

ita, vt mercenario fere ſua integra merces relinquatur; quod certe ita vidimus fuiſſe obſeruatum aliquando in quadam Eccleſia inſigni huius Regni, vbi cuidam Sacriſtę cura fuit demandata cōmendandi mercenarijs Miſſas, quæ adducebantur ad illam Eccleſiam, vt celebrarentur, eique pro huiuſmodi officio fuit aſsignatum à Capitulo dictæ Eccleſiæ, ob ſtipendium, vnum, aut alterum dipondium ex qualibet Miſſæ pitantia.

9 Et quidem ſupradicta grauiſsimorū Doctorum opinione, & reſolutione retenta, quod regulariter dicta pitantia retineri nō poſsit à parocho, vt poſt alios optime reſoluit Ledeſma in dicta pag. 218. non ſemel conſului cuidam amico Pręsbytero, non recte egiſſe in caſu mihi propoſito, illi inquā ex conſtitutione ſuæ Eccleſiæ, ſeu fundatione fidelium, pro celebratione vnius Miſſæ, aſsignabantur aliquando, & porrigebantur duæ, tres, vel quatuor dragmę argenteę, ex quibus ipſe vnam tantū dabat cuidam mercenario Præsbytero, vt Miſſam celebraret, cęteraſquè dragmas, quas receperat, ſibi retinebat, ſicut in caſu ſimili optime conſuluit Ludou. Lopez in 2. par. titul. de Euchariſtia, cap. 79. pag. 192. verſ. cæterum reſpondeo dicens, non ſatisfeciſſe ſuæ obligationi, Clericum illum, qui in Regionibus Indiarum, coaceruauit magnam copiam Miſſarū, quæ ibi cōmendantur, vbi pitantiæ in quadruplo, & in quintuplo groſsiores dantur pro eisi llic dicendis, quam in Hiſpania, ſi eas dicendas mittat in Hiſpaniā, vt dicātur ſecundum taxam pitantiarum Hiſpaniæ, & retineat ſibi reliquum de pitantijs illis groſſioribus, quæ negociatio iure optimo reprehenditur à Alphonſ. Vega tom. 2. capit. 41. caſu quinto, verſic. *Y nota ſegun.* Nec minus etiam reprehenſione dignus videbatur quidam alius Præsbyter, qui nimis diligenter, vel potius auare quærebat inter amicos quā plures celebrationes Miſſarum, eaſquè accipiebat pro iuſto, & communi ſtipendio, & ex qualiber illarum detrahebat ſex, vel octo dipondia, & eas ſic diminutas ex pitantijs, & ſtipendijs commendabat quibuſdam Religioſis pauperrimis, vt eas celebrarent. Cū enim dictis Pręsbyteris non incumberet ex officio peculiari, recipere dictas Miſſas, nec illas commendare mercenarijs, non videbantur habere iuſtum titulum, vt ſibi reſeruarent dictam portionem pitantiæ, ipſis aſſignatam pro qualibet earum Miſſarum; eo maxime, quia lex, nec conſuetudo eis faueret, nec minus præſumpta voluntas dantis ſtipem pinguem, vt ita diminuerent ſtipendium illud, vnde potius turpe lucrum, & ſcandaloſum videbatur illud dicendum, quam conſuetudine, vel lege aliqua Eccleſiaſtica comprobatum.

10 Vt igitur ad principalem quæſtionem, vnde paulo antea fluxerat diſputatio, reuertamur, quamuis ſupradicta Nauarri ſententia grauiſsimis doctorum teſtimonijs corroboretur, omneſq; illi fateantur parochum, vel Sacriſtam, de pitantijs ſibi datis, pręſertim ſi pinguiores ſolito ſint, poſſe aliquid ex cōſuetudine ſibi retinere ob ſtipendium illius officij, adhuc tamen, vt de huiuſmodi caſu, aliquod poſsit practicum, ac morale fieri iudicium, meus non quieſcit animus, nec abſolute huic opinioni, ſed cum grano ſalis, adhærendum cenſeo, & vt ſigillatim noſtram ſententiam aperiamus, negari quidem non poteſt, quod huiuſmodi pactio facta à parocho, cum mercenario Presbytero, vt pro minori pitantia celebret, quamuis non ſit ſimoniaca, ex cauſa tamen auaritiæ, quam manifeſte continet, ac ex proximitate turpis quæſtus, illicita negociatio, & perſonis Eccleſiaſticis indigna, imo & ſcandaloſa videtur, vt in ſpecie referunt Ioannes Gutierrez, in dict. capit. 29. in fin. optime Emanuel Rodriguez tom. 1. cap. 252. numer. 9. verſ. *Y nota*, Petrus Aragon in dict. art. 3. prope finem, pag. 683. Ledeſma in Sum. 1. par. tit. de Sacr. Euchar. cap. 18. pag. 219. verſ. *Al ſegundo fundamento*, Soarez 3. par. quęſt. 83. ar. 6. diſputat. 86. ſect. 3. in fin. pag. 1304. quas pactiones maxime abhorrent iura Canonica, & ſanctum Concil. Trident. ſeſſ. 22. in decreto de obſeru. & euitand. in celebr. Miſſ. opporterq; ea in re Sacerdotem rectam habere mentem, quietamq; conſcientiam, nec non integram famam, prorſuſq; alienam ab omni auaritiæ, & turpis lucri labe.

11 Secundo etiam aduertendum cenſeo, ad huiuſmodi retentionem ſtipendij, quam facit parochus, nullū forte adeſſe iuſtum titulum, tum quia nec clerici ab eo deſignati ad celebrandum donant ei ſponte, vt eſt veroſimile, & experientia conſtat, & etiam, quia non adeſt pręſumpta voluntas dantis pitantiam pinguem, vt fraudetur maiori fructu, quem ex Miſſa habere poteſt, pro quātitate eleemoſinæ, quę vt maior deuotio, ita maior cōtributio poteſt eſſe melior diſpoſitio,

vt fructus

vt fructus ſacrificij detur vberior à celebrãte; vnde ſaltẽ ex opere operantis, maiorem fructum conſequi poteſt mãdans celebrare maiori pitãtia, quã minori, ob maiorem, vel minorem deuotionem, & affectionem, quã ob hanc rationem poteſt habere celebrans, ſeu offerens ſacrificiũ illud; & ſic poteſt iſto modo conſiderari magis, aut minus fructuoſa Miſſæ celebratio. Quemadmodum etiam offerentis deuotio, facit huiuſmodi fructus ſacrificij, plus minus vè vberes, eo inquam pacto, quo referunt, & explicant Sot. in 4. diſtinct. 13. quæſt. 2. art. 1. pag. 561. Petrus de Aragon, 2. 2. quæſt. 85. de ſacrificijs, art. 3. verſ. ad ſecundam difficultatem, pag. 670. & in verſ. ſed dubitauit aliquis, pag. 675. Nauarr. in Manuali, cap. 25. num. 111. verſ. trigeſsimo quinto, qui obligatus, Couar. in c. Alma mater, 1. par. §. 5. num. 6. Petr. Nauar. lib. 2. de Reſtit. cap. 2. ex nu. 293. Henrriq. in d. lib. 9. tit. de Miſſa, cap. 12. in fi. & in cap. 20. ex num. 2. Petr. Sot. de Euchariſt. lect. 7. verſ. de fructu igitur, fol. 68. Iab. de Graſ. in deciſ. caſ. conſc. lib. 2. cap. 45. nu. 8. & 9.

12 Accedit etiam, quod ex hac retentione pitantię, quam facit parochus, poteſt occurrere periculum, quod Clericus, vel regularis mercenarius, celebrans pro minori ſtipendio, videns tenues eſſe pitantias ſibi aſsignatas, vna Miſſa, duabus multis ve cõmendatis, intẽdat ſatisfacere, quod certe eſt graue inconueniens, quia obligatus ad dicendam Miſſam pro aliquo, non ſatisfacit, ſi ei tantũ partem aliquam applicet, cum ſecũdum veriorem ſententiam, ſi idem ſacrificium pro multis offeratur, ſinguli defraudãtur aliquo fructu, quẽ Sacerdos poſſet, & deberet applicare vnicuiquè eorum: Miſſa enim ſi per applicationem diuidatur inter multos, tanto minus de hoc fructu ſatisfactionis, cõmendans Miſſam pro ſe ſolo participabit, quia valor Miſſæ, in quãtum eſt ſatisfactorius, eſt limitatus, & finitus, & eſt determinat⁹; quia deriuatur à potentia, & deuotione limitata, nempe ab homine; vt optime probat Spino ſpecul. teſtament. in gloſ. 13. princip. nu. 55. Aragon, in dict. art. 3. ex pag. 677. in fi. verſ. ſed obijciet aliquis. Vnde communiter dici ſolet, quod Miſſa pro multis dicta, non tantum valet, cuilibet illorũ, ac ſi pro vno ſolo celebraretur; vt pulchre diſſerunt, & declarant, quomodo hoc ſit intelligendum (quibus lectorem remittimus) Nauarr. in Man. cap. 25. num. 92. & in nu. 111. verſ. 35. qui, & lib. 3. tit. de celebr. Miſ. conſ. 6. num. 2 & optime conſ. 7. per totum, Scot. quodlib. 20. Abb. in cap. Fraternitatem, nu. 4. de ſepult. optime Spin. loco citato, ex num. 55. vſq; ad 60. Aragon 2. 2. quæſt. 85. de ſacrificijs, ar. 3. ex pag. 671. verſ. his conſtitutis. Eman. Rodriguez tom. 1. cap. 252. tit. de Miſſa, num. 2. optime Nuño, in 3. p. D. Thom. q. 84. art. 1, dub. 8. ex pag. 960. Zerola in Prax. Epiſcop. verſ. Miſſa, pag. 147. verſ. ad quartũ, pulchre & lictiſsime Dimas Serpi, tract. de Purgat. cap. 37. per tot. & Hieronymus Llamas in 3. par. methodi, cap. 13. §. 17. ex pag. 921. optime Marc. Ant. Cuch, lib. 5. Inſtit. mai. tit. 6. num. 77. Soarez tom. 4. ad 3 par. D. Thom. diſputat. 48. ſection. 6. Soto lib. 9. de iuſt. & iur. quæſt. 2. art. 2. & in 4. diſtinct. 13. quæſt. 2. artic. 1. verſ. ad hęc opere pretium duximus. Ioan. Baptiſta Conradus, in Reſponſ. caſ. conſcient. caſ. 266. per tot. optime Bart. Humada, in l. 42. tit. 4. p. 1. in gloſ. 2. ex nu. 3. Couarr. in cap. Alma mater, 1. par. §. 5. nu. 9. Henrriquez dict. lib. 9. tit. de Miſſa, cap. 19. num. 5. Petr. Nauarra lib. 2. de Reſtit. cap. 2. ex num. 262. in fi. Ludou. Lopez Inſtr. conc. 2. par. cap. 78. de Euchariſtia, verſ. nam iam hic, ex pag. 277. Ioan. Medina C. de Oratione, in cap. De valore Orationis pro multis fuſa, ex pag. 186. pulchre Iacob. de Graffis, in dict. lib. 2. cap. 45. ex nu. 16. Vnde ob huiuſmodi, & alia inconueniẽtia, mihi nunquã abſolute placere potuit, negociatio aliquorum Eccleſiaſticorum recipientium quamplures Miſſas, vt eas pro minori pitantia ab alijs Sacerdotibus celebrari faciãt, nec aliter quam cum ſupradictis declarationibus, exiſtimo intelligendam eſſe opinionem Nauarri, & aliorum.

Ex his autem non eſt inferendum, quod Capellanus cui reſpondet pingue ſtipendiũ pro paucis Miſsis, ſi impeditus ſit, aut minus aptus celebrare, ſi per alios Sacerdotes Miſſas celebrare faciat, non ſatisfaciat dando eis ſtipendia iuſta, & conſueta, quamuis ipſe multo vberiora recipiat, & apud ſe reliquam partem retineat; nam potius exiſtimo id recte fieri poſſe, nec ipſum debere ſoluere totum ſtipendium, quod vnicuiquè Miſſę ipſi correſpondet, ita decidunt Henrriquez in d. cap. 22. in fin. Rodriguez in d. cap. 252. num. 9. verſ. *Y lo miſmo ſe ha de dezir.* Soarez in 3. part. quæſt. 83. artic. 6. diſputat. 86. ſect. 3. in fin. pag. 1304. Petrus Ledeſma in Summa, 1. part. titul. de Sacrament. Euchariſtię, cap. 18.

Q 2

cap.18 pag.219.verſ. *Al ſegundo fundamento*, quia illud ſibi retinere poteſt titulo beneficij, quod obtinet, nec iſtud facere in huiuſmodi caſu, habet illam ſpeciē turpis lucri, quemadmodum habet illa, de qua ſuperius actum eſt.

QVÆSTIO XXVIII.

Vtrum liceat Sacerdoti, Miſſam celebrare anticipate?

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non poteſt applicare Miſſam præteritam futuris intentionibus.*

2 *Sacerdos poteſt dicere Miſſam anticipatam, ex his, quæ in poſterū celebrare tenetur, pro certa intentione.*

3 *Sacerdos poteſt celebrare pro intentione illius, quē certo ſcit habere Miſſas, ſibi cōmēdaturas.*

4 *Sacerdos celebrans non applicando Miſſam, nec cogitando de illius reſeruatione in poſterū, nō poteſt poſtea illā aplicare, nec eleemoſinā recipere.*

5 *Celebrans cum expreſſa, vel virtuali volantate reſeruandi illud ſacrum in poſterum applicandū, pro certa intentione, vel ſtatim applicando pro eo, qui primo ab eo petet Miſſam, licite poſtea applicare poterat, & recipere pitantiā ſecundū aliquos, contrarium tamen dicendum eſt, nu. 10.*

6 *Sententia Auctoris in propoſita quæſtione.*

7 *Celebrans in alio loco, vel Capella, vel de alio Sancto, quam de illo, quod præſcriptum eſt ab eo, qui ſoluit ſtipendium, non videtur ſatisfacere ſuæ obligationi.*

8 *Miſſa magis prodeſt defuncto, ſi dicatur vbi corpus illius ſepultum eſt.*

9 *Miſſa de defunctis, vel officium defunctorum poteſt dici pro adhuc viuente, dū non dicatur oratio, Inclina, vel alia Collecta, quæ iam mortuum dicat eſſe viuentem.*

10 *Declaratio Clem. Octaui, prohibens celebrari Miſſas anticipate pro his, qui petituri ſunt.*

1 CIRCA hāc quæſtionem, quæ ſatis vtilis pauperibus Sacerdotibus iudicari ſolet, quia non ſemper habent pitātiam pro celebratione Miſſarum, dicendum primo videtur cum Ioſepho Angles, in flor. Theolog. in quæſt. de ſuffragijs, pag. 353. Sacerdotem Miſſam præteritam, futuris intētionibus applicare minime poſſe; Sacerdos enim (vt ipſe ait) finito ſacrificio iam non eſt miniſter, atq; ita non poteſt eius ſacrificij valorem alijs applicare, Miſſa etenim, & quodcunq; bonum opus, niſi pro certa intentione offeratur, non ſubiacet poteſtati Sacerdotis illud opus, ſed ad Eccleſiæ theſaurum pertinet; cuius diſpenſatio ſolius eſt Papæ, vt etiam refert Alphon. Vega, lib.1.caſ.170.in princip. Henrriquez lib.7. tit. de Indulg. cap.2. nu.1. Sot. in 4. diſt.21. quæſt.1.art.4. verſ. eſt & aliud notandum. Cum ergo illud ſacrificium non ſit oblatum pro certo fine, iam non eſt ſub poteſtate Sacerdotis, illud poſtea cui voluerit applicare. Quam ſententiam tenēt Ant. Cordon in Quæſt. Theol. lib.1. quæſt.4. dub. 6. pag.69. Petr. Ledeſm. in ſum. tit. de Sacr. Euchariſt. cap.18. verſ. *Quintadecima concluſion*, pag.224. Dimas Serpi, in tract. de Purg. cap.36. & cap.40. Lud. Lop. in 2. p. Inſtr. conſc. cap.78. tit. de Euchariſt. in verſ. hinc ſequitur, pag.281 dicens, quod nemo ſacerdotum poteſt offerre anticipatas Miſſas pro eis, qui eas poſt ſibi cōmendauerint, aut petiterint, quia non tantum valent, aut fructus tantum afferunt ſic anticipatæ dictæ, ipſis poſtea eas petituris, aut cōmendaturis, quam ſi earum deuotio, aut diſpoſitio, tempore celebrationis actualiter concurreret; quia talis fructus nō videtur, quod poſſit manere ſuſpenſus, pro cōmendaturis Miſſam in futurum, quaſi repoſitus in particulari theſauro Clerici.

Vt autem dilucidius quæſtio iſta examinetur, quatuor ſolent conſtitui caſus à Do-
2 ctoribus, quos operæ pretium duxi referre, vt melius noſtra interponatur ſententia, & quid de hac re ſentiendum ſit, luce meridiana clarius appareat. Primus igitur caſus eſt, licitum eſſe Sacerdotem Miſſam dicere anticipatam, ex his, quam in poſterum tenetur dicere pro certa intentione; verbi gratia, habet quis Capellaniam, qua tenetur ſingulis hebdomadibus ter celebrare pro fūdatore, & alijs defunctis, fecit tria ſacra, quibus ſatisfecit huic hebdomadæ, omnes alias tres Miſſas poterit certe in eadem hebdomada dicere, quas ſequenti hebdomada erat celebraturus, & deinde in ſequenti hebdomada omnes alias, pro alia intētione offerre, & ſic deinceps. Et ratio huius concluſionis eſt manifeſta, vt aſſerūt Nauar. de reſtit. lib.2. c.2.n.371. Vega in ſilu. caſ. lib.6. caſ.59. alias to.2.c.41.caſ.39. & Petr. de Arag. 2.2.q.85. de ſacrificijs, ar.3. pag.682. col.1. Rodrig. in ſum. to.1. cap.252. nu.8. quia ille dicit Miſſas pro certa intentione, & ex alia parte perſoluit anticipate; quod boni debitoris eſt. Quis enim

enim non laudaret debitorem debentem ad terminum,ſoluentem vero multo ante?magis enim,& citius proderũt ſuffragia illa defunctis, quã ſi terminum expectaret. Quod certe intelligitur verum,niſi ſpecialiter haberetur contrarium in fundatione, vt ſcilicet in nulla hebdomada prætermitteret ſacra Capellanus.Quod ad honorem,& decorem fundationis fieri , & præcipi potuiſſet; vt notatur in cap. Significatũ, de Præb.qua habita declaratione,& limitatione,poſſunt intelligi quæ trad.Ledeſm.in ſum.tit.de Sacram.Euchariſt. cap.18.in 17.concluſ. verſ. *La duda es de vn Sacerdote*,pag.226.

3 Secundus caſus eſt,quando quis diceret, & celebraret pro intentione eius,qui habet mandare Miſſas,etiam ſi ille neſciat,poterit pro Miſſa taliter dicenda, anticipate ſtipendium accipere. Verbi gratia,non habet Sacerdos Miſſas, celebrat pro intentione Sacriſtę,vel illius,cui eſt annexum in illa Eccleſia onus,& officium cõmendandi Miſſas celebrandas,aut celebrat pro intentione alterius amici , quem ſcit plures ſemper habere Miſſas ad dicendum,poteſt certe(vt dicunt Petr. Nauarra,& Arago,vbi ſupra)eo in caſu ce lebrãs recipere Miſſarum ſtipendium. Quam etiam opinionem ſequitur Alphonſ. Vega in ſum.lib.2.cap.41.caſ.6.qui in 2.æditione eſt in tom.2.cap.41.caſ.4.Rodriguez tom.1.cap.252.nu.8.verſ.*Y ſi algun Sacerdote*, Angl.de ſuffrag.quæſt.2.pag.353.in fi.Quod probatur ex eo,nam ille pro certa intentione dicit,&quod alter nõ fuerit prę̨monitus ab ipſo , nullo modo eneruat ſacrificij effectum;nec de hoc caſu aliquẽ dubitare poſſe arbitratur,Arag.in d.pag.682.col.2.

4 Tertius caſus eſt,de eo qui celebrat, nec applicando,nec aliquid cogitando de illius reſeruatione in poſterum, quo certe caſu,illud opus ad Eccleſiæ theſaurum aduolauit; Vnde pro illo , nec eleemoſinam recipere, nec de illo poſtea vllam applicationem facere poterit celebrans, quia ſunt illa bona cõmunia, & ſolum Pontifici , & quibus ab eo habent clauẽ indulgentiæ,diſtribuenda relinquuntur,vt dicuntHenriq.lib.7.tit.de Indulg.cap.2.n.1.poſt med.lib.9.tit.de Miſſa, cap.21.nu.2.Petr.Nauarra,vbi ſupra,n.372. Ant.Cordou.lib.1.quęſt.4.dub.6.pag.69.& Arag.d.col.2.Ruttilius Benzonius,de anno ſancti Iobelei,lib.2.cap.39.in fi.& tunc cũ Miſſa ſit celebrata,non ſubiacet poteſtati Sacerdotis,nec illam poterit applicare,cui volueri,per eã quę ſuperius dicebamus,ex Ioſepho Angles , & alijs , quorum opinio(ni fallor)tantum procedere videtur in huiuſmodi ſolum caſu,& hũc tertium caſum nernoſe defendit Dimas Serpi, in tract.de Purgatorio,cap. 36.reprehendens Eman. Rodriguez in Sum.1.par.cap.252.num.9.in 9. concluſione,contrarium affirmantem:Sacerdos namq; pręteritam Miſſam applicare nõ poteſt futuris intentionibus,quod enim nõ eſt,non poteſt eſſe alterius cauſa, aut ſignũ; cum cauſa , & effectus debeant eſſe ſimul,& cum Miſſa, ſiue ſacrificium præteritum iam non ſit.(Sacerdos enim finito ſacrificio iam non eſt illius miniſter) ita non poteſt illius valorem applicare,vt tradũt Ioſephus Angles,flores Thęolog.in quęſt.de ſuffrag.art. 2.4.difficult.pag.353.Idẽ Dimas Serpi,vbi ſupra.cap.40. ex princip. Qui certe ſi recte perpendatur , de hoc tertio caſu loquitur, vbi applicatio eſt vaga , ideo immerito reprehendũt Petrum Nauarra,Rodriguez,& Aragon,qui de hoc caſu nihil,ſed de caſu ſequenti loquuti ſunt, quando ſcilicet intentio non eſt vaga, ſed pro certa intentione, vt in ſequenti caſu dicetur:Vnde cautius tenebatur agere ille Pater Dimas , nec ita inurbane reprehẽdere hos grauiſsimosPatres licuit enim illi,quam mallet probare ſententiam,ſuo periculo , non tamen adeo libere loqui contra aliud ſentientes,illoſq; acriter reprehendere,& increpare;hoc enim alienũ eſſe debet à viris doctis,& præſertim Religioſis,quibus præcipuæ modeſtia, & humilitas commendata ſunt.

5 Quartus caſus eſt de eo , qui celebrat cũ expreſſa,vel virtuali voluntate reſeruandi illud ſacrum,in poſterũ applicandũ pro certa intẽtione,vel etiã ſtatim applicando ei,quẽ Deus ſcit primo fore petiturũ,vel ei eleemoſinã daturũ, in quibus caſibus intẽtio Sacerdotis tẽpore celebrationis,non dicetur vaga,quia determinate applicat fructũ Miſſæ, vnde poterit poſtea illud ſacrificiũ applicãdo,recipere ſtipendiũ, ſeu pitantiã,nam videtur celebraſe pro determinata perſona,id eſt,pro illa quę poſtea petit ſacrificiũ illud, quã opinionẽ tenent Henriq.in d.c.21.n.2. Petr.Nauarra,vbi ſup.nu.373.quem ſequitur Alphon.Vega,lib.2.cap.41.caſ.5.& expreſſe Rodrig.in d.c.242.tit.de Miſſa, n.9. verſ.*La nona concluſion*,Aragon in d.ar.3.qui mouetur ex hac ratione.Quia quãuis illud opꝰ ſit pręteritũ,reſpectu noſtri, tamẽ in Dei

acceptatione, atquè eius æternitate, manet præſens; vnde quoad Deum acceptantem attinet, ita recens eſt, ac ſi eo momẽto offerreretur, ac ſi modo offerreretur, valorẽ haberet ſibi debitum, ergo modo applicandũ tantundem valebit; erat enim retentum, & quaſi depoſitum, vſque ad tempus applicationis, & reſpectu Dei, nequè præterita per transeunt, nequè futura expectantur, vt veniant; ſed omnia tempora ſupergreditur, ſuaquè æternitate recentia, ac præſentia retinet ex omnium ſententia; ob quam rationem præfati Doctores aſſerũt, Sacerdotem pitantiam ſibi retinere poſſe.

6 Ego tamen de hac re aliter iudicandum eſſe cenſeo, nequè per ſupradictos modos applicandi Miſſam, adhuc rectè ſatisfeciſſe Sacerdotes, ex eo mihi perſuadeo, quia ipſi ob acceptum ſtipendium pro celebrandis Miſsis, ex iuſtitia tenentur ſatisfacere ſuæ obligationi, id eſt, nõ ſolum in numero, ſed etiam in loco, aut tẽpore, vt ſi ex pacto Cõuentum fuerit celebrare in Heremitorio, ſeu in tali Capella, vel quod fiat Miſſa votiua de Spirituſancto, vel de Paſsione Domini, vel de B. Virgine, dummodo ſeruetur ordo pręſcriptus in regulis Miſſalis Romani, vt erudite aduertit Henriq. to. 2. lib. 9. tit. de Miſſa, cap. 23. nu. 5. & cap. 24. num. 4. Ioan. Azor, Inſt. Moral. lib. 10. cap. 32. verſ. quinto quęritur, Franciſcus Soårez 3. par. quæſt. 83. art. 6, diſput. 86. ſect. 1. pag. 1297. & cauetur in Bulla Pij V. in princip. dicti Miſſalis. Vnde ceſſante iuſto impedimẽto, celebrãs in alio loco, Capella, vel de alio Sancto, quam de eo, quod Conuẽtum eſt, & præſcriptum eſt ab eo, qui ſoluit ſtipem, non videtur ſatisfeciſſe ſuæ obligationi, & promiſsioni, vt vltra Henrriquez vbi ſupra, referunt in ſpecie

7 Nauarr. in Manual, cap. 25. num. 134. & ibidem Alagonia in dict. num. 134. & optime idem Nauar. de Horis Canonicis, cap. 5. nu. 3. & 12. Thom. Zerola in Prax. Epiſc. 1. par. §. Miſſa, verſ. tertia concluſio, fol. 145. & 146. in princ. & 147. colum. 1. ad med. verſ. ſexta concluſio, Rodriguez in Sum. tom. 1. cap. 249. tit. de Miſſa, nu. 9. verſ. *Ynota.* Ioan. Azor Inſt. Moral. lib. 10. cap. 24. verſ. octauo quæritur. Nauarr. conſ. 14. tit. de teſtam. nu. 10. optime Alphon. Vega tom. 2. cap. 41. de Miſsis, caſ. 15. Sot. in 4. diſt. 45. quæſt. 2. art. 2. Ceuallos, quæſt. 686. num. 6. Iacob. de Graſ. lib. 2. deciſ. cap. 53. ex nu. 9. optime Ludou. Bejá caſ. 23. verſ. nec obſtat, caſ. 12. in fi. verſ. aduertit tamen, pag. 50. ſic dicens; aduertat tamẽ Sacerdos, quod ſi promiſit dicere Miſſam de Domina, aut de Spiritu ſancto, ſeu de alijs Sanctis, in tali Eccleſia, ſeu Altari, vel tali die, nõ poterit commutare iſtorum aliquid ad libitum, quia tenetur ſeruare promiſſum, alias non ſatisfacit, niſi aliqua ratio nabili cauſa id egerit; neq; ad hoc ſunt neceſſaria alia iura, niſi conuentio, & vltima voluntas inſtituentis, ſic Hieronymus Llamas 3. p. cap. 9. §. 24. in fin. pag. 705. Tab. ien. in ſum. verb. Miſſa, num. 45. in fi. & Armil. in eod. verb. nu. 48. in fi. & Silueſt. in eod. verb. Miſſa, el. 1. nu. 10. in fin. ait, quod infideliter ageret contra promiſſum, & non ſatisfaceret, ſi promiſiſſet quis dicere Miſſam de Spiritu ſancto; vel in tali loco, vel die, & diceret aliam Miſſam, vel in alio loco, vel die. Vide etiam Marc. Ant. Cuchum Inſt. maior. lib. 5. tit. 6. num. 79. & Angel in verb. Miſſa, nu. 34. ait, quod ſi quis promiſsit ſpecialiter pro defunctis propriam Miſſam dicere, non ſatiſfacit Miſſam dicens de Beata Virgine, Ioan. Azor lib. 10. cap. 24. verſ. octauo quæritur, pag. 1020. & in d. lib. 10. cap. 32. pag. 1044. verſ. quarto quęritur, Thom. Zerola in Prax. Epiſc. 1. par. §. Miſſa, verſ. ad tertium prima concluſio in fi. & in verſ. ad tertium principale, ibi, ſexta concluſio. Quæ omnia etiam ſequuntur Eman. Rodriguez to. 1. cap. 249. tit. de Miſſa, num. 9. & Henrriq. in dict. cap. 23. num. 6. vbi dicit, ſi quis data pitantia petat Miſſas fieri de Requiem, ita ſunt dicendę, quia ſpeciale officium eſt vtilius, & oratio magis directa, & immediate mouet de ſe magis ad impetrandum à Deo. Quod optime declarat Rodriguez tom. 1. quæſt. 43. art. 8. cui remitimus lectorem. Id etiam declarat optime Io. Azor. Inſt. Moral. lib. 10. cap. 32. verſ. quarto quęritur. Carrillo in Explic. Bul. de defunct. 2. p. cap. 12. n. 23. eleganter Nauat. lib. 3. tit. de celebr. Miſſar. conſ. 6. nu. 5. etenim, vt ait Rodrig. in d. quæſt. 43. art. 10. col. vlt. ex mẽte D. Thomę, in officio Miſſæ, non ſolum reperitur ſacrificium, ſed etiã orationes, & quãuis ex parte ſacrificij oblati, ęqualiter proſit viuis, & defunctis, de quocũq; Miſſa dicatur, ex parte vero oratio nũ, negari nequit, prodeſſe quãplurimũ Miſſam, quæ incipit, Requiẽ æternã, inſtitutam pro defũctis, in qua ſunt orationes ab Eccleſia determinatæ pro mortuis. Qui igitur dicit Miſſas anticipatas, nõ aliter ſatisfeciſſe videtur ſuo oneri, niſi quando illa Miſſa fuerit

celebrata

Digitized by Google

celebrata de illo Sancto, vel in illo Altari, in quo ſibi poſtea petitum fuiſſet celebrari. Vnde ſi ab eo fuiſſet Miſſa nudius tertius dicta in Capella B. Braulij, vel in Eccleſia S. Michaelis, & ſibi poſtea eſſet ſolutũ ſtipendium, vt celebraret in Capella Beatę Virginis de Pilari, aut in Eccleſia Sancti Laurentij, certe ille non poſſet applicare Miſſam dictam in Capella Beati Braulij, vel in Eccleſia Sancti Michaelis, pro ea quam promiſit celebrare in Sancta Capella de Pilari, vel in Eccleſia Sancti Laurentij, & ad hanc reſolutionem (ni fallor) ſunt reducenda omnia, quę ſuperius dicta fuerũt, aliàs mihi nunquã placere potuit prædicta Doctorum aſſertio, & forſan ob hanc rationem, & quia iſte caſus nõ frequenter, ſed raro prądicari cõtingit, eo pacto quo à nobis depictus eſt: Ideo Doctores non ſine miſterio dicunt, quod hic mos dicẽdi anticipatas Miſſas pro ſperato ſtipe, eſſet à Prælato prohibendus, vt refert, & ſequitur Henrriquez, in dict. cap. 21. numer. 2. in fin. Quibus etiam adde,
8 quod maiorem fructum Miſſæ habet anima defuncti, ſi celebretur vbi ſepultum eſt illius corpus, quam alibi; vt videtur ſentire Innocen. in capit. Fraternitatem de ſepult. & ita affirmaſſe Sanctiſsimum Pontificem Greg. XIII. atteſtatur Thom. Zerola in Prax. Epiſcop. 1. par. §. Miſſa, num. 1. in finalibus verbis, & in 2. par. §. Miſſa, in princip. ergo qui inſtituit, celebrari ſibi Miſſas in Eccleſia, vbi eſt ſepultus, minime celebrans ſatisfacit iniuncto oneri, ſi alibi ſacrum faciat.

9 Sed poſtea quã hæc ſcripſimus, apparuit, & promulgata fuit declaratio, diu à me deſiderata Dominorum Cardinalium Congregat. Concil. Trident. ex mandato S. P. bonæ memoriæ Clem. Octaui ędita, vt accepi ex quibuſdam literis omnibus Eccleſiaſticis, ſecularibus, & Regularibus intimatis: Quarũ tenor talis eſt.

Superioribus diebus ſignificatũ fuit Sanctiſsimo D. N. paucis ab hinc annis in Hiſpania, nouam cõſuetudinem, recentiorum aliquot Theologorum opinione nixam ſenſim receptam indies magis inualuiſſe; vt Sacerdotes Miſſam celebrantes eius valorem generalem applicent his, qui poſtea Miſſæ celebrationem poſtulaturi, ac pro eo eleemoſynam prębituri ſunt: tametſi antequam Miſſæ ſacrificium perageretur, neque à Sacerdote illud rogaſſent, neque ei hac de cauſa elęemoſinam pręſtitiſſent. Quam rẽ cum Sanctitas S. ad Sacram Congregationem Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, pro materiæ grauitate examinandam reieciſſet, in ipſa congregatione, primum de ea actum fuit diligentiſsimè, ac deinde relatum ad Sanctitatem ſuam, quę ex eiuſdẽ Congregationis ſententia: huiuſmodi conſuetudinem; tanquam pluribus nominibus periculoſam, fidelium ſcandalis, & offenſionibus obnoxiam, atque à vetuſto Eccleſiæ more nimium abhorrentem exploſit, ac improbauit, atquè Amplitudini. T. literas dari (quod facimus) mãdauit, vt omnibus iſtius Regni Archiepiſcopis, atquè Epiſcopis, in quorum Diœceſibus huiuſmodi applicatio in vſum inducta fuerit per literas, aut aliàs ſcripto iniungat, vt talem vſum aboleant, ac prohibeant excõmunicationis etiam, atq; alijs, quas opportunas, & neceſſarias exiſtimauerint, pœnis: Idemque præcipiat Generalibus, & Capitibus Ordinum, quos in iſtis Regnis nunc nouerit cõmorari, vt ſcilicet, & ipſi Regularibus ſibi ſubditis, talibus applicationibus eiſdem pœnis propoſitis interdicant. Quæ omnia, pro ſua pietate, & ſanctiſsimi Domini noſtri iuſsis obſequẽdi ſtudio Amplitudinem. T. ſedulo effecturum ſperantes: Omnipotentem Deum rogamus, vt eam quotidie cœleſtis ſuæ gratiæ donis velit auctiorem. Romæ, Die decimo quinto Nouembris M.DC.V.

Qua ſuppoſita declaratione, manifeſtum eſt, nullo pacto licere anticipate celebrare Miſſas, eo modo, quo in quarto caſu ex ſententia multorum dicebamus; pro eo ſcilicet applicando valorem, qui poſtea Miſſam poſtulaturus eſt.

10 An autem, qui in humanis eſt, poſsit ſibi facere celebrari Miſſas, vel officium defunctorum? Reſpondet Thom. Zerola in Prax. Epiſcop. 2. pat. §. Miſſa, verſ. decimo quod ſic, modo non dicãtur orationes, quæ monſtrant aliquem iam mortuum, vt verbi gratia: Inclina Domine, vbi dicitur, Quem de hoc ſeculo migrare iuſsiſti. Ratio eſt, quia committeretur mendacium in oratione.

(†)

QVÆSTIO XXIX.

Vtrum vidua, quæ ex teſtamẽto mariti, habet vſumfructum, ſi caſte vixerit, teneatur in conſcientia ante vllam declarationem, vel Iudicis ſententiam, ipſum reſtituere heredibus mariti, ſi caſtitatem non ſeruauerit? & an tunc amittat etiã propriam dotem? Ipſa etiam, & quę tantum vnicũ ſtuprum commiſſit, an dicatur non caſte, ſed inhoneſte viuere, ita quod amittat dictum vſumfructum?

SVMMARIVM.

1 *POENA non eſt ſoluenda in foro conſcientia ante Iudicis ſententiam, etiam ſi ipſo iure, aut facto impoſita ſit, cum limit. poſita in num. 7.*

2 *Collega tranſgrediens ſtatutum, imponens pœnã excluſionis à Collegio ipſo iure, non tenetur in foro conſcientiæ relinquere Collegium, antequam iubeatur id facere, cum limitatione ibi poſita.*

3 *Non tenetur quis in conſcientia manifeſtare, rem propriam in cõmiſſum incidiſſe, nec pœnam conuentionalem ſoluere, ſi non petatur.*

4 *Intellectus ad cap. Plerumq. de donat. inter vir. & vx. & ad l. Conſenſu, C. de Repudijs.*

5 *Hæreticus non tenetur in conſcientia ante ſententiam, bona ſua fiſco tradere.*

6 *Hæres qui tacitam fidem dedit teſtatori de reſtituenda hæreditate filio ſpurio ipſius teſtatoris, non tenetur in conſcientiã reſtituere bona fiſco, antequam ei petantur.*

7 *Executor intra annum, teſtatoris volantatem non adimplens, etiam ſi per conſtitutionẽ ſit priuatus emolumento, & officio, non tenetur in conſcientia, dictas pœnas aduerſus ſe ipſum exequi.*

8 *Vidua cui legatum à marito relictum fuerit, ſub conditione ſi caſte vixerit, non tenetur in conſcientia ante Iudicis ſententiam, etiam ſi non ſeruauerit caſtitatem, illud hæredibus mariti reſtituere, ſecundum aliquorum ſententiam.*

9 *Pœna impoſita à teſtatore ipſi legatario, debetur in foro conſcientia, nulla expectata Iudicis declaratione, aut ſententia.*

10 *Pœna quæ nullum Iudicis actum exigit, habet ſuum effectum in foro conſcientiæ, nõ expectata Iudicis ſententia.*

11 *Vidua cui à marito relictus eſt vſusfructus, ſi caſtitatem ſeruauerit, non ſeruata cõditione ſiue clam, ſiue publice, tenetur ad reſtitutionem illius in conſcientia, ante Iudicis ſententiam, ſecundum aliquos.*

12 *Legatum relictum à marito vxori ſimpliciter, ſemper intelligitur ſub cõditione ſi caſte vixerit.*

13 *Statuta pœnalia contra mulieres ſecundo nubentes, extenduntur ad luxuriantes.*

14 *Vidua ſtuprum cõmittendo, non minus offendit maritum, quam viuente marito adulterando, ſecundum aliquos.*

15 *Vidua propter ſtuprũ non priuatur propria dote, ac patrimonio, quod nec à marito, nec eius ocaſione acquiſiuit, etiam ſi meretritiam vitam agat.*

16 *Reffutantur conciliationes opinionis præcedentis per aliquos Doctores adducta.*

17 *Mulier quando dicatur luxurioſe viuere?*

18 *Vidua non amittit legatum ſibi à marito relictum, ſub conditione ſi caſte vixerit; quamuis ab vno tantum carnaliter cognita ſit.*

19 *Vidua palam impudica, non potitur priuilegio viduitatis, bene tamen ſi clam eſt impudica.*

20 *Vidua quæ ſemel ſtuprum cõmiſſit, ſiue ſecrete, ſiue palã, amittit legatũ, ex ſententia Auctoris.*

21 *Vidua quæ impudicos tactus habuit, amittit legatum ſibi relictum, ſub dicta conditione, ſi caſte vixerit.*

22 *Conciliatio opinionum præcedentium, ex ſententia Auctoris.*

1 IN præſenti caſu, dubitationis ratio ex eo oritur, quia videtur, quod non ſolum in foro exteriori, ſed etiam in interiori conſcientiæ foro, nullus tenetur ſoluere pœnam ante iudicis ſententiam, etiam ſi pœna ipſo iure, aut ipſo facto impoſita ſit; pro vt tenet gloſ. cõmuniter recepta in verb. cum augmento, in fin. in cap. Fraternitas, 12. quæſt. 2. quam ad id plura allegando ſequitur Ant. Gabr. lib. 7. commun. opin. tit. de Criminal. concl. 12. ex princip. late Didacus Perez lib. 2. ordin. tit. 9. l. 2. gloſ. *Ha las de pagar*, in foro conſcientiæ

cientiæ, ex pag.298.& in tit.23.l.4.in gloſ. *Sean obligados*,in foro conſcientiæ, pag.436. Abb. in cap.Raynaldus num. 25. & ibi additio in litera B. de teſtamen. Sot. lib.1.de iuſt.& iur. quæſt.6. art. 6. Ant. Gom. tom. 3.cap.14.num.3. eamquè omnium Doctorum ſuffragijs receptam eſſe ſententiam fatemur in 1. par. Collect.2. num. 3. & idem probanr Couarr. in 4. 2. par.cap.6.§.8.numer. 10. Alphonſ. Azebedo in lib. 2. nou. recopilat. in initio,tit. 1. ex num. 23. Ioan. Gutierrez lib.1. Canonic.quæſt. cap.1. nu. 23.& in Pract.quæſt.lib.2. quæſt. 180. num. 2. Salced.in addit. ad Diaz in Prax.cap.64. in litera B. Nauarr.in manual.cap.23. num. 66. Alphonſ. Vega in Silua.caſ.conſc.lib.3. caſu 238.& 240. Garcia Gironda de gabel. 12.part.num.11.Matien. lib. 5.tit.4.l.1.glo. 10.num.12. Alphonſ. Hojeda de beneſi. 1. par.cap.18. ex num. 20. Ceuallos in quæſt. pract. quæſt.113.numer.1. & late in quæſt. 687.Humad. in l.16.tit.16.par.1. in gloſ.4. num.2. Ludou. Meſsia in pragm. tax. pan. concluſ.6. num. 64. 134. & 136. Franciſcus Ortiz Lucio. in ſum. mandat. 3. de confeſſar. fol.142.& hinc quidem Ludou.Lop. in lib.2.Inſtr. negoc. cap.30.pag.436. colligit theoricam, quæ,vt ipſe ait, viſſa eſt Silueſtro notatu digna; quia, inquit,confert ad multa decidenda dubia circa leges contingentia,ſcilicet quod omnia iura mundi,quę pœnam imponunt ipſo iure, vel facto, debent intelligi, modo ſequta ſit ſententia declaratoria,per quam declaratum,ſit fuiſſe commiſſum id, propter quod illa pœna veniebat imponenda,aliàs inquit,quod illa pœna ſuum effectum, & executionem non ſortitur. Quod etiam ex ſententia Archidiaconi, & Io. Andreæ, refert Alexan. in l. Si quis maior, numer.13. C. de tranſact. vbi optima additio in litera E. & idem traditur in volum. 1. commun. opin. pag. 107. verb.ipſo iure,in verſ. Hæc procedũt.Nam is qui deliquit, nulla lege tenetur, pœnam aduerſus ſe ipſum executioni mandare, eandem iudice minime exequente; vt alios referens probat Couar.in 4. 2.par.cap. 6.§.8. num.10.& Didac.Perez in dicta gloſ. *Ma las de pagar*, in foro conſcientiæ, & eo maxime iſta procedunt,quando pœna eſt talis naturæ, quæ aliquam executionem requirit, qualis eſt amiſsio bonorum, vt poſt alios ita ſenſit Ludou.Beja caſ.41.pag.179.Couar.loco citato nu.10. Ludou. Molina de iuſt.& iur. tract.2.diſput.96.colum.591. verſ.idem eſt de fructibus, Tho. Zerola in Prax.Epiſcop. 1.par.§. priuatio, verſ. ad quintum. Idquè optime confirmatur ex tex.in cap. Cum ſecundum de Hæret. in 6. vbi in pœnis etiam ipſo iure incurſis amiſsionis bonorum, requiritur ſaltem ſententia,quę declaret actũ factum,aut commiſſum, aut etiam omiſſum fuiſſe, vt earum executio iuſte fieri poſsit. Er ante hanc declarationem non tenebitur delinquens (vt dictum eſt) pænam reſtituere in interiori etiã iudicio; vt per illum tex. annotarunt Felin. in cap. Rodulphus num. 35. de Reſcrip.& in cap. Cum non ab homine num.9.de Indicijs, Alexand.in dict.l. Si quis maior, nu.13. Gutierrez in Canon. quæſt.lib.1.cap.1. num. 4. Menoch. conſil. 301.ex num. 18. Meſsia in dicta concluſ. 6. num.65.Ant.Gom.tom.3.cap.2. num. 5. & cap.14.num.3. Alphonſ. Caſtr. lib.2. de iuſta hæret. punit. cap. 6. & in lib. 2. de lege pæn. cap.8. Petrus Arag.2.2. quæſt.11. art. 3.ex pag.345.Iul.Clar.lib.5.§.fin. quæſt.80. num.7. Er hanc quidem opinionem, vt veriorem defendunt potiores certe Doctores numero,& auctoritate, vt dicit Tiraq.in l. Si vnquam, verbo reuertatur, ex numero 400.

Ex qua reſolutione plura notatu dignà inferri poſſunt,& primo, quod collega, vel municeps tranſgrediens ſtatutum, imponẽs pœnam excluſionis à Collegio, vel municipio ipſo iure, non tenetur in foro conſcientiæ relinquere collegium, vel municipium, antequam iubeatur id facere; vt per ſuperius adducta tradit Nauarr.in manual. cap. 23. num.63. Lud. Molin. in dicta diſputat. 96.col.591.verſ.de collega, niſi aliunde (vt ipſe air) apertè conſtet,mentem inſtitutoris collegij fuiſſe, vt nulla expectata ſententia, ipſo facto in conſcientia iura collegij amitteret, de plenitudine enim poteſtatis legiſlatorũ, poſſunt ipſi interdũ ſtatuere pœnas aliquas, quæ debeantur nulla expectatà ſententia; & quas exequi teneantur ipſi legum tranſgreſſores. Vt tradit idem Molina, vbi ſupra, diſput. 95. ad finem. Quo pacto eſt intelligendus Dominicus Soro lib. 1. de iuſt. & iur.quæſt.6. art.6. ad 4. verſ. Similis eſt, Meſsia in dicta concluſ.6. num. 141. tamerſi id nemini conſulendum ſit; vt aduertunt Soto & Molin. vbi ſupra, Nauarr. de dat.& promiſ.31.notab.num.41.in fin. & tà les condentes leges, ſunt conſcientiarum illa-

illaqueatrices: & illud quidem eſt, nimium emungendo ſanguinem elicere, ſatis namq. familię conſulitur, ſi huiuſmodi leges particulares ſint, ad inſtar communium conſtituantur; vt ſcilicet delinquentes via Regia comperti puniantur.

3 Nec ſimiliter quis tenetur in conſcientia, manifeſtare rem propriam in commiſſum cecidiſſe, vt ex Nauarr. ſupra num. 64. retuli. in 2. par. Collect. 144. num. 73. Sic etiam qui pœnam incurrit conuentionalem, non tenetur illam offerre, ſed tuta conſcientia poteſt eam non ſoluere, ſi non petatur, ſi tamen petatur ab eo, cui debetur, tenetur in foro conſcientiæ eam ille ſoluere abſquè vlla contradictione, nullaquè expectata iudicis ſententia, ita Lud. Molin. de iuſt. & iur. tract. 2. diſputat. 97. Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 11. Nauarr. in manual. cap. 23. num. 67. Meſsia in concluſ. 6. ex nu. 110. Menoch. conſ. 260. num. 40. & dixi in prima parte, Collect. 2. num. 4. Gutierrez lib. 2. Can. quæſt. cap. 20. nu. 12.

4 Infertur etiam intellectus ad tex. in cap. Plerumquè de Donat. int. vir. & vxor. & ad tex. in l. Conſenſu, C. de Repudijs. Quibus iuribus cauetur, vxorem amittere dotem propter adulterium ab ea commiſſum, & applicari marito, & quod vxor quantumcunquè adultera, non teneatur in conſcientiæ foro, illam dotem reſtituere ipſi marito, donec ſibi petatur. Nec ſimiliter maritus, qui adulterium commiſsit, in conſcientia non compellatur vxori reddere dotem, quam ipſe propter adulterium vxoris ſuæ conſecutus fuit, vt poſt alios tradidi in 2. parte, Collect. 154. nu. 8. Et hinc etiam eſt, quod
5 hæreticus non tenetur in conſcientia, ante ſententiam bona ſua tradere fiſco; nequè ſententiam contra ſe exequi, licet ipſo iure ea confiſcentur. Vt tradunt Anton. Gom. tom. 3. cap. 3 num. 5. Matien. lib. 5. tit. 9. l. 10. gloſ. 3. num. 2. Azebed. lib. 8. tit. 3. *De los Hereges*, l. 1. ex num. 185. Nauarr. in manual. cap. 23. numer. 66. & idem lib. 5. tit. de Hæret. conſ. 12. ex n. 1. Rojas ſing. 26. verſ. Alphonſus de Caſtro, late Simanc. de Cathol. Inſtit. tit. 9. ex n. 157. Ceballos. q. 687. n. 4. Soto lib. 1. de iuſt. & iur. quæſt. 6. art. 6. Cantera in Quæſt. Crimin. tit. de hæret. num. 16. ſubdens, quod licet à tempore commiſsi criminis, perdat hæreticus dominium directum ſuorum bonorum, non tamen perdit detentionem, quam poteſt habere lege permittente, donec ſententia proferatur. Nec vt dictum eſt, tenetur fiſco bona ſua offerre, ſed tantum ſeſe patientem, & morigerantem accomodare, & pati paratum, Ant. Meneſ. in l. Si quis maior. num. 58. C. de tranſact. licet in hoc dubius ſit Azeb. lib. 2. tit. 1. *De las leyes*, in initio num. 24.

6 Sic etiam hæres, qui tacitam fidem teſtatori accommodauit, de reſtituenda hæreditate filio ſpurio teſtatoris, non eſt obligatus in conſcientia ad eius reſtitutionem fiſco faciendam, antequam ei petatur; cum in pœnam illius promiſsionis ſtatutum ſit, quod talis hæreditas fiſco applicetur; vt erudite probant Petrus Plaza de delict. cap. 41. num. 25. Couarr. in 4. 2. par. cap. 8 §. 5. numer. 9. Meſsia in dicta concluſ. 6. num. 53. Henrriq. tom. 2. lib. 11. cap. 20. num. 5. & ibi eius additio in litera G. Didac. Spin. in ſpecul. teſtam. in gloſ. 16. princip. num. 48. verſ. at vero, & in gloſ. 27. princip. numer. 32. & quos allegat Salced. in addit. ad Prax. Bernardi Diaz in cap. 64. in litera B. pag. 199. licet ibidem ipſe contrariam opinionem ſequatur, cum Mantica de coniect. lib. 10. tit. 4. ex num. 15. Rojas de ſucceſsion. cap. 20. num. 153. & alijs, quos refero numero propè infinitis, de materia iſtius quæſtionis in 2. par. Collect. 168. num. 4.

Supradicta tamen opinio verior, & receptior eſt, vt tradit Io. Matien. lib. 5. recollect. tit. 8. l. 6. gloſ. 8. numer. 8. Didac. Perez lib. 1. tit. 3. l. 22. pag. 103. verſ. Quæritur tamen, nec minus eleganter in addit. ad Seguram, in l. filius dum in ciuitate eſt, num. 15. ff. de verb. oblig.

Similiter etiam obſeruandum eſt, quod licet in aliquibus conſtitutionibus Epiſcoporum conſueuit ferri lex, vt ſi executores intra annum teſtatoris voluntatem non adimpleant, eo ipſo, abſquè aliqua monitione amittant tum munus executorum, tum etiã emolumentum teſtamento ipſis relictum;
7 eſto tamen, quod quis in prædictas incidat pœnas, non tenetur eas exequi aduerſus ſe ipſum; ſed poteſt expectare, vt ſententia cõdemnatoria prius feratur, nihil impediente quod in aliquibus ex iuribus, in quibus ſtatuuntur, dicatur, quod in eas incidant ipſo iure, aut ipſo facto, vt ita aduerſus alios tradit Couar. in cap. Si hæredes, num. 8. in fin. de teſtamen. quem ſequitur Lud. Molin. de iuſt. & iur. tract. 2. diſpur. 251. col. 1539. idq; ſatis perſpicuum eſt, ex his quæ ſuperius di-

cta

ſta ſunt; de nullo namquè legiſlatore (qui
præoculis ſemper æquitatem habere debet,
l.quod ſi Epheſi,ff.de eo,quod certo loco,)
præſumendũ eſt,voluiſſe illaqueare cõſcien
tias ſuorum ſubditorum,eos,ſolius legis vi,
obligando ad executionem talis pœnæ, &
ipſos contra ſe executores facere,arg. l. ni-
mis graue, C.de teſtam. & l. Humanitatis,
C.de excuſat.tut.præſertim, vt inquit Na-
uar. in Manual.cap.23.num.63.in fin. quan
do pœna eſt grauis corpori, honori, aut
fortunis. Vnde quidem pœna temporalis
ipſo iure etiam incurſa, nunquam debetur
in foro conſcientiæ ante Iudicis declaratio
nem, niſi aliud conſtet de mente legiſlato-
ris; lexq. ipſa pœnalis addiderit, vt ſupra
dicebamus, ad incurrendam pœnam nullã
requiri declarationem, nec ſententiam; vt
per extrauag. Pauli. 2. ambitioſę de rebus
Eccleſ.non,& per alia iura nituntur proba
re Doctores,in quibus etiam caſibus,vt ve-
rius exiſtimo, adhuc iudicis executionem
neceſſariam eſſe; quia vt ait Couar.in dict.
cap.6.§.8.num.10. verſ.tertio, hinc etiam
deducitur, etiam lata condemnatoria ſen-
tentia,non debetur pœna in conſcientię iu
dicio; vnde nec etiam videtur deberi, caſu
quo nulla ſententia eſt neceſſaria, quę illa-
tio facit aduerſus Silueſt. in verb. emphy-
teuſis,quæſt.2. & in verb. Aſſaſinus, in fin.
is enim dixit, nullam requiri ſententiam, ſi
lex pœnalis prædictis verbis vtatur. Quod
quidem etſi aliqui amplectantur, verum ta-
men non eſt; vt dicunt Couarr.loco proxi-
me citato,& Lud.Meſsia in dict.concluſ.6.
num.136. vel debet illud intelligi, in foro
exteriori,& non in iudicio interiori;quam-
uis ſi lex adderet pœnam,& diceret eam ſol
uendam eſſe in foro animæ, quamuis deli-
ctum,ſeu tranſgreſsio occulta ſit,exiſtimat
Couarr.vbi ſupra, cum Alphonſ. de Caſtr.
lib.2. de poteſt.leg.pœn.cap.5.& Lud.Meſ-
ſia in allegata concluſ.6. numer. 139. cum
Azeb.lib.2.tit.1. *De las leyes*, in initio.num.
30. prædictam communem opinionem nõ
eſſe admittendam,ſed pœnam omnino eſſe
ſoluendam in iudicio conſcientię, etiam an
te iudicis declarationem, & nulla expecta-
ta iudicis ſententia. Quamuis Simanc. de
Cathol. Inſtit. tit. 9. ex num. 192. vſquè ad
127. vellit defendere id lege iuberi nõ poſ-
ſe, vel ſi poſsit, non deberi, & numer. 250.
Reſpondet legibus Regijs,quæ in contrariũ
adduci poſſunt, vt eius opinioni nõ obſtet;

abſque iuſta tamen cauſa, lex ſimilis fieri
non deberet. Vtcumquè tamen ſit,(vt ad
principalem quęſtionem, à qua digreſsi ſu-
mus,noſter conuertatur ſermo) ex ſupradi-
ctis,& ex multis alijs,quę in hac materia ad
duci poſſunt,(quę conſulto omitto) ſatis in
8 ferre licet, huiuſmodi viduam,cui fuit lega-
tum relictum, ſi caſte vixerit, non teneri in
conſcientia illud reſtituere hæredibus ma-
riti, & ſi non ſeruauerit caſtitatem, donec
ab ipſis petitum fuerit, & iudicis ſententia
id fuerit pronunciatum.

Supradictis tamen minime refragãtibus,
dicendum eſt in hac quęſtione, quod & ſi
verum ſit(vt rationes ſuperius adductę pro
bant) neminem teneri ad ſoluendam pœnã
legalem, aut conuentionalem, antequam à
iudice præcipiatur, vt poſt alios ſatis à me
probatum extitit in 1.par. Collect.2. num.
3.& 4.adeò vt Clem. 2. iuncta eius gloſ. in
verb.officij,de hæret. probet tranſgreſſorẽ
legis non ſolum à peccato, ſed etiam ab ex-
communicatione ob illud incurſa, abſolui
poſſe,antequam ſoluat pęnam ob eam debi
tam,& oppoſitum aſſerere, vt ait Nauar.in
manual.cap.23.num.63.quem ſequitur Lu-
dou.Beja in caſu 41.verſ.ratio eſt,pag.180.
& Lud. Lopez in inſtruc. Negociant.lib. 2.
cap.30.pag.436.colum.2.in principio, eſſet
ocaſionem præbere hominibus delinquen-
di,& incidendi in multa peccata,vt qui na-
turaliter recuſant fieri pœnarum contra ſe
ipſos impoſitarum executores, & vt nemo
inuitus alterum accuſare compellitur, ita &
longe minus ſe ipſum accuſare compellen-
dus eſt, cum maiorem cognationem ſecum
habeat, quam cum alio, l. vni. C. vt nemo
inuitus agere, vel accuſare cogatur, iuncta
l.vt vim,ff.de iuſt.& iur. Et quamuis tranſ-
greſſor legis pœnalis, ſe pænę obligaſſe vi-
deatur, vt in Authen. de non alien. §.quia
vero,collat.2.in gloſ.verb.honorari,& in l.
1.§.ad beſtias,ff.de poſtulando; iſtud tamen
eſt impropriè,& conſenſus hic fictus eſt, &
non verus,ſecundum Angel. & Paul. in l. Si
tibi quædam, §.decem, ff. de Pact. ac quaſi
tacite actum intelligitur,ſi accuſatus fuerit,
& condemnatus,& executio contra eum ſit
facta,ſicuti in obligationibus, quæ ex con-
tractibus deſcendunt, obligatus non tene-
tur vltro offerre,l.Iulianus, §. offerri, ff. de
Action.emp.

Nihilominus tamen ſupradicta non pro
9 cedunt,nec veritatem habent,in pœna à te-
ſtatore

ſtatore adiecta ipſi legatario, quæ in foro conſcientiæ debetur, nulla expectata iudicis ſententia, & executione, vel ex eo quod euenit caſus, quo teſtator noluit hęredem, vel legatarium eius bona poſsidere, vel voluit eorum aliquam partem amittere; quod poterit iure optimo facere, ex l.ab eo, C.de fideicomm. & notant Caiet. in ſumm. verb. pœna, Couar. in dict. cap. 6. §. 8. numer. 17. verſ. vndecimo, & illud. Ludou. Meſsia in dicta concluſ. 6. num. 106. Caſtr. lib. 2. de poteſt. legis pœn. cap. 11. colum. 1843. verſ. Preterea circa pœnam, Nauarr. in manual. cap. 23. numer. 67. verſ. Quorum opinio, & not. Azeb. lib. 2. tit. 1. *De las leyes*, in initio. num. 28. & idem Ioan. Baptiſta Conrrad. in reſpon. caſ. conſc. caſ. 209. in princ. verſic. reſpondetur pag. 599. Panormit. in c. Raynaldus, num. 25. de teſtam. dicens, hanc proprie non eſſe appoſitionem pęnæ, ſed potius ademptionem bonorum in pœnam cō trafacientis nomine pœnæ, & quod in foro conſcientiæ habet locum iſta pœna, quia naturaliter obligatur oneratus à teſtatore, ob ſeruare ipſius voluntatē, cap. cum in officijs de teſtamen. cui applaudit Caiet. in dicto verb. pœna ſubdens, ex eo id debere, quia euenit caſus in quo voluntas teſtatoris ſic diſpoſuit, cuius voluntas, nulla alia præcedente iudicis declaratione, omnino adimpleri debet, maxime quando illud teſtatoris præceptum iniuſtum, illicitum, impoſsibile, aut ignominioſum non eſſet, vt poſt alios adnotauit Couar. in cap. Raynaldus, §. 1. num. 7. de teſt. Vnde gloſ. in verb. adijciens, in dicto cap. Raynaldus colligit, poſſe à teſtatore pœnam ſtatui contra hæredem, aut legatarium, eius voluntatem non ſeruātem, vt vel omnia bona, vel eorum partem amittat, & idem notant ſcribentes ibidem, quibus addit in dict. num. 25. hanc pœnam à teſtatore adiectam in foro conſcientiæ omnino deberi, quod etiam fatentur Couar. in dict. §. 8. num. 17. verſ. vndecimo, & illud, Nauar. in dict. num. 67. verſ. quorum opinio, Lud. Beja caſu 41. verſ. Nihilominus, Ludou. Meſsia in dicta concluſ. 6. num. 106. Lud. Lop. inſt. negociant. lib. 2. capit. 30. pagin. 437. verſ. igitur alia regula ſit, Alphonſ. Azeb. in lib. 2. nou. recopilat. in init. tit. 1. ex numer. 28. Alphon. Vega in ſilu. caſ. conſcien. lib. 4. cap. 111. verſ. *El ſegundo caſo.*

10 Quemadmodum etiam quando pęna illius eſt qualitatis, quę nullum iudicis actum exigit (vt ſunt cenſurę à Canonibus indictæ, & irregularitates, ac quælibet alię, quibus propter crimen aliquis efficitur indignus, aut incapax alicuius rei) vim, & effectum habet in foro conſcientiæ, & nulla expectata iudicis ſententia incurritur, quando ipſo iure, aut ipſo facto, alijſve ęquipolentibus verbis eſt impoſita, vt notāt Couar. in dict. §. 8. num. 16. verſic. nono, Meſſ. in dict. concluſ. 6. num. 104. Nauar. in cap. Sacerdotes, de pęnit. diſt. 6. num. 148. verſ. Nequè obſtat, & in man. cap. 23. nu. 67. Didac. Perez lib. 2. tit. 9. l. 2. pag. 300. verſ. Secunda concluſio, Molina de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 96. col. 589. vbi optime, & relati à me in 1. p. Collect. 2. num. 7. Sot. lib. 1. de iuſt. & iur. quęſt. 6. art. 6. pag. 56. verſ. Secunda concluſio.

11 Ex quibus iam punctim ſatisfaciunt Doctores quæſtioni in principio propoſitæ, vt ſcilicet vidua relicta vſufructuaria in bonis mariti, ſi caſtitatem ſeruauerit, aut ſub alia ſimili conditione, tunc non ſeruata conditione, & ſiue clam, ſiue publice caſte non vixerit, ſtatim in foro conſcientiæ teneatur illud reſtituere hæredibus mariti, nulla expectata Iudicis ſententia, quæ cōcluſio per ſuperius dicta communi ſcribentium calculo videtur recepta, & eam expreſſe ſequuntur Nauar. in manual. cap. 23. num. 62. & in cap. 25. num. 65. Lud. Beja caſ. 41. verſ. vt patet de vxore, Caiet. in ſum. verb. pœna, verſ. & rurſus, Anton. Bernad. in ſumm. cap. 18. num. 94. Petrus Alagon. in ſum. cap. 23. num. 60. & in cap. 25. num. 65. verſic. Vidua, Portol. in Schol. ad obſeruat. 13. item obſeruatur de iur. dot. numer. 3. Rodrig. in ſum. t. tom. cap. 96. num. 4. Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 8. nu. 17. verſ. ex quo infertur, Alphon. Vega in ſilu. caſ. lib. 4. caſ. 111. Lud. Molin. de iuſt. & iur. tractat. 2. diſputat. 96. colum. 591. verſ. Quando vero aliquis, Ceball. in pract. quæſt. 151. ex num. 7. Lud. Meſsia in pragm. tax. pan. concluſ. 6. numer. 107. Sot. lib. 1. de iuſt. & iur. q. 6. art. 6. ad 4. Alphonſ. Caſtr. lib. 2. de poteſt. leg. pœn. cap. 11. col. 1844. verſ. & hinc, optime Thom. Zerola in prax. Epiſcop. §. legatum, nu. 7.

12 Et idem etiam videtur dicendum, quamuis maritus in eo legato vxori facto non adiecerit clauſulam, caſte, & honeſte viuendi, quia tenetur ſeruare caſtitatem etiam mortuo marito, adhuc intelligitur tacita illa conditio, ſi caſte, & honeſte viduitate vixerit, vt tradunt Beroi. in conſ. 32. vol. 2. num.

Digitized by Google

num.9.Palat.Rub.in Repet.rubr. §.67. nu. 4.Ioan.Surdus in tract.de alimentis, tit. 7. quæſt.33.num.1.in fin.& in quæſt.34. num. 7. tom.1.commu.opin.pag.227. verſ. vxor hæres inſtituta, Didac.Perez lib.4.tit.2.l.6. in gloſ.*E mantuuierē deſpues caſtidad*,pag.796. verſ.etiam ſi non adiecerit, Thom. Zerola in dict.numer.7. Abiles in prohem. Præt.in princip.nu.37.& 38.in fin. Nevizan. in ſilu. nupt.lib.2.num.43. Guilliel.Benedict. omnino videndus in Repet.cap.Raynutius, in 3.par.in verb. qui cum alia matr. contr. nu. 195. Vnde ſi poſt mortem viri turpiter, & luxurioſe vixerit, ſiue ſit intra annū luctus, ſiue poſt, tenetur in conſcientia reſtituere omnia bona, quæ ſibi obuenerunt ex teſtamento mariti. Et ratio eſt, nam quemadmodum certum eſt huiuſmodi viduam, ſtatim quod nubit, amittere in conſcientia vſumfructum, cum non in viduitate vixerit, vt tradit Caiet. in ſum. verb. pœna. Thomas Zerola in prax.Epiſcop.2.par. in §. mulier, in verſ.Simile eſt, ſimiliter ob ſtuprum commiſſum illum amittere dicendū eſt; ne plus habeat luxuria, quam caſtitas, vt dicitur in Auth.de reſtitut.& ea quæ parit in §.vlti.& tradunt Io.Matienz.lib.5. recoll. tit.9.l.5. gloſ.8.num.14.Boer.deciſ.338.nu.12.verſ. Et per quam rationem, & leges non luxuriantibus, ſed pudicis fauent; ex §. penult.
13 in Auth.quib.mod.natur.effic.ſui;& vulgate ſit, quod ſtatuta pœnalia contra mulieres ſecundo nubentes, extenduntur ad luxuriātes, ex adductis per Cauallin. in milleloq. 56. Portol.in Schol.ad obſeru.54. cum moritur de iur.dot. num. 7. idem Cauallin. in milleloq.138.Surdus de Aliment.tit.4.q.13. num.22.& quæſt.24.num.3.Ant. Gabr. lib. 3.commun.opin.tit.de ſecund.nupt. concl. 1.nu.12.& concluſ.8.Iul.Clar.in §.ſtuprum num.6.Ioan.Surd.in dict.queſt.24.ex num. 4. Pinel.in l.4.C.de bon. matern. num. 18. ergo pari modo priuari debet illa, quę turpiter, & inhoneſte vixerit; infert enim iniuriam, & triſtitiam, in animam viri. Vt dicitur in §.quæ vero in Auth.de nupt.& tradunt Ludou.Molin.de primog.lib.1.cap 9. num.54 late Palat.Rub in repet.rubr.§.82. ex num.3. Tiraquel. l.boues,§. hoc ſermo-
14 ne,in princ.num.146.cum ſequentibus. Et non minus maritum offendit vidua, ſtuprū committendo, quam adulterando viuente marito; vt allegando Paul.de Caſtr.in l. Fideicommiſſum,num.4. C.de fideicom. tradunt Ioan.Surd.in dict.quæſt.24.numer.8. late Palat.Rub.in dict.§.82.ex num.5. Gutierrez lib.2.Canon.quæſt. cap.12. ex num. 7.& 15.& Villadiego ad forum Iuzgo, lib. 5.tit.2.in gloſ.ad l.5.num.6.

Ex quibus dicebat idem Paul. de Caſtr. in l.ſororem,nu.4.C.de ijs quib. vt indign. & in dict.l.fideicommiſſum,numer. 4. & in conſ.147.volum.2.num.4. Iaſſ.in l. ſoluto. num.6.ff.ſol.matr.Palat.Rub.in repet.rubr. §.67.num.6. Viduam luxurioſe viuentem, perdere dotem, ac ſi marito viuente adulterata fuiſſet; maritus enim ſicut offenditur ex adulterio matrimonio conſtāte commiſſo, ita ex fornicatione eo mortuo, ab vxore perpetrata iniuriam patitur. Quam etiam opinionem ſequuntur Hippol ſing.416.Gerard.ſing.48. & plures quos ibi allegat Gabriel.Saray.in addit.Gom.in l.14.Taur. nu. 16.in fin.Felin.in cap. Paſtoralis,num.5. de iudic.vbi etiam Deci. ex num. 34. Coſtan. de dotib.cap.6.num.31. Cauallin.milleloq. 137.in fin.Couarr.in 4.2.par. capit.7.§. 6. num.10.Alciat.reg.2.præſump.9.ex num.2. Gomez l.53. Taur.nu. fin. in final.verbis, & quos allegant Mich.Graſſal.lib.1.commun. opin.cap.6. quæſt.13. in princ. & Menoch. lib.5.præſumpt.32. num. 20. & Barboſa in 1.par.l.2.in princ.ff.ſol.matr.ex num.64. ad fin.Pinel.in l.4. num.9. in princ. C. de bon. mat.Rolan.conſ.86.volum.2.nu.19. Didac. Perez lib. 4. tit.2. l. 6. in glo. *E mantuuieren deſpues caſtidad*, Lud. Molin.de primog. lib. 1.cap.9.nu.55.in princ. Surd. in dict. queſt. 24.nu.10. latiſsime Abiles in prohem.præt. in princ.num.45. & plures relati à Gutierrez lib.2.Can.quæſt.cap.12.num.15.& pulchre Ceballos quæſt.708.num.2. Neuizan. in ſilu.nupt.lib.2.ſubdēs, quod hæredes mariti conuenti ad dotis reſtitutionem, potetunt de ſtupro excipere; vt etiam cenſent Rippa, & relati à Surdo in loco ſuperius allegato.

15 Sed quamuis per multi, magniquè nominis Doctores, ſupradictam opinionem veram ac communem eſſe fateantur, mihi tamen iure non probatur; Vidua namquê lucris ab ipſo marito, & cauſa eiuſdem ſibi obuenientibus, propter vitam luxurioſam, tanquam ingrata, atquè indigna priuari debet, vt omnium fære concors opinio ſcribentium teſtatur. Ad quod plures refert Ceballos in quæſt. 708. numer. 17. Rolan. conſ.86. volum. 2. num.37. & ita iudicauit Senatus

Digitized by Google

Senatus, vt tradit Oſaſcus deciſ. Pedamont. 67. in fin. ſed quod à propria dote, & proprio patrimonio, quod nec à marito, nec eius ocaſione acquiſiuit, priuetur, nullo iure cautum eſt; non enim aliqua lex inquit, quod ex cauſa ingratitudinis quis priuetur proprio patrimonio; ſed ſolum his bonis, quę acquiſiuit ab illo, aduerſus quem ingratitudinem commiſsit; vt in l. fin. C. de Reuo. donat. & alibi paſsim habetur, nec certe pœna amiſsionis dotium reperitur impoſita viduę committenti ſtuprum, ſicut ſi cõmiſsiſſet adulterium in vita mariti, vt poſt alios probat Rolan. conſil. 86. volum. 2. ex num. 20. Quia minor eſt iniuria, quę fit defuncto, quam illa quæ fit viuenti, & leges loquentes de priuatione dotis, cum ſint pœnales, potius ſunt reſtringendæ, quam ampliãdæ; vt tantummodo loquantur in caſu adulterij, & ſic viuente marito, & non in caſu ſtupri, hoc eſt, poſt mortem mariti. Quia tunc tantum amittit vidua, quidquid ex bonis mariti ei peruenit; & legata, & fideicommiſſa, & efficitur infamis, Villadiego ad for. Iuzgo, lib. 5. tit. 2. in gloſ. l. 5. num. 7. Ideoq. contrariam opinionem, imo quod propter adulterium vidua non amittat dotem, veriorem eſſe profitentur, Villadiego in dict. gloſ. ad l. 5. num. 9. verſ. dotem tamen, Boer. deciſ. 338. num. 10. Gutierrez lib. 2. Canon. quæſt. cap. 12. ex num. 19. Tiberius Decian. lib. 6. cap 44. num. 19. Ant. Gom. ſibi contrarius in l. 80. Tau. num. 70. & pro hac opinione plures refert Ceballos, quæſt. 70. ex num. 9. verſ. ſed his non obſtantibus, Alex. in l. ſororem, nu. 3. C. de his quib. vt indign. Aymon. conſ. 205. num. 24. verſ. nono. Ioan. Gracian. regula 497. num. 6. Laur. Chirihou. in commun. opin. centur. 5. concluſ. 99. verſ. Sed contrariam, Roland. conſ. 86. volum. 2. ex nuiner. 35. Menoch. lib. 5. præſumpt. 32. num. 21. Ant. Gom. l. 14. num. 17. & in l. 80. Taur. numer. 70. Ludou. Molina de primog. lib. 1. cap. 9. num. 55. verſ. Sed quamuis. Pinel. in dict. l. 4. num. 9. verſ. Sed contrarium, Coſta in cap. ſi pater, in verb. legauerit, numer. 44. & numero prope infiniti, relati à me in 2. par. Collect. 154. num. 6. Barboſa 1. par. l. 2. in princ. ff. ſol. matr. numer. 65. verſ. His tamen non obſtantibus, Didacus Perez in dicta gloſ. *E mantuuieren deſpues caſtidad*, pag. 796. vbi hanc benigniorem, & æquiorẽ ſententiam appellat, & idem atteſtatur, & ſequitur Menoch. lib. 5. præſump. 32. num. 21. optime Matien. lib. 5. tit. 9. l. 5. gloſ. 8. ex num. 10. vbi pluribus rationibus id verum eſſe probat, & idem fatetur in num. 18. etiã ſi mulier ſtuprum non ſolum committit, verum cum nec luxurioſe viuit, & meretricio more, & tunc etiam non amittit dotem, Mich. Graſſ. lib. 1. commun. opin. c. 6. q. 13. verſ. Contrariam opinionem.

16 Et licet in hac controuerſia ſint, qui diſtinguere velint inter ſtuprum commiſſum intra annum luctus, vt hoc caſu procedat opinio Paul. Caſtr. & inter ſtuprum poſt annum luctus perpetratum, quo caſu, dicunt procedere opinionem contrariam Alexandri; qua retenta diſtinctione, ſic conciliauit has opiniones Andr. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 9. ad fin. & Ioan. de Garronib. in Authen. eiſdem pœnis, num. 21. C. de ſecund. nupt. tom. 1. commun. opin. pag. 227. verſ. mulier adulterando, in fin. quos ſequuntur Rolan. conſ. 86. volum. 2. ex numer. 41. Surd. in dict. quæſt. 24. ex numer. 11. Matien. lib. 5. tit. 9. l. 5. gloſ. 8. ex num. 5. Couarr. in 4. 2. par. cap. 7. §. 6. ex numer. 10. Iul. Clar. in prax. §. ſtuprum, numer. 5.

Sed huic diſtinctioni aperte refragatur Ioan. Crot. in l. 4. §. Cato, in 2. lect. num. 78. ff. de verb. oblig. Ant. Gom. l. 80. Taur. nu. 70. Couarr. vbi ſupra, num. 12. Gutierrez lib. 2. Can. quæſt. cap. 12. num. 25. Coſta in cap. Si pater, in verb. legauit, ex num. 41. in fin. de teſtam. & alij quos refert, & ſequitur Pinel. in d. l. 4. num. 11. optime Barboſa in 1. par. in l. 2. ff. ſolut. matrim. numer. 66. pag. 610. indiſtincte adhærentes opinioni Alexandri, à qua ſententia, in puncto iuris, in iudicando, & in conſulendo non auderem recedere, per ea quæ pulchre poſt alios cumulat Coſta vbi ſupra, numer. 42. & 43. Iul. Clar. in §. ſtuprum, nu. 5. in fin. Matien. in dict. gloſ. 8. ex num. 13.

Vnde quidem minus admitti debet alia Doctorum conciliatio, quam tradit Peralta in l. Cum quidam, num. 8. de leg. 2. ſcilicet, quod ſi vidua ſtuprum committẽs, iam recuperauit dotem ab hæredibus mariti; tunc illam non amittat, aliàs enim denegabitur ei actio ad dotẽ recuperãdam. Quam optime reprehendunt Barboſa ſupra ex numer. 66. in fin. Molin. de primog. lib. 1. cap. 9. num. 55. verſ. Similiter, Ceballos in dict. q. 708. num. 15. verſ. Quam opinionem, & Villadiego ad d. gloſ. l. 5. in fin. & Gutier. dict.

Digitized by Google

dict.cap.12.num.26. Obſeruandum tamen
eſt, quando dicatur vidua non caſte viue-
re, vt tunc teneatur reſtituere bona ſibi à
marito relicta? Sunt enim qui exiſtimant,
quod ex vno duntaxat ſtupro, mulier non
dicatur viuere luxurioſe, ita quod amittat
legatum; vt poſt alios inferius allegandos
id tradunt Gutierrez lib.2.Pract.quæſt.122.
Matien.lib.5.tit.9.l.5.gloſ.8.num.7.Portol.
in Schol. obſer.54.Cum moritur,num.7.in
fin.de iur.dot.Ceballos quæſt.708.num.16.
Villad. ad for.Iuzgo,lib.5.tit.2. in gloſ. ad
l.5.ex num.8. Nam quamuis in delictis no-
mina ſignificantia officium verificentur in
ipſo primo actu,arg. tex.in l. Quis ſit fugi-
tiuus, ff.de ædilit. ædic. & in l.mariti, verſ.
qui quæſtum,ff.ad l.Iul.de Adult.& annota
runt Tiraq. de pœn.cauſ.51.nu.159.Eman.
Coſta in cap. Si pater, in verb. legauit, nu-
mer.39.

Videtur tamen, quod luxurioſe viuere,
17 ſolum dicatur mulier, quæ fornicationis vi
tio fuerit à ſueſacta, vt ſatis apparet ex l.Et
mulieri, ff. de Curat. furioſ. vbi ſcribitur,
quod mulieri luxurioſe viuenti bonis in-
terdici poteſt: dicitur autem mulier luxu-
rioſe viuere,quę aut meretricio more viuit,
aut prodigali luxuria propria bona diſſi-
par, ſecundum vnam, vel alteram interpre-
tationem,gloſ.primæ ibidem, neque enim
illa verba legis,luxurioſe viuenti, verificari
poſſunt in ea muliere, quæ ſemel vno,vel al
tero vitio laboraſſet, nec credendum eſt;
quod propter ſingulare tantum delictum,
mulieri bonis interdiceretur, ad quod etiã
bene facit text.in §.cauſas, in Auth. vt cum
de appel. cognoſ. vbi loquitur de illa, quæ
luxurioſe degere vitam elegit, & quod eã
ſola dicitur degere luxurioſam vitam, quæ
ſui corporis quæſtum facit; & ſubdit,quod
non dicitur meretrix,quę ſui corporis non
facit quæſtũ;& idem dicit l. Palam in princi
ff. de ritu nupt. quam extollit Abb. in cap.
Cum decorem in fin.de vit.& honeſt. Cle-
ric.& in cap. Inter opera in fin. de ſponſal.
Palac.Rub.in l.62.Taur.num.7.& allegati à
Maſcard. vol. 2. de probat. concluſ. 1063.
ex num.4.& 10. Roland.conſ.74. volum.1.
num.20. Surd.de aliment.tit.7. quæſt.4. ex
num.32.Coſta in dict.verb.legauit, nu. 40.
Menoch.de ſucceſ.crear.lib.1.§.10.numer.
610.& late lib.2.part.3. §.20. requiſ.29. nu.
152.pro quibus etiam facit l.3.§.lege Iulia,
ff.de teſtib.vbi non dicitur infamis,niſi quę
palam ſui corporis quæſtum facit;id ſimili-
ter confirmari videtur ex §. item lex Iulia,
de adulterijs,in verſ.eadem lege,Inſt.de pu
blicis iudicijs, vbi dicitur, quod lege Iulia
etiam ſtupri flagitium punitur,cum quis ſi-
ne vi,vel virginem, vel viduam honeſte vi-
uentem ſtuprauit, at vero honeſtas, & ſtu-
prum non ſe compatiuntur, ſed adinuicem
repugnant, & mutuo ſe expellunt, niſi quis
forte dixerit; quod vidua dicatur honeſte
viuere, quæ non paſsim copiam corporis
ſui facit,vt intelligit Natta conſ. 473.num.
18 45. Ex quibus omnibus videtur dicendum
huiuſmodi viduam non amittere legatum,
vel vſumfructum relictum à marito ſub ea
conditione,ſi caſte,aut honeſte vixerit, quã
uis ab vno tantum carnaliter cognita ſit,
vel vni ſoli ſubiecerit ſe;licet aliud ſit, quã
do pluribus ſe proſtitueret,& ex ſuo corpo
re turpem faceret quæſtum, proptera diſtin
guens inter habentem manifeſtum, vel non
manifeſtum fornicatorem,ſenſit Portol. in
Scholijs ad obſeru.54. cum moritur,de iure
dotium,num.7.in fin.dicens, quod quando
fornicator non eſſet manifeſtus; ſed ocul-
tus, vel ſemel tantum cum vidua coierit,
quod vidua illum tenens non amittit vidui
tatem, qua forſan ratione, & diſtinctione
conuictus Pinel.in l.4.C.de bon.mater. nu.
4. dixit,viduam palam impudicam, & inho
19 neſtam non potiri priuilegio, & honore vi-
duitatis; bene tamen ſi ſecrete, & clam eſt
impudica,quam etiam diſtinctionem ſequũ
tur Ioan.Matien.lib.5.recollect.tit.9.l.5. in
gloſ.8.num.4.Salced. in addit. ad Bernard.
Diaz in regula 786.verſ. ſecundo limita ad
finem.

Mihi tamen ſupradicta Doctorum opi-
nio nunquam placere potuit,exiſtimo nam-
que,eam,quæ ſemel ſtuprum commiſsit,ſiue
ſecrete,ſiue palam,amittere legatum relictũ
ſibi in teſtamento,ſi caſte vixerit, vt ex Lu-
dou.Beja,& Ang.reſoluit Alphon. Veg. in
ſila.caſ. lib.4. caſ. 111. verſ. *Dixe que fornico
vna vez*, Mantic.lib.11.tit.19.nu.35.&tradit
Menoc.lib.4.præſum.187.n.12.dicens,quod
ſi teſtator legauit mulieri,ſi caſte,&honeſte
vixerit, ea ſemel inhoneſte agẽs, priuatur le
20 gato,quod nõ recuperat, etiã ſi deinde ho-
neſte viuat: vt enim dicit Natta in d.n.45.li
cet ipſa honeſte viuere dicatur, quoad alia
vt probant iura allegata, & tradit Mantic.
in dict. tit. 19. num. 35. quoad iſtud tamen
crimen non dicitur honeſte,nec caſte viue-
re,

re, quæ non inuita ſtuprum commiſerit: l. ſtuptum, ff. de rit. nupt. & ideo in propoſito, ipſa propter ſtuprum, legarum conſequi nullo modo poterit, & idem fatetur Couar.in 4. 2. par.cap.7. §.6. num. 12. dicens, quod in illis Regnis, vidua vtcumquè ſtuprum committens, amittit partem bonorum conſtante matrimonio acquiſitam, per l.4. tit. 4. lib.5. ordinam, per quam legem idem tradit Gomez in l.53. Taur. num.80. Matien.lib.5.recol.tit.9.l.5.gloſ.8. ex princip. Gomez l.14. Taur.num.17. illa namq., quæ patitur ſe proſtitui, non dicitur honeſte viuere, vt tradunt Franc. Mantic. de Coniect.lib.11.tit.19. numer.35. in fin. optime Ant. Cordoua de Lara, in l.Si quis à liberis, §.ſi quis ex his, ex nu.145.ff.de Lib.agnoſc. & faciunt in ſimili, quæ tradunt Ioan. Surd. de Aliment.tit.7.quæſt.4. num. 34. dicens, de filia quæ peccauit in corpus ſuum, quod etſi nō tam grauis fiat patri injuria per vnū coitum, ſicutti per plures, tamen vnus coitus grauiter etiam patrem offendit; ita vt ob illum, ex hæredari poſsit filia. Similiter etiam in caſu noſtro, videtur dicendum, vt ipſa vidua amittat legatum, ob vnicum ſtuprum, ſi namquè, vt ait Mantic. in dict. tit. 19.num.34. non eſt dubium quin legatum relictum ſub hac conditione, ſi pudice, & honeſte vixerit, amittat mulier, ſi virorum amplexibus vtatur, aut tactus impudicos ſponte patiatur, quia etiam ſine ſtupro, vidua poteſt inhoneſte viuere, dum enim turpiter conuerſatur, lędit nomen pudicitiæ: ſi ergo ob huiuſmodi actus impudicos amittit legatum, quia dicitur inhoneſte viuere, à fortiori dicetur illud amittere ob vnicum ſtuprum. Accedit etiam, & illud Bald. in
21 conſ.207.vol.4. dicentis, quod vidua quæ paſſa eſt ab aliquo amplexari, aut deoſculari, ſeu tangi in mamillis, impudica dicitur, amittitquè legatum ſibi relictum ſub conditione, ſi caſte, & honeſte vixerit. Quam ſententiam ſequitur Couar.in 4. 2. par. cap.7. §.6.num.3.in fin. Ant. Cordoua de Lara in dict. §.ſi quis ex his num 147. Franc. Mantic.in dict.tit.19.nu.34. Rodriguez in ſum. tom.1.cap.99. numer. 1. in fin. quamuis in conſcientia ipſam non teneri ad reſtirutionem rei legatæ, pro alio actu citra copulam laſciuo, dicat Nauarr.in man.cap.23.nu.62. & ibidem Alagon.nu.60.

22 Conſideraui pro concordia ſupradictarum opinionum, vt prior procedat, & vera ſit in foro iudiciali, vt propter vnicum ſtuprum non amittat vidua legatum ſibi relictum à marito, niſi quando illud ſtuprum manifeſtum eſſet, per ea, quæ ſuperius Doctores referunt; cui conſonant verba obſer. 13.Item obſeruatur, ibi ſicut facit vxor, quę manifeſte fornicatorem tenet, & obſeru. 54. cum moritur.de iur.dot.ibi, vel mulier tenet manifeſtum fornicatorem, & vtrobiquè annotauit diligentiſsimus gloſſator Hieronym.Portol. Iſta autem ſecunda opinio procedat, & vera ſit in foro conſcientiæ, in quo quidem iudicio, propter auctoritatem, & rationes tenentium expreſſe hanc ſententiam, non auderē diſcedere ab ea, ſed cenſeo propter vnicum ſtuprum, viduam amittere legatum ſibi relictum, vt dictum eſt; nam quoad forum conſcientiæ, nihil intereſt, an probari poſsit, nec ne. An commiſerit manifeſtum ſtuprum, vel vitam egerit luxurioſam ad hoc, vt ipſa in conſcientia teneatur reſtituere bona, ſibi ſub tali conditione relicta.

Eleganter tamen aduertit Morla.in 1.p. tit.3. quæſt. 1. num.9. quod quamuis caſte dicatur viuere nubens, ita quod non amittat legatum vſusfructus, relictum ſub illa cōditione, ſi caſte vixerit, ex celebri doctrina communiter recepra, Bart.in l.22.mulier.§. cum proponeretur, num. 5. ad Trebell. & Abb. in cap. vt Clericorum mores num. 5. de vit. & honeſt. Cleric. optime Hippol. ſingul. 577. Ceballos in Pract. Quæſt. quæſt. 151.numer.1. Eleganter Ioan. del Caſtillo lib.1.quotidian.controuerſ.cap.2.nu. 129. Andr.Gail.lib.2.Pract.obſer. 94. num. 25. late Craſſus, §.legatum, quæſt.54. Geminatas tamen, ſi contraxerit nuptias, relicto priuabitur, vt vltra Morla ſupra, trad. Ripp. in l.ſi inſulam, num.77.ff.de verb. oblig. optime Ant. Pichardus tract. de mora.num.86. Hæc tamen opinio dubia mihi videtur per ea, quæ pulchre congerit Surd. de Aliment. tit.7. quæſt.23. ex num.6. 15.& nu.18.vbi defendit præfatum legatum non amittere, vxorem tranſeuntem ad ſecundas, vel tertias nuptias.

QVÆSTIO XXX.

Elegans ac in foro practico perquam vtilis expoſitio, ex ijs, quæ a Doctoribus varijs in locis adducũtur, pro declaratione & interpretatione Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. matrim. in illis verbis; Qui aliter quã præſente parocho, vel alio Sacerdote, de ipſi⁹ parochi, ſeu Ordinarj licẽtia, & duobus, vel tribus teſtibus, matrimonium contrahere attentabunt, eos ſancta Synodus ad ſic contrahendũ omnino inhabiles reddit, & huiuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit.

SVMMARIVM.

1 *Damna multa ſequuntur ex matrimonio clandeſtino.*
2 *Clauſula decreti irritantis, operatur nullitatem contrarij actus ipſo iure.*
3 *Matrimonium contractum abſq; parocho, & teſtibus eſt irritum, & nullum in vtroq. foro.*
4 *Parochi, & teſtium præſentia eſt neceſſaria, & ſubſtãtialis ad legitimandũ cõſenſũ cõtrahentiũ.*
5 *Epiſcopus poteſt diſpenſare contra Concilium, ex magna cauſa: quando ſuperior non poteſt de facili adiri, & eſt periculum in mora.*
6 *Epiſcopus non poteſt vlla ratione, aut cauſa diſpenſare, vt celebretur matrimonium abſq. parocho, & teſtibus, & quare? & num. ſeq.*
7 *Epiſcopus nõ poteſt diſpẽſare, vt inter cõſanguineos, & affines intra certum gradum prohibitũ à Concilio, contrahatur matrimonium.*
8 *Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt omittantur denũciationes omnes, aut vna, & ſi diſpenſat ſine cauſa, peccat mortaliter.*
9 *Contrahentes matrimonium bona fide in facie Eccleſiæ, coram parocho, & teſtibus, ſi poſtea ſciant inter illos eſſe impedimentum annullans matrimonium, & per diſpenſationem Apoſtolicam tollatur, non poſſunt occulte contrahere, niſi in diſpenſatione concedatur; ſed iterũ coram parocho, & teſtibus debent cõtrahere, ex auctoris ſententia, & num. 11. & ſeq. Contrarium per multi auctores tenent, quod ſcilicet inter ſe poſſunt cõtrahere per cõſenſum expreſſum, vel per copulam, maritali affectu ſubſecutam.*
10 *Pius Quintus declarauit, parochum, & teſtes non eſſe neceſſarios in contrahendo denuo matrimonio ab illis, qui publice iam cum illis contraxerant, ſed propter aliquod impedimentum eſt nullum.*
11 *Summus Pontifex poteſt diſpenſare contra ius poſitiuum, & contra Concilium generale.*
12 *Diſpenſatio ſicut non ſupplet conſenſum, ita nec præſentiã parochi, & teſtium, ſed tantum facit habiles perſonas ad contrahendum legitime.*
13 *Auctoris reſolutio in hac difficili quæſtione.*
14 *Intellectus ad capit. 2. Propoſuit de coniug. ſeru.*
15 *Intellectus ad cap. Ad id quod, de ſponſal.*
16 *Matrimonium contrahere volens in vltimo vitæ ſpiritu conſtitutus cum concubina, ad legitimandam prolem, debet contrahere coram parocho, & teſtibus; aliàs nullum eſt matrimonium, nec ſufficit quilibet Sacerdos: vide num. 53. & ibi elegantem rationem differentiæ, quare in articulo mortis, quilibet Sacerdos poteſt abſoluere.*
17 *In prædicto caſu valet matrimonium abſq. præuijs denunciationibus.*
18 *Iacobus de Graffis reprehenditur.*
19 *Nauar. caute eſt legendus.*
20 *Sponſalia de futuro poſſunt celebrari abſque parocho, & teſtibus, nec annullentur in Concilio.*
21 *Deciſſio correctoria non extenditur vltra caſum expreſſum, præſertim in pœnalibus.*
22 *Sponſalia coram parocho, & teſtibus celebrata, ſi poſtea fuerit ſecuta copula, tranſeunt in matrimonium ſecundum Toletum, licet contrarium verius ſit auctoris iudicio.*
23 *Intellectus ad l. Oratio de ſponſal.*
24 *Pœnæ impoſitæ à ſtatuto, vel lege, contrahentibus matrimonia clandeſtina, locum non habent in contrahentibus ſponſalia de futuro clandeſtine.*
25 *Pœna infamiæ, quam de iure ciuili contrahit fœmina, nubens infra annum luctus, non habet locum in contrahente ſponſalia de futuro.*

26 *Sponſus non poteſt occidere ſponſam de futuro in adulterio repertã,ſicut poteſt ſpõſã de pręſẽti.*
27 *Clericus primæ tonſuræ contrahens matrimonium per verba de præſenti, etiam ante carnalem copulam,priuatur ipſo iure beneficijs; non tamen contrahens ſponſalia de futuro.*
28 *Matrimonium celebratum ſine parocho, & teſtibus,etiam cum iuramẽto,adeo eſt irritum,& nullum,vt nec vim ſponſaliorũ habeat;nec à dicto iuramento neceſſaria ſit abſolutio.nu.31.*
29 *Actus agentium non debent vltra eorum intentionem operari.*
30 *Sponſalia prima de futuro,etiam ſine iuramento præferuntur ſecundis,etiam iuratis.*
31 *Iuramentum regulatur,ſecundum naturam cõtractus cui interponitur.*
32 *Iuramentum tres comites debet habere.*
33 *Pręſentia parochi,& teſtium requiſita;vt conſenſus contrahentium ſit legitimus, debet eſſe moralis,& ibi declaratur quæ ſit iſta præſentia?*
34 *Parochus debet intelligere id quod agitur inter contrahentes matrimonium.*
35 *Parochi contradictio,& repugnantia, non inualidat matrimonium,& nu. 42. & ſequen.*
36 *Parochus aſſiſtit matrimonio non tanquam teſtis,ſed tanquam publica perſona.*
37 *Parochi præſentia non poteſt ſuppleri per alios teſtes,etiam in neceſſitate.*
38 *Verba illa, Ego vos coniugo,&c. nunquam fuerunt, nec ſunt de eſſentia ſacramenti, licet ſint de præcepto.*
39 *Miniſter matrimonij ante Concilium Tridentinum,de neceſſitate eius non eſt declaratus.*
40 *Parocho non proferente aliqua verba,validum eſt matrimonium.*
41 *Miniſtri huius ſacramenti ſunt ipſi coniuges, non vero ipſe parochus.*
42 *Verba illa, Ego vos coniugo, deſeruiunt ad approbationem coniunctionis, vel benedictionem, ſeu pro inſtructione Sacerdotum.*
43 *Teſtis tribus modis poteſt intereſſe negotijs.*
44 *Intellectus,vel declaratio ad c. Cum eſſes de teſtamentis.*
45 *Parochus,cuius præſentia neceſſaria eſt in contractu matrimonij, eſt Epiſcopus, vel Vicarius generalis,& omnes habentes iuriſdictionem ordinariam, & num.46.*
46 *Epiſcopi & Vicarij generalis, idem eſt Tribunal.*
47 *Parochus cuiuſcunque coniugis, eſt idoneus ad celebrationem matrimonij; quamuis regulariter debeat eſſe præſens Parochus fœminæ.*
48 *Regulares Sacerdotes poſſunt adeſſe matrimonijs,quaſi parochi in Regnis Indiarum.*
49 *Rex Hiſpaniæ poteſt aſſignare Fratres Regulares,populis Indiorum, vbi poteſtatem parochorum habent, ſine conſenſu Epiſcoporum.*
50 *Parochus idoneus ad intereſſendum matrimonio eſt, qui communi errore reputatur proprius parochus. Item excommunicatus nominatim. Item ob imperitiam, vel vitia prohibitus adminiſtrare per ſe ipſum ſacramentum, & qui interdictus eſt ab Epiſcopo, ne interueniat.*
51 *Archiepiſcopus,vel aliquis Sacerdos de eius licentia, non poteſt ſuffraganeorum ſubditos matrimonio coniungere.*
52 *Archiepiſcopus nõ poteſt ſubditis ſuorum ſuffraganeorum licentiam contrahendi concedere, niſi per viam appellationis.*
53 *Electus virtute Bullæ Cruciatæ, vel aliorum priuilegiorum ad ſacramenta miniſtranda, non eſt idoneus ſacramenti matrimonij miniſter.*
54 *Parochus ad intereſſendum matrimonio non eſt neceſſarium, vt ſit Sacerdos, ſecundum veriorem ſententiam, licet quamplures contrariũ teneant, vide num. 55.in fin.*
55 *Dictio,alius,eſt relatiua, & ſimilitudinem denotat,& refertur ad ſimilia.*
56 *Parochus poteſt extra territorium ſuum, abſque licentia alterius, vel Ordinarij, ſuos parochianos coniungere; quamuis ſi id faciat, pœna arbitraria puniendus ſit, licet contrarium teneat Nauar.*
57 *Parochus non poteſt intra ſuum territorium alienos parochianos, coniungere, ſine licentia proprij parochi, ſecundum veriorem ſententiam.*
58 *Confeſſor approbatus ab vno Ordinario, poteſt virtute Bullæ Cruciatæ eligi vbique terrarum, ſecundum aliquos, & contrarium infra, quod verius eſt, ſecundum declarationem Cardinalium,num.63.*
59 *Parochianus transferens ſe ad alienam parochiam animo reuertendi, ſolum poteſt recipere ibi ſacramenta, quę ſunt neceſſitatis; non tamẽ quæ ſunt voluntatis, vt matrimonium; ſecus vero ſi animo ibi commorandi, & idem dicendum eſt de illius ſepultura.*
60 *Parochianus dicitur,qui de facto habitat in tali parochia,animo ibi commorandi.*
61 *Parochia dicitur illa, in qua quis ordinariam habitationem habet,non tamen illa,in qua quis tempore æſtiuo ſe confert, gratia culturæ facilioris.*
62 *Epiſcopus ſi confirmat non ſubditos ſibi, peccat mortaliter.*
63 *Confeſſarius in vno Epiſcopatu approbatus, nõ poteſt*

poteſt virtute Bullæ eligi in alio, ſecundum veriorem ſententiam, & ita eſt declaratum a ſacra Congreg. Cardinal.

64 Migrantes in regiones, vbi Concilium non eſt promulgatum, ſi ibi vere habeant domicilium, aut ſaltem animum permanendi, poſſunt contrahere matrimonium ſine parocho, & teſtibus; cum auctoris limitatione.

65 Matrimonium quo pacto poſſit contrahi vbi nõ eſt publicatum Concilium?

66 Contrahentes ſecundas nuptias, viuente prima vxore, puniuntur ab Inquiſitoribus, quaſi non recte ſentientes de matrimonij Sacramento.

67 Vagabundi non poſſunt contrahere matrimonium, niſi forma Concilij ſeruata; & parochus debet inquiſitionem diligenter facere, & cauſam cum Ordinario tractare, & ſine licentia illos coniungere non poteſt; aliàs peccaret, quamuis valeat matrimonium, quod procedit etiam ſi vnus tantum illorum ſit vagabundus.

68 Caſus coniungendi vagabundos in matrimonium, reſeruatus eſt Epiſcopo.

69 Vagabundi in triplici differentia cõſtituuntur, & quomodo poſſint contrahere?

70 Intellectus ad cap. 7. ſeſſ. 24. de reform. in Concil. Trid. circa illa verba, Parochus autem.

71 Parochus poteſt facultatem concedere cuilibet ſimplici Sacerdoti ſeculari, aut regulari, vt poſſit aſſiſtere matrimonio, qui non opportet vt ſit confeſſor.

72 Suſpenſus ab officio, non cenſetur à beneficio ſuſpenſus.

73 Clericus quantumcunquè graue commiſſerit delictum, non priuatur ipſo iure beneficio, ſed eſt priuandus per iudicis ſententiam.

74 Pœna priuationis iuris, beneficij, vel priuilegij, non habet locum, niſi ſit expreſſe cauta in iure.

75 Suſpenſus ab officio, non eſt ſuſpenſus à beneficio.

76 Parochus, vel alius Sacerdos, matrimonio aliquos coniungens, ſine illorum parochi licentia, eſt ſuſpenſus ab officio ſtatim, abſque ſententia declaratoria.

77 Pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti, pro aliquibus criminibus, ipſo iure impoſitæ incurruntur ſtatim, nulla iudicis ſpectata ſententia; & quare? & idem de Irregularitate.

78 Licentia parochi ad coniungendum aliquos matrimonio, debet præcedere, vel ſaltem commitari, nec ſufficit tacita, nec ratihabitio, vt valeat matrimonium, & nu. ſeq.

79 Licentia prærequiſita in aliquo actu, non poteſt ſuppleri poſtea per confirmationem, aut ratiſicationem.

80 Sacerdos ex generali licentia ſibi conceſſa à parocho, vt poſſit exercere omnia, quæ ad curam animarum pertinent, poteſt intereſſe matrimonio contrahendo; quæ licentia ſufficit, vt verbo concedatur: quidquid dicat Caualin.

81 Parochus ſi dicat non conceſiſſe licentiã, alius vero fateatur contrarium, cui illorum incũbat onus probandi?

82 Quæ ſunt de eſſentia ſacramẽti, non poſſunt ab Eccleſia ſtatui; Concilium Tridentinũ potuit ſtatuere, vt inhabiles ſint ad contrahendum, non ſeruantes formam ibi traditam.

83 Promiſſio clandeſtina de contrahendo matrimonio, obligat.

84 Eccleſia non poteſt inſtituere quæ ſunt eſſentialia Sacramenti, ſed ſolus Chriſtus, qui auctor eſt Sacramentorum.

85 Clericus licet excommunicatus, & degradatus, & prohibitus ſit ab Eccleſia celebrare, poteſt cõſecrare, & conficere Sacramentum.

86 Matrimonium celebratum coram parocho interdicto ab Epiſcopo, validum eſt.

87 Lex poſitiua, quamuis non poſſit tollere obligationem naturalem iam ortam, poteſt tamen reſiſtere à principio contractui, ne valeat propter aliquam iuſtam cauſam; & bonum commune, quod fieri ſolet, inhabilitando contrahentes, vel annullando ipſum contractum.

88 Lex ciuilis ſemper habet poteſtatem à Deo, circa ea, quæ ſpectant ad gubernationem, & tranquillum ſtatum totius Reipublicæ.

89 Matrimonia clandeſtina ſumma cum ratione irritantur à Concilio Tridentino.

90 Sponſalia de futuro clandeſtine contracta, non irritantur à Concilio.

91 Eccleſia licet non poſſit partes ſubſtantiales Sacramentorum inſtituere, poteſt tamen ſacramentalia quædam addere, & alia tollere, & circa perſonas, quæ debent recipere ipſa ſacramenta, poteſt declarare, quæ ſint idoneæ, & quæ non.

92 Eccleſia habet poteſtatem circa prauium Sacramenti.

93 Dictio, omnino, excludit omnem gratiam, & diſpenſationem, & nu. 60.

94 Clandeſtine contrahentes, ſunt inhabiles ad clandeſtine contrahendum, non tamen ſunt inhabiles ad contrahendum cum parocho, & teſtibus.

95 Inhabilitas, cum ſit priuatio alicuius iuris non habet locum, niſi in caſu à iure expreſſo.

96 Clandeſtine contrahentes, beue poſſunt iterum contra-

cõtrahere, ſeruata forma Concilij, & n. præced.

97 *Intellectus ad illa verba Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. (inhabiles ad ſic contrahendum.)*

98 *Dictio, omnino, excludit omnem gratiã, & diſpenſationẽ, niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat.*

99 *Matrimonium clandeſtine contrahentes, ideſt, ſine parocho, & teſtibus, non ſolum irritum eſt, ſed etiam poſſunt puniri pœnis per ſtatuta, & iura municipalia impoſitis.*

100 *Lex quando conſiderat non ſolum iuris effectum, ſed factum, & animum facientis contra legis prohibitionem, etiam ex actu nullo incidit quis in pœnam.*

101 *Intellectus ad l. 49. Taur. & alias leges municipales, per quas clandeſtine contrahentes, poſſunt exhæredari, & alijs pœnis puniri, comprehendunt eos, qui clam contrahere matrimonium attentabunt, id eſt, ſine parocho, & teſtibus, imo & ſi ſpretis denunciationibus, & numer. 103.*

102 *Pœna dictarum legum habet etiam locum, non ſolum quando clandeſtinitas prouenit propter deffectum parochi, & teſtium, ſed etiam quando trina denunciatio doloſe, & ſine cauſa, & licentia ſuperioris eſt omiſſa, vel non legitime, vel congruo tempore celebratũ fuit matrimonium, his caſibus dicitur clandeſtinum, quo ad alios effectus, quam anullationis matrimonij.*

103 *Lex pœnalis cum reſpicit publicam vtilitatem potius extendenda, quam reſtringenda eſt.*

104 *Matrimonium dicitur clandeſtinum ob defectum denunciationum, licet hæc clandeſtinitas non vitiet matrimonium.*

105 *Filia poteſt exhæredari, ſi contrahat clandeſtine, ſiue ob defectum Parochi, & teſtium, ſiue denunciationum.*

106 *Teſtes qui requiruntur ad contrahendum matrimonium, debent ſimul, & eodem tempore interuenire cum parocho, & expreſſionem conſenſus contrahentium audire, vel intelligere, aliàs matrimonium eſt nullum.*

107 *Teſtium præſentia, quamuis non ſit de ſubſtantia intrinſeca matrimonij, cum non pertineat ad materiam, aut formam, aut ad intentionem, eſt tamen inſtituta à Concil. Trident. tanquam neceſſarium præambulum, ad legitimandum contrahentium conſenſum.*

108 *Teſtium præſentia, ſicut & parochi, debet eſſe moralis.*

109 *Teſtes matrimonij poſſunt eſſe fœminæ, item inuiti, & coacti, infames, excommunicati, religioſi, conſanguinei, & parentes: nequè requiritur, quod ſint rogati.*

PERVTILE mihi viſum eſt, in vnum colligere, quæ varijs in locis Doctores ſcripſerunt, circa interpretationẽ iſtius verſ. licet enim Sancti Concilij declaratio, ad Pontificem maximum ſpectet, & ad Illuſtriſsimos Cardinales, quibus dubia circa illum occurrentia decidere commiſſum eſt, vt vices gerentes ipſius Summi Pontificis, vt ait Ant. Cuch. lib. 2. Inſt. mai. tit. 3. de Concil. œcumen, num. 60. Eman. Rodrig. tom. 1. Quæſt. regular. quæſt. 11. art. 1. declarationem tamen, & interpretationẽ, quam alij excogitarunt prohibitum nõ eſt referre; vt ex eodem Cucho, vbi ſupra, in d. num. 87. atteſtatur Ceballos, quæſt. 604. nu. 18. Vnde non temerarius iudicabor in ijs, quæ dicturus ſum.

Et quidem primum ſuppono, deciſione iſtius ſaluberrimi decreti, ſatisfactum eſſe deſiderio, ac votis multorum prudentium, & Deum timentium, qui vt referunt Dom. à Soto in 4. diſt. 28. quæſt. vni. artic. 1. verſ. quæ quidem. Henrriq. lib. 11. cap. 5. num. 2. in fin. vehementer exoptabant, vt Eccleſia irrita decerneret matrimonia clandeſtina, quæ ſine legitimis fidedignis, & ſufficientri-
1 bus teſtibus frequẽter cõtrahebãtur. Quod quidem ſumma cum ratione erat in votis grauiſsimorum virorum, ob plurima damna, iurgia, lites, peccata, & innumerabilia ſcandala, quæ ex ipſis oriebãtur, vt referunt Didac. Perez lib. 5. tit. 1. l. 1. ex pag. 27. col. 2. verſ. quæri etiam poteſt, Alaba. de Concilio, 2. p. §. 34 in princ. Couarr in 4. 2. p. c. 6. n. 7. Concil Trid. in d. ſeſ. 24 c. 1. de reformat. poſt principium, & plures refert Ceballos, quæſt. 604. num. 35. Sot. in dict. art. 1. verſ. ſit ergo.

Ex verſiculo, qui aliter.

Notanda quidem eſt hæc clauſula, cum enim ſit decreti irritantis, & inducat formam, operatur nullitatem contrarij actus ipſo iure, ſi prædicta forma non obſeruetur. Optime Ceballos quæſt. 727. ex numer. 12. Gutierrez in repet. l. Nemo poteſt, de legat. 1. num. 114. pulchre Burſat. conſ. 307. num. 59. optime Flamin. Pariſ. de reſignat. benefi. lib. 5. quæſt. fin. ex num. 226. Salced. ad Diaz cap. 73. pag. 234. verſic. quod ex dicto, per ea, quæ tradũt Caualli. in milleloq. 467. Rebuf. in Concordat. tit. de firm & irreuoc. concord. ſtabil. §. 1. pag. 758. verſ. vltimo

notanda

Digitized by Google

notanda eſt clauſula, Roland.cõſil.604.ex num.23.& optime annotauit Borgnin. deciſ.21.nu.72.& deciſ.28.num.36. Menoch. conſ.322.nu.40.Felin. conſ.31. nu.21. Matien.lib.5.tit.1.in gloſ.1.rubr.n.34. Alphõ. Hojed.de benef.1.par.c.10.ex nu.5. Fabius Turretus,conſ.47.vol.1.nu.1. Rolan.conſ. 723.ex nu. 58. Vnde matrimonium aliter,
3 quam cum huiuſmodi forma, celebratū,irritum eſt,& nullum,non ſolum in foro externo,ſed etiam in foro conſcientiæ,per rationes quas tradunt Salon 2.2. queſt.5. de domin.art.4.col.493.in fin.Rodriguez in ſum. 1.p.cap.217.nu.1.Spin.in glo.15.principali num.68.Ioan.Segura Dabal. in directorio, 2.par.cap.15.nu.19.cum ibi deficiat legitimus conſenſus,cum non perficiatur niſi pręſente parocho,& teſtibus. Quando enim illud,quod agitur,peccat in forma,ex eo non oritur naturalis,nec ciuilis obligatio,vt pulchre poſt alios probant Rolan.conſ.72.vol. 3.ex nu.56.Surd.deciſ.268.ex num.8.& qui ſpernit ſeruare formam,dicitur recuſare facere actum;per tradita à Roland.conſil.33. vol.3.nu.12.& probat late Ledeſm.in addi. ad 3.p.quæſt.45.art.5.in 3.dub.ex pag.178. Vnde hodie ceſſant diſpoſitiones cap.Is qui fidem,cap.Ad id quod,cap.Veniens,el 1.& cap.Cum locum de ſponſal. & aliorum iurium,quibus matrimonium à principio nullum tractu tēporis conualeſcebat. Nam matrimonia omnia præſumpta,etiam præſumptione iuris, & de iure,ſublata ſunt; & ſolum valida iudicantur, quæ ſeruata forma iſtius textus fuerint celebrata coram parocho videlicet,& teſtibus;vt tradit Menoch. lib.3.pręſump.1.nu.99.Spin.ſpecul.teſtam. in glo.15.princip.ex nu.55.Matien.in rubr. tit.1.gloſ.1.ex num.43. & late ex nu. 52. & tit.2.in gloſ.3.rubr. num.4. Azeb.lib.8.tit. 20.l.7.ex nu.28.Maſcar.vol.2.conclu.1031. num.7.Surd.conſ.354.nu.54.Veracruz ſpecul.coniug.1.p.art.20.in fin. pag.132. verſ. hæc tamen poſt Conciliū. Lancel. Gallia.in conſil.Alexan.in glo.maritus,q.1. nu.18. in fin.Viuald.in Candelab.in tit.de ſponſ. nu. 29.Thomas Triuiſanus lib. 1. deciſ. 20. ex princ.Ceuall.in pract. queſt.130. num. 5. & 7.& in quæſt.604 num 19. 20.& 26.optime Gutierrez in Can.quæſt.lib.1.cap.18. nu.4. & de iuram.confirmat.1.par. cap.51. ex nu. 12.Petrus Mozzius,de contract tit. de ſponſal.5. de naturalibus ſponſaliorum, nu. 5. Ij tamen qui ita contraxerunt, poſſunt poſtea

ſeruata forma Concil.Trident. contrahere, Matien fol.8.num 8.Præſentia namquè parochi, & teſtium eſt neceſſaria, & ſubſtantiale præambulum ad legitimandum conſenſum contrahere volentium; ita vt non aliter ex eo actu obligatio oriatur,nec conſenſus habilis ad contrahendum iudicetur. 4
Vt tradunt Ioan.Rojas de ſucceſſ. cap.2. ex num.23.Spin.in dict.gloſ.15.ex num.33. & optime ex num.44.& 87.Salced.ad Diaz,in dict.pag.234. in princip. Io. Segura Dabalos in Direct.iud.2.par.cap.15.num.44.Couarr.in 4. 2.par.cap.6.num.12.in fin. verſic. Cæterum,Sarmient.lib.1.ſelect.cap. 6. numer. 7. verſ. At hodie, Didacus Perez lib. 5.tit.1. l.1. pag. 38. verſ. aduertendum eſt, Rojas de ſucceſsio.cap.2.ex num.23.
5 Et quamuis verum ſit in iure, Epiſcopum ex magna cauſa, videlicet neceſsitatis, vel vtilitatis, poſſe contra Concilium diſpenſare,Dueñas reg.248. Roman.ſingul.491.vbi late Gabr. Sarmien.in addit.numer. 5. Humada in l.5.titul.5.part. 1. in gloſ.12. in fin. verſ. limitatur, & quos allegat Spin.in glo. 15.princ.ex num.87. Loazes in allegat.pro March.Velez.in reſpõn. ad 5.& 6. fundam. num.71.pag.341. Rebuf.in Prax tit. de diſpenſat.ad plur. benef. ex numer. 30. tex. & Doctores in cap.At ſi Clerici, 5. de adulterijs,de iudic.Tiraquel.de pæn.temp.in præfat. numer. 31. Præſertim quando ſuperior non poteſt de facili adiri, & periculum eſt in mora, Nicol. Milis. in Repert. in verb. diſpenſare, in verſ. diſpenſare poteſt Epiſcopus,contra Concilium generale, vt latiſſime Hojed.de benef.2.par.cap.12.ex num.
6 21. Dueñas vbi ſupra, limit.2. & præſertim ſi ei ſpecialiter hoc non prohibetur,Gutierrez lib.1.Canon.Quæſt.cap.23.num.11.Circa hoc tamen decretum Concilij diſpenſare nō poterit Epiſcopus,cum alia via,quam per diſpenſationē actus matrimonij, cōmode expediri poſsit.Nā quando caſus ſecreti ſigillū exigat,poteſt ſolus parochus cū duobus, vel tribus amiciſsimis contrahentium teſtibus,matrimoniū celebrare.Vel ex eius, aut Epiſcopi licentia,confeſſarius, ſeu quilibet alius Sacerdos id facere poterit; quibus, ſi videbitur, ſub cenſurarum pæna ſigillum commendari poteſt. Vnde non eſt opus diſpenſatione, & ſic affirmat Segura Dabalos vbi ſupra in fin. quod poſtquam ipſum Concilij decretum obſeruatur in praxi,nullus Epiſcopus ex quantūcunq. graui

& vrgenti neceſsitatè diſpenſationem conceſsit, nec ipſum poſſe diſpenſare, vt contrahatur matrimonium ſine parocho, & teſtibus, tradunt Gutierrez de iuram. confir. 1. par. cap. 51. nu. 23. Aduerte autem, quod ſi matrimonium fuerit contractum ſine parocho, & teſtibus, bene poterit Papa diſpenſare, vt valeat, Henrriq. de matrim. c. 5. num. 5. vbi alios adducit. Epiſcopus autem poteſt diſpenſare, vt omittantur denunciationes omnes, aut vna. Azpil. cap. 22. num. 68. & cap. 16. nu. 36. Couar. in epit. 2. p. cap. 6. n. 8. Henrriq. de matrim. c. 5. at vero ſi diſpenſat ſine cauſa, peccat mortaliter, Azpilc. in man. c. 22. num. 70. & 85. Suar. de paz. in Prax. fol. 12. nu. 11. cauſas autem ob quas valeat diſpēſare vltra Azpilcuet, vbi ſupra ponit Sotus in 4. diſt. 28. q. vnica, art. 2.

Vel ſecundo reſpondere poteſt, Epiſcopum minime diſpenſare poſſe circa hoc decretum, quia neceſsitatis caſus non poteſt supplere inhabilitatem materiæ ſacramēti; veluti in baptiſmo, quod ex quacunq. vrgēti neceſsitate fieri non poteſt in alijs liquoribus, præterquam in aqua naturali, vt omnes Doctores notant. Vnde quidem cum dicti contrahentes inhabiles reddantur ad matrimonium contrahendum, aliter quam præſente parocho, propter damna, & incomoda, quæ poſſent ſuboriri, iſta inhabilitas ex lege, & cōſtitutione Concilij orta suppleri minime poteſt per diſpenſationem Epiſcopi, ſicut etiam diſpenſare ipſe minime po-
7 teſt, vt inter conſanguineos, & affines intra certum gradum prohibitum à Cócilio generali, in cap. Non debet. de conſang. & affin. contrahatur matrimonium. Vt tradunt Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 10. nu. 11. Spin. in gloſ. 15. num. 86. Quamuis enim Eccleſia non poſsit circa partes ſubſtantiales matrimonij, & aliorum ſacramentorum aliquid inſtituere, cum à iure diuino ſint ſtatuta, argumento tex. in c. Sunt quidam, 25. q. 1. & tradit S. Tho. 3. p. q. 64. art. 2. Sot. & quos refert Spin. in gloſ. 15. princ. num. 16. Matien. lib. 5. tit. 1. gloſ. 1. rub. num. 37. Gomez in 4. clauſul. bul. nu. 5. Did. Perez lib. 5. tit. 1. l. 1. pag. 40. verſ. iuxta prædicta: poteſt tamen perſonas recipientium inhabilitare, vt matrimonium contractum inter ipſas non teneat, ſi ſic, vel ſic non cōtrahant. Vt pulchre aduertit Did. Perez lib. 5. tit. 1. l. 1. pag. 40. verſ. præterea, & pag. 41. in principio, & optime Matien. lib. 5. recoll. tit. 1. de matri. in gloſ. 1. rubr. n. 38. Henrriq. lib. 11. tit. de matrim. c. 5. nu. 3. & ibi addit. in lit. V. Veracruz in ſpec. coniug. 1. p. art. 44. pag. 239. verſ. ſecundo notandum, & in append. dub. 14. in fin. verſ. hic finis eſt, pag. 72. Ledeſm. in d. q. 45. art. 5. pag. 178. Rodrig 1. p. c. 218. num. 1. ad med. Matien. vbi ſupr. nu. 38. Vega lib. 6. caſ. 121. Spin. in d. glo. 15. ex nu. 52. & ex nu. 70. Sicut videmus, quod interdicit Eccleſia matrimonium inter conſanguineos, & affines vſq. ad quartum gradū, inhabiles reddendo perſonas ad contrahendum: nec tamen ex hoc mutatur ſubſtantia ſacramenti; ſicuti etiam in ſacramento pœnitentiæ ſupponitur tanquam præuium ſubiectū ipſius, quod pœnitens habeat peccatū, quod ſi poſtea fiat legitima confeſsio, & ſubſequatur abſolutio, erit ſacramentū. Si tamen Clericus per Eccleſiaſticā poteſtatem ſubtrahatur à cura parochiali, ſi ab eo aliquis abſoluatur, licet pœnitens peccata confiteatur, ſacramentum non erit, cū in eo nulla iuriſdictio fuerit. Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. & tamen mutatio non fit circa ſubſtantiam, ſed circa id, quod erat præambulū, ſicut etiam irritatur contrahentium conſenſus, & contractus dum fit ex metu graui, vel ab ignorante conditionē ſeruitutis, & inter raptorē & raptā, & ſicut vinū, dum fit acetum, deſinit eſſe materia habilis pro conſecratione Euchariſtiæ, ita etiam perſonæ mutatione quadam inhabilitātur, vt trad. Henrriq. lib. 11. tit. de matrim. cap. 5. nu. 3. & 4. Veg. lib. 6. caſ. 121. Spin. vbi ſupra.

Ex quibus quidē dicendū videtur, Epiſcopum diſpenſare minime poſſe, vt matrimonium celebretur ſine præſentia parochi, vel alterius Sacerdotis, & teſtiū, ex Nauar. in man. c. 22. nu. 70. verſ. non tamen facit, & in verſ. non tamē ſufficiunt, vid. Gutierr. de iur. confir. 1. p. c. 51. nu. 23. Henrriq. lib. 11. tit. de matr. c. 5. num. 5. Lopez 2. p. c. 37. pag. 104. poſt princ. Segur. in d. c. 15. ex nu. 43. in fin. ipſorū namq. præſentia, tanquā neceſſariū præambulū iudicatur, ad legitimandum cōſenſum contrahere volentiū, vt hoc modo, & hac forma, & non aliter obligatio ex eo oriatur; Spin. vbi ſup. n. 54. verſ. hinc deducitur. Quod quidē ex d. Concil. manifeſte colligitur; quia clauſula decreti irritātis nō refertur ad eā denūciationū ſolēnitatē, ſed ad aliā, nēpe vt matrimonij cōtractus cum ſubſtātiali forma ibi ſtatura cōtrahatur; in quo ſi voluiſſet Concilium, quod Epiſcopi diſpen-

Digitized by Google

8 diſpenſatent, expreſiſſet; quęmadmodum expreſsit facultatem relaxandi denuntiationes ibi fieri mandatas. Iacob. de Graff. lib. 2.deciſ.cap.86.num.10.

Qua reſolutione retenta, multi intrepide affirmant, quod quando aliqui contrahunt matrimonium bona fide in facie Eccleſiæ, coram parocho, & teſtibus, qui poſtmodū ſciunt ſubeſſe aliquod iuſtum impedimentum inter ipſos, quod annullet matrimonium, obtenta diſpenſatione a Sūmo Pontifice, non poſſunt occulte, & clam contrahere; ſed iterum coram parocho, & teſtibus denuo tenentur præſtare conſenſum. Quia Concilium ſine exceptione vlla dicit, matrimonium celebratum ſine parocho, & teſtibus irritum eſſe, & inualidum; vnde cū non ante diſpenſationem, ſed poſtea contrahatur matrimonium, videtur neceſſariū, vt tunc temporis interueniant parochus, & teſtes; nec ſufficiat contrahentium inter ſe nouus præſtitus conſenſus, niſi in eo ſeruatæ ſint Concilij Tridentini ſolemnitates, interueniantquè denuo parochus, & teſtes; vt defendunt Io.Segur.Dabalos in 2.par. cap. 15.ex num.39.optime Spin.in gloſ.15.principium.num.62.Did.Perez lib.5.tit.1. l.1. pag. 41.verſ.ſeptimo non habebunt: & quos refert Ceballos quæſt. 604. verſ. contrarium. Quam opinionem probabilem, & magis ſecuram appellant Cordou. tract. de caſ. de conſc.quæſt. 51. & eam ſequitur Gutierrez lib.1.Can.quæſt. cap.18. num. 8. & de iur. confir.1.par.cap.51.ex num.21.

Contrariam tamen opinionē tenent Caiet.in ſum.in verb.matrimonium, 1. pagin. 486.Couarr.in 4. 2.par.cap.6.num.8.Henriq.lib.11.tit.de matrim.cap.3.num.6.verſic. Similiter quando, pag. 646. Ledeſm.in quæſt.45.art.5.pag.195. verſ. Secunda ſententia eſt,Pedraz.in 3.præcep. Decalogi, verſic. *Dize ſi caſo*,fol.33.Lud.Lop.in 1.p.Inſtr. conſc.cap.85.pag.205.verſ.auctore,Matienzo lib.5.tit.1.l.1.in gloſ.1. num. 3. Nauarr. in manual.cap.16.nu.37.& in cap.22.nu.70. & in num 86. & idem Nauarr. lib.4. tit.de ſponſal.conſ.37. ad fin. Marc. Ant. Cuchus lib. 5.tit.11.de matrim. num.65.Lud.Lopez 2.p.cap.27.pag.magna 1042. Rodrig. in explic.Bul.§.13.num.6.verſ. *Sigueſe lo ſegundo*, fol.106.pag.2.Iacob.Graff.lib.2.deciſ.cap. 86.n.7.Vega 2.par.tit. de matrim.c.34.caſ. 154. verſic. *Los quales tambien dizen*, Cuchus lib.5.Inſt.mai. tit. 11. num. 65. Rodrig. 1. par.cap. 219.num.2.verſ. *De aqui ſe infiere*, & relati à Ceballos, quæſt. 604. numer.29. in princ.latiſsime Sanchez tom.1. de matrim. lib.2.diſput.37.num.3. & alij aſſerentes nouo inter ſe præſtito conſenſu, poſſe ipſos cō-

9 trahere matrimonium, abſque Concilij ſolemnitatibus, cum omnes à principio præceſſerint. Et quęmadmodum iure antiquo ſufficiebat nouus vtriuſquè conſenſus, vel præſumptus, ex mutua cohabitatione, nec requirebatur ſolemnitates repetere, ſic dicendum eſt in hoc caſu, ſatis eſſe, vt vterquè ſciens præfuiſſe impedimentum, ſaltem in generali, renouent inter ſe conſenſus aliquo ſigno expreſſos, aut ſaltem reualidare intendant, per copulam maritali affectu habitā, quamuis non interſint iterum parochus, & teſtes, vt tradunt Henrriq.in dict. cap.3.nu. 6.vbi additio in litera O. Lop.2. par.c.37. pag.1042. Et quamuis media quadam ſententia, intendant aliqui reducere ad concordiam prędictā Doctorum opinionem, dicētes, quod vbi timetur ſcandalū, & infamia aliquorum vitari non poſsit, niſi per ſecretā expreſsionem conſenſus, eo caſu poſsit fieri matrimonium ſine parocho, & teſtibus, aliter vero non. Vt tradit Veracruz in appendice, dubio 10.concl. 5. & Cordou. in dicta q.51.verſ.*Reſolutoriamente*, & quos refert Sāchez tom.1.lib.2.diſput.37.num.2.

10 Hodie tamen circa hanc Doctorū conciliationem hęſitandū non videtur, cū habeamus declarationem Pij V. vt tradit Nauar. in man.cap.22.nu.70.qua deciſum eſt, parochum, & teſtes non eſſe neceſſarios in contrahendo denuo matrimonio ab his, qui illud publice cum denunciatione ſufficiente, coram parocho, & teſtibus cōtraxerunt; ſed propter aliquod impedimētum occultum, eſt nullū, quo ſublato oportet vt denuo cōtrahatur. De qua etiam conſtitutione Pij V. meminerunt Lop.2.p c.35.pag.1025. verſ. quarto probatur. Rodri.1.p.c.219.n.2.vid. Henrriq lib.11.tit.de matrim.c.3.num.6.& Ledeſm in d.art.5.pag.195.vbi idē fatetur, ſe vidiſſe aliā ſimilē declarationē, ab Illuſtriſſima Congreg. Dñorū Cardinaliū interpretationi Concil. Trident. deputata. Et ratio huius declarationis ea poteſt aſsignari (ni fallor) nam Concilium inſtituit prædictam ſolemnitatem in matrimonijs contrahēdis, ad euitanda inconuenientia, quæ aliàs ex matrimonijs clandeſtinis oriebantur, vt habetur in decreto primo de refo.matr.ſeſ.24.

R 4 Hæc

Hæc autem inconuenientia ceſſant in præ-
fata ſpecie; quia matrimonium primum fuit
celebratum publice, & iuxta formam Con-
cilij, igitur eadem forma non eſt iterum re-
petenda. Quia quando conſtitutio aliquid
prohibet, vel diſponit ad euitanda incon-
uenientia, illis ceſſantibus ceſſat, & prohibi
tio, ſiue diſpoſitio; argumento eorum, quę
not. Abb. in cap. quoniam cõtra de probat.
num. 6. qua declaratione Pij Quinti, vt in-
quiunt Nauarr. vbi ſupra, & Gutierrez in
dict. cap. 18. num. 8. ſacrum Pœnitentiariæ
Prætorium frequenter vtitur. Idquè ex Io.
Segur. Dabalos in 2. par. cap. 15. num. 54.
iam ſæpe in praxi viſum eſt, vt in diſpen-
ſationibus Apoſtolicis, quæ clauſæ, & ſigil-
latę, ad tollenda aliqua impedimenta con-
ceduntur, committantur etiam loci ordi-
nario, vel alicui Doctori in ſacra Theolo-
gia, vel in iure Pontificio, vt apertis literis
Apoſtolicis, poſt impoſitam pœnitentiam,
& poſtquam alia quæ ibi continentur, ex-
pedierit, matrimoniũ de nouo celebretur,
abſquè parocho, & teſtibus, & illico eas li-
teras comburi faciat.

Hæc autem omnia quamuis ita ſe ha-
beant, apud me tamen dubia quidem ſunt,
& difficultatem maximam continent,
quamuis enim verum eſſe fatear, poſſe Ro-
manum Pontificem ſimilem concedere diſ-
penſationem, quia ſupra ius poſitiuum diſ-
11 penſare poteſt, c. Propoſuit, de Conc. præb.
Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 9. nu. 6. & etiam
contra Concilium generale, ipſis de refor-
matione decretis omnibus derogãdo, cap.
Significaſti, de elect. gloſ. in verb. pertinen-
tibus, in cap. ſacroſanct. in §. item declarat.
de auctor. general. Concil. in pragm. ſanct.
Felin. in cap. 1. numer. 23. de Conſtit. Iacob.
Almain. in tract. de Poteſt. Eccleſ. cap. 14. &
communem appellat Iacobat. de Concil. lib.
5. cap. 15. Vt verum tamen fatear, mihi, nec
adhuc his Regnis (vt habui à viris grauiſsi-
mis) conſtat in forma probanti, de hac Pij
Quinti declaratione, quam non extare, at-
teſtatur Henrriquez lib. 11. tit. de matrim.
cap. 3. num. 6. in litera K. L. pag. 961. Lud.
Lopez allegatus à Rodrig. in dict. cap. 219.
n. 2. ad med. verſ. *Y aunque*. Et quamuis exta-
ret forſan, quod per ipſam Pius Pontifex
tantum ſuam voluit exprimere mentem, ſa-
cro Pęnitentiarię Prętorio, vt in diſpenſa-
tionibus Apoſtolicis, ſimilem clauſulam, &
gratiam concedant, non obſtante deciſione
Concilij. Tamen ex eo minime dicendũ vi-
detur, id fieri licitum eſſe abſque ipſius Põ
tificis, vel Pænitentiariæ diſpenſatione, vn-
de quidem ſi caſus contingat, vt matrimo-
nium inter aliquos cõtrahatur, ſeruatis om-
nibus huius decreti ſolemnitatibus, poſtea
vero ex aliquo occulto impedimento, irri-
tum, & inualidũ reperiatur, eo ſublato per
diſpenſationem Apoſtolicam, contrahentes
nouum tenentur præſtare conſenſum, corã
parocho, & teſtibus, niſi aliter in diſpenſa-
tione conceſſum fuerit, vt ſcilicet contraha
tur ſine huiuſmodi ſolemnitate. Non enim
ex ſola impedimenti diſpenſatione, cum no
uo conſenſu clam præſtito, dicetur matri-
monium legitime fuiſſe contractum; diſpen
ſatio ſiquidem in eo caſu, ſolummodo ope
ratur, vt abſquè illo impedimento matri-
monium de nouo contrahi debeat, coram
12 parocho tamen, & teſtibus. Et quemadmo-
dum diſpenſatio, nec ſuplet conſenſum con
trahentium, ſic nec ſupplet præſentiam pa-
rochi, & teſtium, ſed tantum facit perſonas
habiles ad contrahendum legitime.

Quam quidem opinionem compellor de
fendere contra mentem tantorum patrum,
& grauiſsimorum virorum, quia nulla inter
pretatio etiam æquitatis, aduerſus formam
præſcriptã à Concilio, me mouere poteſt,
vt exiſtimem, matrimonium aliter, quã à ſa
cro Concilio præcipitur, contractum vali-
dum eſſe; quandoquidem Eccleſia, ideſt, ſan
cta Synodus in Spirituſancto legitime con
gregata, iuſtiſsimis ex cauſis id decreuit. Ne
què quod infamia detegatur, vel ſcãdalum,
aut notabile periculũ inde ſequatur, ex no-
ua publicatione facienda iuxta decretũ Con
cilij, in cauſa ſunt, vt matrimonium contra-
hi poſsit abſq. parocho, & teſtibus; quando
quidem nec hũc caſum excepit Concilium,
ſed generaliter loquitur, ſicquè omnes ca-
ſus comprehendit, iuxta iura vulgaria. Nec
vnquam eſt dicendum, quod ſancta Syno-
dus defectuoſa ſit, in illo decreto, cũ expreſ
ſe prouideat de remedio efficaciori, vt præ
dicta grauia peccata, quæ ex clandeſtinis cõ
iugijs ortum habent, ceſſent. Aliàs enim qui
libet pro ſuo libito, ſub colore, & prætextu
pietatis, & æquitatis, forſan fictæ, decreta
Concilij facile poſſet effugere, & ex proprio
capite legẽ particularẽ cõſtituere, aduerſus
Concilij prohibitionẽ; quod certe minime
eſt dicẽdũ, nec permittẽdũ, ne defraudetur
legi quidẽ sãctiſsimę, & pro bono publico à
S. Patri-

Digitized by Google

S. Patrib⁹ iuſtiſsimis de cauſis ſtabilitæ,&cũ clauſulis irritantibus, & pœnis grauiſsimis ſancitę. Contingere etiam poſſent ex ipſius legis Concilij tranſgreſsione multa, & grauia inconuenientia, tam circa legitimationem prolis, quam bonorum ſucceſsionem, reuelatoq; impedimento, dubitari frequenter iuſta ratione poſſet, an fuerit, vel nõ pręſtitus nouus cõſenſus, rite, ac recte ab vtriſquè coniugibus, indeq; iurgia, lites, & inimicitiæ oriri facile poſſent. Et quidem ſi ſedes Apoſtolica, quę diſpenſare poteſt, vt parochi, & teſtium ſolemnitas in quocunquè matrimonij contractu non adhibeatur, in prædictis diſpenſationum reſcriptis, parochi, vel alterius Sacerdotis præſentiam admittit, non quidem viſa eſt velle, vt inter ſe ſine parocho, & teſtibus contrahant. Quod enim per gratiam, & priuilegium obtineri non poteſt, nec à iure cõcedi dicendum eſt; fruſtra enim per gratiam impetraretur, &c. tum quia actus à principio nullus poſtea accedente conſenſu, incipit valere prout ex tunc; iux. gloſ. recep. in verb. ſed nouo, ibi valeant, ergo in reg. nõ firmatur de reg. iur. in 6. At vero matrimonium de quo agimus, non poteſt valere prout ex nunc, deficiente forma Concilij, nec ittidem valet prout ex tunc, propter impedimentum iuris, igitur noua Concilij forma repeti debet, vt illud valeat.

Nec obſtat, quod inconuenientia, de quibus in Concilio dicitur, videantur ceſſare hoc caſu, vt ſuperius dicebamus; quoniam diſpoſitio Conciliaris cum generalis ſit, ad ea quę frequentius accidunt, adaptatur, l. nã ad ea, ff. de legib. comprehenditq; caſus, in quibus non eadem ratio militare videatur, præcipuæ cum hic poſsint etiam concurrere prędicta inconuenientia, vel alia, quæ de nouo poſt primum matrimonium emergerent, vt ſatis dictum eſt.

13 Vnde merito reſoluendum cenſeo, requiri de nouo, poſt primum matrimonium nullum, vt ſeruetur in hoc ſecundo matrimonio, vt validum ſit, forma in præfato Concilio Tridentino requiſita. Quod ſi contingat caſus, de quo ſuperius dictum eſt, quod ſcandalum graue oriatur, & infamia aliquorum vitari non poſsit, niſi per ſecretam expreſsionẽ conſenſus epicheia, vt dicunt Doctores vtendo, de nouo contrahentes impetrent facultatem ſecretam à Pœnitentiario Summi Pontificis, qua confeſſario cõmittat in foro conſcientiæ diſpenſationem, & nouam matrimonij celebrationem, abſquè teſtibus, vt cõmuniter fieri ſolet, iuxta dictam declarationẽ Pij Quinti, quo iure vti ſolent Pœnitentiarij perpetui ſedis Apoſtolicæ, vt ex Nauar. & alijs ſuperius dictum eſt. Aut ſi id impetrare non poſsit, vel potius noluerit, quando caſus ſecreti ſigillum ex poſcat, poteſt ſolus parochus, vt dictũ eſt, cum duobus, vel tribus amicis contrahentium teſtibus, matrimonium celebrare, vel ex eius, aut Epiſcopi licentia, confeſſarius, ſeu quilibet alius ſacerdos id pręſtare poterit. Quia poſt decretum Concilij præſentia parochi, vel alterius Sacerdotis, & teſtium, vt dictum eſt, neceſſario eſt adhibenda, aliàs matrimoniũ inualidatur, & quando propter impedimentum fuit à principio nullũ, retrotractio fieri non poteſt ad id, a quo incipere nõ potuit, quia extrema non ſunt habilia. Nec firmatur tractu temporis, quod ab initio non valuit, iuxta regulam iuris vulgatiſsimam, & quidem ſi ipſi Romanę Curię actoribus impedimentum propalarunt, ad impetrãdam diſpenſationem, nimirum ſi confeſſario, & alijs duobus teſtibus, id etiã propalare adſtringantur; vt legitime fiat contractus, eo pręſertim, quod non eſt de ſubſtantia, quod teſtibus, nec parocho impedimentum propaletur. Accedit etiam, quod exteri teſtes adhiberi poſſunt, qui nec contrahentes agnoſcant, nec impedimentum valeant vlla tenus ſuſpicari; quæ omnia facile fieri poſſunt, & diligẽti cura ſunt animaduertenda, ne aperiatur via, ad hoc ſanctiſsimum decretum defraudandum, & ne ſequantur inconuenientia, quę vitare intendit Conciliũ, dum exigit, vt parochus, & teſtes interueniant, & maxime cum id fieri poſsit abſquè præuijs denunciationibus, quę ex hac cauſa omitti poſſunt, præſertim cum iam ab initio pręceſſerint, nec ſint de eſſentia matrimonij, vt eſt pręſentia parochi, & teſtium. Rojas de ſucceſſ. cap. 2. ex num. 23. Salzedo in addition. ad Prax. Bernad. Diaz cap 73. pag. magna 234. Sarmien. lib. 1. ſelect. cap. 6. num. 7. & plures congeſsi in 2. par. Collect. 58. num. 2. & 3. Gutierrez de iur. confirm. 1. part. cap. 51. num. 25. Rodriguez cap. 216. num. 2. verſ. *El primer caſo es*, pag. 526. in fin. Spino in gloſ. 15. princip. ex num. 24. verſic. Eſt tamen in hoc. Ex quibus quidẽ hæc opinio, quam tuemur, videtur tutior, & tenenda, quod etiam generaliter intelligendum eſt

eſt in alio quocunq; impedimento annnllan
te matrimonium, vbi diſpenſatio Apoſto-
lica adhuc non requiritur, quia nõ ſufficiet
contrahentium nouus conſenſus, niſi ſolem
niter contrahant ſeruata Concilij Tridenti
ni ſolemnitate, quod ſi caſus eueniat, quod
alteri coniugum impedimentum manifeſta-
re minime conueniat, callide alter ſimulare
poterit, quod ab initio contractus conſen-
ſum non habuit, & aliquomodo coniugem
inducere, vt coram parocho, vel alio Sacer
dote de ipſius, vel Ordinarij licentia, & te-
ſtibus denuo conſentiat, quod certe facile
fieri poteſt, quin aperiatur via ad hoc ſan-
ctiſsimum decretum defraudandum.

14 Ex qua reſolutione infertur intellectus
ad tex. in cap. 2. Propoſuit, de coniug. ſeru.
vbi quamuis matrimonium ignoranter cõ-
tractum cum ancilla ſit nullum, niſi poſt do-
natã libertatem habitet cum ea, & affectu
maritali acceſſum habeat ad eam, nam tunc
ex mutua cohabitatione, præſumit textus,
eos veros eſſe coniuges. Hodie vero, niſi cõ
ſenſus inter ipſos de nouo interueniat, co-
ram parocho, & teſtibus, nõ dicetur verum
matrimonium. Ex eo pręcipue, quia quãdo
à principio matrimonium non tenuit, quan
tumcunquè contrahentes gerant tanquam
cõiuges, & inter eos interueniat copula, nõ
erit verum matrimoniũ; etiam ceſſante im-
pedimento, ſi non adſit nouus conſenſus.
Quia vbi nõ eſt conſenſus inter perſonas le
gitimas, nõ eſt matrimonium; legitimus au-
tem conſenſus interuenire non poteſt, niſi
in ipſo matrimonio contrahendo, ſeruetur
forma præſcripta à dicto Concilio. Cũ enim
conſenſus tunc præſtitus, illegitimus fuerit
ad matrimonium contrahendum, ſic nõ po-
tuit ab eo actus incipere, ac pro inde retro-
tractio locum non habet, cũ extrema ſint in
habilia, iuxta l. ſi his qui emptore, ff. de vſu
capion.

15 Infertur etiam intellectus ad tex. in cap.
Ad id quod, de ſponſal. vbi matrimonium
metu contractum, conualidatur per ſponta
neam cohabitationem tãti temporis, quod
præſumi poſsit, ſublatam fuiſſe timoris cau
ſam, & ſpontaneum nouumquè conſenſum
acceſiſſe, vt per illum tex. annotarnnt Vera-
cruz in Spec. 1. p. art. 8. pag. 67. verſ. Contra
iſtam determinationẽ, latè Gaeta in repet.
cap. Ad limina. 30. quæſt. 1. §. 4. ex num. 454.
Menoch. lib. 3. præſumpt. 4. num. 24. Couar.
in 4. 2. part. cap. 3. §. 6. ex princip. Hodie ta-
men deciſio iſtius tex. ceſſare videtur, nec
poſt Concil. Trident. præſumptus conſen-
ſus, ex illa cohabitatione ſufficit, niſi de no
uo poſt ſublatum impedimentum, ratifice-
tur coram parocho, & teſtibus; vt optime
aduertit Spino in gloſ. 15. num. 61. Gutier-
rez lib. 1. Canon. Quęſt. cap. 18. num. 7. Petr.
Moz. de contract. tit. de matrimonio, §. de
diuiſione matrimonij num. 5. in fi.

16 Ex quibus etiam infero, adeo ſtricte, &
ad literam ſeruandum fore hoc decretũ Cõ
cilij, videlicet vt nullo modo contrahatur
matrimonium, ſine parocho, & teſtibus, vt
procedat ipſius deciſio, etiam vrgente ma-
xima neceſsitate; vt ſi morti vicinus, vellit
concubinam ducere, idquè omnino videa-
tur neceſſarium, ad legitimandam prolem
ex ea ſuſceptam, & ad adimplendum fidem
ei datam, vt tradunt Henrriq. lib. 11. cap. 3.
num. 8. Didac. Perez lib. 5. tit. 1. l. 1. Spino in
dicta gloſ. 15. ex num. 44. in fin. Veracruz in
Appendice lib. 5. concl. 7. verſ. non tamen ſic
poſsit, Spin. in dict. glo. 15. num. 18. verſ. Sed
his non obſtantibus, Ceballos quęſt. 604. n.
73. Sarmient. lib. 1. ſelect. cap. 6. num. 7. verſ.
At hodie, Ledeſ. pag. 192. verſ. Ex dictis ſe-
quitur, vbi dicit, quod quamuis in articulo
mortis quilibet baptizare poſsit, Sacerdos
etiam abſoluere valeat, illud quidẽ eſt, quia
hæc ſacramenta ſunt neceſsitatis, at *neceſsi*
tas etiam extrema, non tollit impedimentũ
matrimonij, eo quod matrimonium non eſt
hominis ſaluti medium neceſſarium, vt tra
dit Spin. vbi ſupra, num. 45. & Henrriquez
vbi ſupra, dicens, illam tamen ſufficientem
17 eſſe cauſam, vt parochus ommittat denũcia
tiones, quãdo quis inquam in articulo mor
tis contrahit. Ceballos quæſt. 604. num. 95.
& quæſt. 697. num. 10. quod etiam annota-
runt Sarmien. lib. 1. ſelect. cap. 6. num. 7. Ro-
driguez 1. par. cap. 217. num. 2. verſ. *El tercer
caſo es*, Lopez 1. par. cap. 86. in princip. Did.
Perez lib. 5. tit. 1. l. 1. pag. 29. verſ. Quam ta-
men ſententiam, Ioan. Segur. Dabalos in 2.
par. cap. 16. num. 4. verſ. Pręſertim, Rojas de
ſucceſ. cap. 2. in fi. Spino in gloſ. 15. ex nu. 25.
18 In quo quidem articulo, reprehenſione dig
nus mihi videtur Iacob. de Graffis, in lib. 2.
deciſ. cap. 86. num. 9. aſſerens, quod quando
neceſsitas adeo eſſet vrgens, vt copia paro-
chi, & teſtiũ haberi non poſſet, vt puta, quã
do quis eſt in articulo mortis, vel quando
aliqua virgo ſub tutela iniqui tutoris cõſti-
tuta, timet quod ipſe eam viro ignobili, &
indigno

Digitized by Google

indigno tradet in vxorem, poſſe quidem in his caſibus, per mutuum cōſenſum contrahi matrimonium ſine præſentia parochi. Vnde quidem ſimiliter caute eſt legendus Nauar.
19 in man.c.16.n.37.& ibi etiā Alagó, qui hos caſſus referentes, nimis confuſſe loquuntur, ſi namque intelligunt, quod poſsit contrahi matrimonium ſine parocho, & teſtibus, minus rectè loquūtur ſalua pace; ſi vero quod poſsit contrahi ſine denunciationibus, ego eorum ſententię adhæreo; prout etiam expreſſe id fatetur Nauar.in dict. Man.cap.22. num.70. Cum nec Epiſcopus poſsit diſpenſare, quod matrimonium contrahatur ſine parocho, etiam inſtante mortis, vel alterius magni damni, & præiudicij periculo, vt pluribus relatis tradit Ceballos, in dicta quæſt. 604.ex num.100.

20 Vlterius merito hic dubitari poteſt, quod paſsim in vtroq; foro verſatur, an quemadmodū, ſtante prędicta clauſula Concilij, annullantur, & irritantur matrimonia aliter facta, quam præſente parocho, & teſtibus, an nullentur etiam ſponſalia de futuro contracta abſquè eodem parocho, & teſtibus? Et quamuis Abb.num.6. & Præpoſ. num.5.in cap. Cum inhibitio de clandeſt. deſponſat. per tex. in l. Oratio, ff. de ſponſal. dixerint, quod prohibito matrimonio prohibentur etiam ſponſalia, tāquam præambula ad matrimonium, ex eo nempe, quia prohibito aliquo prohibetur omne id, per quod deueniatur ad illud, l. Quod debitum, ff. de Pact. & in l. Ad legatum, ff. de Procurat. ergo videtur idem dicendum eſſe in hac ſpecie; maxime cum dictum Cōcilij decretum ſequatur diſpoſita in d.cap. Cum inhibitio. Quibus; & alijs fundamentis hanc ſententiam cum Præpoſ. & Abb. tenent Gregor. Lopez in l. 1.tit.3.par.4.in gloſ. *Que los deſpoſen*, late Didac.del Caſtillo, in l.49. Tau. verſ. Matrimonium, Silueſt.in ſum. verb. matrimonium, el 6.quæſt.7.verſ. quintum. Menoch.conſ.69. volum.1.num.67. Matienzo lib.5.recollect. tic.1.in glo.1.Rubr.num.51.verſ.nimirum, quorum rationes, & quas in huius ſententię confirmationem tradit Ioan.Segur. Dabal. in Direct.2.part.cap.15.ex num.1. minime referre intendo, quia eorum opinioni non adhæreo; cum contraria ſententia mihi longe verior, & omnino tenēda videatur. Quā etiam amplexi ſunt quāplures ſacræ Theologiæ, & iuris profeſſores, neque numero, neque anctoritate proxime relatis inferiores. Qui omnes intrepide affirmarunt ſponſalia de futuro nullatenus comprehēdi ſub dicta Concilij Tridentini prohibitione; & ſic quamuis clandeſtine fiant, non eſſe irrita & nulla, prout ſunt matrimonia clam contracta ſine parocho, & teſtibus. Quam opinionem ſequuntur Cordoua, in tractat. *De caſos de conciencia*, quæſt.52.verſ. *La ſegunda opinion*, Nauar. in Man.cap.25.num.144. Ledeſ. in addit.ad 2.part.quæſt.45. art.5.verſ. Eſt quartum dubium, pag.180. Henrriquez lib. 11.tit.de matrimonio, cap.5.in fin. vbi additio marginalis in lit.T.pag.72.& in cap.13. num.8.pag.1008. Ludou. Lopez 1.par.cap. 85.in fin. Gutierrez in dict.cap.51.ex nu.6. & in Canon. Queſt. libr.1.cap.18. num.10. verſ. Hæc tamen ipſius, Viuald.de ſponſal. num.28.& num.44. Spino in gloſ.15.princ. ex nu.79. Ludou. Lopez in 2.par. Inſtr.conſ. cap.37.de ſponſal.pag. magna 1040.verſic. Quæritur ergo, Didac.Perez lib.5.tit.1.l.1. pag.39.verſ. Secundo circa prædicta dubitatur, Vega in 2.part.Sum.cap.34.caſu 20. verſ. *Nota que ſi ſolamente*, Veracruz in appendice, in 9. dub.verſ. Prima propoſitio, pag. 41. Ceballos quæſt.604.num.124. Salzedo in addit.ad Diaz in Prax.cap.73.verſ.nono illud. Quorum grauiſsimorum virorum opinio rectè cōfirmatur ex dicto Cōcilio, quod tantum loquitur in matrimoniali cōtractu, nec verbum in eo cōtinetur, quod ad ſponſalia de futuro referri poſsit, vt patet ex eius verbis, ibi: in poſterum antequam matrimonium contrahatur, &c. & ibi, ad celebrationem matrimonij procedatur, & ibi, matrimonium malitioſe impedire poſsit, & ibi, matrimonium contrahere attentabunt, & ſequitur ſtatim, inſuper parochum, vel alium Sacerdotem, qui cum minori teſtium numero, & teſtes, qui ſine parocho, vel Sacerdote huiuſmodi cōtractui interfuerint, &c. & ſic manifeſte de matrimonio tantum agit. Ad id etiam facit, quia ratio Concilij, quæ ex eius deciſione percipitur, ſolum in matrimonio militat, non vero in ſponſalibus de futuro. Quod manifeſte patet, nam ob eam cauſam clandeſtina matrimonia annullantur, vt peccata perpetua tollātur, quę multoties ex clandeſtinis coniugijs oriebātur, quod minime contingit in ſponſalibus de futuro. Nam ſi illis contractis, ſponſus cū alia de præſenti contrahat, licet peccet violando fidem, non tamen in perpetuo peccato manet, & ideo nullo modo Concilij decretum

cretum in ſponſalibus de futuro procedit; cum ipſa ſint quid diuerſum à matrimonio. Contractus enim ſponſaliorum, vt iam diximus, diſſolubilis eſt ex natura ſua, matrimonium vero indiſſolubile, & ſic ex dicto decreto non fiet recte illatio de matrimonio ad ſponſalia, cum ſint ſeparata. Eo præſertim, quod deciſio noua, & correctoria Concilij, non debet vltra caſum expreſſum
21 extendi, iuxta l. Pręcipimus, C. de Appellat. l. Si vero, §. de viro, ff. Sol. matrim. maxime quando eſt pœnalis, vt eſt iſta, quę punit cõtrahentes. Quæ quidem opinio à ſacra Cõgregatione Cardinalium, ita ſancita eſt his verbis: Decretum Concilij ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformat. annullat tantummodo cõtractus matrimonij, per verba de præſenti clandeſtine factos, ſponſalia tamen per verba de futuro, reliquit in terminis iuris communis; præterquã quod per copulã prædicta ſponſalia non trãſibunt in matrimonium. Quod refert, & ſequitur Salzedo in dict. cap. 73. pag. 241. Gutierrez lib. 1. Canon. Quęſt. cap. 18. num. 4. quam etiam opinionem ſequitur Matienzo lib. 5. tit. 1. in glo. 1. Rubr. 3. n. 43. in princ. & in num. 53. & num. 62. Quando
22 tamen ipſa ſponſalia de futuro fuerint celebrata coram parocho, & teſtibus, & poſtea fuerit ſecuta copula, dicta ſpõſalia tranſeũt in matrimonium, cum tunc inueniantur omnia quæ ſtatuit Concilium ad intellectum dict. cap. Is qui fidem, aduertit (quamuis dubius ſit in ea opinione Card. Tolet.) ego tamẽ, ſi caſus accideret, exiſtimo recurrẽdum eſſe ad Summum Pontificem, qui ſibi huius Concilij reſeruauit interpretationem. Contrarium tamen tenet Veracruz in Spec. 1. p. art. 20. pag. 132. verſ. Et non ſolũ, quam opinionem pro nunc, veriorem eſſe cenſeo.

23 Nec his obſtat dicta l. Oratio, ff. de ſpon. nam procedit, & habet locum, quoties in vtroq; caſu vertitur eadem ratio, ſecus vero ſi diuerſa, vt in l. Siquis officium, ff. de rit. nupt. & in l. 1. C. Si Rect. Prouinc. & ita reſoluit Alex. conſ. 194. vol. 2. num. 14. Deci. in cap. Iurauit, nu. 4. de Probat. & in cap. Nam concupiſcentia in 2. lectura, num. 4. de conſtit. Iacob. Philip. Porcius, lib. 5. Regular. in concluſ. 35. limit. 1. vbi ſic intelligit, & limitat prædictam legem, allegando plures Doctores, & idẽ tradunt Diaz in Prax. cap. 73. verſ. Nec ſuperioribus, pag. 241. Didac. Perez in dict. pag. 39. ex col. 1. in fin. & aliqua adducit ad propoſitum, Hottig. in patroc. 3. par. nu. 118. vnde cum militet diuerſa ratio in caſu præſenti, inter prohibitionem matrimonij clandeſtini, & ſponſaliorum, diuerſa etiã erit iuris diſpoſitio. Qua vera reſolutione retenta, recte infertur ad intelle-
24 ctum l. 49. Tau. & aliarum legum municipalium, aut conſtitutionum Epiſcoporum, & aliorum iuriũ, quibus varijs afficiuntur pœnis, contrahentes matrimonia clandeſtina, iſtę ſiquidem leges, & ſtatuta non haberent locum, quoad dictas pœnas, in contrahentibus ſponſalia de futuro clandeſtine, iux. glo. communiter receptam, in verb. contrahere, in Clemen. vni. de Conſan. & affin. quam ſequuntur, & veram appellant, Couar. in 4. p. cap. 6. nu. 22. Tiraq. in leg. Connub. in fi. Iaſſ. in l. Cum quidam, nu. 13. ff. de lib. & poſth. Ferdinan. Loazes in Repet. l. filius familias, §. tibi, nu. 396. ff. de legat. 1. Vinal. de ſponſ. num. 8. in gloſ. 2. num. 18. Salzedo ad Diaz in dict. cap. 73. verſ. Tum etiã fulcitur, pag. 240. Spino in dict. gloſ. 15. num. 84. Didac. Perez lib. 5. tit. 1. l. 1. pag. 4. verſ. præterea cõfirmatur, & in pag. 37. verſ. Secundo quod pœna adiecta, Menoch. lib. 6. præſumpt. 93. num. 6. Alphon. Veracruz in ſpecul. coniug. 1. par. art. 10. pag. 75. verſ. Eſt etiam ſecundo
25 conſiderandum. Vnde pœna infamię, quam de iure Ciuili ſubijt fœmina nubẽs infra annum luctus, non habet locum in contrahente ſponſalia de futuro. Iaſſ. Tiraq. & alij vbi ſupra, Did. Perez in dict. pag. 4. in fi. verbi.
26 Similiterq; ſponſus non poteſt occidere ſpõſam de futuro, repertam in adulterio, quemadmodũ poteſt ſponſam de pręſenti, ex Iul. Clar. §. adulterium, num. 8. ad fin. & in §. homicidium, nu. 49. verſ. Quod tamen, Azeb. lib. 8. tit. 20. l. 3. num. 5. Didac. Perez. lib. 5. tit. 1. l. 1. pag. 5. verſ. Item deducitur, Cantera in Quæſt. Crim. §. adulterium, num. 26. Co-
27 uarr. in 4. 1. par. cap. 1. ex num. 7. Hinc etiam eſt, quod licet verum ſit, Clericum primæ tonſuræ contrahẽdo matrimonium per verba de pręſenti, ipſo iure priuari beneficijs, etiam ante carnalem copulam, vt ex tex. & gloſ. in cap. 1. de Cleric. coniug. annotarunt Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 3. num. 4. Capel. Tholoſ. deciſ. 240. aliàs 239. & ibi Aufred. Maſcard. volu. 1. de probat. concl. 182. per tot. Palat. Rub. in Repet. Rubr. §. 55. num. 7. Didac. Perez lib. 5. tit. 1. l. 1. pag. 4. verſ. Hinc infertur, Salzedo in addit. ad Diaz in Prax. cap. 80. pag. 271. verſ. beneficia, Iul. Clar. §. fin. quæſt. 73. num. 5. Bonacoſa cõmun. opin.

Crim.

Digitized by Google

Crim.verb.Clericus beneficiatus,pag.458. Rebuff.in Prax.3.par.titul.de Pub.reſignat. gloſ.18. ad fin. ex num.38.pag.561.Staph. de Gratijs,tit.de Varijs mod.vacat.ex num. 73.verſ. Quintus vacationis modus, fol.60. Bermon. de public.concubin.verb.& alios non publicos,nu.4.fol.248.& in verb. Qui vero ſolutus,nu.2.fol.403. ſponſalia tamen de futuro,non inducunt priuationem beneficiorum, quia non ſunt matrimonium,nec quid ponũt in eſſe,quod impediat ordinem ſacrum,& officium Sacerdotale, Tiraquel. in dict.num.18.Didacus Perez in dict.pag. 4.verſ.tamen, Rebuf.vbi ſupra num.40.Aufred.num.2.ad dictam deciſionem.240.Capel. Tholoſ.Couar.in dict.num.4.

In verſ. Irritos, & nullos eſſe decernit.

28 Ex his verbis,in dubium reuocari poteſt, an matrimonium cõtractum ſine parocho, & teſtibus,ſuppoſito quod nõ valeat,vt matrimonium de præſenti, valeat tamen ille actus, eo meliori modo quo valere poteſt, & ſic vt ſponſalia de futuro? Eo præſertim ſi interueniat iuramentum? Et quidem relictis Doctorum ambagibus,verior,& crebrior opinio eſt,quod contractus hic matrimonij clãdeſtine factus,& celebratus,etiam ſi ſit iuratus,adeo ſit nullus, attento prædicto decreto Concilij, vt non ſolum non teneat tanquam de præſenti,ſed neque etiam tanquam ſponſalia de futuro; quia cum ſic contrahentes peccent, & cõtraueniant diſpoſitioni Concilij, & præcepto ſuperioris, videntur potius facere actum illuſſorium, quam aliquo modo validum.Ita tenẽt Spin. in gloſ.15.princip.ex num.75.late Ledeſma in dict.quæſt.45.art.5.ex pag.181. Nauarr. lib.4.tit.de Sponſal.conſ.1.num.2. Rodrig. 2.p.cap.219.nu.5.verſ.*Confirmaſe*, Borgnin. in 1.par.deciſ.in Repertor.verb. Matrimonium, in princip. optime Gutierrez de iur. confirm.1.par.cap.51.ex num.26. Quorum quidem opinio mihi vera videtur;quamuis contrarium defendat Henriq.lib.11.cap.5. num.4.ad fin.& Vega tom.2.cap.34.de matrimonio,caſu 25.Huic tamen opinioni noſtræ, fauet expreſſa deciſio Dominorum interpretum ſacri Concilij,ſub die 21.Menſis Ianuarij,anni 1574.per verba illa Concilij. Et huiuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit.Inquiẽs,quod cũ per prædicta verba lex expreſſe reſiſtat actui,& illud annullet,non procedit regula,ſi nõ valet quod ago,vt ago,valeat,vt valere poteſt.Vnde ſi ſine parocho, aut alio Sacerdote de eius licentia,aliqui matrimonium cõtrahant poſt Concilium,non ſolũ eſt nullum,ſed nec vim habet ſponſaliorum;adeo,quod ſic contrahentes denuo contrahere,cõpelli non poſſunt.Quæ opinio his etiam rationibus confirmari poteſt,quia vnus, & idem actus nõ debet operari liberationem,obligationem, & pœnam, provt cõtingeret in propoſito, ſi ratione iuramenti valeret actus,vt ſponſalia de futuro;cum non valeat tanquam matrimonium de pręſenti,& puniantur ſic cõtrahentes à dicto Concilio.Vnde dicit Nauarr.in dict.conſ.1.num.2. ſic contrahentes poſſe diſcedere à tali cõtractu matrimonij,ſine vlla iudicis auctoritate, & cum alijs contrahere,non enim præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, reg.nõ pręſtat,de reg.iur.in 6.

29 Secundo idem probatur,quia actus agentium non debet vltra eorũ intentionem interpretari,nec operari,l.nõ omnis,ff.ſi cert. pet,per quem tex.id tradit Menoch.conſil. 179.num.16. Vnde quandocunquè conſtat, partes voluiſſe facere aliquem actum obligatoriũ, qui non valet vt agitur,nõ reſoluitur præter eorum intentionem,in aliam obligationem,quæ diſtincta,& ſeparata eſt ab ea, quę agebatur, l.non codicillum,C.de teſt.l. 1.§.eum qui,ff.de Conſtit.pecun.in his nãquè,quę pendent à voluntate duorũ,& agitur de obligatione contrahenda,ſi actus nõ valet vt ſit,non valebit vt fieri poteſt,Bart. cõmuniter receptus in l.1.§. ſi qui ita,nu.5. ff.de ver.oblig.per tex.in l.1.§. eum qui, ff. de Conſt.pecun.& tradunt Gutierrez dict. cap.51.num.31. & Couar.in 4.1.par.cap.3. ex num.2.

Cum igitur actus nõ valeat vt agitur,nec etiam poteſt trãſire in aliam obligationem; quæ diſtincta,& ſeparata ſit ab ea,quæ agebatur. Vnde infertur, quod cum obligatio ſponſaliorum ſit diſtincta, & ſeparata, ab obligatione matrimonij,nã aliud eſt vinculo indiſſolubili, quod eſt matrimoniũ,velle obligari,aliud vero obligari ſolum ad contrahendum, vt fit per ſponſalia; & licet in vnoquoq;contractu requirantur verba promiſſoria in futurum contrahendi,iuxta textum in cap.Ex literis S.Siluani,& in cap.Sicut,& in cap. Requiſiuit de ſponſal. in alio

vero,

vero, hoc eſt, in matrimonio requiruntur verba conſenſum de præſenti exprimentia; vt in cap. Tuæ fraternitati, de ſponſal. ſic videtur dicendum, quod cum ex intentione contrahentium fuerit de præſenti contrahere, illudquè eo modo contrahendo fieri nō poſsit, ex deffectu formæ, dictus contractus nec in matrimoniū, nec in ſponſalia de futuro reſolui poteſt; cum illud ſit præter contrahentium cōſenſus, ipſequè actus celebratus aliter quo fieri poteſt, minime valebit, vt fieri poterat, ſed potius in totum vitiatur, tam ſcilicet in vim ſponſaliorum, quam matrimonij.

30 Nec quidem iuramentum interpoſitum in eo contractu aliquid operabitur, quia in hac materia ſponſaliorum, iuramentum nō tribuit ſponſalibus maius robur, quam ipſa ſponſalia habent in ſe. Quod patet, quia prima ſponſalia de futuro ſine iuramento, præferuntur ſecundis etiā iuratis, ſicut nec ſpōſalia de futuro efficiūtur matrimonium, ex eo quod iureiurando poſtmodum firmentur, vt optime id probant Gutierrez de iuram.confirmat.1.part.cap.51.num.6.& 30. Couar.in 4.1.par.cap.4.num.3. Vega lib.2. caſu 497. Soto in 4.diſtinct.27.quæſt.2.art.3.Henrriquez lib.11.tit.de Matrim.cap.13. nu.3. Didac.Perez lib.5.tit.1.l.1.pag.3.verſ. ampliatur, Matienzo lib.5.titul.1.in gloſ.1. Rubr.num.44. Ad idem etiam facit, quia iuramentum regulatur ſecundū naturam con-
31 tractus, ſuper quo interponitur, & eam ſortitur, vt in l.fin.C. de non numer. pecun.& tradunt Couarr.in 2.part.Rubr. de teſtam. num.9.verſ.Hec tamen, volum.1.com.opin. pag.503.verb. Iuramentum, Matienzo lib. 5.titul.10.l.3.gloſ.13.num.3. Gutierrez de iuram.confirm.1.par.cap.37.num.2.Tiraq. de Conſt. poſſeſ.3.part.limit.7. num.35.& in pręfat.l.Si vnquam,nu.165.C.de Reuoc. donat. omnium lariſsime Marian.Soc.Iun. in com.opin.verb.iuramentum appoſitum, de quo in volum.1.com.opin.pag.415. late etiam Gabriel lib.2.com.rit.de iur.iur.concluſ.10.ex princip.Roland.conſ.6.volum.1 num.16.& 37. Couar.de Pact.1.par.§.4.in princ.n.1. vbi etiam dicit, quod iuramētum eſt intelligendum, ſecundum naturam cōditionis, & qualitatis, quas actus cui acceſsit, ab exordio, & proprietate conſequitur; vnde cum contractus matrimonij de præſenti clandeſtine, abſq; iuramento celebratus, ſit nullius momenti in ſe, & irritus nihilq; operetur, ergo idem dicendum eſt, etiam ſi iuramentum ſuper eo interponatur; cum iuramentum non immutet naturam contractus, Matienzo lib.5.tit.6.l.1.gloſ.9. num.6.in fi. & pręſertim cum ob publicam vtilitatem, ij cōtractus clam celebrati, prohibiti cenſeantur, tunc namquè nullo modo cōfirmantur iuramento, vt ex veriori opinione reſoluit Gutierrez in dict.1.par.cap.58.num.15. & tenet Couar.in cap.Quamuis,2.par.§.1.n.1. Matienzo lib.5.tit.2.l.2.gloſ.3.nu.17. Gom. to.2.cap.14.num.24. Imo quidem cum tale iuramentum ſit pręſtitum cōtra bonos mores, vt deducitur ex ſacro Concilio, nullam vim habet, nec obligationem inducit, cum nec tale iuramentum reperiat aliquid cōfirmabile, ex traditis à Tiraq.in legib.cōnub. in fi.in gloſ.4.ex nu.26. Gutierrez in Auth. Sacramenta puberum, C. Si aduer.vendit. num.27. Couarr.in cap. Quamuis, 2.par.in initio, num.6. Gomez 2.tom.var.cap.14.nu. 24.iux. regulam, non eſt obligatorium, de regul.iur.in 6. & quæ tradit Mich.Palat.de contract.lib.5.cap.11.pag.480. Gutierrez in dict.cap.51.ex nu.33.in fin.& vide, quæ annotaui in 3.par.Collect.10.num.4.adeo, vt nec erit neceſſaria abſolutio ab eo iuramento ſic pręſtito, vt probant Gutierrez d.cap. 51.num.34. Couar.in cap. Quamuis, 2.par.
32 in initio num.4.& ratio eſt, quia deficit comes neceſſarius, nempe iuſtitia, quodlibet namquè iuramentum, ad hoc vt valeat, tres comites debet habere iudicium, ſcilicet ſiue diſcretionem, veritatem, & iuſtitiam, vt habetur in capit. Et ſi Chriſtus, cum ſimilibus de iure iur. Cum igitur iuramentum de quo loquimur, iſtud non habeat, haberi debet, ac ſi adiectum non fuiſſet, nulluſquè contrahētiū remanebit ipſius virtute, in aliquo obligatus. Vlterius hæc cōfirmantur ex eo, quia iuramentum ſemper intelligitur iuxta iurātis conſenſum, nec vnquam pręter iurantis intentionem interpretandū eſt, ſolum namquè intra conſenſus limites, iuramentū obligationi addit Religionis vinculum, vt trad. Couarr.in 2.part. Rubr.de teſtam.num.12. Mich.Graſsis lib.1.com.opin.cap.15.quęſt. 8.verſ. & iuramentum. Vnde quidem, cum contrahentes non intendāt contrahere ſpōſalia de futuro, ſed matrimonium de pręſenti, pręter eorum conſenſum, non debet fieri interpretatio de vno contractu ad alium diuerſum, etiam ſi interueniat iuramentum.

Ibi

Ibi. præſente parocho.

33 Pręſens igitur debet eſſe parochus, vt matrimonium legitime contrahatur, & quãuis parochus, & teſtes non ſint de ſubſtantia intrinſeca Sacramenti Matrimonij, cum non pertineant ad materiam, formam, & intentionem, iſta tamen ſolenitas præſentiæ, hoc nouo iure eſt inſtituta, quaſi pro forma, vt conſenſus contrahentium ſit legitimus. Quę tamen pręſentia requiritur, quod ſit moralis, id eſt, more, & modo humano, quæ aliàs appellari ſolet præſentia ciuilis, ita, vt non ſufficiat præſentia phiſica, id eſt, naturalis, quæ eſt, quando quis adeſt corporaliter, ſecundum ſuam naturalem ſubſtantiam, ſiue aduertat, ſiue non, ſiue habeat vſum rationis, ſiue non, præſentia ſiquidem moralis, ſeu ciuilis, vltra phiſicam, ſeu naturalem, addit aduertentiã, & præſuponit vſum rationis, vt poſsit reddere teſtimonium ipſe parochus, cum teſtibus, de legitimo contrahentium conſenſu; & ita per ſenſum, auditus, vel viſus, & per intellectum tenetur aduertere parochus, quod fit inter partes contrahentes. Et quod hæc cognominetur præſentia moralis ciuilis, ſatis probant verba legis coram Titio, ff. de verb. ſignific. corã Titio (inquit textus) aliquid facere iuſſus non videtur pręſente eo feciſſe, niſi his intelligat. Idem etiam probat tex. in l. diem pro ferre, §. coram, ff. de Recep. arbitr. non enim quis dicitur præſtare præſentiam, niſi intelligat quid agitur; ad quod etiam allegant alia iura Tiraq. in legib. cónub. gloſ. 8. num. 179. Maſcard. volum. 3. concl. 1218. num. 36. & tradunt Corn. conſil. 309. volum. 4. num. 8. Rodriguez 1. par. cap. 218. num. 11. & idem Corn. alij locis relatis à Maſcard. volum. 3. concl. 1218. num. 36. Idq; ita notabiliter reſoluunt in caſu, de quo agimus, Henriquez libr. 11. cap. 3. ex princip. Ledeſma in q. 45. art. 5. pag. 188. verſ. Eſt ſecundum dubium, Rodriguez 1. p. cap. 218. num. 11. qui etiam dicunt, non ſat eſſe, ſi præſens ſit parochus corpore, ſi tamé ebrius ſit, furioſus, vel dormiẽs, aut omnes ſenſus occluſos habeat, aut ſi obiter per viam tranſibat, nec aduertit; Idem etiam fatetur Vega, lib. 6. caſ. 114. &

34 115. & 116. nec etiam eſt neceſſariũ, vt ſpõte veniat eo fine, nam licet ob alium finem vocatus venerit, aut dolo, vel vi, detineatur, late Ceballos quæſt. 604. ex num. 66. & licet ſit cæcus, dummodo ſit præſens, & audiat, vel intelligat id quod agitur, ſeu contrahentium verba, tale matrimonium firmitatem obtinebit, vt pulchre etiam poſt alios vbi ſupra, probat Salzedo in addition. ad Diaz cap. 73. ex pag. 235. verſ. Tertio licet, vbi ad id, refert aliquas declarationes Congregationis Dominorum Cardinaliũ, qui habent anctoritatem à Papa interpretandi Concilium Tridentinum. Idq; etiam probant Rodriguez in dict. cap. 218. num. 11. verſic. *De aqui ſe ſigue*, Nauar. lib. 4. tit. de ſponſal. conſ. 20. Spino in dict. gloſ. 15. princ. ex num. 48. Veracruz in Appendice, in quinto dubio, verſ. Quarta concluſio, fol. 12. & idem erit licet parochus mutuum conſenſum non intelligat, proprijs, & expreſsis verbis viri, & fœminæ, ſufficiunt namquè exteriora ſigna, ſi per ipſa intelligat id. Veracruz in Appendice in tertio dubio, fol. 6. verſ. Secũda propoſitio, & ratio eſt, quia parochi munus, eiquè præceptum eſt, vt conſenſum intelligat contrahentium, illud autem cognoſcere, & deprehendere poteſt per nutus, & ſigna externa, non enim ſunt verba in contractibus neceſſaria neceſsitate Sacramẽti, quia ſigna ſufficiũt, ſed ſunt neceſſaria neceſsitate pręcepti, aliàs qui muti ſunt, non poſſent adinuicem contrahere, eo quod exprimere verbis conſenſum non valent, quod tamen falſiſsimum eſſe manifeſte patet, Didac. Perez l. 6. tit. 7. l. 2. pag. 208. colum. 2. verſ. Quemadmodum in matrimonio dicimus, Gutierrez lib. 1. Canon. Quæſt. cap. 21. num. 9. Couarr. in 4. 2. par. cap. 4. ex num. 1. Veracruz 1. par. art. 3. Did. Lopez de Stunica, de vot. quæſt. 1. nu. 52. Sot. in 4. diſtinct. 27. quæſt. 1. art. 3. & dixi 2. par. Collect. 21. nu. 1. optime Matienzo lib. 5. tit. 1. in gloſ. 1. Rubr. num. 22. Viuald. de matrim. num. 33. & 37. late Ledeſma quæſt. 45. art. 2. ex pag. 151. verſ. Eſt

35 ſecundum dubium, Rodriguez 1. p. cap. 216. nu. 5. Et quamuis renuente, & contradicente parocho, aut nihil eo proferente contrahentes verba ad matrimonium apta proferant, validum erit matrimonium; præſentia namq; parochi, vt ſuperius dictum fuit, non requiritur tamquam pars ſubſtantialis Sacramenti, ſed tanquã neceſſarium præambulum, ad legitimandum conſenſum contrahere volentiũ, vt tradit ex pluribus, Ceballos, quæſt. 604. nu. 75. vt ita fiat congrua materia Sacramenti, tanquam cauſa neceſſaria ſine qua non, & ita ſi videt, & intellectu percepit, id quod agebatur, ſufficere videtur;

Digitized by Google

tur, quamuis coactus, & nolens accedat, vt probant verba dictæ legis, Coram Titio, & tradit Segura in dict. cap. 15. num. 44. & 51. nu. 44. & 51. optime Salzedo vbi ſupra, qui in pag. 236. refert ad id, reſpõſum quoddam præſtitum à Reuerendiſs. Dominis Cardinalibus ſacræ Congregationis Concilij Tridentini, Epiſcopo Salmanticen, & plura dixi ſupra in verſ. Qui aliter.

36 Aduerſus tamen hanc reſolutionem duo obſtare videntur, & primum eſt, quod parochus, qui matrimonio præſens debet eſſe, non tantum veluti teſtis intereſſe videtur, ſed tãquam publica perſona, & miniſter approbans, & auctorizans coniunctionis contractũ, & ſic tenetur proferre verba illa Decreti: Ego vos coniũgo, &c. Ergo ſi nolens, aut coactus parochus accedit ad dictũ actũ, male quidem auctoritatem, & approbationem præſtabit, præſertim, quia in iure noſtro abeſſe, vel adeſſe, & nolle conſentire æquiparantur, vt notat Bald. in l. Cum nõ ſolum, §. neceſsitatem, num. 5. C. de bon. quæ liberis. Quemadmodum etiam in alijs Sacramentis verba miniſtri ſunt forma Sacramẽti, vt in Baptiſmo, illa verba: Ego te baptizo, ita in matrimonio erunt de forma prædicta verba: Ego vos coniũgo. Quod confirmatur ex eo, nam miniſter qui applicat materiam, & formam in alijs Sacramentis, debet eſſe diuerſus ab eo, qui confert Sacramentum, vt in Baptiſmo; Ita, & in matrimonio, alius debet eſſe miniſter diuerſus à contrahentibus, qui verba formæ exprimat, & hic videtur eſſe parochus, vel alius de ipſius licentia, & ſic in Cõcilio annullatur, qui aliter quã præſente parocho contrahit matrimonium, quaſi videatur ſentire, præſentiã parochi eſſe neceſſariam, ad hoc, vt materiam, & formam applicet, per illa verba: Ego vos coniũgo, &c. ſic quidem peccare parochum, qui huiuſmodi, vel alijs non vtitur verbis, pro more Prouinciæ in matrimonijs, tenent Veracruz in Appendice, in 4. dub. verſ. Quarta concluſio, fol. 9. Salzed. in dict. cap. 73. pag. 235. verſ. Non tamen excuſaretur. Vega lib. 6. caſ. 116. poſt med. & caſ. 117. etiam poſt medium.

37 Secundo obſtat, nam ſi parochi conſenſus, & intentio in contractu matrimonij nihil operatur, ſed ſolũ ipſius, & teſtium præſentia deſideratur ad probationem contractus, ſeu ad legitimandum conſenſum contrahere volentium, vt in ſuperioribus dictũ eſt, videtur dicendum, ipſius parochi præſentiam ſuppleri maxime poſſe (ſaltem in caſu neceſsitatis) per alios duos teſtes; quia duo teſtes ſatis gerunt vices vnius, quantumcunque maximæ auctoritatis, & plus duobus, quam vni teſti creditur, cap. Licet, cap. Cũ à nobis de teſtibus, vnde ſi duo teſtes ſufficiunt cum parocho in contractu matrimonij, multo magis ſufficiunt quatuor teſtes. Quæ omnia mirifice comprobantur, argum. tex. in c. Cum eſſes de teſtam. in illo namq; textu deciditur, teſtamentum conditum coram parocho, & duobus, vel tribus teſtibus validum eſſe; & tamen quamuis forma illius textus omnino ſeruari debeat ad validitatem teſtamenti, atteſtantur Doctores in caſu quo parochus nõ reperiatur, præſentiam parochi ſuppleri bene poſſe, ſi loco illius adhibeantur alij duo teſtes, vt in ſpecie annotarunt Couar. in dict. cap. Cum eſſes, nu. 13. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 57. num. 3. & plures retuli in 2. par. Collect. 159. nu. 2. in caſu igitur noſtro fatendum ſimiliter videtur, parochi præſentiam in contractu matrimonij ſuppleri poſſe per duos teſtes, præſertim tẽpore neceſsitatis, quemadmodum in d. cap. Cum eſſes, notatur.

38 His tamen minime refragantibus, ſuperius dicta vera, & tenenda ſunt, nec illis pugnant cõtraria propoſita, pro ſolutione namque primi dicendum eſt, verba illa Cõcilij: Ego vos coniungo, nec vnquam fuiſſe, nec modo eſſe de eſſentia Sacramẽti: quod proferantur à parocho, licet ſit de præcepto, vt pulchre probant Veracruz in Append. in 4. dub. Segura 2. p. cap. 15. num. 52. in fin. Henriquez lib. 11. tit. de Matrim. cap. 2. num. 7. optime Rodriguez 2. part. cap. 216. num. 3. Lud. à Paramo, de Ædicto fidei, lib. 3. queſt. 5. nu. 130. ad med. Ledeſm. in addit. ad 3. p. quæſt. 42. art. 1. pag. 53. col. 1. Sot. in 4. diſt. 26. quæſt. 2. art. 3. pag. 91. Salzed. in dict. cap. 73. pag. 235. verſ. Secundo illud etiam, Did. Perez. lib. 5. titul. 1. l. 1. pag. 40. in principio, Angles pag. 525. verſ. Hinc collige, Alphonſ. Vega in Silua caſ. lib. 6. caſ. 116. verſ. Nota, & caſ. 117. ad med. & lib. 3. caſ. 361. in prin. Viuald. in Candelabr. tit. de Matrim. n. 241. plures refert Ceballos quæſt. 604. num. 53. Qui omnes indiſtinctè aſſerũt, prolationem dictorũ verborum nunquam fuiſſe, nec eſſe de ſubſtantia, & eſſentia Sacramenti Matrimonij, ſed ſolum fuiſſe mutuos conſenſus, per verba de præſenti inter perſonas habiles expreſſos,

Digitized by Google

expreſſos, nec ante Concilium Tridentinum ad matrimoniũ tanquam de neceſsitate eius miniſter declaratus eſt, cum conſtet per quã plurima iura relata à glo. in cap. Tua nos, de
39 ſponſal. & Conar. in 4.2. p. cap. 1. §. 1. num. 8. & à Doctoribus ſupra allegatis, legitimum, & ratum ſtare matrimonium, per mutuum conſenſum, etiam ſine miniſtro, quod notãt vt quid peculiare, in matrimonio, cum in cæteris alijs omnibus, Eccleſiæ Sacramẽtis, miniſter de neceſsitate ſit, ſi ergo miniſter non eſt de neceſsitate Sacramenti, neq; eius verba erũt neceſſaria, neq; etiam iure nouo, & decreto Concilij Tridentini, verba parochi eſſe neceſſaria de neceſsitate Sacramẽti, ſatis ex eo conſtat, quia vbi verba ſunt neceſſaria, ponuntur certa, & non pro libito variari poſſunt. Vnde cum Cõcilium diſponat, quod parochus illa verba proferat, vel alia iuxta ritum cuiuſlibet Prouinciæ, ſequitur, quod cum Concilium non iniungat verba certa proferenda à parocho, quod illa nõ ſunt de neceſsitate Sacramenti, ſi namq; verba miniſtri neceſſaria forẽt, haud dubie velut forma eſſent, & conſequenter determinata eſſent, neque pro libito mutari poſſent, magis quam in alijs Sacramentis, vt tradunt Veracruz vbi ſupra, & Viual. de matrimonio num. 18. Poſt hęc noſtra ſcripta vidi declarationes ſacrę Congreg. ſuper iſta verba Concilij: Ego vos in matrimonio cõiungo, quarum prima ait: & ſi parochus nihil dicat, conſtat tamen matrimonium, modo partes contrahant. Alia declaratio ait; non pertinet ad ſubſtantiam matrimonij, vt parochus aliqua verba proferat, ideo valet matrimonium, quamuis verba exprimentia cõſenſum prolata ſint tantũ à contrahentibus, dũmodo parochus ſit præſens, & intelligat id quod agitur, licet diſentiat, & cõtradicat adhibitus verò parochus intelligitur, etiam ſi ex alia cauſa eſſet vocatus, dummodo ſit adhibitus ad illum actum, tertia declaratio dicit; quæ verba non pertinent ad ſubſtantiam matrimonij Sacramẽti, ideo valet matrimonium, etiam quod verba cõſenſus prolata ſint tantum à contrahentibus; non à parocho, dummodo adſit præſentia parochi, quæ ſufficit abſq; ipſius parochi verbis.

40 Ex quibus infert ipſe Veracruz, quod ſi parochus cognito cõſenſu vtriuſq; in matrimonio nulla proferat verba, dummodo ſint teſtes, quamuis peccet, non proferendo verba ibidem expreſſa, vel alia ſecũdum ritum Prouinciæ, matrimoniũ tamen eſſe validum de quo etiam Viual. de matr. nu. 22. in fin. & Vega in d. caſ. 116. & 117. ex quibus omnibus ſatis colligitur, illa verba: Ego vos coniungo à Sacerdote prolata, nõ eſſe formam huius Sacramenti, ac per conſequens parochum, vel alium Sacerdotem non eſſe mini-
41 ſtrum huius Sacramenti, vt optime probãt D. Tho. in 4. d. 1. quæſt. 1. art. 3. Sot. diſt. 26. quæſt. 2. art. 3. Petrus Soto de Inſtit. Sacerd. tit. de matr. lect. 12. in princip. Didac. Perez Ledeſm. vbi ſupra, & in quæſt. 44. art. 3. pag. 231. Spino in dict. gloſ. 15. num. 11. Viuald. in eodem tit. de matrim. num. 240. Henrriq. in dict. nu. 7. ad med. ſed miniſter huius Sacramenti, ſunt coniuges, cum ſibi ipſi materiam, & formam miniſtrent. Angl. flor. Theolog. pag. 526. Spin. in dict. gloſ. 15. ex num. 6. & 11. ad fin. Viuald. de matrim. ex num. 20. Rodriguez 1. par. cap. 216. num. 3. verſ. *Signeſe mas*, Henriquez lib. 11. cap. 4. in princip. optime Alphon. Vega in Silu. caſ. lib. 6. caſ. 117. Lud. Lop. 2. p. c. 59. pag. 79. verſ. quarta con-
42 cluſio, & perfectio vnius conſenſus ab alio dependet. Vnde dum vtriuſq; conſenſus accedat, neq; materia eſt, neque forma, vt ex Sot. reſoluit Spino in dict. gloſ. 15. num. 12. verſ. Nam perfectio, & verba illa: Ego vos coniungo, deſeruiũt ibi ad approbationem coniunctionis, vel benedictionem, ſeu pro inſtructione Sacerdotum, vt annotarunt Ledeſma in dict. pag. 53. & Ioan. Segura Dabal. in dict. cap. 15. num. 52. in fin. & ſi aliud Concilium voluiſſet expreſsiſſet vtiquè, vt in alijs Sacramentis expreſſerat, argum. l. ab Hoſtibus, §. Sed quod ſimpliciter, ff. ex quibus cauſ. & in l. 3. ff. de Offi. Pręſid. nec in re adeo ardua, & difficili confuſſe tranſiret, ſed claris, & apertis verbis id exponeret, denique ex his, & alijs quę referunt Doctores in locis ſuperius allegatis, dicendum videtur ſolam parochi, & teſtium pręſentiam, requiri in matrimonio contrahendo. Neque eſſe de eſſentia contractus, vt verba illa proferantur, nec ob eſt dicere, quod ſi parochus & teſtes in matrimonijs contrahendis, decepti, atque coacti interſint, eorum præſentiam nihil operari, ex indeque matrimonium eſſe inualidum; teſtis inquam, vt dicit
43 Ioan. Segura in dict. cap. 15. num. 53. tribus modis poteſt intereſſe negocijs, volens ſcilicet, nolens, & ex accidenti, primum pertinet ad teſtes rogatos, qui in cõtrahendis cõiugijs nõ requiruntur, vt ſint rogati, ſed ſolũ illorum

illorum prçſentia deſideratur. Secundũ per
tinet ad cauſas, in quibus non requiritur ro
gitus, vbi ſi teſtes coacti, & inuiti, & per ca
pillos (vt aiunt) cõtractui matrimonij inter
ſint, cũ prçſentia intellectuali, adhuc idonei
ſunt, nec per hoc cõtractus annullatur, quia
vis non eſt illata eorum dictis, ſed perſonis,
& multo fortius ſi caſu, & ex accidenti inter
fuerunt; idemq; etiam dicendum eſt, de pa-
rocho, cuius conſenſus, vel intentio in con-
tractu matrimonij (cum huius Sacramenti
non ſit miniſter) nihil operabitur, ſolũ enim
eius prçſentia deſideratur, ad probationem
contractus, tanquam cauſa ſine qua nõ, non
tamen ad eſſentiam Sacramenti, vt ſupra di
ctum eſt, vnde nõ requiritur, vt ſuum inter
ponat conſenſum, & decretũ, ſed ſolũ quod
aſsiſtat, Rodrig. in ſum. 1. p. cap. 218. nu. 11.
poſt med. & quemadmodum, velit nolit, cõ
pelli poteſt à iudice parochianorum, matri
monia celebrare, & corporali præſentia ap-
probare, & auctorizare, ita etiam erit, ſi ali-
quo quæſito colore decipiatur, vt matrimo
nijs contrahendis etiam inuitus, aut decep-
tus accedat, vt tradunt, poſt alios ſupra Se-
gura, in d. cap. 15. n. 51. Ortiz in ſum. cap. 16.
fol. 42. in fi. & ita pluries declaratũ extitiſſe
per Dominos Cardinales, interpretes ſacri
Concilij, conſtat ex exemplaribus adductis
à Salzed. in d. c. 73. pag. 236. & à Ledeſ. vbi
ſupra, Lud. Paramo de Ædict. fidei lib 3. q.
5. num. 130. ad med.

Ad ſecundum argumentum deſumptum
44 ex d. cap. Cum eſſes de teſtam. reſpõdetur,
maximam eſſe differẽtiam inter deciſionem
illius textus, & iſtius, nam vltra quod iſta
eſt deciſio Conciliaris, illa vero ſolius Ro-
mani Pontificis, in qua multo facilius diſpẽ-
ſari ſolitum eſt, hic etiam textus Concilij
continet clauſulam decreti irritantis, quæ
inducit formam, operaturq; nullitatẽ actus
cõtrarij ipſo iure, per ea quæ tradunt Cabal
lin. in milleloq. 467. cum ſuperius allegatis
in verſ Qui aliter, vnde neceſſario diſpoſita
in eo, debent advngueẽ obſeruari; ex iuribus
vulgatis, textus vero in d. cap. Cum eſſes, cũ
non habeat dictam clauſulam, non continet
annullationem actus cõtrarij. In dict. etiam
textu in cap. Cũ eſſes, cum nõ ſit diſpoſitum
quid agi debeat, caſu quo parochus non in-
teruenit confectioni teſtamenti, merito vt
caſus omiſſus recurritur ad ius cõmune; &
in caſu neceſsitatis, eius prçſentia ſuppletur
per duos alios teſtes, cũ regulariter plus duo
bus, quam vni teſti credatur, cap. Licet, cum
ſimil. de teſtib. Atvero in caſu dicti Cõcilij,
prudẽter, & caute diſpoſitum eſt, per quem
ſuppleatur præſentia parochi, ſcilicet per al
terum Sacerdotẽ, de ipſius parochi, vel Or-
dinarij licentia; à qua forma recedendũ nõ
eſt, cum in omnibus caſibus, qui contingere
poſſunt, prouide à ſancto Concilio diſpoſi-
tum fuerit, quod quidẽ ita obſeruatum non
fuit in d. cap. Cũ eſſes, ideo nec mirum, ſi ibi
ſuppleatur deciſio tex. hic vero minime.

Ibi: Parocho.

45 Primo circa horum verborum ſenſum du
bitari cõtingit, quis iſte parochus cẽſendus
ſit, qui prçciſſe pro matrimoniali vinculo ex
poſcitur: Quod præſens ſit, & quidem nega
ri nõ poteſt, quin ſit Epiſcopus, qui in tota
ſua Diœceſi eſt Ordinarius, vt trad. Spin. in
gloſ. 15. principali, n. 38. Segura in d. cap. 15.
num 46. Abb. in cap. Omnis, nu. 12. de pœ-
nit. & remiſ. ſic quilibet de Diœceſi dicitur
parochianus Epiſcopi, cap. Licet de ferijs, &
in cap. 1. de raptoribus, & in cap. Ad aures,
de pæn. & facit bonus tex. in Clem. Dudum,
§. in Eccleſijs de ſepult. ſimiliter etiã, & eius
Vicarius generalis, qui etiam Ordinarius di
citur, cum Epiſcopi, & ipſius ſit idem tribu-
46 nal, cap. 2. de Conſuet. in 6. cap. Romana, in
princ. de Appell. in 6. & tradunt Gutier. lib.
2. Can. Quçſt. cap. 17. ex num. 15. Azeb. lib. 3.
tit. 9. l. 1. num. 7. Ceballos quçſt. 604. num. 54.
Lancel. Córrad. in Templ. om. iud. lib. 3. cap.
6. §. 1. ex nu. 11. Vnde etiam in quolibet di-
ſtrictu, Vicarius ad vniuerſitatem cauſarum
conſtitutus, ſi matrimonialiũ cauſarum cog-
nitionem ab Epiſcopo delegatã habet, vices
Ordinarij obtinet, gloſ. in verb. moderatas,
in cap. Statutum, §. inſuper, de reſcrip. in 6.
aduertit tamen Ceballos in q. 604. num. 59.
Vicarium generalem Epiſcopi, debere eſſe
Sacerdotẽ, vt ab eo ſolemnizari poſsit ma-
trimonium, & atteſtatur de hoc eſſe declara
tionem Illuſtriſ. Cardinalium, Abbas etiam
magnus, vt Pincianus in ſua Eccleſia exẽpta,
matrimoniũ celebrare poterit; vt dicũt Hen
riq. lib. 11. cap. 3. nu. 4. in fi. Rodrig. 1. p. cap.
218. nu. 15. in fi. quç eſt nullius diœceſis, & ſi-
militer omnes habentes iuriſdictionem pri
uatiue ad Epiſcopos, vel immemorialẽ pro
ſe conſuetudinem, vel iuriſdictionem ordi-
nariam, vt plures allegando tradit Flamin.
Pariſ. de Reſignat. lib. 3. quæſt. 11. numer.
15. & 19. & Cardinales in Eccleſia ſui tituli,
quia

quia ij habent quaſi Epiſcopalē iuriſdictio nem,dicūtur Ordinarij. Item Legatus à Latere in ſuaProuincia,vt poſt alios ſupra tradit Vega 2.p.cap.34.de matrim.caſ.41.verſ. Nota, Ceballos vbi ſupra nu.96. & Sūmus Pontifex in vniuerſali Eccleſia; quia eſt caput ipſius,vt dixi in 1.p.Collect.11.num.1. vtriuſq; etiam coniugis parochus idoneus cēſendus eſt ad celebrationem matrimonij,

47 ſi diuerſarum parochiarum cōtrahentes parochiaoi fuerint,quia cum vnus ſine alio nō poſsit hoc Sacramentum ſuſcipere,fit vt ratione cōnexitaris vterquè contrahens fiat vtriuſq;parochi ſubditus;arg.cap.Per tuas, de Arbitr.& l.ſi cōmunem,ff.de com.præd. & tradūt Diaz in dict. verſ. Decimoquarto non eſt,Spin.in d.gloſ.15.num.41.& Segura in d.cap.15.num.47.Ab illuſtriſsima tamen congregatione interpretationi Cōcilij Tridentini deputata declararū extitit,ſufficere parochum mulieris,cū in eius parochia contrahitur;& præſentia parochi viri,cū in eius parochia contrahitur,vt explicant Nauarr. lib.4.tit.de ſponſ.conſ.1.num.1.& conſ.52. nu.1.Nauar.in man.cap.25.nu.144.Treuiſ. lib.1.deciſ.23.in princ.Ceballos quæſt.604. nu.60.Rodrig.d.cap.218.nu.5.Henriq.lib. 11.cap.3.n.2.verſ.quare,Lopez 1.p.cap.86. verſ. vbi ait,Ortiz in ſum.cap.17.fol.46.in fi.verſ.*Nota que para cōtraher*,Vega d.cap.34. caſ.42.verſ.*Qne no cae*.Lopez Inſtr.conſ.2.p. cap.39.pag.1061.verſ.Perpendi tamen,Ledeſma tamen in dict.ar.5.pag.191.ait,quod regulariter debet eſſe præſens parochus fœminę,quia communiter celebrantur matrimonia in domo fœminæ, & quod parochi in tali caſu concedunt ſibi inuicem licentiā, vt poſsint adeſſe matrimonio;&ſic haberur in multis declarationibus Cardinaliū,quas ipſe teſtatur vidiſſe,aut ſecundum Nauar.in Man.cap.22.n.27. poteſt eſſe parochus viri, cum contrahitur in eius parochia,idem Azpil.conſ.52. de ſponſal.Henriq.de matrim. cap.3.nu.2.An autem parochus ruralis poſſit deſponſare? Vide conſilia inſerta inter conſ.Menoch.poſt conſ.397.Caualc.deciſ. 2.nu.44.in 2.p. non tamen eſt reuocata pœna Clem.1.de Priuil. Azpil.conſ.1.de pœo. Aduerte autem,quod quamuis ſufficiat per ſupradicta,quod vnus rātum parochus,viri ſcilicet, vel mulieris aſsiſtat, melius tamen eſt, quod ſemper requiratur parochus mulieris,ex Paul.Fuſc.de viſit.lib.2.cap.3.n.21 Ceballos quęſt.604.nu.148. Mich.Thimot. de Viſit.Eccleſ.lib.2.tract.4.cap.11. & dixi in 2.part.Collect.81.num.8.declarat.Congreg. Cardin.71. Vide dictam Collect.vbi etiam annotauit,quis prius contrahentium interrogari debeat,an velit contrahere matrimoniū?Pro quo videndus etiam eſt Lancelot.Gal.in conſuet. Alexan.in gloſſ.vxoti in princip.num.13.Vinal.in Candelabr.tit. de matrim. num.41.

84 Sciendum etiam eſt, pro Regione Indiarum,quod propter penuriam miniſtrorum, Regulares Sacerdores, ex generali delegatione Pij Quinti,cōceſſa ad inſtantiam Philippi Secūdi Regis Hiſpaniarū,anno 1567. poſſunt adeſſe matrimonio, & Sacramenta miniſtrare,quaſi parochi,ita tamen vt in locum,qui alteri parocho,vel regulari deſignatur in proprium diſtrictum, non ſe ingetant alij. Vt tradunt Veracruz in Append. dub.5.verſ. Poſt Cōcilium Tridentinum,& in dub.11.verſ. Nona concluſio,& optime Rodriguez tom.1.quæſt.35.ex art.1.plura proſequitur in ornatum, & explicationem dictæ conceſsionis Pij Quinti, Henriq.lib. 11.tit.de matrim.cap.3.num.5.& quamuis ipſe ibidem, verſ.Nequè obſtat,fol.339.in dict.num.5.in addit.in lit.R.fateatur dicto priuilegio Pij Quinti in Praxi non fuiſſe derogatum,per Bullam Gregor.XIII.qua reuocauit omnes motus proprios Pij Quinti, qui derogāt Cōcilio Tridentino,quę Bulla habetur apud Nauarr.in fin. Manual.in vltima æditione anni 1575. & 1584. Ego tamen(ſalua pace)id minime credo verū eſſe, cum extet dicta derogatio priuilegiorum. Vnde exiſtimo id in illis partib⁹ Indiarum ſeruari, non quidem ob conceſsionem, & priuilegium Pij Quinti,cum ſit derogatum, ſed ex priuilegio alterius Pontificis ſucceſſoris,Gregorij inquam XIII.vel ex conceſſione Epiſcoporum, illarum partium, qui propter penuriam Clericorum ſecularium, poſſunt concedere ea priuilegia, & curam

89 animarum Regularibus de licentia ſuorum ſuperiorum,ſiue in perpetuum, vel ad tempus, Rodriguez tom.1.quæſt.35.artic.5.in principio, vel etiam dici poteſt, quod Reges Hiſpaniarum ſine conſenſu Epiſcoporum poſſunt aſsignare dictis fratribus populos Indorum, vt ibi exerceant hanc poteſtatem parochorū,vt ex Veracruz refert Rodrig.to.1.q.35.art.2. Quod iure optimo id eis cōpetere,probat ibi Rodrig.per Bullam Alex.6.& Pij V.& hoc pacto ſine dubio tā-

quam parochi recte interſunt mattimonijs
dicti Regulares,eriam ſi non ſint curati per
petui,ſed ad nutum amobiles;vt annotauit
Henriq.in dict.num.5.

50 Dicitur etiam proprius patochus ille,qui
ex poteſtate ordinaria poteſt cótrahétibus
Sacramenta miniſtrare,Spino in d.gloſ.15.
nu.37.Ledeſma in d.verſ.Terrium dubium
eſt,pag.191.Rodrig.in d.cap.218.nu.4.Ille
etiã,qui cómuni errote reputatur proprius
parochus,& pet ſuperiorem retinet poſſeſ-
ſionem beneficij, vel officij,ſat eſt pro ma-
trimonio,& ſimilirer prçſenria illius,qui eſt
publice,& nominarim denunciatus ob cen
ſuram,vel ob impetiriam, & vitia prohibi-
tus, ne miniſtret Sacramenta per ſe ipſum,
ſed per coadiutoré ab Epiſcopo datú. Quã
uis huiuſmodi circa vſum iuriſdictionis ha-
beanr impedimentum,cũ ſint vere parochi
cum habiruali iuriſdictione,beneficijſq; nó
ſint priuati per ſenrenriam,ſola namq; prç-
ſenria illius requiritur,qui eſt in poſſeſsione
parochiæ , etiam abſquè vllo iuriſdictionis
vſu,& miniſtratione Sacramenti,vt optime
trad.Henrriq.lib.11.cap.3.num.4 Ad quod
eriam ſunt cóſulendi,Rodrig.1.p.cap.218.
num.8.& 10. Ledeſma in pag.192.Nauarr.
lib.4.tir.de ſponſ.conſ.9.nu.2.Validumquè
etiam dicetur matrimonium,factum coram
parocho, cui interdictum eſt ab Epiſcopo,
ne interueniat,vt allegans Cógrcgarionem
Dominorum Cardinalium trad. Rodrig.d.
51 cap.218.num.4. Archiepiſcopus tamen,vel
alius Sacerdos de eius licenria,non poterit
ſuffraganeorum ſubditos matrimonio con-
iungere,quia quamuis ſit ſuperior ſuffraga-
neorum ſuorum,nó tamen eſt ſuperior ſub
ditorum ſuffraganeorũ , neq; in illos vllam
haber iuriſdictioné, niſi in cauſis appellatio
nis,& in alijs caſib⁹ particularibus;iux.tex.
52 in cap.Paſtoralis,vbi Doctor.de offic.Ord.
Vnde non poterit eis licentiam córrahendi
cócedere,prçterquã ſi Ordinarius ſine iuſta
cauſa illam deneget ſuis ſubditis, quia tunc
pet viam appellationis poreſt recurri ad Me
tropoliranum,hoc eſt,ad Archiepiſcopum,
& ipſe cognita veritate, poreſt præſtare li-
centiã clericis ſuffraganeorum,ad illud ma-
trimoniũ celebrandum,vr rradunt Rodrig.
in d.cap.218.nu.16. Spin.in d.gloſ.15.ex n.
39.Segura in d.cap.15.nu.50.Ledeſ.in pag.
192.verſ.Aduerrendum eriam eſt, Henriq.
in d.cap 3.n.4.in fi. Ceballos q.604.nu.97.
ſimiliter etiã,nec perſona electa virrute Bul
læ Cruciatæ,vel per alia priuilegia Apoſto-
lica,ad adminiſtranda Sacramenta, poterit
53 hoc Sacramentũ marrimonij miniſtrare,ſed
omnino requiritur, vt ſeruetur forma iſtius
textus , & quod interueniat parochos , vel
alius Sacerdos,de ipſius,vel Ordinarij licen
tia,vt trad.Rodrig.in d.cap.218.nu.17.Le-
deſma in d.pag.192.verſ. Ex dictis ſequitur
Spin.in d.gloſ.15.ex nu.42.Vega lib.2.cap.
34.tit.de matrim.caſ.154. verſ. *Empero nota pam eſte caſo*,vnde quãuis in articulo mortis,
qui aliàs nó eſt proprius Sacerdos efficitur
proprius, & abſoluere poteſt, nó tamen ſic
poteſt in articulo mortis matrimonio aſiſte
te,& cócubinarios coniungere,quia hoc Sa
cramentum nó eſt neceſsitaris,ſicur confeſ-
ſio; ita Veracruz in Appen.dub.5.concl.7.
fol.25. verſ.& vnum, Vega in dict.caſ.154.
in fi.Spin.in d.gloſ.15.nu.44.& 45.Rodrig.
in dict.num.17.verſ.*De aqui ſe infiere*.Ledeſ-
ma in dict.pag.192.colum.1.in fin.Henrri-
quez lib.11.cap.3.num.8. & ſuperius dici-
tut nu.12.pulchre doctiſsimus Sanchez lib.
3.diſput.17. ex num.3.

54 Elegans ramen dubium eſt, an in matri-
monio contrahendo,ſufficiat præſentia pa-
tochi , qui ſactis ordinibus non eſt inſigni-
tus? Et an ipſe poſsit eſſe huius Sacramenti
miniſter? Et quidem Henriq.in lib.11.tir.de
matrim.cap.3.n.5.Ortiz in ſum.cap.17.fol.
47.col.2.verſ.& parochus,& Nauarr.lib.4.
tit.de ſponſal.conſ.30. Vega in *Silua lib.6.*
caſ.112.in fi.& caſ.119.in fi.Ceballos quçſt.
604.ex num.56. indiſtincte fatétur,dictum
parochum verum eſſe miniſtrum , quamuis
non ſit Sacerdos.Pro qua opinione oprime
facit,ſi animaduertatur,quod Cócilium Tri
dentinum vndecies faciens mentionem in
ſeſſ.24.cap.1.de Refor.matrim.de parocho,
nulla earum vicium facit menrionem de Sa
cerdotio, niſi quádo actus permittitur fieri
per alium,quam per parochum,vnde vide-
tur ſentire tex. ille, quod parochus ſine Sa-
cerdotio poteſt exhibere prçſentiam matri
monio cótrahendo; ſed non per alium,niſi
ſit ille Sacerdos.Secundo facir,quia ralis pa
rochus ex dict.cap.1. poteſt concedere li-
centiam alteri Sacerdoti,vt ſit prçſens ma-
trimonio, etiam ſi non ſir Sacerdos ; quam
opinionem,vt probabiliorem ſequitur San
chez tom.1. de matrim.lib.3. diſput.20. ex
nu.3. Ergo ipſe poteſt per ſe ipſum prçſens
eſſe,vt ſufficir illius prçſentia.

Contrariã tamen ſententiam tuentur Na
uarr.

uarr.ſibi cõtrarius,lib.1.tit.de offi.Vicarij, conſ.1. Thom.Zerola in Prax. Epiſc.2.p.5. parochus,verſ.tertio an parochus,Ledeſ.in d.pag.191.& Rodrig.in d.cap.218.n.9.vbi aſſerunt, eam approbaſſe Congregationem Dominorum Cardinalium,quam etiam veriorẽ eſſe cenſeo.Vt non ſufficiat præſentia proprij parochi ad matrimonium cõtrahendum,niſi ipſe ſit Sacerdos;ita ſentit Azpilc. conſ.1. de offi.iudi.lib.1. vbi ait, quod nec Vicarius Generalis,ſi non eſt Sacerdos,nõ poteſt: licet contrarium putet vetius idem Azpilc.conſ.30.de ſponſal.pag.381.&conſ. 44. nihilominus tamẽ mea opinio ſatis colligi videtur ex d.c.1.in verſ. Qui aliter quã præſente parocho, vel alio Sacerdore, &c. dictio enim,alius,eſt relatiua,& ſimilitudi-
55 nem denotat,referturq; ad ſimilia l. Quidã relegatus,& ibi Barth.& Soc.per illum tex. de Reb.dub.& tradunt Mandoſ.in reg.3.q. 8.n.2.& in reg.14.q.4.n.5.& in gloſ.facult. 5.& propriũ,in verb.& alijs,Gutier.de iur. 1.p.c.14.n.13. in fi. Villalob. in com.opin. in verb.alius, verſ.99. dicens cõmun.opin. Vnde quidem videtur,parochum illum debere eſſe Sacerdotem,vt dictio,alius,poſita in tex.inter parochum,& Sacerdotẽ, ſit repetitiua ſimilium, non autem maiorum; vt etiam annotauit Siluan.conſ.45.num.45.& Mandoſ.in d.nu.5. Pro qua opinione bene etiam facit,quod verba illa quę pręcipit Cõcilium,vt proferat parochus,& benedictio, quæ ab eo ſolet dari, non poſſent cõmode, & decenter exerceri à non Sacerdote, facit etiam,quia in manualibus omnium fære Diœceſũ cauetur,vt parochus vtatur ſtola illis actibus,nulla quidem habita diſtinctione,an ſit Sacerdos,vel non; & tamen ſi pro certo haberetur,quod poteſt eſſe parochus miniſter nõ Sacerdos,ſine dubio caueretur à viris illis prudentiſsimis, & doctiſsimis, quorum cõſilio,& opera huiuſmodi manualia inſtituta ſunt, ne tali caſu parochus non Sacerdos vtatur ſtola; iuxta regulam Miſſalis Romani. Præterea id confirmatur,ex his quæ tradit Ceballos,in d.q.604.nu.59.aſſerẽs,Illuſtriſsimos Cardinales interpretes ſacti Concilij declaraſſe,Vicarium Generalẽ Epiſcopi Sacerdotẽ debere eſſe de neceſsitate, vt poſsit ſolẽnizare matrimonia;ergo idem dicendũ videtur de Vicario parochiali,cũ vterq;ſit parochus,vt ſuperius dictum eſt. Quam etiam rationem ſequitur Zerola 2.par.5.parochus,verſ.3.

Nec obſtat quod dicebatur,vt quemadmodũ poteſt alteri delegare vices ſuas, poteſt ipſe præſens eſſe, & eos coniungere, & cum huiuſmodi præſentia videatur actus iuriſdictionis, eſt capax parochus ſimpliciter tonſuratus,per ea quę trad.Henriq.vbi ſupra, in addit.margin.in lit.N.Reſpondetur enim,huiuſmodi actum nõ ſolum eſſe iuriſdictionis,ſed etiam ordinis,vnde requiritur quod ipſe parochus ſit Sacerdos,aliàs quãuis alteri ſacerdoti poſsit ſubdelegare vices ſuas,ſibi tamen eas nõ poterit retinere,arg. tex.in c.Omnis vtriuſq;ſexus,de pæn.& remiſ.vbi parochus poteſt alteri cõmittere Sacramentales confeſsiones ſuorum ſubditorũ,& tamen ipſe nõ poteſt eas audire ſi non ſit ſacerdos,nec ſacramentaliter abſoluere; etiã ſi ſuus parochianus ſit in articulo mortis,vt optime probant Couarr.in cap.Alma mater,1.p.5.11.n.9. Viual.in tit.de confeſ. n.30.Nauat.in cap.1.in prin.de pœnit.dub. 6.ex nu.81.Sot.in 4.diſt.18.q.4.art.1.ad fi. Fateor plane,his rationibus,& auctoritatibus DD.à me allegatis,probabiliorem iudicaſſe eorum ſententiã,qui arbitrantur,Parochum(cuius præſentia neceſſaria eſt in matrimonio cõtrahendo)debere eſſe ſacerdotem;cæterũ poſt hæc ſcripta vidi deciſionẽ 70.Rotæ,quæ in hæc verba ait,Cõgregatio Cõcilij cenſuit,matrimoniũ contractũ corã Parocho nõ ſacerdote valere,& ita huic ſententię libenter me ſubſcribo.

56 Hic etiã in dubium reuocari ſolet,an proprius paroch' poſsit extra territoriũ ſuum, abſq;licẽtia alterius parochi,vel Ordinarij, ſuos parochianos libere cõiungere? Et quidẽ Ioan.Segur.in d.c.15.nu.49.tenet,quod quẽadmodum quilibet parochus,extra ſuũ territorium poteſt ſuos parochianos confiteri, eoſq; abſoluere, Zech.tract.de Pœnit. cap.14.pag.561,verſ.& tanti, & alia ſimiliter exercere,quæ ad voluntariã iuriſdictionem,& non contentioſam ſpectant, ita etiã hos tanquam ſuos parochianos coniungere valebit.Quam etiã opinionem ſequitur Spino in d.gloſ.15.nu.42.Vega to.2.cap.34.do matrim.caſ.42.verſ.*Nota que el matrimonio*,& Henriq.lib.11.cap.3.num.2.iux.fi.aſſerens, validum eſſe tale matrimonium,quia Cõcilium Tridentinũ nihil de loco expreſsit,ſed de præſentia parochi vnius cõtrahentiũ, & ſic valent reliqua Sacramenta,quæ ſubditis confert parochus,& ſimiliter Epiſcopus extra territorium; vt ibidem ipſe probat in

add.in lit. S. Rodriguez tamen in dict.cap. 218.nu.7.& Salzedo in dict.cap.73.ex pag. 242.verſ.Vndecimo prętermittendum non eſt,quamuis fateantur validum eſſe tale matrimonium,cenſent tamen parochū nō eſſe à pœna immunē,qui extra oppidū in aliena parochia, vel Diœceſi abſquè licentia proprij illius parochi,vel Ordinarij ſibi ſubditos matrimonio copulauit. Et cū pro hoc, certa pœna à iure ſtatuta non ſit,iudicis arbitrio imponi debet,iux.l.1.§.1.ff.de iur.de lib.cap. De cauſis,§.de illis,de offic.deleg. quæ pœna maior, vel minor erit, perpenſa malitiæ cauſa,quæ anſam pręſtitit dictæ matrimonij celebrationi. Non inquam criminis ſuſpicione caret parochus,qui nulla ſub ſiſtēre cauſa,extra oppidum, in aliena parochia,propria auctoritate matrimonium celebrat.Et hanc opinionem veriorem,& crebiorem eſſe cenſeo, quāuis contrariam tueatur Nauar.lib.4.ritul.de ſponſal. conſil.47. aſſerens, non ſufficere præſentiam parochi extra ſuam Diœceſim,vel parochiam,ipſius tamen fundamentis(ni fallor)optime reſpō dent Rodrig.& Vega vbi ſupra.

Nec refert quidquā, quod in oppidis in quibus diuerſæ parochiæ conſtitutæ ſunt, apud nos moribus receptum ſit,vt impune vnus parochus ſine alterius, vel Ordinarij licentia,ſibi ſubditos matrimonio copular, in aliena parochia, quia,vt dicit Salzed.vbi ſupra,id cōringit, quia parochi ſaltem tacite, alternis vicibus ſibi ipſis hoc facere permittunt, quod ſi cōtradicerent,nullo modo liceret,puniriq; poſſent, vt dictum eſt,perpenſa malitiæ cauſa.

57 Maior tamen dubitatio eſt, an parochus poſſit intra ſuum territorium alienos parochianos impune coniungere, renuente proprio parocho, vel eo prorſus inſcio? Et quidem cum Sancta Synodus Tridentina ſolū prohibeat, ne matrimonium celebretur ſine parocho, vel alio Sacerdote, de ipſius parochi, vel Ordinarij licentia, & ille habeat huiuſmodi qualitatē, ſitq; parochus illius territorij, in quo celebrantur coniugia, videtur tale matrimonium validum eſſe. Hoc etiam

58 confirmatur ex eo quod, in Bulla Cruciata dicitur, quod eam ſuſcipiēres, poſſint eligere Cōfeſſorem approbatum ab Ordinario, & tamen non intelligitur Ordinarius proprius, ſed quicunq; Ordinarius; cum ſemel approbatus ab vno, ad audiēdas confeſſiones, cenſeatur habere qualitatem, vt in qua libet Diœceſi poſſit elegi in Confeſſarium ab habente Bullam, vt tradunt Franciſ.Ortiz Lucio in ſum. in 3. pręcep. Eccleſ. fol. 142.in verſ. *Y nota que*, Ant.Gomez in explic. Bul.Cruc.clauſ.10.n.8. Doctiſsimus Magiſter Fr. Bartholomeus Medina, 1.2.q.19. art.6. Henrriq. lib.7.tit.de Indulgen.c.12. num.4.reffert plures Viuald. in tit.de confeſ.n.28.verſ. Tertia concluſio, Vega lib.4. caſ.29. dicit eam eſse veram, & ſecurā opinionem, per rationes quas reffert Gutierrez lib.1.Can. Quæſt.q.27.ex princ.ſic etiā in caſu noſtro dicendum eſt, cum enim Cōcilium dicat, quod fiat matrimonium coram parocho, tā de proprio, quam de alieno intelligi debet; ita vt qui qualitatē illam par rochi obtineat, vbicumquè idoneus iudicetur ad celebrandum matrimonium, vel ad concedendam licentiam alicui Sacerdoti, vt iuxta formam Concilij Trident. coniungat contrahentes.

Nihilominus tamen contrariam ſententiam, tenent Rodrig. in dict.c.218.nu.4.& Ledeſ. in.d.pag. 191.in §.tertium dubium eſt, aſſerentes, proprium parochum debere ipſos contrahentes coniūgere, alienum vero nullo modo poſſe; vnde dicit Veracruz in Appen.ad 5.dub.pag.21.verſ.Tertia concluſio.Matrimoniū contractū præſente alio ſacerdote, ſi nō ſit de licentia proprij parochi, irritū eſſe; ille vero dicitur parochus in Concilio, qui dicitur proprius Sacerdos, in c.Omnis de pœn.& remiſ. vbi etiā annotauit Abb.in nu.12.dicens, quod proprius Sacerdos dicitur, & appellatur Presbyter parochialis; quod etiā ſatis probatur in dicto Concilio ex antecedentibus, & ſubſequentibus, vt debeat intelligi de proprio, & non de alieno, cū immediate ſubſequatur clauſula contrahentis, poſt clauſulā denunciantis, vnde cum denūciare teneatur proprius parochus, videtur quod Cōcilium intelligi debeat de proprio parocho, non ſolum denunciare, ſed etiam cōtrahenre; cum videatur abſurdū, quod Sacerdos proprius denūciet, ad eumq; deueniāt impedimenta, ſi quę ſint inter cōtrahentes, & interim eo parocho inſcio alius celebret matrimoniū, nō examinatis impedimētis, vt optime proſequitur Ledeſma vbi ſupra, & Menoc.conſ.397.n.50.

59 Ego verò quamuis vera eſſe exiſtimē ſupradicta, pro faciliori tamen reſolutione, & intellectu iſtius quęſtionis, ſic diſtinguendū eſſe cenſeo; parochianos ſiquidem vnius parochię

tochiæ abeſſe poſſe ab ea, in aliaq; motam facere, aut ad tempus, & ſine animo conſtituendi domicilium in ea, ſed animo reuertendi ad propriam; & tunc quidem Sacramenta quę ſunt neceſsitatis, poſſunt ipſi parochiani recte in aliena parochia recipere, vt Baptiſmum, Pœnitentiam, Euchariſtiam, & ſimilia, parochuſq; alienus impune (imo meritorie) poterit eaSacramẽta miniſtrare; alia verò Sacramenta, quæ ſunt volũtaria, vt ſunt Matrimoniũ, Confirmatio, & ſacer Ordo, miniſtrare paroch⁹ minime potetit, nec Epiſcopus in ſuo caſu, abſquè peccato, ſine licentia proprij parochi, aut Epiſcopi. Quamuis hæc ſit differentia inter huiuſmodi Sacramenta, quod ſacer Ordo, vel Confirmatio, ſi cõferantur ab alieno Epiſcopo tenẽt, grauiter tamẽ peccat Epiſcop⁹ ea Sacramenta cõferens, & punitur à iure: matrimoniũ tamen nullo pacto tenet, ſi ab alieno parocho miniſtratur, nõ obtenta proprij parochi, vel Epiſcopi licẽtia, vel etiam parochiani poſſunt transferre ſuam habitationem, ad alienam parochiam, & territorium, non quidem ad modicum tempus, ſed animo ibi cõmorandi, & tunc quidem cum ibi præſumantur habere domicilium, licite poterunt omnia Sacramenta, tam neceſsitatis, quam voluntatis ab eo Epiſcopo, vel parocho, vbi habitant, recipere, nulla obtenta licentia alterius Epiſcopi, vel parochi, vbi habuerunt domicilium.

60 Vt autem hæc facilius intelligi valeant, referam ad literã verba Doctorum, ex quorum dictis pręfatam concluſionem deſumpſi. Ioan. enim Selua de benefic. 3. par. quæſt. 42. num. 4. ait, illum dici parochianum, qui de facto habitat in aliqua parochia animo manendi; ita quod, vere ſit ibi translatus, & non iuris fictione. Quem refert, & ſequitur Abb. in cap. Extirpandæ, §. qui verò, el 2. de Præb. nu. 11. idem etiam aſſerit Feder. de Sen. in Conſi. 254. col. 4. verſ. Sed diceret aliquis, dicẽs eum dici de parochia alicuius Eccleſię, qui ibi de facto habitat animo manendi, D. Anton. in tract. de excõmun. cap. 54. num. 5. & Cardin. in Clem. de Priuileg. n. 8. in 16. quęſt. dixerunt, eum qui in aliena parochia diuertit cauſa recreationis, vel ob aliam cauſam tẽporalem, reuerſurus ad propriam parochiam, illius Eccleſiæ parochianum nullo modo effici. Et hinc eſt, quod ſi ibidem decidat, non in parochia, vel villa, ad quam recreationis gratia ſe tranſtulit, ſepeliendus eſt; ſed in Ciuitate, vel Caſtro, vbi habebat domicilium. Vt decidit tex. in cap. Is qui habet, de ſepult. in 6. quod etiam pulchre reſoluit Abb. in cap. In noſtra, num. 10. & 11. de ſepult. Henriquez etiam lib. 11. cap. 3. num. 2. ſic ait, id præſentiæ officium præſtare non poteſt alienus, quamuis eſſet parochus, & Epiſcopus in cuius tunc Diœceſi, qui tentant contrahere, adſunt cauſa recreationis, aut honoris, ſed oportet, vt ſit proprius ſaltẽ vnius contrahentium paſtor. Ioan. Segura Dabal. in Director. iud. Eccleſ. fori 2. part. cap. 15. num. 48. in fin. ſic etiam diſſerit, niſi animo illic cõmorandi ſe tranſtulerint, nõ poteſt alius quam proprius parochus eos coniungere, Did. Spin. in Spec. teſtament. in gloſſ. 15. princip. num. 41. ita dicit, quando ſponſi tranſeunt in alienam parochiam animo reuertendi, non mutatur domicilium, ſed coram parocho parochiæ, vbi domicilium habent, tenentur contrahere. Idem etiam fatetur Menoch. conſ. 398.

61 num. 5. his elegantiſsimis verbis: non tenuit matrimonium, quoniam Presbyter ille ruralis Eccleſiæ, in cuius parochia cõtractum dicitur matrimonium, non erat parochus alterius ex ſponſis. Quia cum rus profecti fuerint ſponſi recreationis cauſa, & ibi continue moram non traherent, non dicitur ibi matrimoniũ à proprio parocho contractũ. Quo ſtante, ſequitur matrimonium, illud nullum eſſe, cum non à parocho ſponſi, ſeu ſponſæ, neque de parochi licentia celebratum fuerit, vt expreſſum eſt in dict. capit. 1. de Reformat. Matrim. verſic. Qui aliter, & in numer. 49. ait ſic, ſola mora temporalis, ſine conſtituendi animo domicilium, non ſufficit, & idem Menoch. in conſil. 446. numer. 12. atteſtatur dicens, parochia dicitur illa, in qua quis ordinariam habitationem habet, non tamen illa ruris, in qua tempore æſtiuo gratia culturæ faciliotis ſe confert, & idem probat Nauar. lib. 4. titul. de Clandeſt. deſponſat. conſil. 2. nnmer. 2. & ſatis id probatur ex cap. Is qui de ſepult. in 6. idq; ſatis expreſſe annotarunt Maſcard. de Probat. volum. 3. concluſ. 1145. & Menoch. de Pręſump. lib. 6. pręſump. 88. ex princ. & tradit Ceballos quæſt. 604. nu. 61. Tho. Zerola in Prax. Epiſcop. 2. par. §. parochus, verſ. Secundo contrahitur. Idem etiam elegantiſsime probat Henriq. lib. 11. c. 3. nu. 3. his verbis: Si autẽ vir, & fœmina, qui alibi habent permanens domicilium, accedant doloſe in aliud

aliud oppidum,ſine animo permanendi, & ibi,corã illius oppidi parocho, quaſi vicini contrahant,nõ valet, ſolus enim dicitur illorum parochus,vbi citra fraudem vere habent domicilium,animo permanendi. Nec ſatis eſt, vt quis in parochia illius ruris, ſeu pagi, habeat domum ruſticanam , in quam ſe ad tempus cõfert,gratia recreationis,aut culturæ; Ad idem etiam mire faciũt,tradita à Nauar.lib.4. titul.de Clandeſt.deſponſat. conſ.2. vbi conſultus, an validum eſſet matrimonium Ciuitatis incolarum,qui in rure prædia habentes,ibi matrimonium contraxerunt,reſpondet matrimoniũ non tenere, & in num.2. ait, nec obſtat, quod prædicti contrahentes,vel alter eorũ habeat domos, & prędia in illo rure,ſiue pago, & quod aliquanto tempore ſoleant ibi cõmorari,cauſa recreationis,vel ruſticandi,vel exercendi per ſe, vel per alios aliqua ruſticalia , quia ea non ſufficiunt ad faciendum quem parochianum,parochiæ ruris,vt eſt caſus irrefragabilis,in cap.Is qui de ſepult.in 6.& Vega 2.p.cap 34.caſ.42.verſ. *Tambien nota*, & Rodriguez in Sum.1.par.cap.218.nu.6.dicunt ſic: *Si el deſpoſado, y la deſpoſada ſe paſſan a Parrochia agena, o a otra dioceſi, ſin animo de morar alli; pueden ſer caſados por el Parrocho de aquella Parrochia , con licencia del Parrocho donde tienen ſu vezindad, y domicilio : porque aunque del Parrocho ageno pueden recebir el Sacramento de la Penitencia, y Euchariſtia por Paſqua:empero no pueden recebir eſte Sacramento del Matrimonio , por quanto no es forzoſo, ſino libre: mas ſi van con animo de permanecer, pueden ſer caſados por el Parrocho de aquella tierra, donde de nueuo van a morar*, & idem Emanuel Rodriguez num.7.in fin. & Alphonſ.Vega in dict.caſ.42.in fin. aſſerunt: *Nota que los que tienen heredades, y ſe van a ellas algun tiempo del año; teniendo ſu domicilio; caſa, y familia en la Cindad, caſandoſe con el Parrocho de las heredades, y campo, no vale el matrimonio ; ſino ay licencia de ſu proprio Parrocho de la Ciudad, o de ſu Ordinario, pues alla tienen ſu domicilio.* In cuius etiam opinionis confirmationem,plura cumulat Menoch.ex ſua,& grauiſsimorum Iuriſconſultorum ſententia, in dict.conſ.398.vbi poſt longam diſputationem concludit ; ita deciſum fuiſſe per Dominos Auditores Rotæ Romanæ: & Alph. Vega ait in Silua caſ.lib.3.caſ.225.& in lib. 6.caſ.113. *Quando el Cura caſa a algunos, que ninguno dellos es de ſu Parrochia , el Matrimonio no es valido; y el queda ſuſpenſo de ſu officio*; & Ceballos quæſt.604.num.63. ait, quando quis ſe transfert ad aliam parochiam,animo reuertendi ad primam,non poteſt contrahere coram parocho ſecundę, Abb.etiam in cap. Nullus Epiſcopus de paroch.numer.4. ait, quod ad Sacramenta neceſſaria, Epiſcopus habitationis erit iudex competens,ſed non quoad voluntaria;quem ſequuntur Silueſt. in Sum.verb. domicilium, ex num.2.in fin. vbi Tabienſ. in verſic. Vnde quoad Sacramenta, & ibidem optime Ang.in verſ. Quo
62 verò,& tradit Menoch.in dict.conſ.398.nu. 45.Quod etiã Epiſcopus minime poſsit nõ ſubditos confirmare,& quod peccet mortaliter,ſi id faciat,tradunt etiam expreſſe Lęlius Zechius, de Sacramento Confirm.cap. 10.in fin.Viuald.in Candelabr.in tit.de Cõfirmat.num.30.Circa Sacramentum autem Ordinis,nulli dubium eſt,Epiſcopum minime poſſe illud conferre non ſubdito,niſi cũ licẽtia proprij Ordinarij;iuxta deciſionem Concil.Trid.in ſeſſ.23.de Refor.c.8.c.Cum nullus,de temp.ordin.in 6.

Ex quibus omnib' ſatis liquido apparet, cõcluſionẽ ſuperius adductam, veriſsimam eſſe ; parochianos ſcilicet vnius parochiæ, poſſe impune recipere Sacramenta neceſſaria in aliena Parochia, vel Diœceſi,minime verò licere ſumere Sacramenta voluntaria, ſine licẽtia expreſſa proprij parochi,vel Ordinarij; & per conſequens matrimoniũ contractum ab incolis vnius parochię, *intra* terminos alterius parochiæ,abſq;licentia proprij parochi nullum eſſe.

63 Et quamuis ex ſupradictis , plene videatur ſatisfactũ argumentis in principio quęſtionis propoſitis,vltra ſupradicta tamẽ reſpondetur ad ſecundum argumentum , veriorem,& receptiorem eſſe opinionem,Cõfeſſarium approbatũ ab vno Epiſcopo,non poſſe eligi à pœnitente,etiam virtute Bullæ in alio Epiſcopatu in Confeſſarium,vbi nõ ſit approbatus ab illius Ordinario,ipſumq; Confeſſarium minime poſſe audire confeſſiones in alio Epiſcopatu,quam in quo fuit approbatus, per plures, & elegantes rationes,quas refert,& ſequitur Ioan.Gutierrez lib.1.Canon.Quęſt.cap.27.ex num.6.Quam etiam opinionẽ ſequitur, vt veriorem Rodriguez in Explic.Bul.§.9.verſ. *Lo ſegundo ſe duda*, ex pag.49.in fin.Iacob.de Graffis lib. 3.cap.5.num.109.Rodriguez in Summa 1. par.cap.60.num.4.& late idem Rodriguez tom.1.Quęſt.Regul.quęſt.59.art.5.& tradit Viuald.

Viual. in dict. nu. 28. verſ. contrariū tamen, & quos refert Vega lib. 4. caſ. 29. in princip. quamuis ipſe contrarium ſentiat. Pro hac tamen opinione, extat quædam declaratio Dominorum Cardinalium, Congreg. ſacr. Concil. Trident. cuius thenor talis eſt; Virtute Cruciatæ eligi non poteſt in confeſſarium, niſi ex approbatis per eligentes proprium Epiſcopum. Qua quidem declaratione extante, tutum non videtur, contrariā ſententiam defendere, ptovt etiam affirmat Lud. Lop. inſtr. conſc. 2. par. tit. de Bulla. c. 8. pag. 811.

64 Vlterius non ineleganter hoc in loco in dubium reuocari poteſt, quomodo contrahere poſsint matrimonium Chriſticolę, qui captiui, aut libere habitant, & commorantur apud Turcas, Hæreticos, aut Indos, vbi non eſt publicatum ſanctum Concilium; ſi namque parochi præſentia omnino requiritur, vt deciditur in hoc decreto, videtur dicendum, ipſos Catholicos nullo modo poſſe contrahere matrimonium validum; cum in illis partibus non ſit copia parochi; vel aſſerendum eſt, ipſos poſſe legitime contrahere contra formam Concilij; primum autem dicere eſt maximum inconueniens, vt ille qui ſecundum ius naturæ libertatem habet alteri dando ſe ipſum, impediatur per ius humanum; ſecundum vero aſſerere repugnat deciſioni Concilij; vbi indiſtincte annullantur, & irrita iudicantur matrimonia, aliter quam præſente parocho contracta; & quidem ſi Chriſtiani legitime coniungi nō poſſent, ocaſio maxima eſſet adulterijs, & concubinatui ianuam aperiendi.

Huic autem obiectioni reſponderi poteſt, quod migrantes in Regiones, vbi hoc decretum Concilij nunquam promulgatū fuit, ſi ibi vere acquirant domicilium, aut ſaltem habeant animum permanendi, poſſunt contrahere matrimonium, ſine parocho, & teſtibus; quia vt habetur in Concilio dictum decretum non obligat, niſi poſt ſolemnem publicationem factam, in ſua parochia poſt triginta dies, vnde cum apud Sarracenos, vel Turcas talis publicatio facta non ſit, non obligabitur fidelis apud infideles exiſtens, hoc decreto; vnde contrahentes remanebunt in illo ſtatu, in quo ante Concilium Tridentinum fuiſſent; vbi nō erat neceſſarius miniſter ad matrimonium; ſed ſolum cum legitimo conſenſu mutuo inter legitimas perſonas celebrari poterat. Et ita reſpondent Veracruz, in Append. ad ſpecul. dub. 5. pag. 26. Henrriq. lib. 11. cap. 3. num. 8. verſ. At migrantes, Ledeſm. vbi ſupra, pag. 197. & 198. & Rodrig. in dict. cap. 218. num. 2. Veg. lib. 3. caſu 215. & in 2. pat. tit. de matrim. caſ. 39. & pulchre in caſ. 361. lib. 3. Nec inconuenit, quod aliquando in ea Prouincia, vbi cōtrahitur coniugium, fuerit receptum hoc ſacrum Concilij decretum, ſi tamen modo de præſenti, quando cō trahitur matrimonium, non ſeruatur; nec adeſt parochus, quia vt dicunt Veracruz vbi ſupra, & Vega in dict. caſ. 361. Concilium intelligi debet, vt fiat matrimonium præſente parocho, videlicet ſi adſit parochus. Vnde cum non ſtet per contrahentes, vt non adſit miniſter, non eſt irritum matrimonium. Eccleſia enim noluit obligare ad impoſsibile; cum ergo ſit impoſsibile ibi miniſtrum habere, contrahentes excuſantur; & manent ac ſi non eſſet copia parochi.

Hæc tamen communis Doctorum aſſertio vera mihi videtur, niſi quis adiret partes illas, vel regiones, vbi non obſeruatur Concilium, non animo ibidem permanendi, & acquirendi domiciliū, ſed ſolum gratia contrahendi matrimonium ſine parocho, & teſtibus, & in fraudem legis contrarium prohibentis; tunc enim exiſtimo tale matrimonium eſſe nullum, vt etiam tenent Ledeſm. pagin. 198. verſ. In huius, Henrriq. lib. 11. cap. 3. num. 8. in fin. Rodrig. in dict. cap. 218. num. 2. verſ. *De aqui ſe ſigue*, & ratio eſt nam illud ſolum factum eſt in fraudem legis, ergo nullum eſt matrimonium; cum fraus & dolus nemini patrocinentur.

65 Ex quibus quidem ſatis patet reſponſum ad quæſtionem illam, quæ quæri ſolet, quo pacto Caſtellanus, vel Luſitanus, qui in his partibus habet domicilium, teneatur contrahere matrimonium ſi aditet Franciam, Turcas, vel Indos, vbi non ſeruatur hoc decretum ſancti Concilij Tridentini? Videlicet, quod ſi in illis partibus, habent nouum domicilium, aut ſaltem habet animum ibidem permanendi, relicto antiquo domicilio, poteſt illic contrahere, minime vero quando nec domicilium, nec animum permanendi habet, ſed doloſe gratia fraudandi legem Concilij, retinendo in his partibus domicilium, ſeceſsit in partes illas ſtatim reuerſurus, poſt celebrationem matrimonij.

Ceballos

Ceballos,quæſt.458.num.36.& quæſt. 604. num.145.Tunc ſiquidem,cum retineat domicilium hic,minime poterit vt vicinus alterius parochiæ contrahere, cum ratione domicilij,quod retinet in parochia, vbi eſt publicatum Concilium, irritum ſit matrimonium,aliter quam forma præſcripta alibi contractum,ob promulgationem namq. factam in ſua parochia,id ei prohibetur, ex Henrriq.dict.cap.3.num.8.in fin.Et præſertim id procederet, quando ambo contrahentes ſunt ſubditi huius territorij,& hinc recedunt, non animo in illis partibus mutandi domicilium, ſed tantum contrahendi matrimonium.Vt contigit in caſu Franciſci Baſilij de Contamina, per doctrinam Bald.in repet. l.vlt.ff. de Iuriſ. omn.iud.& quæ eleganter reſoluit Cancer lib.2. variar. cap.1.num.14.

Circa matrimonium vero vagātium,qui commorantur in aliquibus Prouincijs,non quidem animo ibi permanendi, ſed tanquā hoſpites, peregrini, aut vagamundi, qui nullo loco habent domicillum, & conſtantem ſedem, ſed potius priſtinum domicilium omnino deſſerentes amittunt, & iter agunt animo acquirendi nouum domiciliū, & ſic vagātur per diuerſa loca,vt dicit glo. in verb. habitationem habeant,& ibi Bart. in l.4.§.prætor,ff.de dam.infect.& tradunt Tiraquel. de retr.lignag.§.9.gloſ.2.nu. 34. Henrriq.lib.11.tit. de matrim. cap.3. nu.3. Iul.Clar.lib.5.§.fin.quæſt.39. nu.8. Nauar. in cap.Placuit de pœnit. diſt.6. num.79. &
66 Didac.Perez lib.8.tit.14.l.1.in princ.Quia, vt ait Concilium, ſæpe contingit,vt viuente prima vxore: iſti ducunt aliās, vel plures, quod quidem crimen graue eſt,& ſic contrahentes puniuntur ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, quaſi non recte ſentientes de Sacramento matrimonij; vt annotarūt Rojas de hæret.1.par.num.540.& 546.& in ſingul.98.num.4.grauiſsimus Doctor Franciſcus Peña in Direct.2. par. comment. 81. verſ.De eo qui viuente, pag. 383. latiſsime Albertin.de Agnoſ.aſſert. hæret. quæſt.23. & dixi plura in 2.par. Collect.171. num.1. Simanc.de Cathol.inſtit.tit.40.numer.2. & Sigiſmund.Scac.de iudic.cauſ.lib.1.cap.12. num.55.Menoch.conſ.446. num. 10. Fari-
67 nac. lib.1.quæſt.8.numer.127. verſ.amplia. Sciendum tamen eſt, huiuſmodi vagantes contrahere matrimonium non poſſe, niſi ſeruata forma Concilij, in ſeſſ.24. cap.7. in illis verbis; Parochis autem præcipit, ne illorum matrimonijs interſint,niſi prius diligentem inquiſitionem fecerint, & re ad ordinarium delata, ab eo licentiam id faciē di obtinuerint.

Ex quibus verbis conſideratione dignū eſt,non eſſe relictum in voluntate parochi, vt vagos homines in matrimonio iungat, etiam quantamcunquè exactiſsimam fecerit diligentiam, ſed adhuc ſufficenti inquiſitione peracta, neceſſarium eſt licentiam obtinere ab Ordinatio, & id quidem ſub præcepto eſt, quia ſub his verbis, præcipit ſancta Synodus, continetur vtrumquè, & diligentem inquiſitionem facere, ante quā aſsiſtat matrimonio hominis vagantis, &
68 ignoti, & quod cauſa cognita deferat ad Ordinarium,& ab eo habeat licentiā. Itaq. etſi parochus habeat facultatem ab Ordinario miniſtrandi ſacramenta ſuis ſubditis,& cognitis,caſus hic reſeruatus eſt Epiſcopo, coniungendi vagos in matrimonium, & ſic ſine licentia Ordinarij non poteſt parochus id peragere, ſi tamen de facto ipſe coniungat hos vagantes coram teſtibus,abſquè ſu prædicta informatione,& licentia Ordinarij, peccaret quidem grauiter, cum Eccleſiæ iuſtiſsimo precepto in re grauiſsima cō traueniat, validum tamen erit matrimonium,vt in ſpecie annotarunt Henrriq. lib. 11.cap.3.num.3. Veracruz in Append. in q. quomodo, qui vagantur, admittendi ſine ad matrimonium,pag.86. verſ. Quamuis ſi fiat.Ledeſm.pag.193.col.1.

Circa hanc tamen reſolutionem,duo mihi obſeruatione digna videntur pro ipſius clariſsima notitia. Primum eſt, dictam deciſionem Concilij procedere, etiam ſi vnus contrahentium ſit notus, & incola, & propriam habeat ſedem, ſubdituſquè ſit parochi, ſi tamen alter ſit vagus, & alienigena, non quidem ob id potuit parochus abſquè licentia Ordinarij, eos matrimonio coniungere; quia periculum cui obuiare intendit ſancta Synodus, æque manet, quando alter ſolum eſt alienigena, ſicut ſi vterquè. Cum ergo quando vterquè eſt vagus, tenetur licentiam ab Ordinario obtinere,tenebitur etiam quando alter ſolum eſt vagus, vt etiam annotauit Veracruz in Append. pag.86.verſ.attendendum videtur.

69 Secundo etiam notandum eſt, huiuſmodi alienigenas, & vagos, multipliciter conſiderari poſſe,alij enim ſunt qui nullibi habent

bent domicilium proprium,ſed hic,& illuc vagantur, vt ſuperius dictum eſt, & ij quidem ſi contrahant matrimonium, tenetur parochus ſeruare formam pręſcriptam in d.c.7. ſeſſ. 24. peccabitque grauiter ſi aliter eos coniungat; tenebit tamen matrimoniũ aliter contractum. Alij vero vagi ſunt,quiquamuis in certo loco habeant domicilium proprium,volunt tamen ipſum alibi conſtituere,& eo animo ibi contrahunt matrimonium, in his etiam tenetur parochus ſeruare deciſionem d.c.7. niſi conſtet fraudulenter eos mutare domicilium, ne intelligi valeant impedimenta(ſi quę ſint inter eos) ad contrahendum;quo ſimiliter caſu, quamuis peccet parochus non ſeruando prędictam deciſionem, validum tamen eſt matrimonium.Alij deniq;ſunt,qui quamuis habeant proprium domicilium,vagantur tamen per diuerſa loca,ſine animo quidem conſtituendi domicilium in eis, ſed ſolum diſsipandi ſubſtantiam ſuam,& vagandi,& ij ſi contrahere velint, nullo pacto ſine licentia parochi proprij,vel ordinarij,vbi habent domicilium, coniugium contrahere poſsunt;& in ipſorum matrimonijs non procedit de-
70 ciſsio,& forma pręſcripta in d.c.7.ſed omnino requiritur licentia proprij parochi, aut ordinarij, cum non proprie peregrini, & vagi poſsint appellari huiuſmodi.Vnde ſi parochus aliter eos matrimonio iungat;nõ ſolum peccabit grauiter, vt in ſuperioribus caſibus dicebatur, ſed matrimonium erit nullum; per ea quæ ſuperius annotata ſunt in hoc §. in quęſt. an parochus poſsit intra ſuum territorium alienos parochianos impune coniungere. Quę omnia memoria tenenda ſunt,pro intellectu d.cap.7. præſertim cum a Doctoribus,adhuc (vt arbitror) non ſint ita perpẽſa. Qua habita diſtinctione,ſatis videtur deciſa quæſtio illa, quæ aliquando in foro practico torſit mentes aduocatorum,quo videlicet pacto, alienigeni a Ciuitate Cęſaraguſtana,vel à Regno Aragonũ,poſsint ibidẽ cõtrahere matrimoniũ.

Ibi,vel alio Sacerdote de ipſi⁹ parochi,ſeu ordinarij licẽtia.

71 Quamuis ſecũdũ hoc ius nouum Concilij, paroch⁹ vel ordinarius teneatur aſsiſtere in matrimonij celebratione,exhuiuſmodi autẽ clauſulę cõceſsione, poſſunt hãc facultatem aſsiſtẽdi delegare cuilibet ſimplici Sacerdoti ſecularĩ,aut regulari, ita declarauit cõgr. Cardinaliũ 343.& 360.& probatur ex generalitate verborum prędictæ clauſulæ,& tradunt in ſpecie Henriq.lib.11.cap.3.num.5. Rodrig.d.cap.218. nu.12.qui etiam aſſerũt nullo pacto requiri,quod talis Sacerdos,cui hæc aſsiſtentia committitur, ſit approbatus ab Ordinario,tanquam idoneus confeſſor, tantum enim pro ſacramento confeſsionis requirit hanc approbationem ſanctũ Concilium Tridentinum,in ſeſſ.23.cap.15.Vnde alia ſacramenta rectè poſſunt miniſtrari à quolibet Sacerdote, de licentia parochi. Caueat tamen Sacerdos ſiue ſit parochus, ſiue non, ne hoc ſacramentum matrimonij aliter miniſtret, idest,ſine licentia expreſſa proprij parochi, vel Ordinarij, etiam ſi id ſibi ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine licere contendant, ipſo enim iure pœnam ſuſpenſionis incurrit, quo vſque ab Ordinario eius parochi, qui matrimonio intereſſe debebat,ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat,abſoluatur.Vt notat tex.in dict.cap.1.dict.ſeſſ.24.in verſ. quod ſi quis, Salzed.in d. cap. 73. verſ. decimo pag.242. Lud.Lopez in d.pag.161.verſ. quod ſi quis parochus,Rodrig.in d.cap.218. numer. 14. Veg.lib.6.caſ.113.Quæ ſuſpenſionis pœna, non ſolum incurritur ſi ſacerdos, vel parochus non ſibi ſubditos coniungerit, aut benedixerit,ſed ſi alterum eorum fecerit.Idq. clarius colligitur, ex verbis diſiũctiuis iſtius decreti concilij.ibi(coniungere,aut benedicere auſus fuerit)ex quibus verbis Concilij notat Io.Matienz.lib.5. recollec.tit. 1. l. 1. glo.7.num.2.verſ.quod autem, hodie ceſſare pœnam ſuſpenſionis per triennium, quæ per tex.in cap.Cum inhibitio de cland. deſponſat.imponitur clerico, qui intereſt matrimonio clandeſtino. Contrariam tamen opinionem pluribus rationibus exornat, & defendit Salced.in Prax. cap. 73. pag. 239. verſ. octauo non eſt obliuioni. Rodrig. 1. par.cap.220.num.4.

Circa præmiſſa tamen reuocari poteſt in dubium circa intellectum dicti verſ. Quod ſi quis,dicti cap.1.ſeſſ.24.Vbi ab officio Sacerdotali quis ſuſpenditur, beneficio etiam Eccleſiaſtico cenſeatur ipſe interim ſuſpenſione durante ſegregatus? & quidem Vinald.de matrim.numer.239. Præpoſ.in cap. Cum inhibitio,num.11.de clandeſt. deſponſat. Rodrig.in ſum.2.par.cap.67. numer. 3. verſ.*Empero*,Segur.in 2.par.cap.15.num.34. Couarr.in 4. 2.par.cap.6.ex num. 13. Lud. Lop-

Lop.in 2.par.cap.39.de matrim.clandeſtin. pag.1060.verſ.Præterea,Tiraquel.ceſ.cau. 1.par.num.48. aſſerunt, ſuſpenſum ab officio(præſertim pro crimine graui) patiformiter à beneficio ſuſpenſum eſſe, cum propter officium detur beneficium, cap.fin.de reſcrip. in 6.vbi gloſ. in verb.datur ait, priuatum officio, & beneficio ſimiliter priuatum eſſe. Ad idem gloſ. in cap. Latores, de Cler.excom. miniſtr. vbi ſuſpenſus ab officio cenſetur ſimiliter à beneficio. Et corroboratur, quia vbicunquè aliquid datur ob cauſam, illa non ſeruata, id poteſt repeti, toto tit.ff.de cond.ob cauſam. Vnde in caſu huius quæſtionis, ceſſante cauſa, propter quam dantur fructus,ſeu beneficium, ceſſare etiam debet ipſum beneficium;ſecūdum regulas iuris vulgares, c. Magnæ de Voto, cap.Non debet,de conſang.& affinit.

72 In oppoſitum tamen, imo quod ſuſpenſus ab officio, non cenſeatur ſuſpenſus à beneficio, tenent Nauarr. in manual. cap. 27. num. 160.Viuald. ſibi contrarius, in tit. de ſuſpenſ. num. 156.verſ. item pulchre, Barthol. Vgolin.de ſuſpenſ.tabul.4. cap.6.§.3. per totum,ex pag.630.optime Sanchez tomo 1.lib.3.diſput.51.ex princ.ex num. 14. Didac.Perez lib.5.tit.1.l.1.pag. 31. verſ.in oppoſitum,& ratio eſt, quia cum ſuſpenſio ſit pœna,potius eſt reſtringenda, quam amplianda, cap. Pœnæ de pœnit. diſt. 1. caſus enim pœnales potius recipiunt interpretationem ſtrictam,quam extenſiuam, l. Pater Seuerinā, in princ.ff. de cond.& demonſtr. Deci. conſ.272. numer.3. Roland.conſ.59. vol.3.ex num.52. arg. reg. Odia de reg. iu. in 6.Vnde cum lex ſit contenta, priuando aliquem à cōmoditatibus,quæ ratione officij euenire ſolent, ad beneficium non debent extendi. Idquè etiam confirmatur, ex

73 celebri doctrina Innocen.in cap.Inter dilectos,col.2.de exceſ.Prælat.vbi dicit;nullum Clericum eſſe priuatum ipſo iure ſuo beneficio, quantumcunquè graue commiſſerit delictum, ſed eſſe per ſententiam priuandum. Quem ſequitur Capel. Tholoſ. deciſ. 208.Selu.de benef.3.par.quæſt.2.numer.7. Barbat.in cap.Si diligenti,nu. 108. de For. Comp. Lud.Gom.in cap.1. num. 7. de reſcript.in 6.& in cap.2. num. 41. de Conſtit. in 6. Io.Igne.in Repet.l.neceſſarios,§. non aliàs,num.17.ad Sen.conſ.Syllan.Couar.in Clem.Si furioſus,2.par.§.3.num.6.verſ. verum ad huius,Plaz.de delict.cap.11.num.2. Diaz in Prax.cap.94. nu.2. vbi late Salced. in addit.in litera A. Didac.Perez lib.2. tit. 9.l.2.pag.300.verſ.hinc eſt,& in lib.5.tit.12 l.1.pag.32.verſ.tertio. Igitur cum in hoc decreto Concilij non fuerit expreſſa beneficij ſuſpenſio,nō debet vltra terminos,quos loquitur,extendi; præſertim quia pœna pri-

74 uationis iuris,beneficij,vel priuilegij, non vendicat ſibi locum, niſi ſit expreſſe cauta in iure,gloſ.fin.in cap.fin.de iur.patr. quam notabilem dicit Iaſſ.in l.illam, num. 12. C. de collation.& eam ſequuntur Felin.in cap. Querelam, num. 2. de iureiuran. Bernard. Diaz in Prax.cap.131. num.2. Corſet.ſing. 126.num.2.Didac.Perez lib.5.tit.1.l.1.pag. 42.verſ.inhabilitas, & in annotat. ad Seguram,in tract.de Bon.luctat conſt. matr. nu. 166.latiſsime Alphon. Hojeda de benef. 1. par.cap.4.num.5.& Tiraquel.in l. ſi vnquā, verb.reuerratur,ex num. 248. Cum ergo in ſpecie propoſita, ſancta Synodus Tridentina tantum pœnam ſuſpenſionis ab officio imponat,nulla eſt ratio,quare ſit extendenda ad ſuſpenſionem beneficij, cum ſatis eſſe ſtum maximum habeat in officij ſuſpenſione,& intra ſuam latitudinem, ſat eſt ipſam legem intelligere, cum ſi aliud voluiſſet conditor expreſſiſſet,c. Ad audientiā,de Decim. Eo præſertim,quia iſta ſuſpenſio de qua loquitur Concilium, cum non ſit perpetua, eſſet inconueniens, quod beneficium vacaret, & finita ſuſpenſione, cum iam prouiſio beneficij eſſet alteri facta, non poſſet illud recuperare,qui illud prius obtinuerat. Vnde ſuſpenſio ſaltem quoad beneficium diceretur perpetua. Quem ſenſum quantum abhorreat litera Concilij, ſatis apparet ex ipſius contextura.

Ex quibus indiſtincte concludendū eſt,

75 ſuſpēſum ſimpliciter ab officio, ad certum, vel incertum tempus,ſiue à iure, vel ab homine, minime ſuſpenſum cenſeri à beneficio. Quam reſolutionem(vltra alios ſupra) colliges ex Bonif. in Clem. Cupientes, nu. 35.de pœn.& Cardin.in Clem.1.§.cæterum num.6.de priuileg. & Bernar.Diaz in Prax. cap.130.num.3.dum ſe remittit ad hos, & ad alios Doctores,quos allegat. & ad gloſ. in verb.ſuſpenſi, in Clem. fin. de pœn. Qui omnes indiſtincte hanc opinionem ſequuntur. Vnde ipſe Bernard.Diaz conſulit iudicibus,vt in ſententia, vel præcepto ſuſpenſionis,aperte declarēt, à quibus ordinibus, vel actibus,vel beneficijs intendant ſuſpendere

dere Clericum; quia cum conſtet de voluntate iudicis illa ſeruanda eſt, nec aliter quidem interpretanda eſt, quam verba ſonant. Nec iis obſtant allegata in contrarium, quia vt reſpondet Abb. in cap. 1. nu. 8. de celebr. Miſſ. beneficium non datur ſimpliciter propter officium, ſed etiam vt Clericus aſſumptus in ſortem Domini, viuat de patrimonio Chriſti, & non mendicet in opprobriũ, & dedecus ſui ordinis Clericalis, cap. Cum ſecundum de Præb. Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 2. in princ. Vnde quamuis ſit ſuſpenſus ab adminiſtratione officij, non debet beneficio priuari, ne cogatur mendicare; niſi aliud contineat præceptum iuris, aut Iudicis, cui ſtandum, & omnino parendum eſt, vt trad. Bernard. Diaz vbi ſupra.

Obſeruandum tamen eſt circa hanc ſuſ-
76 penſionem, & intellectum dicti verſ. Quod ſi quis, vtrum ſi parochus, vel alius Sacerdos, matrimonio coniungat aliquos ſine illorum parochi licentia, ſtatim commiſſo ipſo actu, incidat in prædictam ſuſpenſionem officij, vel requiratur, quod præcedat ſententia declaratoria? Et ſic vtrum diſpoſitio iſtius decreti, in dict. verſ. Quod ſi quis, ſit Canon latæ, vel ferendæ ſententiæ? Et quidem quod requiratur ſententia declaratoria propter delictum præcedens, declarans ipſum eſſe ſuſpenſum, videtur dicendum ex notatis in cap. Cum ſecundum leges §. fin. de Hæret. in 6. vbi habetur, quod quando etiam ipſo iure, propter quid præexiſtens, deuenitur ad certum actum, ſemper requiritur ſententia declaratoria ſuper præexiſtenti actu. Ergo cum in præſenti caſu, requiratur quod præcedat cauſa, ex qua ſubſequi debeat pœna, videtur quod vſquè id declaretur, non incurratur pœna, ideſt, ſuſpenſio officij. Ex quo Lud. Lop. in lib. 2. Inſtr. negoc. cap. 30. pag. 436. colligit rheoricam, quæ, vt ipſe ait, viſſa eſt Siueſtro notatu dignâ, quia, inquit, confert ad multa decidenda dubia, circa leges contingentia, ſcilicet quod omnia iura mundi, quæ pœnam imponunt ipſo iure, vel facto, debent intelligi, modo ſecuta ſit ſententia declaratoria; per quam declaratum ſit fuiſſe commiſſum id, propter quod illa pœna veniebat imponenda; aliàs inquit, quod illa pœna ſuum effectum, & executionem non ſortitur Quod etiam ex ſentẽtia Archid & Io. Andr. refert, & ſequitur Alexand. in l. ſi quis maior. num. 13. C. de tranſact. vbi optima add. eſt in litera E. Dida. Perez lib. 2. tit. 9. l. 1. pag. 299. in fin.

Iſta tamen omnia, quamuis pro nunc fateamur vera eſſe, quia non ſunt præſentis ſpeculationis, & alibi copioſe à nobis examinantur, vbi plures referũtur caſus, in quibus pœna debetur, nulla expectata Iudicis declaratione. Ex quibus aliquos recenſent Matien. lib. 5. tit. 1. l. 1. in gloſ. 2. num. 4. late Lud. Meſſ. in Prag. tax. pan. concluſ. 6. ex nu. 104. Nihilominus tamen ipſa non obſtant, quin dicere debeamus, dictum parochum, vel Sacerdotem, ſtatim celebrato per eum dicto actu matrimonij, nõ incidere in aſſertam ſuſpenſionem officij, nulla expectata iudicis declaratione, quia quamuis ſupradicta procedant, & vera ſint in amiſsione pro priorum bonorum, quibus regulariter nullus priuari debet, quouſq. ſubſequatur ſen-
77 tentia declaratoria, quando tamen agitur de pœnis excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti, in has quidem pœnas incurrit quis nulla expectata iudicis ſententia, ſtatim commiſſo crimine, pro quo ſunt impoſitæ, quãdo ipſo iure, aut ipſo facto, alijs vè æquipolentibus verbis ſunt impoſitæ; vt optime probant Lud. Molin. de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 96. in princip. Lud. Meſſ. in Prag. tax. pan. concluſ. 6. num. 104. Nauar. in cap. Sacerdos de pœnit. diſt. 6. nu. 148. verſ. Nequè obſtat, & in manual. cap. 23. nu. 67. Didac. Perez lib. 2. tit. 9. l. 2. pagin. 300. verſ. Secunda concluſio. Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 16. verſ. nono, & in reg. peccatum, 2. par. §. 8. num. 6. Matien. lib. 5. tit. 1. l. 1. glo. 2. numer. 4. verſ. Quarto cum, quia nullum actum iudicis exigunt iſtæ pœnæ. Quod etiã not. Caiet. 2. 2. quæſt. 62. art. 3. & Sot. lib. 1. de iuſt. & iur. quæſt. 6. art. 6. pag. 56. verſ. Secunda concluſio, vbi aſsignant rationẽ iſtius concluſionis, quia Eccleſia poteſt excõmunicare ipſo iure ſine cauſæ congnitione, iudiciſquè ſententia, nempe quia dum hominem ſuis priuat ſuffragijs, & Sacramẽtorum ſuſceptione, non priuat eum bonis ſuis proprijs, quæ iure pecculiari poſsidet, & tradere per actionem tenetur, ſed communibus, quorum ipſa eſt diſpenſatrix, ac ſi dixiſſet, qui talẽ commiſſerit culpam, non ſit noſtrorum ſacrificiorum, Sacramentorum, ac conſortij particeps, veluti, ſi pater familias ſuos admoneret dicẽs: quicunquè me hodie perſequitur, illum nolo meo veſci pane. Irregularitas etiam, quia eſt impedimentum Canonicum

nicum

Digitized by Google

nicum ad ſacros ordines ſuſcipiendos, aut etiam ad illorum actus exercendos, ſiue in pœnam alicuius delicti, ſiue abſquè culpa legitima, aliqua de cauſa ſit ſtatuta, nulla ex pectata Iudicis ſententia incurritur. Vt tradit Molin. vbi ſupra, dicens etiam, quod quando lege aliqua efficitur aliquis incapax rei alicuius, ſiue in pœnam, ſiue quauis alia de cauſa, vim illud habet, etiam in foro conſcientiæ, nullaquè expectata ſententia. Quod etiam annotarunt Couarr. in 4. 2. p. cap. 8. §. 5. num. 8. & in reg. peccatum, 2. p. §. 8. num. 6. Rojas de ſucceſſ. cap. 20. num. 150. ex omnibus dicendum eſt, quod cum in hoc decreto Concilij pœna ſuſpenſionis ipſo iure imponatur, ſtatim incurritur com miſſo, & perpetrato delicto, pro quo ea im ponitur, nulla expectata Iudicis declaratione.

Liber tamen, & immunis ab huiuſmodi pœna erit Sacerdos, ſi cum licentia Parochi, vel Ordinarij, coniungat contrahentes, matrimoniumquè eo caſu coram eo contractum firmitatem obtinebit, ipſi enim (parochus ſcilicet, & Epiſcopus, vel is, qui quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habet) poſſunt huiuſmodi licentiam libere concedere, ex Rodrig. in dict. cap. 218. num. 15. Nauar. lib. 4. tit. 1. conſ. 5. & optime in conſ. 47. num. 1.

78 Sciendum tamen eſt huiuſmodi licentiã debere actui præcedere, vbi enim licentia alicuius deſideratur pro forma, & actus validitate, ea præcedere omnino debet, vel ſaltem in ipſo actu præſtari; nec quidem actũ confirmat, ſi ex poſt facto præſtetur, vt probatur in l. Si quis mihi bona. §. iuſſum, ff. de acq. hæred. vbi gloſ. & Bart. num. 5. Paul. nu. 8. Alexand. num. 9. Iaſſ. num. 21. & 38. Abb. in cap. Licet, num. 11. de regular. Ant. Gom. in l. 54. Taur. num. 6. Azebed. lib. 5. tit. 3. l. 5. ex num. 1. & communiter etiam ſcribentes id notant, in l. fin. §. neceſsitate, vbi gloſ. C. de bon. quæ liber. l. obligari, §. tutor, ff. de autor. tut. Roland. conſ. 97. vol. 1. ex princ. Ceballos quæſt. 604. numer. 118. Caballin. milleloq. 528. nu. 1. Matien. lib. 5. tit. 7. l. 3. in gloſ. 1. par. tot. Pelaez 4. par. de maiorit. quæſt. 2. Didac. Perez lib. 1. tit. 2. l. 8. in gloſ. *Sin conſentimiento y voluntad expreſſa*, ex pag. 48. Ant. Gom. l. 42. Taur. ex num. 1. Menoc. conſ. 188. num. 8. Salced. in add. ad Bernar. Diaz cap. 73. verſ. decimo tertio, pag. 243. Didac. Perez lib. 5. tit. 2. l. 1. fol. 126. ex col. 1. in fin. & trad. Roland. conſ. 67. volum. 3. ex num. 64. Molin. de prímog. lib. 2. cap. 7. nu. 2. Galiaul. in l. 1. num. 62. de verb. ſignifi. & ideo dixit tex. in cap. Cum venerabilis, in verſ. nec habita, nec petita, de Conſuetud. quod licẽtia peti debet, & obtineri ad hoc vt actus teneat. Vnde non ſufficit in noſtro caſu ratihabitio, Veracruz in Append. dub. 5. in concl. 3. Salced. in dict. verſ. decimotertio, & alij ſupra relati. Sic Rot. Rom. in nouiſsimis deciſ. 750. num. 11. par. 1. dicit, non ſufficere pro validitate matrimonij, probate licentiam obtentam fuiſſe, niſi & probetur eam præceſſiſſe ante matrimonium celebratum;

79 vbi enim requiritur licentia alicuius in actu perficiendo, non poteſt poſt modum per confirmationem, vel ratificationem ſuppleri; nec ratificatio poſt modum ſuperueniens conualidat actum, nec facit valere quod actum eſt. Vt tradit Cauallin. in milleloq. 528. nu. 1. ad fin. Vnde dicebat Ant. Gom. in l. 54. Tau. num. 6. ex Paul. de Caſtr. in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, num. 5. ff. ſol. matri. pro reſolutione præfatę quæſtionis, quod quando licentia, conſenſus, vel auctoritas alicuius requiritur pro forma, & ſolemnitate actus, neceſſe eſt, quod pręcedat, & non ſubſequatur, quia requiritur ad legitimandam, & auctorizandam perſonam. Quando vero requiritur pro euitando præiudicio alicuius tertij, cuius licentia, conſenſus, vel auctoritas requiritur, tunc ſufficit quod ſubſequatur, & poſtea ratum habeatur. Præterea etiam vbi licentia requiritur, ea ex natura vocabuli expreſſa requiritur, nec tacita, aut præſumpta ſufficit; vt tradunt gloſ. in verb. obtenta, in Clem. 1. de teſtam. Corſet. in ſing. 159. incip. licentia, optime Lap. alleg. 86. num. 3. Tiraquel. in leg. connub. in gloſ. 7. nu. 8. Matien. lib. 5. recoll. tit. 3. l. 3. gloſ. 1. num. 5. optime Auendaños, de exeq. mand. 1. par. cap. 12. num. 27. Paz in Prax. 1. par. tom. 1. §. ſecundum tempus, num. 28. fol. 26. Idquè etiam annotarunt expreſſe in caſu, de quo loquimur, quod ad hoc vt Sacerdos impune ſibi non ſubditos poſsit coniungere, vel benedicere, requiritur proprij parochi expreſſa facultas, nec tacita ſufficit, Salced. in d. cap. 73. ex verſ. duodecimo quod, pag. 243. Henriq. lib. 11. cap. 3. num. 5. Vega in 2. par. cap. 34. de matrim. caſu 41. verſ. *Dixe ſin licencia*, Veracruz in Append. dub. 5. concluſ. 7. Rodrig. in dict. cap. 218. num. 14. Ioan. Segur.

Daba-

Dabalos,2.par.cap.15.numer.48. Menoch. de arbitr.caſ.453.num.14. & in conſ. 188. ex num.7.& in conſ.398.numer.15.quibus in locis refert, ſic fuiſſe interpretatum hunc locũConcilij à ſapientiſsimis illis patribus, qui præſunt interpretationi ſacri Concilij Tridentini,die 12. Nouembris, anni 1573. Qui hanc licentiam requiri dixerũt expreſſam,& ſpecialem; vt etiam refert Vega vbi ſupra,& optime Ceballos quæſt.604. num. 114.Vnde dicit Henriq. in dict.nu.5. non ſufficere licentiam generalem ad ſacramenta miniſtranda, quæ ſolet per bullam, Iubileum,aut per approbationem Epiſcopi concedi,aut per religionis priuilegia; quia intelligitur ad ſacramenta confeſsionis,& Eucharistiæ tantum, non vero ad baptiſmum, aut matrimonium. Sacerdos tamen ex ge-
80 nerali licentia ſibi impetrata à parocho, vt poſsit exercere omnia, quæ ad curam pertinent,etiam ſi in ſpecie mentionem nõ fecerit de matrimonio,poteſt intereſſe matrimonio contrahendo.Rodrig.in dict. capit. 218.numer.13. Nauarr.lib.4. tit.1.conſ.27. Ceballos quæſt.604 num.81. Thom. Zerola in Prax. Epiſcop.1.par.§.matrimonium, verſ. tertium. Quod eſt notandum,contra Veracruz in Append. dub. 5. concluſ. 7. & ita decretum fuiſſe per Dominos Cardinales Congreg. Concilij, teſtatur Rot. Rom. nouiſsi.deciſ.750. num. 2. tom.1. Satis tamen eſt,quod hæc licentia concedatur, verbo tantum,nec requiritur, quod ſit data in ſcriptis; dummodo probari poſsit per teſtes,vt optime tradit Nauar.vbi ſupra,con ſil.41.de ſponſal. Rodrig. in dict. num. 13. Ceballos in dict.quæſt.604.num.115.Tho. Zerola vbi ſupra.Henriq.dict.nu.5.Quod eſt conſideratione dignum,cõtra Cauallin. in milleloq. 528. num. 2. tenentem, quod vbicunque ad validitatem actus requiritur alicuius licentia, illam in ſcriptis aſsignari
81 debere; & alitet minime valere, quia non dicetur ſolemniter fuiſſe conceſſam; & idẽ tradit Zabarel.in Clemen. fin. quæſt.12. de elect.An autem parochus teneatur probare non interueniſſe licentiam, vel alius teneatur probare interueniſſe? Vidẽdus eſt,Maſcard.de probation.concluſ.984.

Ibi,eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit.

82 Circa intellectum horum verborum dubitare contingit; an lex Canonica poſsit matrimonium contrahentes, cum eorum expreſſo conſeſu, non tamen ſeruata forma huius decreti inhabiles reddere? Cum iſte ſit contractus ciuilis, & ſolo conſenſu contrahatur,ex tex.in cap.Sufficiat,27.queſt.2. cap.1.cap. Tuæ fraternitati de ſponſal. & ſolus contrahentium conſenſus, attento fine matrimonij ſufficiat, & ſit neceſſarius; vt optime probat Veracruz in ſpec. coniug. 1.par.art.2.& tradit Spin.in gloſ.15.ex nu. 3.& ex num.13.verſ.corroboratur, Soto in 4. diſt.27.quæſt.1.art.2. ex conſenſu autem oritur naturalis obligatio, l. cum amplius, §.is natura,de reg.iur. at vero lex poſitiua, ius naturale, ſiue obligationem naturalem tollere non poteſt,attenta diſpoſitione tex. in §.ſed naturalia,Inſt.de iur.nat.l.Eas obligationes,ff.de Capit. diminut.igitur hoc decretum,cum ſit lex poſitiua,non poteſt tollere,& irritare obligationem ex mutuo cõtrahentium conſenſu cauſatam, arg. tex. in Clem.Ne Romani,de elect.

83 Secundo facit,quia ſi omnis clandeſtinus contractus, eſt ipſo facto irritus, & nullus; ergo ſimiliter omnis clandeſtina promiſsio de contrahendo matrimonio,erit nulla, & irrita,& non obligat ad promiſſum,ſed hoc eſt falſum, quia ſi quis alicui promiſsit, ſeu fidem dedit de matrimonio contrahendo in futurum, etiam ſi promiſsio fuerit clam, dummodo aliàs perſona fuerit habilis ad contrahẽdum, tenetur ſeruare promiſſum, & fidem adimplere, vt probat tex. in cap. Ex literis ſancti Syluani,& in cap. Sicut, & in cap.Requiſiuit de ſponſ.& in cap.2.eod. tit. licet in hac promiſsione iuramentum præſtitum non fuerit,cap.De illis, verſ.mulierem de deſponſat. impub. vbi hoc notat. Abb.num.7.poſt Hoſtien. & Henriq. facit etiam optimus tex.in cap.iuramenti,22.q.5. ergo bene valet matrimonium factum,non ſeruata forma iſtius decreti,dum tamen,interueniat eorum expreſſus conſenſus.

Tertio confirmãtur ſupradicta ex eo,
84 quia quę ſunt de eſſentia ſacramenti, non poſſunt ab Eccleſia, ſed à Chriſto inſtitui, qui auctor eſt omnium ſacramentorum, S. Thom.3.par.queſt.64.art.2.Nauar. de Pœnit.diſt.5.num.31.Veracruz in ſpecul. coniug.1.par.art.44.pag.238.verſ. pro ſolutione,Spin.in dict.gloſ.15.num.16.Gom.in 4. clauſ.Bul.Cruc. num.5. ergo Eccleſia nullo modo

modo poteſt ſtatuere ea, quæ de eſſentia ſacramenti ſunt, cum ſolum ad Chriſtum pertineant. Vnde quia Eccleſia non poteſt mutare ea, quæ iuris diuini ſunt, cap. Sunt quidam, 25. quæſt. 1. ſic, quamuis ipſa prohibeant, ne ſacramentum baptiſmi alius conferat, quam Sacerdos, niſi in caſu neceſſitatis, cap. Conſtat. de conſecr. diſt. 4. tamen ſi ab alio, etiam laico, & infideli conferatur, ſub debita materia, & forma, & cum Eccleſię intentione, conficit ſacramentum, licet ipſe peccet, propter inobedientiā; vt prob. Spin. in dict. gloſ. 15. ex num. 17. Sic etiam
85 videmus, quod licet Eccleſia prohibeat ne Clericus excommunicatus, depoſitus, vel degradatus celebret, nihilominus ſi talis Clericus prohibitus, vtatur debita materia, & forma, cum intentione, conficiet ſacramētum, ex gloſ. in cap. 2. de Cleric. excom. miniſtr. vbi Abb. num. 6. S. Thom. 3. par. quæſt. 82. art. 8. Didac. Perez lib. 1. tit. 3. l. 1. pag. 61. verſ. Ego tamen, Ioan. Rojas in ſing. 83. verſ. Sed ſupradictis, Paul. Fuſc. in ſing. 111. in litera C. Marant. de ordin. Iudic. 4. par. diſt. 11. num. 73. pag. 291. Couarr. lib. 1. vari. cap. 10. num. 8. Alphonſus de Caſtr. lib. 2. de hæret. punit. cap. 21. Felician. de cenſur. tit. de depoſitione, ac degradat. c. 25. Stephan. Gaeta in c. Ad limina. 30. quæſt. 1. §. 6. num. 62. licet gloſ. in cap. Accedens. 50. diſt. & in cap. Degradatio de pœn. in 6. & in ſum. 9. quæſt. 1. contrarium maximo errore dixerint, poteſtas ſiquidem ordinis eſt, ad conſecrandum corpus Chriſti verum, nec ab alio, quam ab ipſo Deo ob eius excellentiā dari poteſt, & ideo ſemel data indelebilis eſt. Quod & D. Thom. aſſerit. 2. 2. quæſt. 39. art. 3. Sic ſane miniſter ſacramenti, ab ipſo Deo conſtitutus, tolli ab Eccleſia non poteſt, ad hunc effectum, vt ſi poſt Eccleſiæ prohibitionem, miniſter à Chriſto ſtatutus, ſacramentum miniſtret, verum non ſit ſacramentum iſtud. Inde ergo idem videtur dicendum in matrimonio, quod licet Eccleſia prohibeat ne contrahatur, niſi præſente parocho, & duobus teſtibus, valeat nihilominus ſi legitimus, & verus contrahentiū con
86 ſenſus interueniat, arg. tex. in cap. 2. de matr. contr. contr. interdi. Eccleſ. Sicuti etiam cē ſuit Congregatio Concilij, valere matrimonium contractum coram parocho cui inter dictum eſt ab Epiſcopo, ne interueniat, vt referunt Salced. in dict. cap. 73. pag. 237. Ledeſm pag. 190. ver. Primum dubium eſt.

His tamen dubitandi rationibus mini
87 me refragantibus, omnino aſſeuerandum eſt, matrimonium aliter contractum, quam in hoc decreto à ſancta Synodo ſtatuitur, nullum eſſe, vt in ſuperioribus diffuſſe probatum eſt, contrahenteſquè inhabiles reddi ad ſic contrahendum, vt hic deciditur. Nec obſt. primum argumentum ſuperius adductum, nam reſpondendum eſt, quod quamuis lex poſitiua non poſſit tollere obligationem naturalem iam ortam, poteſt tamen, vt dicunt Spin. vbi ſupra num. 51. in fin. & Didac. Perez lib. 5. tit. 1. l. 1. pag. 40. reſiſtere à principio contractui, ne valeat propter aliquam iuſtam cauſam, & bonum commune, quod fieri ſolet, vel inhabilitando perſonas contrahentes, vel annullando ipſum contractum; & tunc quidem ſi contractus celebratur lege reſiſtente, nulla oritur obligatio naturalis; vt in l. cum lex, & ibi pulchre Bart. ex num. 3. ff. de fideiuſſ. l. ſi non ſortem in princ. ff. de cond. indeb. Fortun Garſ. in l. Veluti, num. 11. ff. de iuſt. & iur. Didac. Perez vbi ſupra, Spin. gloſ. 15. numer. 50. &
88 52. verſic. Vnde quando, & rationem aſſignant, quia lex ciuilis ſemper habet poteſtatem ab ipſo Deo, circa ea quæ expectant ad gubernationem, & tranquillum ſtatutum totius Reipublicæ, l. Inter claras, C. de Sum. Trinit. Prouer. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt, ſic nimirum ſi legibus obedire ſit de iure naturali, l. veluti, ff. de iuſt. & iur. c. 2. de mai. & obed. & cum in hoc caſu, conſideremus matrimonium contractum eſſe ciuilem ob conſenſum, recte poterit Concilium annullare matrimonium, reſiſtendo ei ab initio, vel annullando contractum, vel inhabilitando cōtrahentes, ſi abſquè parocho, & teſtibus cōtrahant, ob damna quæ ex talibus matrimonijs clandeſtinis ſequebātur. Quæ quidem quamplurima fuerunt circa lites, iurgia, & ſcandala innumerabiliaquè alia peccata, & inconuenientia, vt pulchre referunt Didac. Perez lib. 5. tit. 1. l. 1. pag. 27. colum. 2. verſ. Quæri etiam poteſt, Couarru. in 4. 2. par. cap. 6. num. 7. Soto in 4. diſt. 28. quæſt. vnica, artic. 1. verſ. Sit ergo prima concluſio, Alaba de Concil. 2. part. §. 34. ex princip. Petrus Mozius de Contractibus, tit. de matrim. §. de ſubſtantialib. formalib. & eſſentialib. matrim. numer. 16. Quæ quidem pericula, & damna adeo erant frequentia, & magna, vt dicit Sot. in dict. art. 1. in verſic.

quæ

quę quidem, vt iuridice proceſſerit Conci-
89 lium Tridentinum, ad irritanda matrimonia clandeſtina, contracta non præſente parocho, & teſtibus, cum expediat fieri publice matrimonium, nam in Republica eſt res grauis. Petr. Sot. de Inſt. Sacer. lect. 14. verſ. Primum. fol. 321. Vnde quidem potuit cõtrahentium conſenſus inhabilitare, ſi hoc vel illo pacto non preſtetur, ſicutti etiam ab eodem Concilio irritatur contrahentium conſenſus, & contractus, dum fit ex metu graui, vel ab ignotante conditionem ſeruitutis, & inter raptorem & raptam, & inter conſanguineos, & affines intra certum gradum, ſimiliterq; cauſa boni communis irritantur quidam contractus in vtroq; foro, vt impuberis pupilli, vel cum fit alienatio locatioq; rei Eccleſię ſtabilis, ſine debita iuris ſolemnitate. Irritaturq; etiam profeſsio perſonę habilis, ſi fiat ante annum probationis. Vnde etiam matrimonium, cum fundetur in contractu tradendi inuicem corpora, ſubiacet legibus Eccleſiæ, vt alij cõtractus, quibus fit rerum traditio; & voluit Concilium ſimul & irritare contractum, & inhabilitare perſonas ad ſic contrahendum; ne vllus dubitandi locus relinqueretur, de poteſtate, & intentione Eccleſiæ, quæ eo decreto irritauit, ne clandeſtinũ ſit Sacramentũ, aut contractus de preſenti.

90 Ad ſecundum argumentum reſpondeo, aliud eſſe clam contrahere matrimonium, aliud vero clam promitere in futurum cõtrahere; quod autem Sancta Synodus prohibet, & irritat, eſt matrimonium clandeſtinum de preſenti, non vero promiſsio facta clandeſtine de contrahendo in futurum; vt aduertit Veracruz in Appen. 9. dubio, verſ. Prima propoſitio, pag. 41. Vega. 2. p. tit. de matr. caſ. 30. verſ. *Y finalmente*, ſicut enim ſuperius dictum fuit, Concilium quamuis prohibuerit matrimonia clandeſtina, non tamẽ prohibuit ſponſalia de futuro, quę licite clã ſine parocho, & teſtibus contrahi poſſunt. Ex Ledeſm. vbi ſupra, ex pag. 180. in fi. Salzed. in d. cap. 73. pag, 240. verſ. Nono illud, vnde cum huiuſmodi promiſsio clam præſtita irrita non ſit, manet in ſuo robore, ſicut ante Concilium; & is qui clam promiſsit cõtrahere, tenetur ſeruare promiſſum, & fidẽ adimplere, coram parocho tamen, & teſtibus; quo pacto talis promiſsio eſt adimplẽda, non vero tenetur, ad clandeſtine contrahendum matrimoniũ. Vnde infertur, quod promittens clandeſtine, aliquam in vxorem ducere, non liberat eum Concilium ab hac obligatione, ita vt non teneatur adimplere promiſſum, ſed tantum prohibet ei, ne clandeſtine adimpleat, quod promiſsit; ſed publice, & palam, coram parocho ſcilicet, & teſtibus, ad ſic enim contrahendum, ſeu ad clandeſtine adimplendum promiſſum, inhabilem eum reddit Sancta Synodus; non vero ad aliter contrahendum, ideſt, coram parocho, & teſtibus. Vnde quidem promittens contrahere, non dicetur promiſſum adimplere, niſi publice, & palã contrahat, vt in caſu quo quis promiſsit contrahere cũ aliqua, & ipſa confiſsa in hac promiſsione, permiſsit ſe vitiari, optime adnotauit Spin. in dict. gloſ. 15. ex num. 72. & Vega. 2. part. cap. 34. tit. de matr. caſ. 38. verſ. *Nota que ordinariamente.*

91 Ad tertium argumentum reſpondetur; quod licet Eccleſia non poſsit ſacramenta, vel partes ſubſtantiales eorũ inſtituere, poteſt tamen vt dicit Veracruz, in ſpec. coniug. 1. par. art. 44. verſ. ſecundo notandum, pag. 239. & in Append. dub. 14. pag, 72. Sacramentalia quædam addere, & alia tollere, & circa perſonas quæ debent recipere ipſa ſacramenta, poteſt declarare has perſonas legitimas eſſe, ad tale ſacramentum ſuſcipiẽdum, alias vero non eſſe idoneas; vt patet in tit. de conſang. & affin. & ſupradictum fuit in ſolutione primi argumẽti, & diffuſe in explicat. verſ. Qui aliter, & trad. Matien. lib. 5. tit. 1. in gloſ. 1. rubr. num. 38. Spin. in d. gloſ. 15. num. 52. in fin. Et maxime hæc procedunt in matrimonio, quod contractus eſt pertinens ad coniugium humanum, quod quidem cum ſic ab Eccleſia determinatum, & definitum ſit, ita eſt, vt à Catholico dubitari non liceat, nec in controuerſiam hoc adducere, in capit. inquam, 4. ſeſsion. 24. ſic habetur. Si quis dixerit Eccleſiam non poſſe inſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in ijs conſtituendis erraſſe, anathema ſit. Ecce qualiter potuit Eccleſia impedimenta apponere matrimonium dirimentia, ſicut poterit inhabiles reddendo perſonas, ad occulte contrahendum irritare, & annullare tale matrimonium. Cum ante hanc determinationem eſſet matrimonium clandeſtine contractum, ratum, & legitimum; ſicut ab eodem Concilio definitũ eſt in princip. dict. c. 1. Non ergo Eccleſia Catholica

erravit in hoc, neque errare poteſt, quia Spiritum ſanctum habet gubernatorẽ; nec hoc faciens Eccleſia mutationem facit circa ſubſtantiam Sacramenti. Ex Ledeſm. vbi ſupra pag. 178. Rodrig. dict. capit. 218. numer. 1. verſ. *Alo que ſe reſponde*, Didac. Perez in dict. pagin. 40. in fin. Spin. in dict. gloſ. 15. ex

92 numer. 70. Sed tamen habet Eccleſia poteſtatem in aliquod Sacramenti præuium, ſeu præambulum, vt ſupra dicebatur. Et cum perſonæ, quæ contrahere debent matrimonium, aliquid ſit præuium, & ſimiliter quod palam fiat, & non in occulto, etiam de præuijs ſit, poteſt Eccleſia, & congruentiſsime hoc ei datum eſt, vt diſcernere poſsit inter perſonas, quæ debent contrahere, & modum quo debeant contrahere, cum in matrimonio ſit obligatio, non ad vnam horã, vel aliam, ſed perpetuo, vſq. ad mortem vinculũ ſit indiſſolubile, vnde conſentaneum fuit, hoc maturo iudicio perpendere, vt non temere contrahatur; & quia in alijs ſacramentis à matrimonio hæc non militat ratio, cõuenientiſsime de matrimonio tã peculiaris, & vſq. ad minima quęq. ab Eccleſia ratio habita fuit.

Vlterius circa iſtius clauſulę explicationem, eleganter dubitari poteſt, an qui non ſeruata forma huius decreti matrimonium contraxit, ita ſibi impedimentum præbeat, vt non poſsit eam amplius vxorem ducere, neque cum ea matrimonium contrahere, etiam ſi velit deinceps Concilij formam ſeruare? Id namque ſentire videntur verba illa (ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit) quaſi dicat, ad contrahendum

93 inter eos prorſus, & perpetuo inhabiles reddit; dictio enim, *Omnino*, præciſſa eſt, & excludit omnem gratiam, & diſpenſationem; vt tradunt Abb. in cap. Qualiter, & quando, el 2. nu. 18. & Felin. num. 8. de Accuſat. Tiraquel in l. ſi vnquam, verb. reuertatur num. 81. C. de Reuoc. donar. addit. ad Matheſil. ſing. 11. ex num. 5. tex. & Doct. in c. Quamuis pactum, de Pact. in 6. vbi Archidiac. per illam dictionem, *Omnino*, de qua in tex. ait, adeo diſpenſationem ipſam excludi, vt filia quæ dote ceſsit paternæ hæreditati, nullam mereatur abſolutionem, Felin. in cap. At ſi Clerici. §. de adulterijs n. 4. in fi. de iudicijs. Hojed. de benef. 2. par. cap. 1. num. 4. Felin. in cap. De regularibus num. 2. de ſimon. vbi etiam dicit, quod verbum, *Omnino*, idem ſignificat quod in perpetuum; non tamen propterea intelligas excludi Epiſcopi, vel Papæ diſpenſationem; vt optime annotauit Dec. in dict. §. de adulterijs num. 58. verſ. ſed certe. Videtur ergo hoc impedimentum perpetuo durare, donec diſpenſetur; ne igitur fraus fiat huic ſacrę conſtitutioni, dicendum videtur, eos, qui contraxerunt clam, inhabiles fieri ad aliter contrahendũ, donec fuerint diſpenſati per ſuperiorem. Vnde dicit Simon. Maiol. de Irregularit. lib. 3. cap. 25. num. 17. verſ. hodie alius caſus, parochum his poſtea contrahentibus, qui prius contraxerunt clam, minime poſſe eorum coniugio auctoritatem præſtare, abſq. Ordinarij licentia; quod ſi fecerit parochus vt ipſe ait, incidit in pænam tex. in cap. fin. de clandeſt. deſponſat. idque ita fieri, & obſeruari debere à parochis, nonnulli Epiſcopi iubent in ſuis ſynodalibus Conſtitutionibus.

94 Nihilominus tamen contraria opinio verior, & tenenda eſt, impedimentum ſiquidem, & inhabilitationem, dicit præfatum decretum Concilij eſſe ad ſic contrahendũ, ſcilicet clandeſtinè, ſine parocho, & teſtibus, de quo loquebatur; voluit enim ſancta Synodus prouidere, ne clandeſtina matrimonia fierent; ideo nouam addit pęnam ea contrahentibus, nempe vt inhabiles fierent ad ſic contrahendum, non ergo eſt decretum extendendum vltra ſpeciem, de qua loquitur, maxime cum ſit pænale, & correctorium, vt in ſpecie ſic eum appellant Vetacruz, in Appendice, dub. 14. pagin. 70. in fin. Spin. in gloſ. 15. numer. 81. Salced. in Prax. cap. 73. pagin. 240. verſic. Tum quia Concilij. Et facit tex. in l. Quod vero, ff. de legib. l. Præcipimus, C. de Appell. ſatis enim ſuccurritur illi malo, & damno, quod ex ſimili contractu matrimonij clandeſtini eueniebat, ſi ad illud ſic contrahendum inhabiles reddantur omnes, qui ſic contrahere attentauerint. Et poſtquam contraxerint propter huiuſmodi inhabilitatem contractus irritentur. Nec quidem fuit neceſſe eos inhabilitare ad iterum contrahendum, ſi voluerint formam Concilij celebrare, & primam, cum qua contraxerant, ducere legitime in vxorem; & cum totum Concilij decretum tendat ad id, ne quis clandeſtine contrahat, nec æquum, nec iuſtũ eſt, vt puniatur à lege qui ipſam legem obſeruat, ex iuribus vulgatis; & maxime quia cum inhabilitas ſit priuatio iuris alicuius

cuius,non habet locum,niſi in caſu à iure ex preſſo,Iaſſ.in l.illam,nu.12.C.de collat. alle
95 gans plures Alphon. Hojeda de benef.1.p. c.4.num.5.Tiraq.in l.ſi vnquam,verb.reuer tatur, ex nu.248. ergo ad caſum, in quo loquitur Concilium,debet intelligi,cum in eo tantũ contrahentes deliquerunt. Tum etiã, quia Concilium talem inhabilitatẽ non poſuit, ſed ſolũmodo reddit eos inhabiles ad ſic contrahendum; nempe non pręſente parocho,& teſtibus; quare ſi poſtea velint ipſi iterum contrahere coram parocho, & teſtibus,eis non eſt prohibitum; Vnde quidem videtur dicendum, dictam prohibitionem & inhabilitatem non eſſe perpetuam,ſed tã
96 tum ad ſic clandeſtine contrahendũ. Et hãc interpretationem veram eſſe ad dictum decretum Concilij, in ſpecie tradunt Didac. Perez lib.5.tit.1.l.1.pag.42.verſ. vlterius dubitatur, & pluribus relatis Ceballos.q.604. num.122.Thom.Zerola in Prax. Epiſc.1.p. ✠.matrimonium, verſ.quid agendum, Matien.lib.5.tit.1.in gloſ.1.rubr. num.40. Rodrig.1.p.c.220.num.2.Vega 2.p. tit.de matrim.caſ.37.verſ.*Nota que la Igleſia*, Henrriq. lib.11.tit.de matrim.c.5.nu.8. idque etiam affirmat Salced.in d. cap.73. ex pag.237.in fin. vbi etiam reprobat opinionem Simon. Maioli. ſuperius relatã. Et pro hac opinione allegat deciſionem quandam Dominorum Cardinalium, qui præſunt congregatio ni Concilij Tridentini,cuius thenor eſt,qui matrimonium ſine parocho clandeſtine cõtraxerunt,atque conſumauerunt,poſſunt(ſi nullum aliud impedimẽtum adeſt) ſine diſpenſatione de nouo in facie Eccleſię matri
97 monium contrahere. Quam etiam opinionem comprobat Menoc.de præſump. lib.3. præſump.1.num. 102. aſſerens, dictum decretum Concilij ab Illuſtriſsim. Dominis interpretibus declaratum extitiſſe, vt contrahentes effecti ſint inhabiles ad ſic denuo contrahendum,non autem vt ſint omnino inhabiles.Dominorum autem interpretum verba(vt ipſe refert)hęc ſunt; Ordinarius iudicare debet matrimonia illa eſſe nulla,quę præſente parocho,vel alio Sacerdote de ipſius parochi,vel Epiſcopi ordinarij licentia, & duobus,vel tribus teſtibus contracta non ſunt;ſtatuere autem nõ debet,quod illi,qui non ſeruata forma prædicta contraxerunt, ſint inhabiles ad rurſus contrahendum;quia eſt contra diſpoſitionẽ c.1. ſeſſ.24.de reformat. matrim. nam verba illa decreti(ad ſic contrahendum)non intelliguntur,quod qui ex formula decreti matrimonium contraxerunt,ſimpliciter inhabiles fiant ad rurſus cõtrahendum;ſed ad contrahendum ſic; nempe in eum modum,ſine parocho,& teſtibus. Quam ob rem(ni fallor) nullum poteſt impedimentum conſiderari,cuius ratione qui clam contraxerunt, ſeruata forma Eccleſiæ, non poſſint poſtea contrahere; & ideo dicit Salced. vbi ſupra,fruſtra deſiderari Ordinarij facultatem. Et hinc quidem conſulant Domini Epiſcopi, an recte prohibere poſſint in ſuis Synodalibus cõſtitutionibus, quod clandeſtine contrahentes,quando admittantur à parocho ad denuo contrahendum,abſq. eorum expreſſa licentia; quamuis nõ diffiteor cum Salced. vbi ſupra, pag. 238.& Rodrig.in d.cap.220.num.2. quod ſi ex Synodali conſtitutione, contrahentes ob matrimonium clandeſtinum excommunicationis ſententiam incurriſſent, vel tale matrimonium clam contractum publicũ eſſet, non bene ageret parochus (ſaltem ratione ſcandali)qui non primo declarato nullo matrimonio clandeſtino ab Ordinario, eos ſecundo matrimonio coniungeret; eritq. propter hoc arbitraria pæna plectendus, non vero erit locus pęnę,tex.in dict. cap. fin. de clandeſt. deſponſat. prout exiſtimauit Maiol. vbi ſupra.

98 Nec aduerſus ſupra adductam reſolutionem obſtant,quæ pro parte aduerſa adduci poſſunt, põderando dictionẽ illã, omnino, quę ſecundũ propriã ſuam ſignificationem omnẽ gratiã,& diſpenſationẽ excludit,reſpondetur ſiquidẽ id verũ eſſe, niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat,nã tunc recipit interpretationẽ congruã à iure communi; vt tradunt Corſet.ſing.194.ad med. Iaſſ.in l.precibus nu.2.per illũ tex C.de impub. & alijs ſubſtitut. Tiraq.in l.ſi vnquam,verb. reuertatur,nu.82.Matien.d.glo.1.rubr. n 42. qui omnes allegant pro hac opinione, gloſ. fin. in c.1.de Deſponſ.impub.vbi Abb.nu.7.illud aſsignat ſubiectæ materiæ.

99 Sciendum tamẽ eſt, matrimoniũ clã contractũ,ideſt,ſine parocho,& teſtibus,nõ ſolũ irritum eſſe,& ſine iuris effectu,vt hic deciditur,ſed etiã ſic contrahentes poſſunt puniri pęnis, per ſtatuta, & iura municipalia impoſitis,etiamante huius decreti æditionẽ,matrimonia clandeſtina cõtrahentibus, & pęnis etiã, c.Cum inhibitio, de clandeſt. deſponſat.idq.expreſſe definit Concil. Trident.

dent.in dict.cap.1.in verſ.Nec non,& ipſos
contrahentes grauirer arbitrio ordinarij pu
100 niri. Et ratio eſt, quia quando lex conſide-
rat non ſolum iuris effectum,ſed factum,&
animum facientis contra legis prohibitio-
nem,etiam ex actu nullo incidit quis in pœ
nam; vt docent Cardin.in Clem. 1. oppoſit.
8.de conſang. & affin. Didac. Perez lib. 5.
tit.1.l.1.pag.38.col.1.Felin.in cap.ex teno-
re,num.9.de reſcript. ob quam etiam ratio
nem in tex.in cap. Diſpendia, de Reſcript.
in 6. & in Clem. 1. eod. tit. impetrans reſ-
criptum nullum punitur,& in cap. Olim de
reſcript.ſecundum Ant.& Panor. falſificans
litteras Apoſtolicas, quæ tamen aliàs ſunt
nullæ, vel iniuſtæ,incidit in falſi pœnam, &
in crimen periurij, ex inualido iuramento
probat. cap. Tua nos,de iureiuran.ſecundū
Bald. ibi; Conſtitutus etiam in ſacris con-
trahens matrimonium nullum de iure, cum
ſit in ſacris, nihilominus priuatur beneficijs
Eccleſiaſticis; vt trad. Iaſſ.in l. vbi pactum,
num.22. C.de tranſact. Sic etiam in noſtro
caſu, contrahens ſine parocho, & teſtibus,
etſi nulliter, puniri tamen recte poteſt per
ſupradicta.

101 Ex quibus infertur intellectus ad l. 49.
Tau.& ad aliàs leges municipales, per quas
clandeſtine contrahentes matrimonia,exhę
redari poſſunt,alijſq. pœnis puniri, vt dicta
rum legū deciſio procedat etiā hodie, ad-
uerſus eos, qui clam contrahere matrimo-
niū attentabunt; ideſt ſine parocho,& teſti-
b⁹, qui certe bonorū exhęredatione,& alijs
pęnis iure puniri poſſunt. Vt prob. Molin.
de primog.lib.2.c.16.ex nu.16 imo quidē ſi
recte intueatur, nō ſolū dictæ leges, earūq.
102 deciſiones obtinebunt locum,quando clan
deſtinitas ꝓcedit ex deffectu præſentiæ pa-
rochi,& teſtium, ſed & quando trina denū
ciatio doloſe,& ſine cauſa, & licentia ſupe-
rioris eſt omiſſa, vel non legitime, vel con-
gruo tēpore celebratum fuit matrimoniū,
etiā dicetur clandeſtinū, quo ad alios effe-
ctus, quā annullationis matrimonij. Vt tra-
dunt Paleot. de not.& ſpur.c.10. ex princ.
Henrriq lib.11.c.5.n.1.Nauar.in man.c.22.
nu.70.verſ.tertio aduertendū,puniriq. poſ-
ſunt contrahentes dictis pœnis.l.49.& alia
rū, vt pulchre ad dictā l.annotarunt Didac.
Perez in d.pag.38.ex col.2.optime Ceball.
q.5.ex nu.8.& q.604 nu.37.Spin. in glo.15.
princ.nu.74.Henrriq.lib.11.c.6.num.2. lit.
M.Gutier.in Prac.lib.2.q.4.ex nu.7. & 13.
Io.Segur.Dabal.2.p.c.15.ex nu.30.Qui om
nes fatērur,poſſe huiuſmodi leges ſtatui, &
decerni à Principibus ſecularibus, cū fauo-
rabiles ſint,& vtiles Reipub.Chriſtianę, ad
euitāda grauia incommoda,& peccata,quę
oriūtur ex dict. matrimonijs cōtractis,ſpre
tis denūciationib⁹, vel ſi nō ſuo tēpore cele
103 bratū fuerit matrimoniū. Quo caſu lex quā-
tūcunq. pęnalis ſit, cum reſpiciat publicā vti
litatē, potius extendenda, quam reſtingēda
eſt.ex doctr.ſing.Bart.in l.quem admodum
nu.4.C. de agric.& cenſit lib.11.Iaſſ.in l.1.
num.3.C.de Sacroſan. Eccl. & in l.ſi certis
annis.nu.3.C.de Pact.& in l.ſi filius familias
nu.7.ff.ſi cert.pet.& in l.Cætera.§.ſi quis ad
opus,num.20.ff. deleg.1. Corſet ſing.99.ex
tenſio.Et eo magis id fieri debet, quia ſi le-
uibus pænis contrahentes plecterentur,pro
fecto finis à Concilio prętenſus, prorſus
fraudaretur,& matrimonia clandeſtina fre-
quenter celebrarētur, cum magno Reipub.
damno; Quod quidem ita ſentiens ſanctum
Conc. Trid.in cap.5. eiuſdem ſeſſ.24.decer-
nit, vt ſi quis contrahat matrimonium corā
parocho,& teſtibus, Spretis denunciationi
bus,ſi poſtea impedimentum aliquod dete-
gatur,propter quod matrimonium irritum
& nullum diiudicetur, etiam ſi contrahen-
tes huius impedimenti ignari extiterint,ſe-
parari debeant, & ſpe diſpēſationis carere.
Quę pęna ſi bene vtiq; perpēdatur, grauior
eſt legali quacumq; pæna,quę clandeſtine
contrahentibus imponi poteſt. Vnde non
mirum ſi dicta lex Tau.& aliæ leges munici-
pales comprehendant matrimonia contra-
hentes ſpretis denūciationibus. Quod qui-
dem omnino notandū eſt,aduerſ.Lud.Lop.
in.2.p.Inſtr.cōſc.c.39.de matr,pag.161.ver
ſic.quæſtionē autē illā, & Molin. de iuſt. &
iur.tract.2.diſput.176.col.140. verſ.obſer-
ua. Quibus videtur, matrimonia celebrata
corā parocho,& teſtibus, nō poſſe dici clan
deſtina; & ſic lex 49.Tau.quæ permittit ex-
hęredationes clādeſtine cōtrahentibus,non
habere locū in his, qui cōtrahunt corā paro
cho; & teſtibus. Sed ſalua pace cōtraria opi
nio mihi verior videtur, per rationes, & Do
ctores ſupra allegatos, qui indiſtincte tenēt
matrimoniū poſſe dici clandeſtinum, ſi con-
104 trahatur ſpretis denunciationibus, Maſcar.
concluſ.297.nu.4.pulchre Ceballos, q.604.
numer. 36. quamuis enim verum ſit, quod
dicta clandeſtinitas, ob defectum denuncia
tionum, non vitiet matrimonium, ſicut
quan-

quando contrahitur ſine parocho, & teſtibus, vt ex declaratione Illuſtriſsimorũ Cardinalium Congreg. Concil. Triden. Segura 2. par. cap. 16. nu. 1. & ſuperius dixi, & anno taui etiam, in 2. par. Collect. 58. nu. 2. & 3. & tradit Riminal. Iun. conſ. 691. nu. 19. & Borgnin. deciſ. 29. Vnde quidem aduerſus contrahentes, nõ peractis denunciationibus, in caſibus non permiſsis à iure, bene procedere poſſunt leges ciuiles imponentes pœnas; dum tamen non annullent ipſum contractũ matrimonij. Quia leges ciuiles recte promulgare poſſunt, in caſibus non repugnantibus Iuri Canonico, pœnas aduerſus contrahentes matrimonia clandeſtina; & prohibitioni Romani Pontificis hac in re, pœnas addere; vt notat Couar. in 4. 2. p. c. 6. nu. 18. Salced. in addit. ad Diaz, reg. 698. Did. Perez lib. 5. tit. 1. l. 1. ex pag. 24 Gutier. in practic. lib. 2. quęſt. 1. nu. 29. verſ. Secundo reſpondeo. Petr. Mozius de Contract. titul. de matrimonio. §. de naturalibus matrimonij, num. 22. fol. 190. Menoch. de arbitrar. caſ. 398. n. 47. Matienz. lib. 5. tit. 1. l. 1. glo. 7. n. 4.

105 Vnde quidem, quomodocunq. filia contrahat matrimonium clandeſtinum, ſiue ex defectu præſentiæ parochi, & teſtium, vel denuntiationum, licite pater poterit eam exheredare; vt eleganter reſoluit Nouiſsime Ceball. q. 5. ex n. 8. & q. 604. n. 37.

Ibi, duobus, vel tribus teſtibus.

Teſtes enim ſunt neceſſarij in contractu matrimonij. Sicut etiam eſt parochus; ita vt ipſis ſecluſis, ſit irritum matrimonium, & nullius valoris, & obligationis contractus. Thom. Zerola in Prax. Epiſcop. 1. par. 5. matrimonium. verſ. tertio cum, fol. 141. Sanchez tom. 1. lib. 3. diſputat. 17. debent tamen huiuſmodi teſtes, concurrere ſimul

106 cum parocho, & nõ ſucceſiue, hoc eſt, quod vt validum ſit matrimonium, non ſufficit, quod vir, & fœmina coram proprio parocho ſuum exprimant conſenſum, & poſtea coram teſtibus, ſine preſentia parochi idem peregerint. Sed omnino requiritur, vt eodem tempore aſsiſtant parochus, & teſtes, & expreſsionem conſenſus audiant, & intelligant. Et quidem (ni fallor) ſi ſimul non eſſent, non ſufficeret. Vt ſatis probatur ex verbis huius decreti Concilij, in verſ. (& aliter quam præſente parocho & duobus, vel tribus teſtibus,) vbi coniunctio illa (&) copulat ęque principaliter parochum, & teſtes; vt notatur in l. vni. §. his itaq. C. de Cad. tol. & tradũt Iaſ. in l. Gallus §. quidam recte, nu. 15. ff. de Lib. & poſth. & in l. Titia textores, §. nihil ex num. 2. de leg. 1. Nata conſ. 573. num. 14. Et ſtatim dicit Concilium, quod ſi aliter fiat, ſit irritum, &c. Ac ſi diceret, ad matrimonium neceſſarium eſſe, vt ſimul concurrant proprius Sacerdos, vel alius de ipſius, vel Ordinarij licentia, & teſtes; alias ſit irritum. Nam cum teneantur teſtes, & parochus, deponere legitimum fuiſſe inter contrahentes conſenſum, vt tradit Spin. in dict. gloſ. 15. nu. 47. operepręcium eſt, vt ſimul, & eodem tempore aſsiſtant; vt itidem ſimul, & de eodem tempore deponere valeant.

107 Horum autem teſtium præſentia, quamuis non ſit de ſubſtantia intrinſeca ſacramenti, cum non pertineat ad materiam, formam, aut intentionem, hoc tamen nouo iure Concilij eſt inſtituta, tanquam neceſſarium præambulum ad legitimandum conſenſum contrahere volentiũ, vt ita fiat congrua materia ſacramenti, tanquã cauſa neceſſaria ſine qua non, vt ſupra dictum eſt, in explicat. §. præſente parocho, & ſicut ibi dictũ eſt, pręſentiam parochi omnino requiri

108 vt ſit moralis; ſic pari ratione teſtiũ præſentia debet eſſe moralis, & humana, aliàs non ſufficeret, quod eſt dicere, teſtiũ pręſentiã non ſufficere, ſi forte ipſi tempore contractus eſſẽt dormiẽtes, aut ebrij, vel ſi ſobrij, non tamen attendentes ad contractũ, & ex preſsionem conſenſus; nam talis teſtium aſſiſtentia ſufficiens nõ eſſet. Et ratio eſt, quia ſancta Synodus huiuſmodi pręſentiã requirit, ad hoc quod teſtimonium perhibeant teſtes de contractu, ſed qui modo humano non aſsiſtunt, nõ poſſunt teſtimonium reddere, nequè vt homines loquuntur, ergo nec ipſi, nec pueri, & non doli capaces, non ſufficiunt ad matrimonium: vt tradunt expreſſe Henrriq. lib. 11. cap. 3. num. 9. Veracruz, in Append. in dub. 6. concluſ. 5. Spino gloſ. 15. nu. 48. Vega 2. par. cap. 34. de matr. caſ. 43. & 44. in princip.

109 Quamuis autem teſtes deferantur inuiti, vel coacti, validi ſunt, vt notant Segura 2. p. cap. 15. ex num. 51. Ledeſma pag. 188 in fin. Ceballos quæſt 604. nu. 82. & ſuperius late dictum eſt, dum de præſentia parochi diſſeruimus. Similiter etiam pro contractu matrimonij,

monij admittuntur in teſtes fœminæ, viri infames, excommunicati, religioſi, conſanguinei, & parentes, per ea quæ referunt Veracruz in Append. in dub. 7. Ledeſ. pag. 193. colum. 2. Rodriguez 1. par. cap. 218. num. 18. Spino gloſ. 15. ex nu. 46. Ceballos vbi ſupra num. 84. Zerola in Prax. Epiſcop. 1. p. §. matrimonium, verſ. Decimo quarto, Ortiz in ſum. cap. 17. fol. 46. verſ. *Y porque eſte contracto*, ſuſpicio enim parentis, & teſtis improbati tollitur per parochi præſentiam, cui iura multum tribuunt, Henrriq. in d. c. 3. nu. 9. vbi etiã vide quod non requiritur, huiuſdi teſtes eſſe rogatos. Quod etiam tradit Segur. in dict. cap. 15. ex num. 53. Ceballos in pract. q. 484. verſ. prima tamen opinio, aſſerens, id ita de conſuetudine ſeruari.

QVÆSTIO XXXI.

Vtrum defunctus, qui reſtitutionem hæredibus faciendã reliquit, interim quod hæredes non reſtituunt, detineatur ob hanc cauſam in purgatorio?

SVMMARIVM.

1 *EXecutores teſtamentorum, qui, quam citius poſſunt, non executioni mandant voluntatem defuncti, grauiter peccant.*

2 *Variæ pœnę promulgantur in iure, contra non adimplentes defunctorum voluntates.*

3 *Hæres non ſatisfaciendo pro defuncto, efficit, vt maiori tẽpore ipſe defunctus detineatur in purgatorio; & idem de executore, ſecundũ aliquos.*

4 *Hæres laici debitoris conueniri poteſt corã Eccleſiaſtico iudice, ſi creditor ab ipſo petat, hæredem animam defuncti exonerare, vt ſic á purgatorio liberetur, licet contraria opinio verior ſit, vt infra num. 8.*

5 *Epiſcopus, etiam in legatis prophanis, poteſt per cenſuras cogere hæredes, & executores teſtamentarios, vt infra certum tempus adimpleant defuncti voluntatem, & num. 10.*

6 *Anima defuncti non patitur detrimentum, ſi reſtitutio differatur, quam ipſe fieri mandauit; ſi ante mortem in reſtitutione non fuit tardus, ſecundum veriorem ſententiam.*

7 *Error vulgi eſt, credere defunctos in Purgatorio detineri, quouſque debita perſoluantur, & reſtitutiones fiãt ab hæredibus, vel executorib⁹.*

8 *Intellectus c. In literis, de raptoribus.*

9 *Reſtitutio non eſt pars ſatisfactionis ipſius defuncti.*

10 *Hæres defuncti, qui iurauit perſoluere debitũ, non poteſt conueniri coram iudice Eccleſiaſtico.*

11 *Confeſſarij debent pœnitentes interrogare, an legata relicta in teſtamentis, quorum ſunt executores, perſoluerint?*

12 *Animæ defunctorum pro ſuis benefactoribus orant in purgatorio, alij contrarium tenent, quod verius eſt.*

13 *Epiſcopus poteſt de iure compellere hæredem defuncti, vt eius voluntatẽ executioni mandet.*

14 *Anima quottãnis in purgatorio poſſit detineri, incertum omnino eſt, quidquid dicat Soto.*

15 *Conſilium optimum, vt cito liberetur anima à pœnis Purgatorij.*

16 *Magis prodeſt ſtatuere anniuerſaria perpetua, aut certum cultum diuinum, vel eleemoſinas perpetuas, certis vicibus, ſingulis annis, exequendas, quam ſi omnia illa vna vice impendantur.*

1 PARTEM affirmantem huius quęſtionis, quod ſcilicet detineatur in purgatorio, videtur probare tex. in cap. *In* literis de raptor. vbi ſic habetur; & hæredes eius moneas, & compellas, vt his, quibus defunctus per incendium, vel alio modo, damna cõtra iuſtitiam irrogauerat, iuxta facultates ſuas condigne ſatisfaciant, vt ſic à peccato valeat liberari. Videtur enim per huiuſmodi verba ſignificare tex. quod defunctus non liberatur à peccato, hoc eſt, à pęnis pro eo debitis, donec per ſuos hæredes, & teſtamenti executores ſoluatur debitum, vt etiam atteſtantur Pal. Rub. in repet. Rubr. §. 65. num. 18. late Nauarr. lib. 5. tit. de pænit. & remiſs. conſ. 26. in princ. & Ang. in ſum. verb. executor num. 24. ex quo infert, grauiter peccare, & magnam proditionem facere hæredes, vel executores, qui, quam citius poſſunt, non exequuntur teſtamenta, & debita perſoluunt defunctorum; & merito huiuſmodi appellãtur necatores egentiũ, & mẽbra diaboli, raptores, & ſacrilegij, in c. Qui oblationes, 1. & 2. & in cap. Clerici, & alibi paſsim, 13. quæſtio. 2. Et hinc quidem, non ſine cau-
2 ſa, variæ pœnę promulgantur in iure cõtra hos, non adimplentes voluntates defunctorum, vt habetur in c. Si hæredes, vbi optime Couar. ex nu. 5. de teſt. Guiliel. Bened. in c.
Raynu-

Digitized by Google

Raynutius,verb.ſi abſq. liberis morereritur, el 2. de teſtam.ex nu.195. Rodrig. to.1.cap. 130.num.8.in fin. Doctor Martinus Carrillo 2.p.bul.cap.15.ex nu.1.Petr. Nauar.lib. 3.de reſt.c.4.nu.166.Spin,in ſpecul.teſtam. gloſ.28.prin.nu.7.& dicit Abb.in d.cap. In literis,quod hæres non ſatisfaciendo pro defuncto,præſtat cauſam, vt maiori tempore defũctus ſtet, vel detineatur in purgatorio, & idem tradit Martin.Garſia ſerm.108.fol. 372.Carrillo 2.par.bullæ cap. 15. ex num.8. Cum ſuffragia viuentium proſint defuncto, qui eſt in purgatorio ad remiſsioné pęnarũ, vt optime probant Belarm.lib.1.de purgatorio cap.3.late Soarez in 4.tom.in 3. p. D. Tho.diſp.48.de ſuffragijs,ſect.4.per totam, ex pag.991.& diſput.53.ſect.1.ex n. 3. pag. 1138.Conc.Trid.ſeſſ.25.in decreto de purgatorio.Alphon.Caſtr.lib.14. aduerſus hæreſes,verb.ſuffragia defunctorum, Sot.in 4. diſt.45.q.2.art.2.Zerola de Indulgen.lib.1. cap.18.Carrillo in bulla defunctorum, 2.p. cap.2.Henriq.lib.7.c. 7. Eccleſia enim orat pro defunctis, vt pro eis ſatisfiat, & vt eis applicetur taliũ orationũ valor;imo & ſunt qui affirmãt, Eccleſiam in orationibus pro defunctis,non tantum Poſtulare,vt liberentur à pęnis purgatorij, ſed etiam vt liberentur è Gehenna,& à pęna æterna inferni, in quarum orationum ſenſu explicando,laborant Medin.C de oratione,quęſt.de ijs pro quibus orandum eſt,& Bellarm in lib.2.de purgat.c.5.Verior tamen ſenſus videtur, ex mente Soarez,vbi ſupra, ſect.5. nu.12. pag. 1001.in eis orationibus, ita Eccleſiam orare pro defunctis, vt tamẽ repręſentet diem exitus eorum, & animas adhuc in corpore exiſtentes,& conſtitutas ſub ancipiti euentu mortis,aut ſalutis æternæ; & ſub hac repreſentatione poſtulet,vt à pęnis inferni liberentur,ideſt, vt ita à Deo pręueniantur, & diſponantur, vt per viã ſalutis incędant.

3 Ex quibus aperte colligitur, quod dilatio executionis, præiudicat animæ teſtatoris,ex Richard.in 4.diſt.45.q.4.Sic legimus in chronicis ſingularia exempla, & horribiles viſiones aliquorum, qui impediebantur intrare paradiſum, quouſq. facta fuiſſet ſolutio,& reſtitutio ſuorum debitorum,& dũ non fiebat,luebant huiuſmodi pęnas, vt ex D.Anton.in 2.p.hiſt.tit.14.cap.4.§.4. & ex alijs referunt Palat.Rub.in d.§.65 n.20. Martin Garſia in dict.fol.372.& Guiliel Bened. vbi ſupra nu.208.Iacob.de Graff. lib.1. deciſ.c.86. nu. 17. Villegas in 5.p.Flosſanctorum,cuius titulus eſt, Fructusſanctorũ, diſcurſ.67.in tit.de purgat.fol. 360. Alphonſ. de Orozco in lib. *Victoria de la muerte*, c.28. optime Rebuf.tom.1.conſtit.reg.tit. de ſenten.prouiſ.in præfat.nu.86.& 87.Carrillo in 2.p. Bul.defunct.c.15.ex n.8.verſ.*En el libro.* Ex quibus certe videtur dicendum, ex mora,& negligentia teſtamentarij,vel executoris, animam defuncti periclitari, & in purgatorio detineri.

4 Secundo ad idem faciunt,quod referunt Doctores, hęredem videlicet laici debitoris, conueniri poſſe coram Eccleſiaſtico Iudice, ſi creditor ab ipſo iudice petat, hęredẽ animam defuncti exonerare, vt ſic defunctus à purgatorio quo detinetur, liberari valeat; vt interminis tradit Abb.in c.fin.nu. 4.de ſepult. & in c.Cum ſit generale n.22.& ibi Socin.n.23.& Felin.nu.9. in fin. de foro comp.Ruin.cõſ.20.vol.4.& n.2. Aufred.ad Capel. Tholoſ. deciſ.416. in fin. Abb.in c.à nobis,el 2.n.5.de ſent.excom. & in c.in literis nu.1.de raptor. Vnde ait Guiliel.Bened. in loco ſuperius allegato n.195.quod in Curijs Eccleſiaſticis, adeſt officiũ quoddã publicũ ad hoc deputatũ, dictũ Procuratorium animarum, cuius auctoritate faciũt exequi vltimas defunctorum voluntates; cũ adimpletio volũtatis defũcti,in ipſius defũcti bonum, Epiſcopis ex officio ſit cõmiſſa, etiã ſi
5 non ſit ad pias cauſas. Sed etiam in legatis prophanis,poteſt ſi quidẽ Epiſcopus, intra certum tẽpus arbitrariũ, cogere hęredes, & executores teſtamẽtarios, vltimã voluntatem ad executionem deducere per cenſurã Eccleſiaſticam, vel per interdictũ adminiſtrationis bonorũ defuncti; vt poſt Abb.nu. 7.Barbac.n.3.& Couar. in n.3.verſ.eadẽ, in c.ſi hęredes de teſtam. Inno. in c.nos quidẽ, & Abba.in relect.c.cum.eſſes n.32.eod. tit. trad.Lud.Mol.de Iuſt.& iur.tract.2.diſput. 250.col. 1535. optime Ioan. Matien. lib.5. recoll.tit.4.l.14 gloſ.1.n.56. Quã opinionẽ cõmunẽ eſſe aſſerit Alex.conſ.239. vol.6.n. 14.Si ergo ad exonerationẽ defuncti,recurritur ad Eccleſiaſticum iudicem,vt executioni mandetur defuncti voluntas,debitaq. ipſius perſoluantur, dicendũ videtur, interim detineri in purgatorio animã illius, & merito quidem, nam vt ait Abb, in c. in literis,num.4.de raptor. fuit defunctus in culpa in non ſatisfaciendo, dum inhumanis erat,ideo iuſte ſibi imputatur illa mora, do

Digitized by Google

nec hæredes condignè ſatisfaciant, vt ſic à pœnis defunctus valeat liberari, vt inſinuat litera D. cap. in literis.

6 His tamen non obſtantibus contraria ſententia longe verior cenſetur, non enim (vt inquiunt D. Thom. quodlib. 6. art. 13. q. 8. & Adrian. in quodli. 8. in litera F.) patitur anima defuncti detrimentum, ſi reſtitutio differatur, quam quis fieri mandauit, licet tarde, in morte, ſi tunc fecit quod potuit. Quam concluſionem expreſſe tenent Ioſ. Angl. Flores Theolog. in quęſt. de ſuffrag. pag. 353. Iacob. de Graff. lib. 1. deciſ. cap. 26. numer. 15. Nauar. in manual. cap. 17. num. 68. verſ. quæſitum, Spin. in ſpec. teſt. in gloſ. 28. princ. num. 7. & 8. Sot. lib. 4. de iuſt. & iur. quęſt. 6. art. 1. ad fin. Portol. in tract. de Compet. iuriſdict. in quæſt. 15. ex num. 7. Vega in 2. par. cap. 134. caſ. 8. verſ. *El qual pregunta*, Lud. Lop. Inſtr. conſcien. 1. par. cap. 121. verſ. An defunctus, pag. 267. Mich. Salon 2. 2. quæſt. 5. de domin. art. 5. colum. 504. & in quæſt. 62. art. 1. in fin. colum. 604. Gaſpar Aſteti. 1. par. lib. 3. *De la guia de la juuentud, documento 22.* fol. 199. Ludouicus Carbone de reſtitut. quæſt. 90. verſ. tertia dubitatio, ex pag. 639. Belarmin. tom. 1. controu. 6. lib. 2. de purgator. cap. 16. ad fin. pagin. 1954. & quos refert Martin. Carrillo in Explic. Bul. defunct. 2. par. cap. 14. nu. fin. lacc Dimas Serpi in tract. de Purgator. cap. 47. Io. Baptiſta Conrad. de caſib. conſcien. quęſt. 160. qui omnes indiſtincte fatentur, quod quando defunctus bona fide confiſus de executoribus, iuſsit eis reſtitutionem facere, ad quā ipſe tenebatur, per hoc liberatur à peccato; nec detinebitur in purgatorio, propter culpam, vel negligentiam executorum, vel hæredum. Nam quamuis Deus ſoleat in hoc ſeculo, quoſdam pro peccatis aliorum punire, defunctos tamen, tam in purgatorio, quam in inferno exiſtentes, nō niſi pro ſuis proprijs peccatis punit. De quibus illa ſententia Dei veriſsima accipitur; quod filius non portabit iniquitatem patris, nec pater filij, vt habetur apud Ezechiel. c. 18. Secus in hoc ſeculo, nam conſtat filium Dauidis fuiſſe mortuum propter peccatum patris, & propter peccatū Sodomitarum paruulos eorum, qui beneficio ætatis, paterna flagitia neſciebant, cœleſti igne fuiſſe conſumptos, vt dicitur, 23. q. 3. in princip. idq. multis alijs exēplis probant Iacob. de Graf. lib. 1. c. 26. n. 15. Vega 2. p. c. 114. caſ. 8. Io. Medina, C. de ſatisfactione, q. 5. fol. 129. vbi reddit hujus rationem, in alio autem ſeculo, nō ſic, ac proinde ſi defunctus ſit illic ſufficienter purgatus, non remorabitur amplius propter negligentiam hæredum debita non ſoluentium; quia cum defunctus ſit in gratia, finita expiatione pœnarum, ſtatim aſcendit in cœlum. Vnde dicit Nauat. vbi ſupra, in d. num. 68. quod riſu, aut potius cōmiſeratione digni ſunt filij, & alij hæredes, qui miſerentes plurimum defunctis; quod propter debita detineantur in purgatorio, non miſerętur ſibi, qui detinentur in ſtatu infernali, notabiliter eorum ſolutione negligentes, aut differentes. Quę verba repetit idem Nauar. lib. 5. de pœn. & remiſ. conſ. 26. n. 11.

7 in fi. & etiā Sot. in d. art. 1. Errorē vulgi eſſe aſſerit, arbitrari defunctos in purgatorio re morari, quouſq. reſtitutiones, quas hic ſuis commendarunt, executioni mandantur; quē ſequuntur fere omnes DD. ſuperius pro cōfirmatione iſti' opinionis relati. Et idē etiā elegāter probat idem Sot. in 4. diſt. 45. q. 2. art. 3. verſ. in introitu ſtatim quæſtionis, dicens, quod ſi defunctus dū vixit, in ære alieno ſoluendo fecit quod debebat, in ſuo ſcilicet teſtamento, id mandando hęredibus, quos bona fide credebat ſuā executuros voluntatem, & aliud purgandum non latebat, illico euolabit in cœlū; quamuis debita nunquam ſoluantur. Quia culpa hęredū in illa reſtitutione facienda, nullatenus nocere poteſt defuncto; alioqui ſi exitus à purgatorio à voluntate penderet illorum, quibus hic reſtitutionē facere incūbit, ſequeretur quod ſi illi nunquā facerent, nunquā anima à pœnis illis eriperetur; nec miſer ille exiret à purgatorij carcere, qua vtiq. ratione, purgatorium verteretur in infernum: Et idem etiam tradit, plura ſuo more cumulādo doctiſsimus Portoles, vbi ſupra, nu. 11.

Ex quibus omnibus liquido conſtat, pro cōperto haberi apud viros graues, animas defunctorū propter non ſoluta debita, in purgatorio non detineri; nec culpā hæredū in reſtitutione facienda, nullatenus nocere defuncto. Vnde inquit Soto, relatus à Dima Serpi, tract. de purgat. cap. 47. in fin. Executores teſtamenti, vel hæredes tenentur debita ſoluere, vbicunq. credant eſſe animā defuncti, ſiue in inferno, ſiue in purgatorio, ſiue in cœlo.

Ego tamē pro vera intelligētia huius quęſtionis, obſeruādū cēſeo, ex Syluest. in ſum. verb.

verb teſtamentum, ſel 2. num. 9. Sot. in 4. diſtinct. 45. queſt. 2. art. 3. ante concl. 1. Ludou. Mol. de iuſt. & iur. tract. 2. diſputat. 251. col. 1541. poſt medium, Petr. Nauarr. lib. 3. de reſtit. cap. 4. ex num. 167. & lib. 4. cap. 4. nu. 75. Alphon. Vega 2. p. cap. 114. caſ. 8. Eman. Rodriguez in Sum. tom. 1. cap. 133. num. 8. Iacob. de Graffis lib. 1. deciſ. cap. 26. ex nu. 15. in fin. executores grauiter peccare, differendo abſque iuſta cauſa per tempus notabile exequi defuncti voluntatem, idq; tum aduerſus eos, quibus bona defuncti ſunt debita, contra quorum voluntatem iniuſte ea bona detinentur, eorumq; vſu priuantur, tū etiam aduerſus defunctum ipſum, quoad eleemoſinas ſuffragia, & alia legata pia, eorum quippe executio, licet defunctorū merita non augeat, vt ſupradictum eſt, ſatisfactionem tamen pro peccatis eorum operatur; atque adeo in cauſa eſt, vt citius à Purgatorij pœnis eruantur, diuinoq; fruantur conſortio, cū habeant ſuffragia vnde ſubleuentur. Certum eſt enim propter executorum tarditatem, retardari orationes, & ſacrificia, quæ fierent pro anima defuncti, ex quibus plurimū iuuaretur. Nec obſtat ſi dicatur, quod iſta retardatio prouenit ex negligentia executoris, & negligentia vnius non imputatur alteri; & ſic nullum detrimē tum pati debet mortuus, ex huiuſmodi tarditate; quoniam reſpondetur ad minorem, quod negligentia vnius, non imputatur alteri ad pœnam, poteſt tamen redundare in alterum, quantum ad defectum remedij, ſecūdum quod vnus homo ab alio iuuari poteſt, ita S. Thom. quodl. 16. art. 13. queſt. 8. vt poſt alios ſupra tradit Petr. Nauar. lib. 3. de reſtit. cap. 2. ex num. 23. in fin. & Ludou. Molina de iuſt. tom. 1. tractat. 2. diſput. 251. col. 1541. Nauarr. in dict. conſ. 26. num. 6. & ad hoc quidem exiſtētes in Purgatorio, ſolent permiſſu diuino, aliquando apparere viuis, & ſuffragia iſta ſibi fieri depoſcere, vt ſupra in primo argumento dicebamus, & tradit Sot. in 4. diſtinct. 45. quæſt. 1. art. 4. pag. 467. Bellar. in d. cap. 16. in fin. pag. 1954. vt recte tamē Silueſt. vbi ſupra adnotauit, reſtitutio eorum, ad quæ defunctus tenebatur, quam facere præcepit, neq; ad defuncti meritum, neque ad ſatisfactionem ſpectat, cum reſtitutio non ſit pars ſatisfactionis, vt ex Soto, & alijs reſoluit Petr. Nauarr. in dict. cap. 2. num. 22. & in lib. 4. cap. 4. nu. 76. & hinc eſt, vt executor talia differendo non tam peccet in defuncti detrimētum, quam eorum, quibus hęc bona debentur, quia iniuſte priuantur vſu rerum ipſis debitarū; vnde quidem huiuſmodi executorum inutiles excuſationes, cum dicunt non poſſe, cum poſsint cōmode executioni mandare voluntates defunctorum, admittendæ non ſunt, cum videātur friuolæ, & etiam eſſe ad excuſandas excuſationes in peccatis, nec ſuffragatur dicere, quod cauſa vendendi res teſtatoris maiori pretio differunt executionem, vt tradit Azebed. lib. 5. tit. 4. l. 7. num. 6. quia id procedit, & intelligitur verum, niſi mora illa eſſet modici temporis, quia tunc non videtur magnum eſſe periculum, vt rebus defuncti melius venditis, ampliores eleemoſinas faciat executor, pro anima defuncti, & tantum eſt argumētum, quod prævalet tarditati, vt tradit Palat. Rub. in Repet. rubr. §. 65. ex num. 19. ad fin. eſt tamen videndus Vega 2. p. cap. 114 caſ. 8 verſ. *Otra coſa es*, Iacob. de Graff. lib. 1. deciſ. cap. 26. ex n. 18. D. Thom. quodli. 6. quæſt. 8. art. 14.

8 Ad ſuperius tamen adducta in primo argumento, ex tex. in cap. in literis de raptor. reſpondet Nauar. in d. cap. 17. num. 68. quod litera d. cap. in literis, ſit mendoſa, legi enim debet (valeāt) & non valeat, quaſi ipſi hæredes ſint, qui reſtituēdo, & ſatisfaciendo pro defuncto, à peccato liberētur, non vero defunctus. Et quamuis hanc ſolutionem, diuinatoriam appellet Petrus Nauarra de Reſt. lib. 4. cap. 4. nu. 75. Ei tamen ſe ſubſcribunt, & veram eſſe fatentur Didac. Spin. in dict. gloſ. 28. princip. num. 8. Ludou. Carbone de Reſtitut. queſt. 90. verſ. Tertia dubitatio, ex pag. 639. Portoles in dict. quæſt. 15. num. 13. & Doctor Carrillo in Explic. Bul. defunct. 2. p. cap. 14. ex nu. 7. Ludou. Lopez in Inſtr. conſc. 1. part. cap. 121. verſ. An defunctus, & nos etiam ſequuti ſumus in 2. p. Collect. 40. num. 6. in fin. Et pro ea ſic ponderat verba dicti tex. Viuald in Candelab. Eccleſ. 1. par. tit. de Purgat. num. 16. & prius verbum ſcilicet (à peccato) quia ſi hoc verbum intelligendum eſſet de defuncto, potius loqueretur in generali, ſcilicet à peccatis valeat liberari, quam in particulari (à peccato.) Vlterius etiam aduertit, quod eſſet impropria locutio textus, dicere, vt defunctus valeat à peccato liberari, cum iam per Sacramentum, aut per contritionem fuerit à peccatis liber, & tātum remaneat pœnis luendis obnoxius; quemadmodū impropriè diceretur

de

de aliquo, qui vltimo ſupplicio erat punien dus, & Rex illi pepercit, ſi eſſet incarceratus propter expenſas factas, parétes ſoluant expenſas, vt ille valeat à motte liberari, cũ iam per Regis miſericordiam à morte ſit libera tus. Vel etiam, & ſecundo reſpondetur, ex eodem Nauar.in dict.num.68. quem ſequitur Petr. Nauarr. in ſupra allegato num.75. in fin. & Ludou. Lopez in dict.cap.121.in fi. quod ibi loquitur tex. in dict. cap. in literis de ope, per creditores, vel pauperes, quibus reſtitutio eſt facienda, feredâ defuncto, per
9 preces eorum, & ita accidentaliter prodeſt reſtitutio ad breuem ſolutionem pœnæ. Vnde fere omnes ſupra allegati Doctores, reprehendũt Angel. & ſequaces, tenentes animam non intrare in Cælum, niſi reſtitutione facta; cum reſtitutio non ſit pars ſatisfactionis ipſius defuncti, vt dictum eſt, & probant Sot. lib.4. de iuſt. & iur. quæſt.6.art.1. Petrus Nauarra lib.1. de Reſtit.cap.2.num. 21. Ioan. Baptiſta Conradus, in reſpon. caſ. quæſt.189. & Salon 2.2. quæſt.62.art.1.col. 603. imo inter ſe differunt, ex eo præſertim, quia reſtitutio fit ſolis hominibus, nam Deo non poteſt aliquid reſtitui, cum omnia ipſius ſint, ſatisfactio autem, & Deo, & hominibus, cum vtrunque peccator ſuo peccato iniuria afficiat; alias enim, ſi moreretur quis martyr, aut poſt Baptiſmum, facto quod in ſe eſt ad reſtituendum, non iret recta in cœlum via, contra tex. in cap. Baptiſmi vicem de Conſecr. diſtinct.4.cap. Cum Marthe de celebr. Miſſarum, cap. Debitũ de Baptiſmo, aut ſi moreretur contritus, contritione ſufficienti ad omnem pœnam delendam, iuxta cap. Menſuram de pœnit. diſtinct.1. vel abſolutus virtute Iobelei ad id efficacis, Extrauag.1. de pœn. & remiſs. quæ certe falſa ſunt omnino, & ſic merito reijcienda eſt dicta opinio Angeli, & aliorum.

Nec ſimiliter obſtat ſecundum argumentum, ex eo præſertim, quia quamuis ex ſententia Abbatis, & aliorum, hæres laici debitoris conueniri poſsit coram Eccleſiaſtico Iudice, ſi creditor corã ipſo petat, hæredem animam defuncti exonerare; cæterum contraria opinio verior, communior, ac in puncto iuris tenẽda eſt; quoniam certi iuris eſt, hæredem eiuſdem Iuris eſſe, & coram eo Iudice ſeculari conueniri debere; nec coram Eccleſiaſtico adſtringi poſſe, ſi defunctus coram eo conueniri non poterat, cum regulariter hæres ſequatur forũ defuncti, arg. tex. in regula hæredem, ff. de Regul.iur. & in reg. Is qui in ius ſuccedit, de Reg. Iur. Quam reſolutionem pluribus allegatis, comprobat Portoles in dict. quæſt.15. ex num.3. & eam veram eſſe exiſtimo, etiam ſi Clericus hæres ſit laici, dummodo lis cœpta ſit cum defuncto, coram iudice laico, vt tradit Couarr. in Pract.cap.8.num.2. Ioan. Gracian regul.9. num.11. Auendañ. de Exeq. Mand. lib.1.cap. 1.num.33. & late Portoles in Schol. ad Molinum, in §. Clericus, num.54. Franc. Viuius lib.2.com.opin.48. Boer. decif.69. num.32. & relati à me in 1.parr. Collect.37.num.7. Garcia Gironda de Gabel. 4.par.§.1.num. 13. Burg. de Paz in l.3. Tau.num.787. Quamuis cõtrarium velint affirmare Maranta, in Specul. Aduoc.5.par.numer. 19. & allegati à Boer. decif.69. numer.33. & Menoch. de ſucceſs. creat.§.22.num.72. Gregor. Lopez
10 in l.57.tit.6.par.7. vel etiam ſi defunctus iurasset ſolutionem debiti, adhuc enim ratione iuramenti, defuncti hæres non poterit cõ ueniri corã Iudice Eccleſiaſtico, vt optime tradit Ant.Gabr. lib.2.com.tit. de iureiurando, concl.6.num.6. Felin. in cap. Cum ſit generale, num.9. de for. comp. Rolan. conſ.17. volum.1. nu.16. & plures quos refero in 3. par. Collect.1.num.3. Vel ſecundo reſpondeo, quod quamuis Iudex Eccleſiaſticus ſit Iudex competens, ad compellendum hæredem, vt ſoluat debita defuncti, illud quidem non eſt, vt liberetur defunctus à pœnis Purgatorij, ſed vt hæredes valeãt ſic ſoluendo, à peccato liberari, iuxta ſuperius dicta ad cap. in literis de raptoribus, in ſolutione primi argumenti. Committunt ſiquidem graue peccatum; ſi enim debita perſoluere inter viuos cogimur ſub peccato, quanto magis hæc, quæ defunctis debentur? Qui extreme indigent, nec per ſe quidquam agere valent, ideoq; multis addicti cruciatib⁹, iugiter clamare nõ ceſſãt, Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, ideo cõfeſſarios hortari, & admonere compellor, vt quam diligenter interogent pœnitentes, an obno-
11 xij ſint huiuſmodi legatis perſoluẽdis, & ita inuentos nullatenus eos abſoluãt, niſi prius id exequantur.

12 His etiam accedit, quod animæ, quæ per ſuffragia viuorum liberãtur, ſunt memores beneficij, & nõ tantum dum beatæ fuerint, ſed etiam in Purgatorio manentes poſſunt nos iuuare ſuis precibus, pro benefactorib⁹ orando, quod optime tradunt, & declarant Bellarmin.

Digitized by Google

Bellarmin.tom.1.in contron.de Purgatorio lib.2.cap.15.ex numer.20.Henriquez lib.7. cap.8.num.4. Rutilius Benzonius,de Anno Sancti Iubelęi,lib.2.cap.45.pag.276.verſic. Quod autem,Bernard.Diaz in lib. *Auiſo de Curas*, cap.35.quod eſt notandum.Contrarium namquè defendunt Nauar. de oratio. cap.20.nu.11.vtrãquè opinionem diſputat latè Dimas Serpi, in tractat.de Purgatorio, cap.16. negatiuam tamen defendunt, Durand.in 4.diſt.45. quęſt.4. & ibidem Sot.in quæſt.3.art.1.Alexan.de Ales 4.part.quæſt. 26.membr.3.art.4.ad 4.S.Thom. 2.2.q.83. art.4.ad 3.& in 4.diſt.15.quæſt.4.ad.5.quæſtiuncula 2.ad 2.

13 Vel etiam reſpondetur argumẽto, quod de inre habet Epiſcopus,quod poſsit compellere hæredes defuncti,ſuam voluntatem exequi, executioniſquè officium peragere; vt probatur in cap.Tua, & in cap.Ioannes, & in cap.Si hæredes,de teſtam.etiam ſi legata nõ ſint pia,ſecundum magis communem opinionem, vt poſt.Alex.conſ.239. volum. 6.num.14.tradit Couarr.in dict.cap.Si hæredes,num.3.ad fin.

14 Pro coronide tamen iſtius diſputatonis, lectorem admonere ſupereſt, dubiam,& incertam,quamuis pijſsimam,iudicari debere opinionem Soti in 4.diſt.19.quæſt.3.art.2. ad fin. & in diſt.21.quæſt.2.art.1.verſ. Tertio inde etiam,dum ait,quod ipſe non credit,aliquem in Purgatorio viginti annos extitiſſe, imo nec decem ibi manere putat,cũ tanta ſit Dei clementia, vt non ferat multo tempore amicos ſuos à ſuo conſortio cohibere, & ideo ſapientiſsima eius prouidẽtia voluit eas acerbiſsimas pœnas, ad illos expurgandos inſtituere, qua breui tempore poſſent animas purificare. Quam opinionẽ ſequitur Viuald. in Candelabr.1.par.tit.de Pœnitentia,§.de Purgat.num.9.in fin.Tho. Zerola de Indulgen.cap.21.verſic. Octauo quæritur,pag.187. & eam inſinuare videntur,quamuis allegent Cordouam contrariũ aſſerentem, Rodriguez in Explic.Bul.§.7. num.7. & Vega in Sum.2.par.tit.de Purgatorio,cap.79.caſu 2.Contrariam tamen ſententiam tanquã veriorem multis exornant rationibus,Henriquez lib.7.cap.16.num.4. & ibi addit.in litera I.Ioan.Baptiſta Conrad.in reſpon.caſ.conſc.caſu 189.verſ.Contra opinionẽ,pag.363.latè Carrillo in Bul. defunctorum,1.p.cap.11.per totum, latiſs. Dimas Serpi in tractat.de Purgator.cap.23. Soarez 4.tom.in 3.par.D.Thom.diſput.46 ſect.4.nu.6.pag.962. Quamuis ipſe fateatur rem hanc, vt incertiſsimã,definiri non poſſe, & quod quilibet, quod magis expedire cenſeat,illud ſequatur, & ſic intendit reſpõdere argumentis contra Sotũ adductis. Aduerſus tamen Sotum agit plura cumulando Bellarmin.in ſuis controuerſijs,controu.6. lib.2. de Purgat. cap.9. ex col.1397. & ſententiam Soti docens quidam inſignis Prædicator,à Sacro Inquiſitionis Senatu compulſus fuit illam retractare, eo quod videatur retrahere viuos ab operibus ſatisfactorijs,& Miſsis offerendis pro ſuis defunctis, atteſtatur Henriquez in dict.numer.4.vnde etiam reijcienda videtur opinio Fabij Incarnati, in tract.Scrutin. Sacerd.tract.2.prima part.titul.de confeſ.pag.69. aſſerentis,ſatis probabiliter credi poſſe, quod quis tot annis puniri debet in Purgatorio,pro ſatisfactione vnius peccati mortalis, quot ſunt dies in ſeptem annis,aduerſus quam opinionẽ pugnat poſt alios Doctor Martinus Carrillo dict.cap.11.ex num.3.

15 Hictamen(vt ſi obiter)ſilentio prætereundum non eſt conſilium optimum,quod tradit Ioan.Baptiſta Conrad. in Reſponſ.caſ. conſc.quæſt.189.verſ.qui ergo,ex pag.361. ad cito eruendas animas à Purgatorio, vt à pœnis illis acerbiſsimis liberentur, dicens, non expedire legatum facere,vt ſingulis annis,vel menſibus,vna Miſſa cãtetur,vel qualibet hebdomada vna Miſſa dicatur in perpetuum. Quid namquè iuuat illud in perpetuum, ſi in paucis diebus fieri poteſt, vt illa anima à tãtis cruciatibus eruatur? Vnde ait optimum eſſe conſilium, vt eadem die obitus(ſi fieri poteſt)vel chraſtina incipiãt ſuffragia in magna quantitate, vt ſi quis reliquit cẽtum aureos pro ſalute animæ ſuę,dicantur tot Miſſæ (quæ quidem inter ſuffragia locum potiſsimum tenent) & celebrent quotidie quamplures pro illa anima tanto tempore,quanto congruum fuerit pro quãtitate dictæ eleemoſinæ,quod certe, ex ſententia huius auctoris,ad leuamẽ animarum magis proderit,vt quã citius ab illis grauiſsimis pœnis eius anima eruatur,& diuina fruitione citius potiatur.

16 Contrariũ tamen defendit eleganter Gabriel Biel, ſuper Canon.Miſſæ, lection.58. fol.116.verſ.ſed hic incidit, aſſerens ſub his verbis,magis prodeſſe ſtatuere anniuerſaria perpetua, aut certum cultum diuinum, vel eleemoſi-

eleemoſinas perpetuas certis vicibus,ſingulis annis exequendas, quam ſi vna vice omnia iſta impendantur. Et reddit rationem, quia quanto magis in opere quæritur diuinus honor,& proximi ædificatio,tanto magis opus eſt meritorium eſſentialis præmij, procedit enim ex feruentiori charitate Dei, & proximi ; quia non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ ſunt Ieſu Chriſti, & proximi; & quã to opus eſt magis meritoriũ eſſentialis prȩmij , tanto etiam magis eſt ſatisfactorium pro peccato,vt ibidem probat,magis autẽ diuinus honor quæritur in cultu perpetuo, quam in temporali. Similiter & ædificatio proximorum,quia nedum præſentium, ſed etiam futurorũ,ergo.&c. Nec obſtat ſi dicatur,quod ſuffragium futurum non prodeſt ad pœnæ liberationẽ , priuſquam exhibeatur , vnde fructuoſius eſt inſtituere ſuffragia,quæ ſtatim fiant , quam quæ poſt longa tempora explenda ſunt , qualia ſunt huiuſmodi perpetua. Reſpondet namq. idem Gabr. huiuſmodi argumentum verum eſſe , & procedere,quando agitur de ſuffragio ſimpliciter futuro,ſcilicet quod nequè in ſe,nequè in ſua radice præſens eſt,ſed dum fiunt fundationes perpetuorum ſuffragiorũ, iam totum ſimul exponitur à fundatore ; vnde obligabuntur futuri ad ſuffragiorum opera, & ſic iam in actu ponitur fundatio futurorũ,in qua, ſicut in radice,præſentia ſunt omnia futura ſuffragia;quia iam factum eſt,vnde fiant in futuro. Secus vero,vbi non præcedit aliqua fundatio, nihil etiã exponitur, ſed duntaxat committitur,vt fiat reſtitutio, & ita non ponitur in actu radix,& fundatio futurorum, & quia illa inſtitutio ad lõgum, fit ad Dei maiorem honorem, & proximorum ædificationem,acceptatur à Deo,vt prȩuiſſa ad remiſsionem tantæ pœnȩ,quantum ſoluerent exhibita. Sicut enim (vt ipſe ait) & paſsio Chriſti prius contulit gratiam patribus,quã exhiberetur à Chriſto Domino, & quod propter eam , vt premiſſam, Patres ſalui facti ſunt,& iuſtificati, & indignum videtur , quod is qui præponit diuinum honorem proprio cõmodo , ſentiat ex hoc iacturam. Et ſi replicetur, quod ſaltem ſuffragia plus valebũt exhibita, prȩciſſe ex opere operato,quam nõ exhibita, reſpondet ipſe Gabr. quod etſi aliquo modo minuatur pœnæ remiſsio , quæ præciſſe reſpondet operi operato , tamen ex alia parte augetur , pro quanto iuſtificatio facta eſt ex maiori charitate,quæ magis quærens Deum , paruipendit commodum ſuum. Vnde maior remiſsio pœnȩ correſpõdet tantȩ charitati inſtituentis ſuffragia perpetua, propter diuinum cultũ,quã coreſpõdebit ſuffragijs,ſi actu ſimul ex minori charitate fuiſſent exhibita.

QVÆSTIO XXXII.

An virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iobȩlei,concedentis poteſtatem abſoluendi à cenſuris,& pœnis, poſsit Confeſſarius electus, abſoluere ab irregularitate aliqua?

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas duplex eſt.*

2 *Irregularitas ratione peccati contracta poteſt abſolui virtute Bullæ,vel Iobȩlei,concedentis poteſtatem Confeſſarijs abſoluendi à pœnis,& cenſuris, non autem irregularitas, quæ non oritur ex peccato.*

3 *Irregularitatis definitio.*

4 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum irregulari occulto.*

5 *Archiepiſcopi Tarraconeñ. & Cæſarauguſtañ. poſſunt diſpenſare in irregularitate quacunq.*

6 *Auctoris ſententia in propoſita quæſtione.*

7 *Conſuetudo in ijs quæ pendent a iure eſt optima legum interpres.*

8 *Irregularitas non impedit abſolutionem à peccatis nec receptionem Euchariſtiæ.*

9 *Abſolui poteſt quis virtute Bullæ vel Iobelæi à pœna pecuniaria nõ ſoluta,quam quis incurrit, ex eo quod præcepto Epiſcopi non paruit.*

10 *Intellectus ad Bullam Cruciatam dum concedit facultatem abſoluendi ab excommunicatione ſatisfacta parte.*

1 INSIGNIS Doctor Martinus Carillo (Eccleſiæ Metropolitanæ Cȩſarauguſtanæ Canonicus meritiſsimus,quẽ ob illius admirabilem prudẽtiã, vitæ integritatem , morum probitatem, ac mirificam ſapientiam,Rex noſter inuictiſsimus Philipus Viſitatorem Regni Sardiniæ inſtituit, in quo munere ita ſe geſsit, vt admirari quidem poſsim,laudare non ſatis)in libello

libello illo aureo, cuius inſcriptio eſt, Itinerarium Ordinandorum, in ſect.4.cap.4.de Irregularitate, num.8.mouet dubium, quod ipſe prius annotaueram in 1.pat.Collect.52. num.2.celebre quidem, & difficile, propter diſcordiam, quæ inter ſcriptores reperitur. An ſcilicet virtute Bullę Cruciatę, vel Iobę lei, in quo conceditur poteſtas abſoluendi ab omnibus cenſuris, & pœnis, poſsit quis abſolui ab irregularitate; vt alibi dixi, ab ea ſaltem quæ contrahitur ratione peccati? Vt enim eleganter aduertit Dominic.Sot.in 4. diſt.22.quæſt.3. artic.1.pag.965. in duplici differentia conſtituitur irregularitas, quædam eſt, quæ ex culpa, & delicto naſcitur, nempe, vt ſi quis excõmunicatus celebret, vel excommunicatus ordines ſuſcipiat, aut propter alia quamplura delicta, quę ratione alicuius culpæ, aut peccati irregularitatẽ habent annexam, in quibus caſibus irregularitas dici poteſt effectus cẽſuræ, quoniam à cenſura originem ducit, nempe ab excõmunicatione, vel ſuſpenſione, in qua etat, qui plane efficitur irregularis, ob exerciciũ ſcilicet, vel receptionem ordinis, vel ex aliquo alio crimine ab eo perpetrato. In quibus caſibus, virtute Bullæ Cruciatæ, in qua conceditur Confeſſario facultas abſoluendi ab omni cenſura Eccleſiaſtica, poterit, (vt inquit Sotus) abſolui ab huiuſmodi irregularitate, ratione peccati contracta, cum nomine cenſuræ, ea includi cenſeatur.

2 Altera vero conſtituitur irregularitas (vt dicit Sotus) quæ ſine culpa, aut peccato oritur, vt propter bigamiam, vel effuſsionem ſanguinis etiam licitam, vt cum iudex iuſte ſuſpendere facit reum, teſtis vè verum teſtimonium fert in cauſa, ex qua mors rei ſuccedit; & propter alias etiam cauſas, in quibus certe irregularitas non dici potuit cenſura, ſed impedimentũ Canonicum, ideoq; merito ſub nomine cenſuræ, nõ continetur in dicta Bulla, vel Iobæleo. Vnde nec ab ea Confeſſarius abſoluere, nec diſpenſare poterit, quantumcunq; eidem facultas concedatur, abſoluendi à quibuſcunquè peccatis, pœnis, & cenſuris, cũ hæc irregularitas nec ſit pœna, nec cẽſura Eccleſiaſtica, nec etiam culpa, ſed ſit inhabilitas quædam, & impedimentum à iure inductum, quo quis prohibetur ordinis ſactamentum ſuſcipere, vel in ſuſcepto miniſtrare.

3 Et quidem in huiuſmodi irregularitate, nõ eſt opus abſolutione, ſed habilitate, quæ ſub nomine abſolutionis nõ intelligitur cõceſſa. Quam doctrinam, & opinionem Soti, veram eſſe profitentur, & eam ſequuntur Alphon. Vega in Silua 2.part.cap.15. caſ.9. & caſ.10. Medina in lib.1. *Iuſtruction de Confeſſores*, cap.11.§.9.verſ. *Para mas claro*, fol.39 latè Salon 2.2.quæſt.64.art.8.controuer.4. ex colum.1264. Aragon 2.2.quæſt.64.art.8. pag.286.verſ. Sed dubitabit aliqdis, & quãuis nõ omnino approbet diſtinctionem Soti, ſequitur tamẽ hanc opinionem tanquam valde probabilem, & communi Doctorum interpretationi conformem. Eamq; multis rationibus, & fundamentis exornat, Ioan. Gutierrez lib.Can.Quæſt.cap.3. ex num.6. eam veriorem dicens, & huic opinioni magis adherere videtur, Eman. Rodriguez in Explicat.Bul.Cruc.§.9.num.64. Et ea licere vti in praxi (cogente neceſsitate) ſi longe diſtet Epiſcopus, cenſet Henrriquez to.2.lib. 14.cap.18.num.4.& in lib.7.tit. de Indulg. cap.13.nũ.6.verſ. Quæ ſententia, eam etiam veram appellat, Ant. Cordoua in Sum.caſ. quæſt.28.in fi.& in quæſt.144.in fin.in verſ. *Y en rigor*, quamuis ſecutius eſſe dicat, tecurrere ad Ordinatium, qui poteſt eum abſoluere. Quod intellige, vt dixi in 3.p.Collect. 4.num.2.ex Viual.2.par.tit.de Sacramento Ordinis, num.37.& in tit.de Irregularit.ex nnm.314. & Lælius Zechius caſ.1.num.40. verſ. Diſpenſare non poteſt, Ludou.Lopez in Inſtr.conſc.2. par.cap.92.ex colum.723. in fi.fol.paruo, Anton.Bernad.in Sum.cap. 53.num.102.Eman.Rodriguez tom.2.cap. 157.num.2.Anton.Gomez in Explicat.Bul. Cruc.clauſula.10.num.32. Ludou.Lopez in 2.part.Inſtr.cõſc.cap.8.de Bulla, pag.834. verſ.Vel certe ſi eſt irregularitas, Salon in d. controu.4.in vltima cõcluſione, & Aragon vbi ſupra in 3.concluſione, Ioan.Gutierrez

4 in d.cap.3.num.6.poſt med.nempe quando quis eſt occultus irregularis, tunc enim poteſt cum eo diſpenſare Epiſcopus, aliàs ſecus, vt habetur in Decret.de Reform.Sanct. Concil.Trident.ſeſſ.24.cap.6. vbi etiam excipitur, irregularitas, quæ oritur ex homicidio voluntario, & deducta ad forum contẽtioſum; à quibus nõ poteſt abſoluere Epiſcopus, quod certe, quo pacto intelligẽdum ſit, optime declarat Gutierrez lib.1.Canon. Quæſt.cap.13.per totum.

5 Aduerte tamen, quod in Prouincia Taraconenſi, viget conſtitutio Apoſtolica Martini Quinti, poſita in volumine conſtitutionum

num Tarracon. ſub titulo de ſenten. excõ-
mun.qua datur facultas Archiepiſcopis Tar
racon.& eorum ſuffragan.diſpenſandi ſuper
irregularitate quacunquè, etiam Clericum
excommunicatum celebrantem, ſi id fuerit
ex ignorantia, vel inaduertentia, vel obli-
uione.

6 Cęterum ſuperius dictis nõ obſtantibus, contraria opinio (cui ego aſſentior) magis communi ſcribentium calculo, & ſtylo Curiæ Romanæ, fortioribus deniq; rationibus eſt munita, nempe quod cum nullo irregulari diſpenſare poſsit Confeſſarius electus per BullamPapę,quę habet clauſulam illam generalem, abſoluendi ab omnibus cenſuris,& pænis; etiam ſi huiuſmodi irregularitas propter culpam,& non ob ſignificationem ſit contracta, niſi aperte id exprimatur.Vt expreſſe decidunt Viuald.in Cande. Eccleſię 2.par.tit.de Irregularit.num.17.& optime num.33 t.Lælius Zechius de caſ.reſeru.caſ.1.num.40.verſ.Nullus autem Confeſſarius,pag.117.Lud.Beja in Reſponſ.caſ. conſc.caſ.17.iuxta fi.Ant.Bernad.in cap.35. num.100.Pedraza in Sum.2.par.titul. *De la Irregularidad*,in princ.fol.148.Maiol.de Irregularit.lib.5.cap.51.num.7.verſ.Propterea, Henrriquez tom.2.lib.14.cap.17.num.4.& optime in lib.7.tit. de Indulg.cap.13.nu.6. vbi elegans additio.in lit.A. Tolet. in Inſtr. Sacerd.lib.1.cap.31.poſt principium.Eman. Rodriguez ſibi contrarius, in Sum.tom.1. cap.165.num.3.& in tom.1.Queſt.Regular. queſt.20.artic.17.pag.191. idquè conſuluit Nauarr.lib.1.tit.de temp.ordinan.conſ.34. num.2.& in titul.de ætat.& qualit.conſ.3. num.3.& in lib.5.tit.de Simonia,conſil.18. nu.2.in fin.& in tit.de ſent.excom.conſ 66. num.1.& idem tradit idem Nauar.in Man. cap.27.num.194.& melius in nu.250.Dominicus Sot.ſibi contrarius,in lib.5.de iuſt. & iur.quæſt.1.art.4.verſ.quapropter, Lud. Lopez in 2.part.Inſtr.conſc.cap.8. de Bulla ex pag.832.verſ. Iam etiam quæſtionem illam,& in cap.21.de Interdicto in princip. pag.947.verſ.inter has,Doctor Sahagun,in cap.Atſi Clerici,in §.de adulterijs, ex num. 122.de Iudic.Salzedo in addit.ad Bernard. Diaz in Prax.cap.26.in lit.E.verſ.Sexto prędictæ conſtitutioni, pag.99.Iacob.de Graſ. lib.4.deciſ.cap.15.num.27.qui omnino diſcedendum eſſe à Soti contraria opinione dicit, Ortiz in reſol.caſ.reſol.9.ex principio, fol.221.Thom.Zerola in Prax.Epiſcop.1.p. §.Irregularitas,verſ.decimotertio,fol.108. & in Pract.pœniten.cap.24.verſic. Decimo octauo,fol.115.Ant.Gomez in Explic.Bul. Cruc.clauſula 10.ex num.30.vbi ait,miſero errore elapſos fuiſſe Sotum, & alios viros, alioquin doctiſsimos, tenentes contrariam opinionem(ſub his namquèverbis cenſuris, & pœnis)non includitur facultas diſpenſandi ab irregularitate.

Quam etiam opinionem Soti ſingularem appellat,& vſu nõ receptam,Ioan.Baptiſta Conrad.in Reſpon.caſ.conſc.caſ.193.aſſerens,quod in re graui non auderet ipſe eam ſequi.In cuius rei confirmationem expreſſe facit tex.in cap. Quærenti de ver.ſignif.vbi interrogatus Pontifex, quid per cenſuram Eccleſiæ debeat intelligi, cũ in literis Apoſtolicis huiuſmodi clauſula apponitur? Reſpondet per cenſuram,ſolum interdicti,ſuſpenſionis,& excommunicationis ſententiam intelligi debere. Et ſic tantum has tres eſſe cenſuras Eccleſiaſticas declarat,de irregularitate nullam faciens mentionem,nequè de ea diſtinguit ſicut exiſtimant Sotus, & alij, ergo iuxta axioma commune,ſi ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l.3. ff.de offi.Pręſid.l.Imperator,ff.de poſtulan. Ad hoc etiam facit practica illa,& communis vſus,quod cum iudicibus occurrit neceſitas coercendi aliquẽ contumacem per cenſuram Eccleſiaſticam, non vtuntur hac forma,ſcilicet,ſub pœna irregularitatis mandamus,vel inhibemus, ſed bene vtũtur his formis ſub pœna excommunicationis, vel ſub pœna interdicti,vel ſuſpenſionis.Quoniam irregularitas, & ceſſatio, non ſunt cenſuræ, ſed pœnæ quædam canonicæ, diſtinctæ admodum à cenſuris. Et hinc etiam extat Praxis (maxime in Religionibus) in quibus ex priuilegio poſſunt ſuperiores in ſolemnitatibus præcipuis abſoluere inferiores ſuos à cenſuris,& diſpenſare cum eis in irregularitatibus,quod ſuperiores nõ admiſcent iſta, ſed diſtinguunt,finita namquè abſolutione à cenſuris,dicunt deinde,& eadem auctoritate diſpenſo vobiſcum,ſuper macula irregularitatis,ſi quam contraxiſtis,vnde apparet euidenter, à nulla irregularitate concedi poſſe abſolutionem,ſed tantum diſpenſationem,hęcquè cum diuerſa inter ſe ſint,vt docet Borgaſius deIrregular.6.par.tit.de Sciſmatic.nu.19. adeo,vt qui in foro conſcientiæ poteſt abſoluere;diſpenſare non poſsit; ſecundum eundem Borgaſ.d.6.par.titul.de

ſortileg.

Digitized by Google

ſortileg.num.11.ergo cum ſuper irregularitate non cadat abſolutio,ſed ſola diſpenſatio , quæ neceſſaria non eſt ad peccatorum abſolutionem, quia irregularitate ſubſiſtente,poteſt quis abſolui à peccatis,& per Bullam non liceat diſpenſare,ſed tantum abſoluere,videtur dicendum vigore dictę Bullę, non poſſe quem ab irregularitate diſpenſari,nec minus abſolui. Vt vltra alios vbi ſupra, id,vt magis verum,defendunt Salzedo vbi ſupra,& Rodriguez in dict.art.17.ver. igitur , & Nauarr.in dict.num.250.dicens, quod cum nullo irregulari diſpenſare poteſt Confeſſarius electus per Bullam Papæ , habentē clauſulam abſoluendi à qualibet cenſura,ita etiam expreſſe , & nouiſsime tenet Sayrus de Cenſuris,lib.1.cap.1.nu.18.

His etiam accedit vſus,& ſtilus Curię Romanę,qui(vt aiunt Nauar.vbi ſupra,& Henriquez lib.7.titul.13.num.6.poſt med.)talis eſt , quod Oratores in ea Curia non poſtulant abſolutionem ab irregularitate,ſed diſpenſationem,nec per Datarium dicitur fieri à Rom.Pontif. cum aliquo irregulari abſolutio,ſed diſpenſatio.Et ſimiliter quando conceditur alicui facultas tollendi irregularitatē, nō dicitur in Bulla,cōcedo tibi facultatem abſoluēdi ab irregularitate, ſed cōcedo tibi facultatē diſpēſādi in irregularitate.
7 At verò negari non poteſt,quod in his,quę pēdent à iure,cōſuetudo certe, & ſtilus Romanę Curię ſeruandus eſt,qui cum ſit,vt nō intelligatur in aliqua Bulla , vel priuilegio, conceſſa facultas ad tollendam vllam irregularitatem,niſi id ſpecialiter concedatur, dicendum eſt,hanc opinionem tenendam fore.Pro qua etiam optime facit,quia Summ. Pont.in Bullis & Iobelæis, ab illis cenſuris intendit,vt pœnitentes abſoluantur,quę impediunt abſolutionem à peccatis, & aſſecutionem Iobelæi; ad hūc enim finem illa facultas abſoluendi conceditur. Vt ſatis expreſſe cōſtat ex verbis ipſius Iobelæi,vt tradit Rodrig.in d.artic.17. & Salzed. & alijs vbi ſupra. Cum autem abſolutio peccatorū recte fieri poſſit,ſine ſublatione irregularitatis; cum irregularitas ipſa non impediat abſolutionem à peccatis, nec aſſecutionem Iobælei , poteſt enim quis eſſe in Dei gratia,& illi remitti poſſunt pœnæ peccatis debitæ, quamuis non ſit idoneus vt initietur ordinibus ſacris , vel eis vtatur , vt optime tradunt Nauarr.in Man.cap. 27. num. 250. verſ.& cum abſolutio. Lud.Beja.in reſpon. caſ.conſc.caſ.17.in fin.Graff.lib.4. cap. 15. num.27.Sot.lib.5.de iuſt.& iur.q.1.artic.4. in fin.Aragon.in d.art.8.Nec ſimiliter irregularitas ipſa impediat effectum abſolutionis,& receptionis Euchariſtiæ, Salon in d. controu.4. in princ.col.1254.Arag.in d.art. 8.verſ.certum eſt autem,pag. 286. nec omnia alia ſacramenta recipere, præter ſolum ordinem.Henriq.lib.7.cap.13.num. 6. intrepide aſſerendum eſt ſublationem irregularitatis non concedi in dicta Bulla,cum ea
8 opus non ſit ad aſſecutionem Iobælei.

Quæ opinio minus dubitabilis videtur, poſt tempora Pij Quinti,& ſequentium Pōtificum , qui,vt deceptionis occaſio tolleretur,ademperunt ex dictis Bullis clauſulam, quæ antiquitus in vſu erat,vt virtute ipſius poſſent abſoluere Confeſſarij à cenſuris, dicebatur etiam, & ab alijs pœnis Eccleſiaſticis à iure , vel ab homine impoſitis. Hodie enim,cum iam ceſſent iſta verba,vt optime annotarunt Henriquez, & Salon poſt alios ſupra,procul dubio opinio Soti,& aliorum quos ſupra retulimus , non poteſt defendi, cum licet fateamur irregularitatem eſſe pœnam,ab ipſa tamen ceſſat facultas abſoluen
9 di,ex dicta Bulla,vel Iobęleo.

Aduertendum tamen eſt circa propoſitæ quæſtionis ſpeciem, nomine pœnæ, non intelligi pœnam pecuniariā,debitam per ſententiam iudicis, pœna ſiquidem pecuniaria non eſt pœna Eccleſiaſtica,de qua conceditur abſoluendi poteſtas in dictaBulla,vt tradit Rodriguez in dict. tom.1. quæſt.20.art. 17.verſ. Et aduertendum: vnde à pœna pecuniaria non ſoluta, quam quis incurrit, eo quod Epiſcopi præcepto non paruerit,virtute Bullæ,vel Iobælei bene poteſt quis abſolui,ex Sot.in 4.diſt.28.q.vnic.ar.2.pag.140. Graffis lib.4.cap.15.nu.7. Gutierrez lib.1. Can.Quæſt.cap.15.ex nu.30.Rodrig.in Ex-
10 plic.Bul.§.9.num.53.verſ. *Et nota*, ex quibus infertur intellectus ad clauſulam illam in diplomate Cruciatę cōceſſam,qua facultas tribuitur abſoluendi ab excōmunicatione, ſatisfacta parte,nomine inquā partis,cui reus ſatisfacere iubētur,nō intelligitur iudex cui ipſo iure applicatur pœna pecuniaria , aut cui aliquid,aut tabellioni eſt ſoluēdum pro ſententia, vt explicat Henriquez lib. 13.tit. de excommunic.cap.28.numer.1.vbi addit. in litera L.pag.1176.allegat iura, & Doctores, idem Henriquez lib.7.titul.de Indulg. cap.13.numer.1.vbi addit.in litera M.pag. 512.

Digitized by Google

512. ait, nomine partis non intelligitur ipſe iudex, cui fortè ex lege, vel ſtatuto, reus in pœnam debet ſatisfactionem pecuniariam, ſed per partem in Bulla accipitur ille, cui res eſt debita, & ad cuius inſtantiam lata eſt excõmunicatio, ex Ludou. Lopez in Inſtr. conſcient. 2. part. titul. de Bulla, cap. 8. verſ. Per partem, pag. 829.

QVÆSTIO XXXIII.

Quomodo intelligatur Regia lex, pro bono quidem Reipublicę ædita, de tritico nõ emendo ad reuendendum? Vbi plura obſeruatione digna adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Lex prohibens, ne ematur triticum ad reuendendum, iuſta eſt.*

2 *Munus reuenditorum animæ eſt periculoſum, licet Reipub. neceſſarium.*

3 *Lex, vel ſtatutum prohibens reuenditionem tritici, comprehẽdit Eccleſiaſticas perſonas, etiam ſi de ipſis nulla fiat mentio.*

4 *Reuenditores tritici, contra legem prohibentem, ne triticum reuendatur, peccant mortaliter.*

5 *Epiſcopus obligatur ad obſeruãdum ſtatuta laicorum, ſi ſint rationabilia, bona, & æqua.*

6 *Emens triticum in magna quantitate, vt veriſimile ſit emiſſe ad reuendendum, antequam reuendatur (ſtante dicta lege) non incidit in pœnam, ſecundum aliquos.*

7 *Auctoris ſententia in propoſita dubitatione.*

8 *Portoles ſententia reprehenditur.*

9 *Lex correctoria, & pœnalis, extẽditur ad caſus ſimiles, eandem, vel maiorem rationem habẽtes.*

10 *Habẽs triticum ex ſua cultura, vel redditibus, poteſt aliud emere ad victum, & licet tempore cariſtiæ ſuum proprium vendere, etiam ſi adſit dicta lex, cum limitatione, & num. 9.*

11 *Iudex ſecularis, & Concilia populorum, tempore neceſſitatatis, poſſunt licitè, abſq; metu excõmunicationis ſequeſtrare triticum decimarum, ad Republica neceſſitatem ſubueniendam; cum limitatione.*

12 *Mutuare frumentum antiquum, vt tempore ſolutionis ſibi nouũ reddatur, quo pacto licitũ ſit.*

13 *Emens triticum ad ſuam ſuſtentationem, ſi poſtea mutato propoſito illud vendiderit, non incidit in dictam legem.*

14 *Creditor poteſt vendere triticum, ſibi in ſolutum datum; & quomodo?*

15 *Muliones poſſunt emere triticum in vno oppido, & in alio illud reuendere; cum limitationibus.*

16 *Conceſsio Regia exportandi frumentum extra Regnũ, intelligi debet prouiſſo prius dicto Regno.*

17 *Iudices quando debeant prohibere frumenti exportationem.*

18 *Caupones poſſunt emere triticum, & ex eo panem coctum conficere, illudque reuendere, abſq; eo quod in dictã legem incurrant, non tamen farinam, licet contrarium ſit in Regno Caſtellę.*

19 *Frumenti appellatione continetur farina; alij contrarium tenent.*

20 *Prohibitus reuendere triticum, poteſt reuẽdere farinam, ſicut panem coctum, ex ſententia Auctoris, & aliorum, cum limitationibus.*

21 *Vniuerſitas, pro communi ipſius vtilitate, poteſt emere frumentum, & illud reuendere tempore neceſsitatis.*

22 *Vniuerſitas poteſt compellere Oppidanos, etiam Clericos, vel nobiles, vt ſibi pecunias mutuent, ad emendum triticum tempore neceſſitatis; deficientibus facultatibus Ærarij publici dictæ Vniuerſitatis.*

23 *Vniuerſitas emens triticum ad reuendendum, ſi illud nõ poteſt conſeruare, poteſt cogere vicinos, vt illud emant, licet illis neceſſarium non ſit.*

24 *Vniuerſitas poteſt triticum corruptum cum bono permiſcere, ad reuendendum, ſi aliter corruptum de per ſe vendi non poteſt.*

25 *Frumentum vetus mutuare, vt nouum recipiatur, an liceat.*

26 *Vniuerſitas non poteſt reuendere triticum pro maiori pretio, quam ipſa emerit, etiam ſi ſit pretium currens, contra Portolet.*

27 *Saccus in quo eſt frumentum, non comprehenditur in confiſcatione frumenti, neque vagina in confiſcatione enſis.*

28 *Statutum prohibens aſportari triticũ, non comprehendit niſi eum, qui actu apprehenditur aſportantem, & ibi concordia.*

29 *Venditio tritici, vel aliarum mercium, intelligitur facta ſecundũ menſuram loci, in quo contractus eſt celebratus, & non loci, vbi res ſita eſt.*

QVONIAM legibus, & ſtatutis aliquarum Prouinciarum, vt penurię, & cariſtiæ annonæ occurratur, & omnibus (præſertim pauperibus) cõſulatur, ne inquam inopes famę laborent, & patriæ vbertas conſeruetur, varijs pœnis iuſte ſancitum eſt, ne quis emat triticum ad reuendendum,

dendum; vt tradunt Benuen. de mercatura,
4.par.ex nu.44.Bart.in l Cętera,§.fin.& ibi
plenius Iaſſ.n.14.ff.de legat.1.Matienz.lib.5.
tit.11.l.19.gloſ.1.Rip.de Peſte cap.5.nu.42.
Menoch.Centur.6.caſ.585.nu.10.Ideo non
ſuperfluè in dubium reuocatur, quo pacto
hoc ſit intelligendum?Quid vè ſub hac pro-
hibitione comprehendatur?

1 Qua in re illud prius conſideratione dig-
num eſt,huiuſmodi legem,& cōſtitutionem
omnibꝰ viris pijs, & eruditis videri iuſtam,
nam ex mercatura frumenti,ad ipſum reuen
dendum, magna incōmoda Reipublicæ (&
præſertim pauperibus)euenire ſolent;ex in-
extinguibili mercatorū ſiti & auaritia,quæ
plus poteſt Reipublicæ nocere, quam anni
ſterilitas,aut locuſtæ,l.Annonam,& ibi An-
gel.nu.4 ff.ad l.Iul.de Annon.Ioan Medin.
de Reſtit.quæſt.36.verſ. Sequitur amplius,
Zabarel.in Clem.1.de vſur.nu.13. Cordou.
in q.183.verſ.*Reſpondo a lo primero*,Gutierrez
lib.2.Pract.quęſt.180.n.9.Porto.in Scholijs
ad forum *A los grandes daños*,tit.de vſur.Ma
tienz.lib.5.tit.11.l.19.gloſ.1.num.2.Lop.1.
par.Inſtr.conſc.cap.224. Meſs.concluſ.1.ex
nu.163. hi enim reuenditores cupiditate fu
turi lucri, omnia grana ſibi adſcribere conā
tur,ob idquè maximum detrimentum,& ca
reſtiam annonæ populares patiuntur,vt op-
time aduertit Didac.Perez lib.2. tit.23.l.3.
in gloſ.*No lo reuendan*,Ludou.Meſsia in Prag
mat.tax.pan.concl.1.num.164.& 167. ideo
iſti mercatores,qui omnia præmunt,vt de
mum ea carius vendant,ab Vlpian.in l.An-
nonam,ff.de var.& extraord.cognit.appel-
lantur Dardanij, per ea quæ dixi in 2.part.
Collect.118.num.5.in fin. Menoch.de Ar-
bitr.caſ.384.ex num.2.Azebed.lib.4.tit.18.
l.9.ex num.1.Alphonſ.Bouadilla lib.3.cap.
4.num.56.Matienz.lib.5.tit.11.l.19.in gloſ.
1.num.1.Lud.Meſsia ſupra num.165. Vnde
non inmerito dicebat Ludo.Lopez in dict.
cap.224.verſ. Sed de iſtis reuenditionibus,
& optime Ioan.Matienz.lib.5. tit.14.l.1.in
2 gloſ.1.ex num.2.Horum reuenditorum mu
nus animæ eſſe periculoſum, licet Reipubli
cæ neceſſarium, cum pauci eorum ſint, qui
Ioſephi Patriarchæ gerant animum; & qui
non habeant primum in votis,vt tempus ſte
rilitatis tale contingat,quod careſtiam indu
cat,augeatq;valorem frumenti in duplo,ne
dicam triplum,& quidem deſiderare aduen
tum ſterilitatis,coniunctum eſt(vt pote cō-
tra charitatem) cum peccato mortali; vt ex
Silueſt.annotauit Lopez in dict.cap.74.col.
585.verſ. Vt admonet.

3 Huiuſmodi autem leges, & ſtatuta, non
ſolum laicos, ſed & Eccleſiaſticas perſonas
ligant, ipſi enim nequeunt emere triticum,
vt poſtea reuendant, Morla 1.p.tit.9.q.10.
num.1.Menoch.conſ.1000.ex num.23. alios
referens,legeſque ſeculares id prohibentes,
comprehendunt Clericos, quamuis in eis
nulla de Clericis fiat mentio,quā vt ait Bart.
in l.Cunctos populos,n.29.C.de ſum Trin.
& fid.Cath.ſtatuta generalia laicorū, in qui
bus Clericorū,aut Eccleſiarū nulla fit men-
tio,ſi tamen tendunt aduerſus illa, quæ illis
cōpetunt,non tanquam priuilegiatis,ſed vt
cuilibet de populo, illos obligat,dūmodo
honeſta ſint. Quæ opinio Bart. ob promiſ-
cuā, & totius Reipub.vtilitatē, in hoc caſu
iure defendi poteſt, vt cōprehendantur Ec
cleſiaſticæ perſonę,in dicta prohibitione re
uenditionis tritici,cū concernat bonum pu
blicum,& ſic Bart.ſequūtur Abb.in cap.Ec-
cleſia S.Marię de cōſtit.n.12.Couar.in reg.
poſſeſſor,2.p.§.4.n.8.verſ. Tertiū eſt,Tiraq.
de Retr.lignag.§.1.gloſ.13.nu.4.Rodrig.in
Sum.to.1.cap.152.n.6.Bouadilla lib.2.cap.
18.nu.122.in lit.A.Vega 2.p.cap.121.caſ.1.
verſ.*Y aduierte*,latè Meſs.concl.5.ex n.35.&
41.& Morla 1.p.tit.2.q.12.n.12. & optime
tit.9.q.10.n.1.& tit.1.q.16.ex n.15.elegāter
Matienz.lib.5.tit.25.l.1.glo.1.ex princ. Me-
noch.in d.conſ.1000.ex n.23. pulchre Salz.
in addit.ad Prax.Bern.Diaz cap.55.fol.169.
verſ.ex quibus nonnulli,Portol.in ſchol.ad
Molin.§.Clericus,nu.19,& in tract.de con-
ſortibus,cap.31.num.3.Doctor Ioan.Gaſpar
Horrigas in patrocinio 2 p.nu.36.Molin.de
Primog.lib.2.cap.10.nu.82.Auend.lib.1.de
Exeq.mand.cap.19.n.28.in fi.& 1.p.cap.13.
nu.7.& 2.p.cap.14.nu.19.nam certe negari
nō poteſt,quod vergeret in Reipublicæ no
tabile dānū,ſi ab omnibus dicta ſtatura non
cuſtodirentur;vt tradit Lopez in d.cap.74.
col.586.in fi. Vnde quidē omnes tam laici,
quam Eccleſiaſtici,vt damna Reipublicę eui
rentur,in foro conſcientię tenentur dictam
legem obſeruare, Salon 2.2.quæſt.77.art.1.
contr.10.ex col.145.Rodrig.tom.2.cap.79.
nu.17.Medin.C.de Reſtit.quęſt.36.fol.105.
verſ.Dubitatet aliquis,Ludou.Lopez Inſtr.
negoc.lib.1.cap.17.ex prin. Nauar.in Man.
cap.23.n.88.aſſerentes,quod quāuis regula
riter Clerici non ſubijciantur legi ſeculari,
ſubiecti tamen ſunt legi naturali, & diuinæ,

quæ præcipit,ne quis vltra iuſtum pretium vendat;iuſtum autẽ pretium eſt,quod præſtituitur ab habente poteſtatem ad id,vt ſupradictum eſt,ex Medin C.de Reſtit.q.36. fol.104.Matienz.lib.5.tit.25.l.1.nu.2.Curia Piſſana lib.2.cap.18.nu.26.Portol.in Schol. ad for.Conſiderando, in tit.de vſur.nu.10. Gutierrez lib.2.Pract.q.180.nu.9.ad fi.Bouadilla lib.3.cap.4.num.63 in gloſ.in lit.D. pag.107. Zerola in Prax.Epiſc.1.p.§.Pragmatica,verſ.ad ſecundum videtur,pag.165. ſic hos reuenditores, ſeu Dardanios tritici, qualeſcũq; ſint,mortaliter peccare,affirmat Lopez,in d.col.586.& Cordo.de caſ.conſc. quæſt.83.verſ. *Reſpondo a lo primero,* fol.239. Valdes de eleemoſina,fol.90.col.3.Mercad. de contractibus,lib.3.cap.3.nu.2.quia contrauenniunt legi iuſtæ,ſuper re graui, & bo-
4 num publicũ maxime concernenti, propter bonum Reipublicę regimen,& cauſis iuſtiſſimis Principem legiſlatorẽ mouentibus,latæ,vt latiſsime probant Alph. Caſtr. lib. 1. de lege pœn.cap.4.Sot.lib.1.de iuſt. & iur. q.6 art.4.Didac.Perez in prohem. ordin.q. 10.Gutierr. lib.2.pract.q.180.n. 9.in init. & in q.182.ex num.3.Humada in l.16.tit.1.
5 par.1.in gloſ.5.ex num.2.quibus bene conſonant, quæ ex Bald.in l.omnes populi.n.7. ff. de iuſt. & iur. refert. Abiles in cap. 17. prætor.in glo. *Buenas* , num.10. quod ſcilicet Epiſcopus obligatur ad obſeruandum ſtatuta laicorum,ſi ſint rationabilia ,bona, & ęqua ; pro quo eſt conſulendus Cotta in memorabilibus iuris verb. clerici ligantur, & plures quos refero.2.p.collect.2. num.1. Meſſ.conclu.5.ex num.10. Portoles de Cõſortibus cap.31.n.3.

Plures tamen caſus ſeſe offerunt examinãdi, in quibus in dubium iure reuocari poteſt,an incidat in pœnas dictę pragmaticæ, emens triticum ad reuendendũ ? & primus
6 eſt,an dicta pœna comprehendat illum,qui emit frumentũ in tanta quantitate,quę veriſimiliter ſibi neceſſaria non eſt victui? Sed clare colligitur,& probari poteſt emiſſe ad reuendendum, nõ tamen actus reuendendi fuit conſumatus. In qua quæſtione videtur dicendum, hunc nullam incurtiſſe pœnam, donec frumentum ab eo emptum vendiderit; non enim incurrit quis pœnam , donec delictum fuerit conſumatum,niſi in atrociorібus,l.ſi quis non dicam rapere,C.de Epiſ. & Cler.Anton.Gabr.lib.7.com.opin.tit.de Criminalibus,concl.12.ex n.19. Ant.Gom. to.3.cap.3.nu.30.Felin.in cap.1.nu.9.& 12. de præſumptionibus,ſed hoc nõ eſt de atrocibus delictis; emptio ergo ſola tritici non ſufficiet ad exigendam ab emptore pænam, niſi reuendiderit; & hanc opinionem ſequitur doctiſsimus Portoles in explic. dictę legis num.23.Azeb.lib 5.tit.25.l.1.ex nu.2. & confirmari poteſt ex his, quæ cumulat Matienz. lib.5.tit.11.l.19.glo.2.ex nu.1.quãuis ipſe contrarium teneat.

7 Ego tamen cõtrariam opinionem veriorem eſſe exiſtimo , quando in tanta quantitate quis emeret triticum , quæ veroſimiliter ſibi nõ eſt neceſſaria victui,ſed clare colligitur emiſſe ad reuẽdendum,ex ea quę cariſtia in Republica ſuccesſura ſperatur,vt optime tradit Matienzo lib.5. titul.11.l.19.in gloſ.2.num.3. & tenet Auendan.reſpon.33. num.3.vbi in nu.4.optime probat,qualiter probetur animus ad reuendendum ; idquè probant verba dictę pragmaticę,ibi:*Pierda todo el pan que aſſi comprare*,& nõ dicit,*Lo que aſſi comprare,y reuendiere.* Vnde lex non exigit actum reuendendi conſumatum,vt pœna irrogetur, ſed quod conſtet emiſſe ad reuendendum. Vnde prudens Iudex cõſiderabit, an ex ipſa coacerbatione fructuum facta ab emptore,cariſtia ſequatur,nam eo caſu quãuis emptor nullam partem reuendiderit,punietur pæna ſtatuti;licet enim lex prohibeat reuenditionem,cauſa tamẽ finalis,ad quam tendit dictę reuenditionis prohibitio,ſi recte intueatur,ea eſt,ne penuriæ, & careſtiæ annona ſequatur in Republica ex coacerbatione tritici; vnde cùm hæc ſit cauſa finalis legiſlatoris,quamuis alię cauſę etiam impulſiuæ ceſſent; non ideo ceſſare legis prohibitionem dicendum eſt ; quia eſt generaliter verum, quod effectus non ceſſat , cauſa impulſiua ceſſante,l.2.§.fin.vbi gloſ.& Bart.ff. de donat.l.1.§.ſexum, vbi etiam gloſſ.Bart. & alij,ff.de poſtul.late Tiraq.tract.ceſ.cau. limit.1.num.1.& notauit Couarr.lib.1.var. cap.20.ex nu.2.Surd.de Aliment.tit.5.quæſt. 5.ex num.8. quamuis ille non reuendat triticum, ſufficit,quod in tanta quãtitate illud emat,quod ex illa coacerbatione damnum, & careſtia alijs ſequatur,vt tũc incurrat pœnas dictæ legis. Pro qua opinione bene faciunt,quę trad.Ang.in ſum.verb.vſura,el 1. n.70.in fi.dicẽs, quod quãuis licite,& meritorie quis emat grana,quãdo nõ animo reuẽdẽdi,ſed intẽtione ea elargiẽdi pauperib⁹ id facit,quando tamen dicta emptio,vel co

acerbatio,

acerbatio, non moderata ſed magna eſſet, & careſtiam induceret, tanquam à re illicita abſtinendum eſſet, etiam ſi ob cauſam ſubueniendi pauperibus fieret. Et idem fa-
8 tetur Henrriq. Boich. in cap. fin. num. 10. de vſur. Anchar. in cap. 1. num. 9. de vſur. in 6. Meſſ. concl. 1. num. 181. in princ. & quos allegat Portoles vbi ſupra, num. 21. Et miror quidẽ, quo pacto ipſe doctor Portoles, cũ teneat hanc opinionem, (coacerbationem inquam fructuum illicitam eſſe, etiam ſi animo non reuendendi, ſed donandi amicis, conſanguineis, vel pauperibus fiat, quando ex ipſa coacerbatione veriſimiliter careſtia ſperatur) nihilominus cenſeat, & affirmet, non ſatis eſſe in noſtro caſu dictam coacerbationem, ſed reuenditionem omnino requiri; cum iſta coacerbatio non minus Reipublicę ſit damnoſa, facta cauſa reuendendi, quam ſi fiat cauſa elargiendi pauperibus, aut conſanguineis. Vnde cum in iſto caſu fateatur non eſſe licitam, dubito, quo pacto poſſit dictam coacerbationem defendere, quando Reipublicæ eſt damnoſa, licet reuenditio non fuerit ſecuta; niſi intelligamus, quod hic loquitur de emente paruam quantitatem, quæ Reipublicæ non eſt nociua, in illo autem caſu, de emente magnam quantitatem Reipublicæ maxime nociuã; nam tunc ea non eſt licita, etiam ſi fiat cauſa ſubueniendi pauperibus; nec altera eſt prohibita (emere ſcilicet paruam quantitatem) ſi reuenditio non fuerit ſubſecuta.

9 Ad argumentum vero in contrarium adductum, ſatis reſponderi poteſt, ex ſuperioribus, dici enim poteſt, delictum conſumatum ex ſola emptione frumenti, licet illud quis non reuendat, quando in tanta quantitate emptum eſt, vt ex tali emptione ſperetur careſtia, vt ſupradictum eſt; eo enim in caſu, ſi recte perpendatur, non ſolum eadem, ſed maior extat ratio, vt quis puniatur ex maiori coacerbatione, cum ea magis ſit nociua Reipublicæ propter penuriam annonæ, ac ſi reuendiſſet, quo in caſu, lex etiam correctoria, & pœnalis, iuſte extenditur ad caſus ſimiles, eandem, vel maiorem habentes rationem, l. his ſolis, C. de Reuocat. donation. l. Cum mulier, ff. Sol. matr. cum alijs traditis per Crauet. de Antiquit. 4. part. 5. videamus modo de aliquibus, ex nu. 18. late Iaſ. in Authen. quas actiones, C. de Sacroſanct. Eccleſ. ex num. 17. Matienzo lib. 5. tit. 11. l. 19. gloſ. 2. ex num. 6. & præſertim ſi concernat vtilitatem publicam, etiam ſecundario, Crauet. in dict. 4. part. in princip. num. 79. vbi enim adeſt rationis identitas, non dicitur procedi per extenſionẽ, ſed per comprehenſionem; ex not. à Molin. de Primogen. lib. 3. cap. 5. num. 7. Tiraquel. tract. ceſs. cau. in princip. num. 142. Ludou. Meſs. concl. 4. num. 8. Cattel. Cotta. in memorab. verb. rationis identitas.

10 Secundo etiã pro declaratione dictę conſtitutionis illud ex Ant. Cordo. tract. de caſ. de conſc. quæſt. 83. verſ. *A lo ſegundo*, examinare licet, quod habens triticum ex ſuis redditibus, vel ex propria cultura, pro victu domus ſuæ, poteſt emere aliud triticum ad eũdem victum, & abſquè peccato tempore careſtiæ maiori pretio vendere, quod ſuum erat, nec ob id facit contra hanc conſtitutionem Regni, nec ipſius intentionem, quæ habet, vt nullus poſſit illud emere ad reuẽdendum, quam etiam opinionem ſequũtur Bouadilla lib. 3. cap. 3. num. 77. Ioan. Gutierrez lib. 2. quæſt. 182. num. 16. Lud. Lopez in 1. par. cap. 224. verſ. tertium, pag. 555. quos refert, & ſequitur Portoles, vbi ſupra, n. 21. & ratio ea aſsignari poteſt, quia iſte talis nõ poteſt dici emiſſe ad reuẽdẽdũ, cũ aliud triticũ emat, aliud verovẽdat; lex autẽ formaliter debet intelligi. His adde, quod cũ ſit pœnalis, eſt reſtringenda, vulgatis iuribus.

Huic tamen opinioni ego non omninò adhęreo, quamuis enim fatear, poſſe quem bonum triticum ſuo victui emere, & vendere aliud non ita pretioſum, quod habet ex propria cultura, vel è contra, ſi magis vtile eſt ei, bonum vẽdere pro maiori pretio & emere pro ſuo victu aliud non æque bonum, vt ſolent facere aliqui neceſſitate oppreſſi; quando tamen id factum eſt, non ea intentione, ſed animo tantũ fraudandi hanc legem, & propter lucrum, & cupiditatem, quis cõparat modium annonæ tẽpore meſſis, pro duobus nũmis, & ſeruat propriam annonã, quã habet ex proprijs redditibus, vſq; dum vendatur nũmis quatuor, aut amplius; certe hoc turpe lucrum dicetur, iux. cap. Quicunquè 14. quæſt. 4. & pœna huius legis poterit puniri emptor, maxime ſi id faciũt quidam lucri auidi, tempore quo penuria tritici ſperatur, aut vt ſua emptione annona carior reddatur; tunc enim iuſte poſſent compelli à Republica, vt tempore quo emunt, vendant, aut ſaltem, ſint parati vendere tot modia frumenti, quot emunt,

pcreſt,& pro ſuo vſu non indiguit,vel propter aliam cauſam,poſtea mutato propoſito vendidit, vt probat optima additio ad Abb.in c.1.ne Cler.vel Mona.in lit.E.Ang. in ſum.verb.vſura.El 1.n.70. verſ. ſi autem, Azebed.lib.5.tit.14.l.7.n.11. & in tit. 11. l. 19.n.5.Gutierrez lib.2.pract.q.182.nu.15. Meſsi.in prag.tax.pan.concl.1.num.170.& in num.181.Tiraq.in præfat.retract.nu. 78. ad med.Abiles,in cap.52.Præt.in gloſ. *En la tierra*,num.18.& 20. Medin. C. de reſtitut. q.36.in fin.verſ.ſic enim qui pro ſuę familiæ,Hippol.de Marſil.ſing.86.incipienti, ſtatutum,nu.2.Bonadilla lib.3.c.3.n. 77. Nauarr.in Man.c.23.n.91.his inquam eo in caſu,ex mente ſupradictorum Doctorum, recte poterit triticum,quod ei ſupereſt,vendere pretio currenti, licet illud multo maius ſit,quã pretium, quo triticũ illud emit. Quam etiam opinionem ſequitur Hieronymus Curiel,in tract.de vſur.in quęſt.9.p.3. partis primæ, dicens, quod ſi ille qui emit huiuſmodi fructus, emit ad ſuum vſum, & non ad vendendum,& tempore procedente non indiget eis,& vult eos vendere pretio currenti tempore venditionis, licet ſit maius pretiũ eo,quo emit eos,cum tũc pretium mntetur,& creſcat ratione curſus, & mutationis temporis,poſſe licite eos vendere.Ad idem etiam facit doctrina Bart. in l. cætera.§.fin.n.3.ff.de legat.1.dicens, quod ſi ſtatutũ ſit in Ciuitate, quod nullus emat frumẽtum in platea,niſi pro ſuo victu,quod ſi quis emit pro ſuo vſu,& poſtea mutauerit propoſitum,& illud vendiderit,nonquẽ conuerterit in cauſam victus,non incidit in pœnam;quia primum propoſitum fuit bonum,& licitum. Ad quod bene facit optimus tex.in l.1.§.vnde quærit Offilius.ff.de exerc.action. Et ipſam doctrinam Bart. ſequuntur Alberic.in 1.p.ſtatut.queſ.86.& in 2.par.q.203. Alex.in d. l. cætera. §. ſed etſi quis n.7.& in conſ.7.vol.3.n.6. in fi. Ripp. de Peſte.cap.5.num.111.Benuenut.de mercatura 4.par.num.35. Abiles. d. cap. 52. in glo. *En la tierra*,num.20.

Quam tamen ſententiam, Bart.in d.§. fi. & Doctores intelligunt, dummodo conſtet de primo propoſito,quod ſcilicet vſus ſui cauſa emerit, aliàs præſumitur ab initio habuiſſe propoſitum vendendi, per tex. in l. Sed, & Iulianus.§.proinde & in §.ſed ſi ab initio.ff. ad ſen. Conſ. Macedon. & voluit Bal. in l. 1, §. ne autem. ff. de exercit. act.& Ioan. Bertachin.in tractat.de Gabel. 1.quæſt.2. p.8.part. principali, Rip. in dict. cap.5.num.113. Indubio autem præſumendum eſt,ſui victus cauſa emiſſe,quia pro reo præſumptio ſit, quod non deliquerit,l.merito, ff. pro ſocio, regul.Stote de regul.iur. per quæ iura, id tradunt Alphan.num.214. Hippol.de Marſil.ſing.218. Alexand.conſil. 127.num.12.volum.4.hacque in ſpecie,vendentis ſtabitur iuramento, quod ſui victus cauſa emerit,& non animo reuendendi;iuramentumquè ipſius faciet plenariam probationem, vt tradit Hippol.de Marſil.ſing. 86.num.1.verſ. & ſcias, & in Rubr.de probat.num.145.Meſſ.in concl.1.num.172.niſi qualitas perſonę diſſuadeat, vel probatio de oppoſito appareat; Abiles in cap.52.in glo. *En la tierra*,n.18.verſ.Et quoq; ſtatur.

14 Quarto optimo iure in dubium reuocatur,an ſtante prędicta iuris,vel ſtatuti prohibitione,qua cauetur,neminẽ poſſe triticum ad reuendendum emere,an poſsint nihilominus creditores,triticum ipſum in ſolutionem eorum,quæ ipſis debentur,& ita inſolutum dationem,recipere,illudq. poſtea reuendere? Et quidem Cordoua in Sum.caſ. conſc.quæſt.83.verſ.*Lo tercero*, id licite fieri poſſe dicit,& recipi poſſe in datione in ſolutum triticum,idemq;affirmat Portol.ſupra num.34.Pro qua opinione facit,quia datio inſolutum non eſt proprie venditio,licet ei ęquiparetur;vt plura cumulando tradit Matienzo lib.5.tit.11.l.7.gloſ.7.ex nu.1.ſed lex noſtra eſt pœnalis,vt videmus,& correctoria, cum cuilibet liceat emere ad vendendum,non ergo erit extendenda ad caſum ſimilem,nec ex identitate,vel maioritate rationis;vt in Auht.quas actiones, vbi Iaſſ.n. 21. C.de Sacroſanct.Eccleſ. Ludou. tamen Meſſ.in Prag.pan.concl.1. ex.nu.128. pro ſolutione iſtius quęſtionis ſic diſtinguit,quod quando frumentum vendens,quod ſibi datũ fuiſſet inſolutum,ex cauſa neceſſaria,quę fieret à iudice pro executione rei iudicatæ, nõ incidit in pœnam præfati ſtatuti; nec huiuſmodi datio in ſolutum neceſſaria cõprehenditur in dicta pragmatica;vt pulchre ibi probat,bene tamen quando datio frumenti inſolutum voluntaria eſt, cum tunc vicem venditionis obtineat, l. Si prædium, C. de Euiction.l.Senatus in principio,ff.de legat. vbi probatur & hoc procedere, etiam in conſtitutione pœnali; & hoc ibi annotant Alber. & Iaſ. in 5. notab. Matienz. tamen

Digitized by Google

lib.5.recoll.tit.11.l.19.gloſ.2.num.5. exiſti-
mat legi noſtrę, & eius penę locum eſſe, in-
datione inſolurum, etiam neceſſaria, quan-
doquidem ea viget ratio, quæ in vẽditione,
nempe ad euitandam cariſtiam panis, quæ
pauperibus eſt admodum nociua, qua inſpe
tie, lex correctoria, & pœnalis extenditur
ad caſus ſimiles, eandem vel maiorem ratio
nem habentes, l. his ſolis, vbi notant Docto-
res C. de reuoc. donat. Iaſ. in d. Auth. quas
actiones, num. 22. In hoc autem Aragoniæ
Regno, vt omnis tollatur ambiguitas, opti-
me in Foro *Conſiderando*, tit. de vſuris, ſtatutũ
eſt, quod debitores triticum, & alios panes
ſuis creditoribus inſolutum dare poſsint, &
quod ſimiliter creditores, & grana ſponte
oblata inſolutum recipere valeant, dummo-
do ea ad vtilitatem debitoris vſq. ad finem
menſis Octobris ſeruent.

15 Licet tamen reuenditio panis, dicta lege
prohibeatur ſub grauibus pœnis, ratione ta
men publicę vtilitatis, permiſſum eſt agaſo-
nibus, ſeu mulionibus, qui merces vehunt
ad prouidendum ea oppida, quæ pane, vel
mercibus carent, in vno loco, vel oppido,
emere frumentum, illudq. ſtatim ad alium
locũ tranſuehere, ibiq. reuendere in foro pu
blico; vt probant Matienz. lib.5. tit.11. l. 19.
in gloſ.4. fol 394. & in tit.13 l.1. gloſ.3. n. 2.
fol.410. Meſſ. concl. 1. n. 178. ad finem. Porto
les vbi ſupra, n.39. quippe, cum Reipublicæ
omnes, non omnibus abundant rebus, qui-
bus indigent, ſed pro climatum varietate,
alia affluit terrę fructibus, & opificijs, quo-
rum alia inops eſt; & vice verſa, alia eſt alio
rum locuples, quorum inopia alia laborat;
nec poſſent pauperes, tam longa itinera fa-
cere, vt minima, quibus indigent, apporta-
rent, nec vero omnes, qui mercibus abun-
dant, poſſunt vecturã exercere, vt illas alio
tranſportent. Sunt ergo neceſſarij, quibus
ea ſit cura, vt mercium copias hinc inde trã-
ſuehant, vnde ait Portoles vbi ſupra, hoc
pacto per hos agaſones, ſubueniri quãplu-
rima oppida, ne fame opprimantur, quæ re-
gulariter frumento carent, & eo aliunde aſ-
portato, ſuſtentari conſueuerunt.

Quorum Doctorum reſolutio mihi vera
videtur, tribus concurrentibus; Primum eſt,
vt is, qui frumentum ex vno loco in alium
ducit, ſtatim, quod emptores occurrunt, il-
lud reuendat, nec poſsit illud in ſuios, vel
horreos recondere, ſicque ad tempus penu-
rię, quo pretium illius excreuerit, ſeruare, vt
maiori pretio illud reuendat. Vt tradũt Ma
tienzo in dicta gloſ.4. Lud. Lopez in 2. par.
Inſtr. conſc. cap.74. verſ. Secundum eſt, col.
583. Solent enim (vt ipſe Ludou. Lopez ait)
huiuſmodi reuenditores per coacervatio-
nem, & reconſionem magnæ copiæ tritici,
quam præmunt, cariorem reddere annonã
in populis, ideo merito præcaueri debet, vt
ipſe ſtatim venundent publice, & illicò quo
emptores occurrunt, illud reuendant, & ne
in horreo detrudant, ad illud reuendendum
tempore cariſtię. Vt aduertit Matienzo lib.
5. tit.14. l.1. gloſ.3. num.2. in fin. Secundum
requiſitum eſt, quod tũc demum liceat ipſis
agaſonibus, frumentum ex vno loco, cauſa
illud reuendendi in alium locum aſportare,
quãdo ex huiuſmodi aſportatione tritici, ex
tra illum locum, probabiliter creditur, nec
famẽ, nec cariſtiam in illo loco ſucceſſuram
eſſe; aliàs enim, ſi id ſperatur, interdici po-
teſt, ne frumentum extrahatur de illo loco,
vel territorio, donec prouiſsũ, & præuiſſum
fuerit, an abundantiam habeat frumenti? Vt
trad. Meſs. in d. concl. 1. nu 56. Azebed. lib.5.
tit.25. l.1. n.31. Auend. de Exeq. lib.1. cap.19.
nu.35. verſ. Iterum eadem ratione. Qui aſſe-
16 runt, quod Regię conſtitutiones aſportandi
frumentum extra Regnum, limitari, & intel
ligi debent, prouiſſo prius, vt ſuperſit abun
dãtia in Regno, cuius publicę vtilitati prius
cauendum eſt, & donec pręuiſſum fuerit, an
Ciuitas habeat abundantiam frumenti, po-
teſt interdici, ne extrahatur de Ciuitate, vel
de territorio. Matienzo lib.5. tit.25. l.1. gloſ.
11. num.2. Bald. de eleemoſ.4. p. fol.91. verſ.
quod tamen intellige, Auiles in cap.17. Præ
tor. in gloſ. *A razonables precios*, nu.36. Vega
2. par. cap.141. caſ.5. poſt princip. Emanuel
Rodriguez 2. par. cap.70. nu.7. Meſs. concl.
1. num.56. Azebed. in dict. numer.31. Afflict.
deciſ.290. num.9. Vnde quidem Iudices, vel
Decuriones, facta deſcriptione tritici tem-
pore penurię, ſi cognouerint nõ plus anno-
næ in Prouincia eſſe, quam vſibus Prouin-
cialium ſit neceſſarium, poterunt haud du-
bie, ædictum, vel proclama proponere,
17 prohibentes frumentum extrahi extra Pro
uinciam, ſub pœna amiſsionis frumenti, vel
alia, quę ipſis conuenientior videbitur. Et
valebit tale ſtatutum, & erit omnino ſer-
uandum, ſub pœnis in eo contentis. Et tunc
quidem dicti agaſones, ſeu emptores, ab
huiuſmodi tritici emptione, & aſportatio,
ne abſtinere debent; alioqui peccabunt, vt
aduer-

aduetit Beroi. in cap.fi.ex nu.62.de vſur.& Portoles vbi ſupra,nu.32. Tertio etiam requiritur,quod iuſto pretio,tale frumentum ij emptores reuendāt;& quidem in aliquibus partibus,vltra taxam, certa quantitas pro vnaquaquè leuia, à loco quo aſportatur triticum eis aſsignatur, pro laboribus, & expenſis illud deferendi, vt annotauit Anto. Cordub.tract.de caſ. de conſcienc. cap.78.verſ.*Y que los trajineros.* Emanuel Rodriguez. in ſumm.caſ.conſc.2. par. cap. 79. num.7. Gutierrez lib. 2.pract. quæſt. 180. num.35.& quos allegat Hieronym. Portoles in Schol. ad Molinum. §. venditio numer.92.

18 Secundo dubitari ſolet, an licitum ſit emere triticum, & ex eo panem coctum conficere, illumquè panē reuendere, abſq. eo quod quis incurrat in pœnas dictæ pragmaticæ? Et quidem id licere cauponibus, piſtoribus, & alijs non prohibitis emerere triticum, vt inde peregrinis,& hoſpitibus, & Reipublicę egenis, victus non deſit, affirmant Ludo.Lopez in 2. par.Inſtr. conſc. cap. 74. colum. 587. verſ. tertia concluſio. Gutierrez lib.2. quæſt. 182. num. 1. Bobadilla lib.3.cap. 3.num 60.Lud.Meſſ.in conclu. 1. num. 55. Portol.in num. 33. Auendan.lib. 1.cap.19.num.36.dicens id non eſſe genus Dardanię à lege prohibitum, quē ſequitur Matienz. lib.5. recol. tit. 11.l. 20. gloſ.2.num.2. & in titul.25.l. 1. gloſ. 5. in princ.Non tamen inde inferendum eſt, licitum eſſe emere triticum, illudquè in farinam redactum reuendere, vt etiam annotarunt Alciat. in Rubr. ff. de verb.ſignific.ex num.23. Rip. de peſte. cap. 5. num. 47. Matant. in 2. par. Specul. Aduocat. num. 20. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 82. ſtat. 7. num. 6. Ang. in § cum ex aliena num.3. Inſt.de rer. diuiſ. Abiles cap. 52. in gloſ. *En la tierra*, num. 19. verſ. ſed quid, Portol. in dict.num. 33. Meſſ. in concl. 4. num. 2. ſubdens, quod appellatione frumenti, continetur farina; donec conuer-

19 ſa fuerit in panem, & ita peruenerit ad finem deſtinatum, nec alter cenſetur noua ſpecies a frumento; ſed ea quę primo latitabat, detecta potius apparet, & tradit etiam Menoch. lib. 4. præſump.151.ex numer.5.Azebed.lib.6.titul.18.l.25. ex num. 9. vnde dicit ipſe, & Felin.in cap. Ad liberandum,num.5.de Iudæis,quod in talibus, non ſolum verborum ſonus,ſed effectus attendi debet, & ſic quod prohibitus vendere frumentum, non poterit vendere farinam.Surdus decis.139 numer.6. Alphonſus Bobadilla lib.3.cap.3. num.55. quod etiam annotauit, Iaſſ.in l.non dubium, C.de legibus,numer.45. Menoch. vbi ſupra num.7. tom.1.cōmun.opin.pag.178. verſic.In contrariam vero partem, Portoles in Schol.ad Molin.in verb.Rex,num.287.Bald.de eleemoſ.quarta par.fol.90.verſ. Et prohibitus, Anton. Solis in Conſtit. Sabaud.2.part.tit. de Ædict.annonæ, gloſ.8.num.5. ſicutti, & prohibitus extrahere vinum,puniretur ſi extraheret vbas, ex Iaſſ. vbi ſupra,numer.46. Vnde Aragonia lege,in titul. de vſur.incip. Conſiderando, expreſſe cautum eſt, quod quilibet de dicto Regno poſsit emere triticum,ſi ex eo panem coctum conficiat, non tamen ſi in farinam redactum illud reuendat.

Contraria tamen lex extat in Regnis Caſtellæ, quam refert Meſs.in dict.concluſ.4. in princip.vbi,ad certum pretium vendi farinam permittitur,quamuis triticum reuendere prohibitum ſit. Quod quidem quam vtile ſit Reipublicæ,ſatis experientia comprobatur;cum ex abundancia mercium,regulariter viliori pretio emantur. Vnde Albert.de Roſa in 2.part. ſtat.quæſt.5. tenet, quod appellatione frumenti, non continetur farina,niſi conſuetudo Regionis,& Patriæ, aut voluntas concedentis aliud velit; argum. l. Carbonum, ff.de verb. ſignific.& quę allegat Boer.deciſ.177. ex numer.2.ſic etiam videmus,aliquando appellatione frumenti, panem coctum contineri; & eo in caſu, prohibitus extrahere triticum extra territorium, nec panem coctum, ſicut nec farinam extrahere poterit, ex Alphon.Bobadilla lib.3.cap.3.num.55. Alexand.Raudenſis lib.1.de Analog.cap.15.num.281.Anton. Solis in Conſtit. Sabaud.tit. de Ædict. annonæ, gloſ.8.num. 5. Boer.in dicta deciſ. 177. num.5. quia in talibus ſtatutis (vt ipſe ait)non ſolum verborum ſonus,ſed effectus attenditur.Et eandem opinionem tenet Felin in dicto num.5. quam ſequuntur Franc. Marc.deciſ.540.num.2.Meſſ.in Pragm.tax. pan.concl.4.nu.3.& Guido Papa deciſ.373. vbi dicit pluries per Parlamentum Delphinatus ita iudicatum fuiſſe.

20 Ego tamen,ſi lex Regni id nō prohibuiſſet,exiſtimarem profecto, prohibitum reuēdere triticum, poſſe reuendere farinam;ſicutti

cutti etiam poteſt vendere panem coctum,
ſine vlla pœna, vt expreſſe ita decidit Alber.
Gand. in tract. de Maleſ. in Rubr. de rebus
non portan. contra num. 4. dicens, ita fuiſſe
iudicatum Paduę, quodq. ſtatutum pœnale,
& odioſum extendendum nō ſit, reg. odia,
& reg. in pœnis, de reg. iur. in 6. eo præſer-
tim, quia ex proprietate vocabuli, appella-
tione frumenti non continetur farina, Ma-
tienzo lib. 5. tit. 25. l. 1. gloſ. 4. num. 1. Azeb.
lib. 5. tit. 25. l. 1. num. 15. Vnde ſi legatum ſit
frumentum, non cenſetur legata farina, ſe-
cundum Bald. in l. 1. col. 3. C. de fruct. & lit.
expenſ. & Bart. poſt gloſ. in l. Quæſitum, §.
illud, ff. de leg. 3. Menoch. lib. 4. præſumpt.
151. num. 8. Salon 2. 2. quęſt. 77. artic. 1. con-
trouer. 14. colum. 164.

Omnia tamen iſta, quæ in ſuperioribus
dicta ſunt, tam de pane cocto, quam de fa-
rina vendenda, exiſtimo vera eſſe, & proce-
dere, duabus circunſtantijs cōcurrentibus,
quarum prima eſt, vt farina, aut panis, vendi
debeat iuxta taxam à Republica impoſitam,
Ioan. Gutierrez lib. 2. pract. quęſt. 180. n. 15.
& 16. ne reſpublica, aut pauperes maiori
onerētur valore, cum certum ſit, quod ſi vē-
ditoribus permittitur in tempore ſterilita-
tis annonam (prout poſsint) vendere, dare-
tur certe ocaſio (vt ait Medin. C. de reſtit.
quæſt. 36. verſ. & patet, fol. 104.) vt multi
pauperes tantum pretium, quantum pro pa-
ne diuites exigerent, non habentes fame
perirent; & qui non haberent, quod loco
pretij darent, præter vineas, agros, aut do-
mum, cogerentur huiuſmodi res pro vili
pretio diſtrahere, aut certe ipſis venditori-
bus ea pro pane comedendo permutare, &
ita fieret, vt in Republica qui panem vena-
lem habent, aliorum poſſeſsiones, & facul-
tates breuiſsime exhaurirēt, cęteris in ſum-
ma miſeria, & inopia permanentibus. Quod
quam eidem Reipublicæ pernicioſſum ſit,
& iniquum, quamquè fraternæ charitati cō-
trarium, nemo eſt, qui non videat. Ideo ad
Reipublicæ gubernatores (vt in ſuperiori-
bus dicebatur) ſpectat, dare, & præfigere
modum, vt in rebus ad vitam præciſſe ne-
ceſſarijs, non inducatur cariſtia, cum homi-
num cupiditas inſatiabilis ſit, ac proinde
admodum neceſſarium eſt, vt ſaltem tempo-
re ſterilitatis, quando pauci ſunt, qui panem
habeant venalem, venditioni expoſitum,
multi autem ſint eo ſumme indigentes, Rei-
publicę gubernatores, pretium competens
pani vendendo inſtituant, & taxent.

Secundum etiam, quod requiritur, eſt, vt
empto tritico, animo illud reuendendi, re-
dactum in farinam, vel panem, ſtatim quo
emptores occurrerint, teneantur vendere
qui illud emerunt, ſic redactum in fari-
nam, vel panem; nec poſsit illud non ven-
dere, aut recondere in horreos, & vſquè
ad tempus penuriæ, & cariſtiæ aſſeruare, vt
maiori pretio poſtea dictum panem, vel fa-
rinam vendant, per rationes quæ in ſupe-
rioribus adductæ ſunt, in verſic. Quorum
Doctorum reſolutio. Hoc tamen intelligen-
dum eſt, vt dicti piſtores, & caupones emen-
tes aliquam quantitatem tritici, teneantur
minutim, vel iunctim ſtatim vendere di-
ctum triticum; nec poſsint illud vſquè ad
tempus penurię aſſeruare, vel non vendere.
Licitum tamen eſt eis, pro ſuorum officio-
rum fulcimento, emere triticum in magna
quantitate, in principio Anni, pro pretio
currenti, ſtatimquè illud minutim per lon-
gi temporis interuallum vendere pretio cur-
renti, etſi multo maiori, per ea quæ tradit
Meſs. in Prag. pan. concl. 1. num. 55.

21 Vlterius etiam, eadem publica auctorita-
te inſpecta, poteſt Ciuitas, vel vnaqueque
Vniuerſitas, pro communi ipſius vtilitate,
& ſuſtentatione ciuium, emere frumentum,
vt neceſsitatis tempore reuendat pro abun-
dantia Ciuitatis, prout in terminis annota-
runt Auendan. lib. 1. de Exeq. mand. cap. 19.
num. 36. Alphonſus Bouadilla libr. 3. cap. 3.
num. 78. Meſs. in Pragmat. concl. 1. num. 53.
& 177. Matienzo lib. 5. Recolect. titul. 11. l.
20. gloſ. 2. numer. 2. fol. 395. & in titul. 25.
l. 1. in gloſſ. 9. numer. 4. fol. 483. Portoles ſu-
pra numer. 25.

22 Et quidem Concilium Vniuerſitatis po-
teſt diuites Oppidanos compellere, vt ſibi
pecunias mutuent pro emendo tritico tem-
pore neceſsitatis, deficientibus facultati-
bus Ærarij publici eiuſdem Concilij, vt pro-
bant Azebed. libr. 5. titul. 25. l. 1. numer. 27.
verſic. Vel melius erit. Anton. Solis in con-
ſtitut. Sabaud. ſecunda part. titul. de Ædict.
annonæ, gloſ. 6. ex princip. Ioan. Gutierrez
lib. 2. Practic. quæſt. 180. numer. 29. Meſs. in
concl. 1. ex num. 58. Valo. de elemoſina, 4. p.
fol. 91. col. 3. in prin. Auend. lib. 2. de Exeq.
23 cap. 14. num. 9. etiam ſi dicti oppidani ſint
nobiles, vel Clerici, vt prob. Meſſ. vbi ſu-
pra, ex nu. 59. ipſaquè vniuerſitas, vel Reſ-
publica quæ emit, aut habet illud triticum
ad

Digitized by Google

ad reuerēdū, ſi cōſeruate illud nō poteſt, co-
gere poteſt ciues & vicinos, ne aliud emāt,
quā illud; & tunc quidem nullus eorū excu-
ſabitur, licet ei neceſſariū nō ſit. Vt probāt
Aufred. ad Capel. Tholoſ. deciſ. 447. in fin.
Felin. in cap. 1. num. 2. verſ. idem ſi ciuitas,
de Iudæis, Ant. de Sola. in Conſtit. Sabaud.
2. par. tit. de edicto. annon. gloſ. 6. ex num.
21. in finalibus verbis. Imo quidem ſi aliter
ſibi conſulere non poteſt Reſpublica, quia
frumentum vetus adeo corruptum eſt,
quod de per ſe vendi, vel erogari ſine quę-
24 rella licite non poſsit, poterit miſcere il-
lud corruptum cum frumento bono, per ea
quę pulchre tradit Meſſ. concluſ. 1. ex num.
79. Bouadilla lib. 3. cap. 3. nu. 41. in gloſ. F.
& probat optime Ant. de Sola. in Conſtit.
Sabaud. 2. par. titul. de edict. annon. gloſ. 8.
ex num. 8. quod elegantiſsime probatur in
l. 1. C. de conditis in public. horreis lib. 10.
in verſic. etſi forte vetuſtate ſpecies ita cor-
rupta eſt, vt per ſe met erogari ſine quęrel-
la non poſsit, eidem ex noua portione miſ-
ceatur; cuius adiectione corruptio velata
damna fiſco non faciat: & ita tenent Ro-
man. in l. ſi vero, §. de viro numer. 32. verſ.
decimo, ff. ſol. matrimon. Bouadilla in dict.
lib. 3. cap. 4. num. 87. verſ. *Vender pan*, & in
num. 88. nec talis mixtura peccatum in ſe
habet, ſecundum Io. de Platea in dict. l. 1.
num. 4. dicentem, iura prohibentia decep-
tionem, ſeu ſpeciem falſitatis, procedere
in venditione rerum, quæ ita incorporan-
tur, quæ diſcerni non poſsint, ſicquè pro-
cedunt exempla tradita per Auendan. lib. 1.
de exequen. mand. cap. 19. num. 30. verſic.
quarto infertur, Matienz. lib. 5. tit. 14. l. 1.
gloſ. 9. ex num. 4. Roman. ſing. 532. fui in-
terrogatus. At cum frumentum corruptum
commixtum cum non corrupto, poſsit diſ-
cerni qualis ſit, & omnibus apparere, non
dicetur ſpecies falſitatis, ex quo eſt appa-
rens, vt tradunt Bouadilla, & Meſſ. vbi ſu-
pra, & optime Abiles in capit. 17. in gloſ.
A razonables precios, num. 31. optime Bal-
des in dicto fol. 91. colum. 4. verſ. Et etiam
ſi ciuitas, Meſſ. in concluſ. 1. num. 74. Boua-
dilla lib. 3. cap. 3. num. 50. verſ. *Yo añado*, Ti-
ber. Decian. in 2. tom. criminal. lib. 7. cap.
22. num. 23. Nam in re hac frumentaria, ne-
mo excuſatur, quoquo priuilegio gaudeat.
l. 1. C. vt nem. lic. ſe ab empt. ſpec. ſe excu-
ſare, lib. 10. Iaſſ. in l. ex toto num. 17. ff. de
leg. 1. auctoritate cuius legis, Bart. ibi ſcrip-
ſit, etiam ipſam Eccleſiam tempore cariſtiæ
cogi poſſe ad munus ipſum vendendi, vel
emendi, id tamen, relinquens determina-
tioni ſanctę Matris Eccleſiæ, ſequitur Ant.
Sola. in Conſtit. Sabau. 2. par. tit. de edict.
annonæ, gloſ. 9. num. 5. & Marc. quęſt. 542.
extendens ad nobiles, & alios ſimiles ab
oneribus priuilegiatos, nam tempore pe-
nuriæ, ac neceſsitatis omnia priuilegia ſi-
lent, l. pro tyronibus, C. de Priuileg. Dom.
Auguſt. lib. 11. Menoch. conſ. 137. num. 9.
& 13. Corſet. ſing. 170. incip. ſi fiſcus.

25 An vero liceat abſquè vſuræ vitio vetus
frumentum mutuare, vt nouum recipiatur?
Videndus eſt Io. Baptiſta Conrad. in reſp.
caſ. conſcien. quæſt. 224. verſ. quantum ve-
ro, pag. 425. latiſsime Gutierez lib. 1. Can.
quæſt. cap. 39. ex num. 49. Lop. in 1. par. in-
ſtruc. conſcien. cap. 225. ex pag. 556. Nauar.
in man. lat. cap. 17. nu. 224.

26 Elegans tamen dubium eſt, an vniuerſi-
tas, quæ pro ſuſtentatione ciuium, panes vi-
li pretio tēpore vbertatis emit, poſsit eoſ-
dem panes tempore cariſtiæ pretio curren-
ti maiori reuendere, an vero teneatur eos
vendere pro eo vili pretio, quo eos emit,
iunctis expenſis, & pecunijs, quas in eorum
adminiſtratione expendit? Et quidem ſi cre
dimus peritiſsimo Portoleſio, vbi ſupra nu.
26. iuſte poſſe eos reuendi pretio currenti
(licet maiori) dicemus. Quę opinio (ſalua
pace tanti viri) mihi nunquam placere po-
tuit; Nam quamuis ipſe Portoles pro ſe alle-
get quamplures doctores, omnes tamen illi
(ni fallor) ſi recte inſpiciantur, non loquun-
tur, quando vniuerſitas, ſed quādo aliquis
particularis vendit; inter quos certe magna
adeſt ratio differentię, & diuerſitatis. Nam
quando particularis, aut ſingularis perſona
in caſibus permiſsis à iure reuendit, poteſt
quidem vendere pretio currenti, licet maius
ſit, quam tempore quo emit, propter peri-
culum quod habet, an plus, minusvè ſit va-
liturum granum, tempore venditionis, quā
emptionis; & an illud conſeruare valeat ſa-
num, & integrum, ad tempus venditionis, in
ueniteq. poſsit emptores; propter quæ peri
cula, licitum eſt alicui carius vendere, quam
emit; at vero vniuerſitas, ſi recte inſpicitur,
ſatis immunis, & ſecura ab his periculis &
damnis videtur, cum cogere valeat vicinos,
ne aliud granum, quam ſuum emant; & pro
eodem pretio, quo ipſa habet, & quale illud
repetiatur, emant, vt ſupra dictum eſt. Vnde
tum

cum ipſa vniuerſitas nullum patiatur incommodum,& periculũ,ex dicta grani emptione,ex illius etiam reuenditione nullum reportare poſſe commodum videtur; ſed pretio quo illud emerat,adiunctis expenſis, & iacturis in ipſius adminiſtratione,reuendere tenetur.

27 Quæri etiam ſolet,an ſaccus in quo panis ſeu frumentum aſportatur,comprehendatur in confiſcatione panis,vel frumenti? Azeb.lib.5.tit.25.l.1.num. 13. & Meſſ. dict. concl. 1. tenent quod non comprehendatur,inferens inde ad pragmaticam vbi confiſcantur certi enſes,vel pugiones, vt vaginæ non cenſeantur amiſſæ, nec confiſcatæ; dicit tamen Riminal. conſ.8.num. 9. quod etſi ſtatutum inducat pœnam priuationis, currus tamen & bobes non confiſcantur, ſi ſint alieni, niſi contrarium expreſſe caueatur; ad quod eſt videndus Anton. Sola. in Conſt.Sabaud.a.par.tit.de edit.ann.in glo. 10.ex num.8.in fi.

28 Dubitari etiam contingit,an vt quis incidat in pœnam ſtatutam aduerſus aſportantem triticum, requiratur quod corporaliter ſit apprehenſus,& captus in via, an vero ſufficiat,quod ſolum fuerit viſſus illud aſportare, aut quod per teſtes probetur, panem ſeu frumentum aſportaſſe? Et quãuis Angel.in l. 3. §. neracius. ff. de acquir. poſſeſ. quem ſequitur ibi Aretin. num. 18. affirmet, quod ex eo quod aliquis ſit in conſpectu, dicatur inuentus; contraria tamen opinio verior ac mitior eſt;quod non dicatur inuentus, quando quis corporaliter non eſt apprehenſus;ex Bart. Communiter recep.in l.a. num. 18.ff. de acquiren. poſſeſ.quem ſequitur ibi Alex. numer. 77. pulchre Riminal. conſ.8. lariſſime Ludou. Meſſ.in prag.tax. pan.concluſ.1. ex numer. 31. & concluſ.5. num. 59. Gutierrez lib. 1. Can. quæſt. cap. 12. ex num. 9. & in pract. lib.1. quæſt.12.num.5.optime, & late Bruner, à Sola, in quæſt.legal. quæſt. 35. Iul. Clar. lib.5.§.fin.quęſt.82. ſtat. 6. Ceballos quæſt.651.Didac. Perez lib. 1. tit.3.l.23. pag. 106. verſ. eſt etiam vlterius quæſtio, & dixi.in.2.par. Collectan.7. num.9. Ant. Gom. in l.45. Taur.numer.48.& 49. ex eo inferentes,ad Pragmaticas Regias punientes luſores, concubinarios, & imponentes pœnam contra portantes arma, *Luto, y cuellos almidonados, y con puntas*, aurum, beſtes pretioſas,vel perlas,vt intelligantur ſi cum eis apprehendantur. Mihi tamen ſemper placuit circa hanc opinionem concordia, quam tradit Plaz. de delict. cap. 8.num.19. aut enim ſtatutum punit eum, qui arma ferr, & tunc punitur is qui arma detulit, & ſi captus non fuerit, & ita procedit prima opinio; aut vero ſtatutum punit inuentum cum armis,& tunc non punitur ille,niſi captus fuerit, & ita intelligitur ſecũda opinio, & quamuis Menoc. exiſtimet in arbitr. caſ. 394.ex num.49. verſ. Ego opinor in vtroq. caſu locum eſſe penę, à prædictis tamen nõ auderem recedere, cum ius commune non ſemper puniat,quæ per ſtatuta,& pragmaticas prohibentur. Vnde in eis non procedit opinio Menochij; verba etiam pœnalia ſtricte ſunt interpretanda cap.odia de reg.iur. in 6.

29 Pro choronide tamen huius quæſtionis, ſubiungere placuit dubium, quod diebus proxime elapſis apud doctos diſceptatũ vidi, ex eo quod in aliquibus locis huius Regni, diuerſa & varia eſt menſura circa triticum,vinũ,vel oleũ,quod certe eſt contra leges Regni,in tit. *De los peſos y medidas*, anni 1553.& 1592. Quibus cauetur,vna eadẽq. menſura in toto Regno eſſe metiendum, ponderandumq. Ex pluribus enim & varijs menſuris, & pondetibus,littes non modicæ inſurgunt,ex Matienz.lib.5.tit. 13.l.1. gloſ.2.num.1.Vnde orta fuit controuerſia, an ſi triticum vendatum in Ciuitate Cæſarauguſtana, à ciue Turolenſis Ciuitatis ibi reconditum, an debeat attendi menſura loci contractus, qua ſcilicet vtitur Ciuitas Cæſarauguſtana,vbi venditio fuit celebrata,vel menſura loci vbi res vendita ſita eſt, & quamuis videatur dicendum, quod attendi debeat loci menſura,vbi res vendita ſita eſt,vt per l.vinum,ff.ſi cer. pet. tradunt ibi Alciat.num.33.& Iaſſ. num. 12. Alexan. conſ.21.volum.2. per tot. & Alciat. conſil. 607. & ita fuiſſe iudicatum in Senatu Taurini refert Octauian. Cacher. deciſ. Pedemont.114.in fin. pro qua opinione faciunt tradita per Roland.conſ.100. volum. 3. ex princ. Contraria tamen opinio, quod inquam menſura loci contractus, & non loci vbi res ſita eſt,conſiderari debeat, frequentiori Doctorum calculo, tanquam verior recepta eſt; niſi aliter de contrahentium mẽte appareat. Vt prob.Afflict. deciſ.363. num.5. Pariſ.conſ.64.volum.1. numer. 71. late Roland.dict.conſ.100. ex num.7. qui reſpon-

reſpondit ex profeſſo difficultatibus adductis pro contraria opinione; & in terminis pro hac ſententia conſuluit Octau. Cacher. in dict. deciſ. 114. vbi refert has duas opiniones, ſequens hanc vltimam, licet dicat, quod maior pars Senatus, æquitatis quadam ratione mota, ſequuta fuerit primam ſententiam. Quas opiniones nititur reducere ad concordiam, Marienz. lib. 5. tit. 13. l. 1. gloſ. 2. num 3. vbi diſtinguit, quod ſi loquimur in rebus mobilibus, attenditur locus contractus, in rebus vero immobilibus, locus, vbi res ſita eſt.

QVÆSTIO XXXIIII.

An, quãdo appellatur ab Epiſcopo, procedẽte in cauſa ex commiſsione ſibi facta a lege, vel Canone, tanquam ſedis Apoſtolicæ delegato, debeat appellari ad Metropolitanum, an vero ad ſũmum Pontificem?

SVMMARIVM.

1 *Clauſula in multis iuribus appoſita, & frequenter in Concil. Trident. repetita, vt Epiſcopi procedant, tanquam ſedis Apoſtolicæ delegati, quem effectum operetur?*

2 *Delegati virtute clauſulæ ſupradictæ, non delegati, ſed Ordinarij appellantur, in aliquorum opinione.*

3 *Iuriſdictio tributa à lege, non delegata, ſed ordinaria dicitur.*

4 *Clauſula ſupradicta ſolum tribuit Epiſcopis facultatem, vt etiam in exemptos expeditè, abſq. aliquo impedimento procedant.*

5 *Dictio, tanquam, regulariter, & de ſui natura quid importet? & num. 6. in fin.*

6 *Delegati virtute dictæ clauſulæ, proprie delegati dicuntur, & non Ordinarij, ſecundum aliquorum ſententiam.*

7 *Reſolutio quæſtionis, ſecundum iudicium auctoris.*

8 *Reprehenditur opinio Ioannis Gratiani.*

9 *Declaratio ad quamplures leges Regni Aragonum, quibus prohibetur Iudicibus Ordinarijs, recipere ſalarium á litigantibus, quod Iudicibus delegatis recipere permittitur.*

1 DVBITATVM fuit apud viros graues, & eruditos, quid importet, & quem effectum operetur illa clauſula, quæ à lege, vel Canone ſępe conceditur Epiſcopis (quod poſsint procedere in aliquibus cauſis, tanquã Apoſtolicæ ſedis delegati) vt habetur in cap. ad abolendam in fin. & ibi notat gloſ. de hæret. & gloſ. verb. Apoſtolico, in Clem. vnica, de ſupplenda negligen prælat. & paſsim Cõcil. Trident. vtitur huiuſmodi clauſula, ſcilicet in ſeſſ. 5. cap. 2. & in ſeſſ. 6. de Reformatione, cap. 2. 3. & 4. & in ſeſſ. 7. cap. 6. 8. & 14. & ſeſſ. 14 cap. 4. & in ſeſſ. 21. cap. 5. 7. & 8. & ſeſſ. 22. cap 3. 5. 6. 8. & 10. & ſeſſ. 24. de Reformatione, cap. 9. 10. 11. & 14. & ſeſſ. 25 cap. 8. & 9. Tribuitque facultatem ipſis Epiſcopis, vt tanquam delegati ſedis Apoſtolicæ, procedant in cauſis. Quæ difficultas ex eo præſertim vtilis, & controuerſa eſt, quia ſi procedit vt Ordinarius, interponitur appellatio ab eo, ad Metropolitanum; ſi vero cognoſcit de cauſa, vt delegatus ſedis Apoſtolicæ, appellatio debet interponi ad Summum Pontificem. Vt optime aduertit Abb. in cap. ad abolendam, num 15. in fin. & Felin. num. 3. de hęret. Abb. in cap. cum ex officij num. 18. in fin. de præſcript. Alex. in l. more maiorum numer. 13. de iuriſdict. omn. iudic. Franciſ. Viuius lib. 1. commun. opin. in verb. Iudex ordinarius, in fin. Felin. in cap. licet in corrigendis, in princ. de offi. ordin. optime Iaſſon. in l. ius ciuile num. 3. de iuſt. & iur. & in l. 1. §. & poſt operis, nu. 4. de noui oper. nuntiat. late Paul. de Caſtro in l. etſi prętor. in prin. ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio: Auiles in cap. 9. Prętor. in gloſ. commiſsion. num. 3. Thom. Zerola in prax. Epiſcop. 2. par. §. viſitatio. verſ. Tertio an.

2 In hac difficultate quamplures arbitrantur, huiuſmodi delegatos à Canone, vel lege, non proprie delegatos appellari, ſed ordinarios dici, quia ordinariam iuriſdictionem videntur exercere, à Canone, vel lege, eis tributam; vt tenet gloſ. in verb. ſuper hoc delegatus in cap. Irrefragabili. §. ceterum de offic. ordin. quam ſequitur Beroi. in rub. de offic. deleg. num. 57. ad fin. Zabarel.

in

in Clem.vnica num.4.in 5. oppoſit. de ſupplen. negligen. prælat. & ibidem Ancharr. num.8.citat Hoſtienſem & alios,qui tenent hanc opinionem. Quorum ratio potiſsima eſt, nam iuriſdictio, quæ tribuitur a lege,
3 non delegata,ſed ordinaria dicitur; vt tradit Fulgoſ.in l.1.num.7. ff.de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio.Speculator in titul. de offic.ord.§.conſtituit.num.1.fol.39. 1.p. qui citat textum in Canon. à Iudicibus in verſ.ordinarij 2.quæſt.6.cuius text.authoritate,hoc tenet gloſ.verb. ſtatuuntur in c. 2. ne Prælati vices ſuas. Et ſcribentes in l.& quia.ff.de iuriſdict.omn.iudic.vnde talis cōmiſsio canonis,potius excitatio iuriſdictionis ordinariæ,quam noua delegatio appellari meretur,ex Felin.in cap.licet,à num.1. & Abb.num.3.de offic. ord. Crot. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter num.6.de verb. oblig. Anchar.conſ.201.num.1.Felin.in rubr.de offi. deleg.num.4.ad fin. Carrotius in cap. cum quid par.1.limit.3.num.11.fol.40. de regul. iur.in 6. niſi illud mandaretur cum clauſula (appellatione remota)quia tunc videtur alterari iuriſdictio ordinaria; & tunc cēſetur quis delegatus,& non ordinarius;prout tenet Vitallin.in tract.clauſularum in cap. de clauſula appellat remot.num.5. tradit optimè Auiles in cap. 9. Prætor.in gloſ. cōmiſſion.num.2.Ex quibus infertur, quod ſi ab Epiſcopo, vt delegato Canonis,appellandū eſt,non debet appellari ad Summū Pontificem,ſed ad Archiepiſcopum, qui eſt iudex appellationis interpoſitę ab Ordinario; vt tradunt Abb.in d.num.15. in fin. & Felin.n. 3.in d.cap.ad oblendam & ibidem Zabarel. in §.1.nu.2.& quos refert Portoles ad Moli.
4 in §. Iudex num. 28. Vnde quando concilium tribuit facultatem Epiſcopis, vt tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, aliquid faciant, ſolum videtur eis tribuere facultatem etiam in exemptos, vt expedite, & abſquè impedimento aliquo procedant.Vt in ſimili probatur in d.c.ad abolendā in fin. vbi ſcribentes,& Beroi.in dict.num.57.Idquè ita cenſuit ſacra Congreg. declaratione 484.in hæc verba: (teſte Thoma Zerola in praxi Epiſcopali,2.par.§. viſitatio. verſ. tertio)Si in viſitatione appellari contingerit ab Epiſcopo ſuffraganeo, etiam tanquā ſedis Apoſtolicę delegato,prout ſacrū Concil.Trident.ſeſſ.24.cap.10. de Reformatione,debet appellari ad Metropolitanū,quoad deuolutiuam, non quoad ſuſpenſiuam, prout ſeſſio.22.cap.1.de Reformatione.Ratio eſt,quia quæ in viſitatione ſuffraganeus facit,iure ordinario facit. Et patet,quia legatus ordinarius auctoritate Apoſtolica,licet ſit effectus legatus, ea tamen, quæ facit vt legatus,auctoritate ordinaria facit, quia eſt ordinarius:cap.1.de offic. ord. Hoſtien. in ſum.tit.de offic.ord. §. ſunt autem quædam; vbi dicit, quod quando committitur Epiſcopo,id quod pertinebat ad ipſum iure ordinario, id fit, vt magis timeatur, Canon. quis neſciat.15.diſt.

5 Vlterius ſupradicta opinio probatur, ex verbis illis Canonis,ſcilicet(tanquam ſedis Apoſtolicę delegati) dictio enim, *tanquam*, regulariter,& de ſui natura,denotat improprietatem,& fictionē;vt probat gloſ. verb. tanquam, in cap.ſolitæ, & ibi Felin. num.3. de maioritate & obedien. Iaſſon in l.1.nu. 2.& ibi gloſ.verb.tanquam,C.de hæred. inſtituen.Iaſſ.in l.ſi pecuniam num. 3.per illū tex.ff.de reb.credit.Riminal.in §. 1. nu.22. inſtit. per quas perſonas nobis adquiratur, Rebuff.in compend.alienat. rer.Eccleſ. nu. 101.Hippol.ſingul.236. num. 1. Vnde cum denotet improprietatem,& fictionem,merito delegatus à Canone,potius ordinarius, quam delegatus erit cenſendus.

6 In contrarium tamen, quod tales delegati legis,vel Canonis, dicantur delegati, & non ordinarij, & quod ab eis non ad Archiepiſcopum,ſed ad Summum Pontificem appellandum ſit,affirmat Abb. in cap. irrefragabili,§.cæterum nu.1.& ibi Ancharran. num.10.ad fin.de offic.ord.Abb.in cap. ad abolendam nu. 15. & 16. vbi Anania num. 25.& Felin.numer. 3. de hæret. Zabarel. in Clem.1.num.4.in 5.oppoſitione, & in nu. 14.de ſupplen.neglig.prælat.& ibi Boniſac. num.31.& Immol. omnino videndus num. 18. latiſsime Zabarel. in dict.cap. ad abolendam,§.1.ex num. 2.de hæret. Alexand.in l.more maiorum num.13.ff. de iuriſd. omn. iudic.& in l.1.num.8.de offic.eius. Nauarr. lib.3.titul.de regular.conſ.83.num.6.in fin. quorum Doctorum opinioni adhærere videtur Portoles ad Molin.in §. Iudex, num. 29.Pro qua facit regula illa cōmunis, quod à ſententia delegati ad delegantem debet appellari,cap.ſuper quæſtionem. §. Porrò, de offic.deleg. cap.ſi delegatus, cap. is cui, cap.ſi à delegato,de offic.deleg.in 6. l. 1. in prin.& in §.1.& l.3.ff.ſi quis,& à quo appellare.Nec obſtat, quod ſupradictum eſt,di-
ctionem

Digitized by Google

ctionem,*tanquam*,denotare improprietatẽ,
quia non ſemper id eſt verum: nam etiam
ſignificat proprietatem,& veritatem, & nõ
ſimilitudinem,ex gloſ.verb. tanquã,in cap.
cum pro cauſa, de ſentent. excommun.tex.
& ibi Abb.num.2.in cap.ex parte,de ſpon-
ſalib. Archidiacon.in cap.1.num.2.verſ. tan
quam,de homicid. in 6.Boer.deciſ. 44. nu-
mer.29.

Alia,& tertia Doctorum opinio (& quæ
7 mihi magis placet)ſic concordat, & conci-
liat duas pręcedentes ſententias: Aut enim
cauſa committitur Epiſcopo à lege,vel Ca-
none, aliquid addendo, vel minuendo ſuæ
ordinariæ iuriſdictioni, quam non ita om-
nimodam habebat, antequam ei fuiſſet cõ-
miſſa, & tunc non ordinarius,ſed delegatus
iudex reputabitur,appellandumquè erit ab
eo ad Summum Pontificem,ſi autem cogni
tio dictæ cauſæ indiſtinctè Epiſcopo perti-
net de iure communi, per dictam ſimplicẽ
commiſsionem, excitata duntaxat eius di-
cetur iuriſdictio: Commiſsioquè talis iuſ-
ſus,non vero delegatio nuncupabitur, & eo
in caſu ad Metropolitanum erit interponẽ-
da appellatio, cum non cenſeatur reuocata
Epiſcopi ordinaria poteſtas, nec ius ſuum
videatur tollere Summus Pontifex per ta-
lem commiſsionem,argumento. l.2. §. me-
rito,& §.ſi quis à Principe,ff. nequid in lo-
co.public.& quę tradunt per d.tex. Alciat.
reg.3.præſumpt.11.Anan.in cap.ad petitio
nem num. 4. de accuſation. Altan. in colle-
ctan.num.956. & ſupradictam opinionem,
& concordiam referunt, & ſequuntur Ma-
ran. de ord.iudic.4.par.diſt.5.num.77. Fe-
lin. in cap. licet in corrigendis, ex princ. de
offic.ordin. Mathes. ſingul.89. vbi late Ga-
briel Saray in addit. Felin in cap.eam te nu.
11. verſ. Quarta differentia. de reſcrip. & in
cap.cum ex officij,ex nu.19 in fin. de præſ-
crip.Auiles in dict cap.9. in verb. commiſ-
ſion,num.6. Mandoſ. in gloſ. facultatis, in
§.ſitquè,verſ.Ordinarius,in fin.& Boer. de
ciſ. 151.ex num.5.Iaſ.in l.ius ciuile, ex nu.
2.ff.de iuſt.& iur. Alciat. reg.3 præſumpt.
35.num.3.Portol in §.commiſsion,ex nu 1.
& in §.iudex,num.27. Menoch. lib.2. præ-
ſumpt.16.num.24.& in caſu huic ſimili,idẽ
tenet alios allegans Bouadilla lib.2. cap.21.
num.26.in litera.B.& ij quos cumulat Paul.
Granutius, theorem.21. & habes in 2. par.
Collectan.157.num.1. Vndè quando Con-
cilium Trident. dicit tanquam ſedis Apo-
ſtolicæ delegatus,hoc facit,vt maiori aucto
ritate fiat,illud quod præcipit, & magis ti-
meatur, non vero vt deroget iuriſdictioni
ordinariæ,Zerola 2.par.§. viſitatio, verſic.
tertio, in fin. nam quamuis delegatus Prin-
cipis dignior ſit ordinario, tamen ordina-
rius firmiorem habet iuriſdictionem, vt op
timè aduertit Alexan.rub. de offic. eius cui
mandat. eſt iuriſdict. num. 5. Menoch.lib.
2.pręſumpt.17.ex num. 2. Bouadilla lib. 2.
cap.21.num.30.

8 Ex quibus merito reprehendi videtur
opinio Ioannis Gratiani,in reg.255.vbi aſ-
ſerit, quod iudex habens iuriſdictionem or
dinariam, & delegatam, cenſetur in dubio
proceſsiſſe ex ea iuriſdictione, quę actum
validat, modo ordinaria, modo delegata
ſit: Caſu tamen, quo ex vtraquè iuriſdictio
ne actus valeret, tunc cenſetur proceſiſſe ex
delegata,tanquam digniori. Hoc enim vlti-
mum(ſalua pace)alienum eſt à veritate,quã
uis in hoc eum ſequi videantur Auiles in c.
9.Prætor.in gloſ.commiſsion. num. 10. Fe-
lin.in cap.cum ex officij num.31.in prin. de
præſcrip. Vnde ſi actus ex ordinaria pote-
ſtate ſuſtineri poteſt,ex ea, primo tanquam
magis firma,& efficatiori,videtur iudex pro
ceſiſſe,cum hoc ſibi vtilius ſit, cum ſemper
in dubio quis videatur velle facere actum
validum iure communi ordinario, non au-
tem ſpeciali,vel extraordinario. l.quanquã,
C. de teſtam. milit. l. in teſtamento.1. cod.
titul. Alciat.dict.num.3. Roman.& ibi addi
tio.in ſingular.15.Alexand.conſ.185. nu.2.
Ideo punctim dicebat Federic. de Senis in
conſ.125.incipien. factum tale eſt,quædam
domus,quod ſi quis poteſt procedere vt or
dinarius,& vt delegatus,præſumitur in du-
bio vti poteſtate ordinaria, & non delega-
ta. Quod dictum referunt, & ſequuntur
Alexan.conſ.55.volum.5. num. 6. Menoch.
ex dict.num.2.& in pręſump.16.ex num.8.
Sebaſt. Vant. de nullit.ex defect. iur.ordin.
num.172.

Ex ſuperius tamen adducta reſolutione,
9 infertur pro intellectu aliquarum legum no
ſtri Regni,quas recenſet Molin.in report.in
verb.ſalarium,fol.297.in quibus, iudicibus
ordinarijs prohibitum eſt, recipere ſalariũ
à partibus litigantibus: Iudicibus tamen
delegatis illud recipere permittitur. Vt pro
cedat dicta legum prohibitio, etiam quan-
do iudex ordinarius, tanquam delegatus,
& commiſſarius iudicaret, nam etiam tunc
ſala-

Digitized by Google

ſalarium à partibus ſuſcipere non poteſt, ſi cauſa ſibi commiſſa illius naturæ eſt, de qua virtute iuriſdictionis ordinariæ, aliàs iudicare poterat; vt pulchre adnotatunt Ant. Grauat.ad Veſt.lib.7.cap.1.num.31.verſ.& adeo, Neuizan.in ſylua nuptial. lib.5. num. 97.verſ.amplia tertio, & quos allegat Portoles in dict.§.Iudex, num. 25. & ſequitur Felin.in cap.de hoc num. 7. de Simonia, & ratio eſt, quod vbi commiſsio fit iudici ordinario de his, de quibus aliàs poteſtatem ordinariam habebat, talis commiſsio potius vim excitationis officij, quam commiſſionis, & delegationis obtinet; vt probant Doctores ſupra, & quos refert Portoles in §.commiſsio.num.1.Ideo ſalarium dicti iudices ordinarij non valent exigere; quamuis virtute commiſsionis, & delegationis cognoſcant de cauſis, vt poſt alios aduertit doctiſsimus huius Regni Gubernatoris Aſſeſſor, Ibandus à Bardaxi in annot.ad for.4. num.1.titul.de Regent.offic. Gubernat.fol. 90.

QVÆSTIO XXXV.

An filia, cui mille pater reliquit, ſi nupſerit, & cētum ſi Monaſterium ingrediatur, poſſit petere mille, ſi Monaſterium fuerit ingreſſa?

SVMMARIVM.

1 *Filia cui pater relinquit 200. ſi nupſerit, & 100. ſi religionem ingreſſa fuerit, ſi fiat monialis, conſequitur 200. ac ſi nupſiſſet, ſecundum aliquos.*

2 *Argumentum valet à matrimonio carnali ad ſpirituale.*

3 *Si relinquantur alicui 100. ſi nupſerit, conſequitur legatum ſi profiteatur religionem.*

4 *Statutum, quod ingrediens religionem non ſuccedat, non valet.*

5 *Licet patri, legare plus filiæ ſi nupſerit, quam ſi religionem ingrediatur; & hoc caſu, ipſa minus conſequetur, quam ſi nuberet & hoc eſt verius, iudicio Aucſoris.*

6 *Valida eſt conditio appoſita, quando aliquid datur in emphyteuſim, vt res illa ad Eccleſiam nulla ratione poſſit peruenire.*

7 *Valet conditio maioratibus adiecta, vt in eis nō ſuccedant monachi, neque presbyteri.*

8 *Religionis propoſitum non deſerit quis, propter metum amiſſionis bonorum.*

9 *Legatum alicui relictum ad nubendum, ingrediens religionem, conſequitur legatum, quod eſt vtilius teſtatori.*

10 *Subſtitutus, in caſu quo aliquis decedat ſine liberis, licet excludatur, ſi inſtitutus Monaſterium ingrediatur, non tamen quando appareret, teſtatorem voluiſſe excludere Monaſterium.*

11 *Executores teſtamentorum, qui diſtribuere debent aliqua legata inter puellas maritandas, non poſſunt ea dare ingredientibus Religionem.*

12 *Papa ex cauſa poteſt diſponere contra teſtatoris voluntatem.*

13 *Legatum relictum pauperibus, vni ſoli dari non poteſt.*

14 *Executor teſtamenti nō poteſt præuenire diem, ab ipſo teſtatore præfixum, ad diſtribuenda bona, ſecundum aliquos, licet alij contrarium cenſeant, quos concordat auctor.*

15 *Intellectus ad l.Cum pater, §. à filia, ff. de legat.2.*

16 *Intellectus ad l. Titia, ſi non nupſerit, de cond. & demonſtrat.*

17 *Intellectus ad §.ſed & hoc præſenti, in Auth. de ſanctiſ. Epiſc. Coll.9.*

18 *Argumentum de ſtatuto ad teſtamentum non valet.*

19 *Statutum excludens filiam monialem à ſucceſſione bonorum valet, dummodo fiat ante Religionis ingreſſum, ſecus ſi poſt.*

20 *Statutum quo cauetur, quod omnia bona, iura, & actiones, etiam in ſpe, volentis ingredi Religionem, transferantur in ſuccedentes ab inteſtato, validum eſt.*

1 EGREGIA plane, & vſu frequentiſsima extat diſputatio propoſita, circa quā quidem, Doctores ita inter ſe diſentiunt, vt adhuc quid in ea ſit tenendum, quæ vè opinio ſic verior, non ſatis ex eorum ſcriptis appareat. Quam plures enim vtriuſquè ſenten tentiæ ſectatores, referunt Ant. Gabr. lib.4.comm.tit de legat. concl.2.Roland.conſ.35.vol.3. Ceballos q. 241.Franciſc. Mantic. de coniect.lib.11.tit. 18.num.27. & relati à me in 2.par. Collect. 111. num.2. Bart. namq; & Socin. in. l.2.in princ.ff.de ijs quę pœn.nom.exiſtimant fa-

nore

nore Religionis reijciendam eſſe conditionem illam ingredienti appoſitam, ne filia metu amittendi maius legatum, abſtineat ſe ab ingreſſu religionis. Vnde ſi pater relinquit filiæ ducenta, ſi nupſerit, & centum, ſi Monaſterium ingrediatur, dicunt filiã, quæ religionem fuerit ingreſſa, poſſe & debere conſequi legatum ducentorum, ac ſi nupſiſſet. Quia cum conditio illa ſit turpis, conſequenter de iure pro non adiecta eſt habenda; vt pote religionem deterioris conditionis faciens, quã ſeculum. Cui ſententiæ ſe ſubſcribunt relati ab Ant. Gabr. libr. 4. com. opin. tit de legat. concl. 2. num. 1. à Michaele de Graſsis lib. ſentent. §. legatum quæſt. 50. n. 12. & à Petro Mozzio de contract. tit. de matrim. in §. de diuiſione matrimonij. num. 1. iuxta med. & allegat plures Gabriel Saray in addit. ad Matheſil. ſing. 52. quos etiam ſequuntur Hippol. de Marſil. in tract. de fideiuſſor. num. 127. & in ſing. 215. Boer. deciſ. 3. numer. 14. Abb. in repet. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſt. num. 35. verſ. Nec obſtat dictũ, Bald. vbi additio, in litera C. Eman. Coſt. in l. cum tale, §. ſi arbitratu, de condit. & dem. ampliat. 11. ex num. 5. Lud. Beja caſ. 44. Medin. de reſtit. quæſt. 23. verſ. tertio. Ioan. Baptiſta Contrad. in reſponſ. caſ. conſcien. caſ. 190. latiſsime Mich. Graſſ. in lib. 3. ſentent. §. legatum, nu. 12. verſ. ſed contrariam partem, Thom. Zerola in prax. Epiſco. §. legatum, in verſ. ad quartum, fol. 137. Gutierrez lib. 1. Can. quæſt. cap. 32. nu. 15. Ant. de Butr. num. 27. & Felin. num. 37. in capit. in præſentia de probat. vbi etiam Pariſ. num. 144. eam communem opinionem appellat, & ibi etiam Beroi. num. 495. veriorem dicit, quem ſequitur Iaſ. in Auth. ſi qua mulier nu. 12. C. de Sacro. Sanct. Eccleſ. & tanquam veriorem & communem, eam laudat Pariſ. conſ. 65. volu. 2. num. 14. eamq. eſſe tenendam, & ab ea non eſſe recedendum in iudicando, & conſulendo, teſtantur Thom. Ferra. caut. 9. Deci. conſ. 674. num. 4. Socin. conſ. 169. colum. 1. lib. 2. Decian. conſ. 5. nu. 13. lib. 3. & idem etiam aſſerunt quamplurimi relati à Mantica (& ſi ipſe eos non ſequatur) in lib. 11. de coniect. tit. 8. ex num. 27. eam tamen communiter eſſe receptam, aſſerunt Rip. in l. 1. num. 62. ff. ſol. matrim. & Octau. Catheran. deciſ. Pedamont. 126. num. 6. & eandem teſtatur eſſe communem opinionem, & plurimorũ auctoritate munitam, Couar. licet ipſe contrariam opinionem tueatur, in lib. 1. variar. cap. 19. num. 9. & Ceballos in pract. quæſt. 241. ex princ. & pro hac opinione fuiſſe deciſum in facto, refert Capiz. deciſ. 204. & deniquè articulum hunc latiſsime diſputat, Roland. conſ. 35. volum. 3. vbi ex num. 16. plures referens ſequitur hanc opinionem, & communem eam appellat dicens firmatam eſſe pluribus, & melioribus auctoritatibus, præſtantibus pondere, numero, & menſura; ſicquè in iudicando eam eſſe tenendam, iuxta ea quæ notat Iaſſ. in Auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſanct. Eccleſ. nu. 15. Vnde quidem optimo iure videtur mirari Matheſil. in ſing. 52. quomodo Monaſteria monialium non vtantur hoc iure, cum eis ſuffragetur ſupradicta Doctorum aſſertio, & deniquè hanc opinionem ſequitur Rodrig. tom. 2. quæſt. regular. quæſt. 127. art. 1. vbi ſatisfacit argumentis, & rationibus, quæ contrariæ opinioni fauere poſſunt.

Pro qua opinione primo facit argumentum, deſumptum ex tex. in l. Titiæ ſi non nupſerit, ff. de cond. & dem. cuius hæc verba referuntur in pandectis Florentinis, vt ex D. Ant. Auguſt. Archiepiſcopo Tarraconen. & in vtroquè iure peritiſsimo, ac nunquam ſatis pro dignitate laudato, in lib. 1. emendat. cap. 2. adnotarunt Didac. Spin. in ſpecul. teſtam. gloſ. 14. princ. num. 112. Lud. Beja vbi ſupra in caſ. 67. Menoch. conſ. 169. num. 20. & in lib. 4. præſump. 83. nu. 21. Rodrig. in dict. art. 1. & Couar. lib. 1. var. cap. 19. num. 9. Titiæ (inquit) ſi non nupſerit, ducenta, ſi nupſerit, centum legauit; nupſit mulier, ducenta, non etiam reſidua centum petet, &c. Ergo quod ibi fauore nuptiarum, contra expreſſam defuncti voluntatem decidit, ad fauorem Religionis extendi tanto magis debet, quanto ſpirituale matrimonium, quod per profeſsionem ſolemnizatur, anteferetur carnali, quod per mutuũ partium conſenſum contrahitur. Et quidem argumentum à matrimonio temporali ad ſpirituale valet, vt probat late Euerard. in centur. legal. in loco 76. à matrimonio temporali, ad ſpirituale, & in propoſito adnotauit Hippol. ſing. 215. ex num. 2. ex quibus Socin. in d. l. 2. ff. de ijs quæ pœn. nom. fortiter dictum tex. in l. Titiæ inducit, contra Bald. dicens, non bene ipſum aduertiſſe ad dict. l. Titiæ; nam quemadmodum in ea deciditur, quod relictum ſub conditione, ſi nõ nupſerit, mulier conſequatur, tametſi nuptias

tias contradixerit, quia conditio habetur
pro non ſcripta, ita quando plus ei relinqui
tur, ſi nupſerit, quam ſi non nupſerit, con-
ſequitur illud, quod amplius eſt, etiã ſi nup-
ſerit; pari etiam ratione, ait Soc. idem dicen
dum eſſe in caſu propoſito, nam ſicut ſi reli-
ctum eſt ſub hac conditione, ſi non ingre-
diatur Monaſterium, fauore Religionis con
ditio reijcitur, vt deciditur in §. ſed & hoc
præſenti, in Auth. de ſanctiſ. Epiſcop. Simili
etiam modo quando plus eſt relictũ, ſi non
ingrediatur Monaſterium, quam ſi ingre-
diatur, debet conſequi illud, quod amplius
eſt, & ſi Monaſterium ingrediatur, ne alio-
qui profeſsio Religionis videatur ei obeſſe,
ſi minus conſequatur; cum omnis conditio,
quæ præbet impedimentum maioris boni,
ſeu retrahit à vita contemplatiua eligenda,
reprobetur à iure, & pro non ſcripta ha-
beatur.

Secundo pro huiuſmodi opinione facit,
3 quia ſi legara fuerint alicui centum, ſi nup-
ſerit, & is religionem profeſſus fuerit, con-
ſequitur idem legatum; vt probant tex. in
Auth. ſed & hoc præſenti in Auth. de ſan-
ctiſ. Epiſc. coll. 9. & in Auth. niſi rogati, C.
ad Trebell. & quidem videtur idem dicendũ
eſſe, quando legata ſunt ducẽta, ſi nupſerit,
& centum, ſi religionem fuerit quis ingreſ-
ſus, vt quemadmodum in priori caſu conſe-
quitur quis legatum, ſic & in poſteriori.

4 Tertio huic opinioni ſuffragari videtur,
quod argumentari licet à ſtatuto ad teſta-
toris diſpoſitionẽ; vt late diſſerit Euerard.
in cent. leg. 47. in loco ab vltima voluntate,
ad leg. ſtat. vel conſuetud. atqui ſtatutum,
5 quod ingrediens religionem non ſuccedat,
non valet, vt tradunt Dec. in cap. Eccleſia
Sanctæ Mariæ de Conſt. num. 188. & in l.
fin. C. de pact. num. 28. qui teſtatur hanc eſ-
ſe communem opinionem, quem ſequitur
vol. 1. commun. opin. pag. 197. verſ. ſtatutũ
diſponens. Matheſil. ſing. 144. & ibi late Ga-
briel Saray, in addit. referẽs plures pro hac
opinione, ſequitur etiam Alex. conſ. 139 vo
lum. 2. num. 13. Didac. Perez lib. 1. tit. 2. l. 7.
in gloſ. *Porque todo eſto ſeria.* pag. 44. Laur.
Kirchou. in com. opin. Cent. 5. concl. 86.
Ceball. in pract. quæſt. 142. num. 4. quia ſi
repelleretur à ſucceſione, de facili poſſet ab
ingreſſu religionis diſtrahi, & ſic eſſet im-
pedimentum vitę contemplatiuæ; vt tra-
dunt ſcrib. in d. l. fi. C. de pact. Ergo pari ra-
tione dicendum videtur, non valere teſta-
toris diſpoſitionẽ, qua religionis ingreſſus
impediri poteſt, cum negari nõ poſsit, quin
ipſa mulier, deferendo maiorem dotem,
cum alacriori animo non ingrediatur, & nõ
deferendo totam illam dotem, aliqualiter
intimidetur, & refrenetur libertas ingrediẽ
di, cum videat ſe excludi ab illius dotis ſuc-
ceſsione; vt poſt alios vbi ſupra conſiderat
Roland. in d. conſ. 35. ex num. 26.

6 Quamuis autem hæc opinio talibus de-
coretur rationibus, & doctorum auctorita
tibus, contraria tamen ſemper mihi verior
viſſa eſt; exiſtimo namq. licere patri, legare
filiæ mille, ſi nupſerit, & ducenta tantum, ſi
monaſterium ingrediatur; ipſaq. ſi religio-
nem fuerit ingreſſa, non mille, ſed ducen-
ta tantum conſequetur. Vt expreſſe tenuit
Bal. (qui in quantum potuit, ſemper detra-
xit doctrinæ Bar. vt tradit Xuarez in l. poſt
rem iudicatam, in 8. ampliat. num. 1.) is in-
quam in Authen. Niſi rogati num. 11. C. ad
Trebel. ait, quod naturalis æquitas, & cõ-
munis obſeruantia eſt pro iſta parte. Et idẽ
Bal. in l. Deo nobis, in princ. C. de Epiſc. &
Cler. tenet idem obſeruari de conſuetudi-
ne, vbi etiam Raphael Fulgoſ. num. 2. di-
cens, ſe quoquè vidiſſe, ita ſeruari in con-
tingentia facti, & plures pro hac opinione
allegat Anto. Gabr. lib. 4. com. opin. tit. de
legat. concl. 2. num. 7. Eamq. ſequitur Did.
Spin. in Spec. teſtam. in gloſ. 14. princip. nu.
113. vbi hanc opinionem appellat æquio-
rem, & proximiorem voluntati teſtatoris;
quęquidem certa eſt diſponendi de rebus,
quę monaſterio non tenetur relinquere. Vt
tuendo hanc opinionem, tenet etiam Co-
uarr. lib. 1. variar. cap. 19. num. 9. prope finẽ.
Cum voluntas teſtatoris non ſit trahenda
ad caſum ab eo excluſum, dicendo, ſi nupſe-
rit, &c. Et cum ipſe diſtinxerit caſus ſuę diſ-
poſitionis, & voluntas ſit clara, non eſt lo-
cus coniecturis. l. continuus, §. cum ita, de
ver. oblig. l. Ille aut ille, §. cum in verbis, ff.
de leg. 3.

Vnde optimo iure hanc opinionem, vti
veriorem, defendunt plures, quos allegat
Franciſc. Mantic. de Coniect. lib. 11. titul.
18. ex num. 29. verſ. ſed contrariam opinio-
nem, optime Iacob. Cancer lib. 1. var. reſol.
cap. 24. ex nu. 15. Molin. de iuſt. & iur. tract. 2.
diſpu. 207. ex col. 1266. verſ. dubiũ inde eſt.
Did. Perez lib. 5. tit. 2. l. 1. pag. 134. Lud. Lop.
inſtr. conſ. 1. p. c. 291. verſ. ſed maius dubiũ
eſt, ex pag. 849. eamq. æquiorem & cõmu-
nem

nem appellant Paul. de Caſtr. in l. fin. nu. 5. C. de Epiſc. & Cler. & in l. Titiæ ſi nupſerit num. 2. de cond. & demonſtr. & in d. Auth. niſi rogati numer. 3. C. ad Trebel. vbi etiam Salic. n. 3. in fin. & hæc eſt magis communis, & verior, vt tradit Deci. ſibi contrarius, con ſil. 419. nu. 7. & Menoch. lib. 4. præſump. 83. num. 4. & num. 26. in fin. & in conſ. 169. nu. 18. & in num. fin. dicit hanc opinionem eſſe æquiorem, & à communi hominum obſeruantia receptam. Et idem affirmat Deci. in dict. cap. in Præſentia nu. 134. & Fulgoſ. in conſ. 53. num. 2. atteſtatur talem eſſe totius Italiæ conſuetudinem, eamquè ſeruari per omnes diligentiſsimos, & prudentiſsimos, patres familias, vt filiabus ingredientibus Monaſterium, longe minorem quātitatem ex ſua ſubſtantia tribuant, quam ſi nuptias contraxerint in ſeculo. Ex ratione quidem apertiſsima, quam Bald. etiam ſenſit, dum dixit naturalem eſſe æquitatem. Quia ſcilicet ingredientibus Monaſterium, & paupertatem profitentibus, ſecundum laudabiles conſuetudines multo minus poteſt ſufficere; nam ingredientes Monaſterium, multo minorem impenſam, & in victu, & in beſtitu faciunt, quam illæ quę in ſeculo nubunt, propter onera matrimonij; quæ (vt experientia docet) ſunt grauiſsima. l. pro oneribus, C. de iur. dotium, & notatur in capit. ſalubriter de vſur. Et ita ſecundum hanc opinionem conſuluit Iaſſ. in conſ. 53. colum. 5. volum. 3. vbi dicit, quod quamuis opinio Bart. poſsit dici in puncto iuris verior, & eam legendo fuerit ipſe ſequutus in Auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Tamen attenta communi conſuetudine, & obſeruantia totius mundi, & naturali æquitate, iſta opinio poteſt ſeruari; quia minime mutanda ſunt, quæ certam legem & interpretationem habuerunt, l. minime, ff. de legib. cum concordantibus; hanc deniquè opinionem veluti æquiorem, magis communem, & vſu receptiſsimam, quam plurimis auctoritatibus adductis ſequitur, & tuetur Riminal. Iun. in conſil. 85. ex num. 18. in fin. & in conſ. 215. ex nu. 197. & Paul. de Caſtr. in l. Titio centum, in §. Titio centum, el 1. num. 7. ff. de condit. & demonſtr. vbi dicit hanc opinionem ſibi videri veriorem, ne voluntates defunctorum fraudentur; quia ęquum, & iuſtum eſt, vt plus habeat, quæ nubit mundo, quam quę nubit Deo; & ita videmus (inquit) ſeruari per totum orbem. Sic Crottus in l. ſi conſtante, in 2. lect. numer. 22. verſ. Nec obſtat, ff. ſolut. matrimon. dicit abſurdum non eſſe, quod filia quæ ingreditur Monaſterium, habeat minorem dotem, & Couarr. lib. 1. variar. cap. 19. num. 10. dicit hanc opinionem quam ipſe defendit eſſe veriorem, & poſtquam plures pro vtraquè opinione refetunt Iacob. Philip. Porcius lib. 13. commu. concluſ. 13. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 28. & Ceballos in pract. quæſt. 241. ex nu. 3. dicunt ab hac opinioné non eſſe recedendum, quia conſuetudine eſt recepta.

Pro qua opinione facit, quia qui facit actum permittente, vel lege ſcripta, vel more & conſuetudine alicuius Prouinciæ, non meretur pœnam, iux. l. Grachus, C. de adult. at qui teſtator relinquendo filiæ plus, ſi in ſeculo nubat, quam ſi religionem ingrediatur, obſeruaſſe dicitur conſuetudinem vniuerſalem totius mundi, vt ſupra dictum eſt ex mente quampluſimorum Doctorum; ergo teſtator pœnam non meretur; & conſequenter eius diſpoſitio annullari non debet, cum actus annullatio ſit pœna. l. Senatus, ff. de contr. emp. legatumquè ab eo relictum minoris quantitatis, filiæ Monaſterium ingredienti, quam ſi nupſerit validum erit, cum contra expreſſa verba teſtatoris interpretatio fieri non debeat, quando quidem in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter. l. in re mandata, C. mand. l. etiam, §. licet in dotalibus, ff. ſol. matrim. & iux. illud, quod apud Platon. in lib. 11. de legibus exclamat ille inter locutor Athenienſis, graue eſt nimium (O dij) ſi mea mihi non licebit cuicunquè volo relinquere, & alijs plura, & alijs pauciora, & lege 12. tabul. cautum fuit, vti quiſquè legaſſet, ita ius eſſet, l. verbis legis, ff. de verb. ſignific. iniquumquè eſſe, liberis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum diſpoſitionem, dicit pulchre tex. in l. non vſquè adeo, ff. ſi à parent. quis fuerit manum. Nec fauor religionis, vel Monaſterij, habet impedire ipſius expreſſam teſtatoris voluntatem, quia ſic fauorabilibus perſonis, & cauſis debitores ſumus, dummodo alijs iniuſtitia nō fiat, cap. Ex tenore, de for. compet. cap. nuper de donat. int. vir. & vx. Ex quibus dicē dū venit, quod filia ipſa habere nō debeat, niſi ſcuta ducēta; alias enim ſequeretur vnū valde iniquum, quod bona teſtatoris contra eius expreſſam voluntatem Monaſterio

X appli-

applicarētur;quod vtiq; admitti nullatenus debet, quia nemo inuitus cogitur beneface re,cap.ad fidem.23.queſt.5.& Eccleſia,quæ eſt cultrix,&auctrix iuſtitiæ,non patitur cō tra iuſtitiam aliquid fieri.cap.1.§.diuerſum de Alien.feud.

Quæ ſententia ex eo verior, & tenenda mihi videtur, ſi cum attentione conſideretur illud Bald.in l. Deo nobis. num. 2.C. de Epiſc. & Cler. patrem inquam de iure, ſupra legitimam filij, de rebus ſuis libere poſſe diſponere,nam ad ſolam legitimam tenetur erga filium.l.cum quæritur & in l.parentibus C.de Inoff.reſt.& in eius eſt poreſtate ſupra legitimam ei nihil relinquere, vt annorarunt Mantic. d. tit.18. num. 31.ad fin. Menoch.in conſ.169 nu.9.& 12.& hinc dicitur, quod pater poteſt bona ſua vendere, & pretium in mare proijcete,non obſtante prgiudicio filiorum,ex glo.mag.in l.1.C.de inoffi. donat.iuſtum enim eſt,ſua cuiq;committere, inquit tex. elegans in l.nemo exterius C.de Iudę.vnde quod pater plus dat filio vltra legitimam, liberalitatis eſt; & poteſt imponere conditionem,quæ ſibi magis placet,iux.l. in conditionibus primum locū ff.de cond. & demonſtr.& in l.cum quæſtio, C. de legat. quæ ſententia procedit, etiam contra piam cauſam,nam poteſt teſtator facere, ne res ſua ad cauſam piam deueniat; vt probatur in c. verum de cond. appoſ. & valet etiam conditio, ne bona alienentur in Monaſterium, vel Eccleſiam; vt notatur in l.vltima C.de iur.emp. Camil. Borrel.conſ. 17.num.34. Menoch. conſ.169.num.15. te-
6 nent etiam pacta inita, quod aliquid datur in emphiteuſim, ne ea res ad exemptos & Eccleſiam poſsit aliqua venditione, aut alio contractu peruenire, Specular.lib.4.partic.3.tit.de emphyt. num.142. Abb.in cap. potuit num.10.de locat.vbi Beroi. nu.127. verſ.nec obſtat,Iaſſ. in l.ſi ita quis §.ea lege ex num.11.fol.193.de verb.oblig.Alphonſ. Villagut.deciſ.49.ex num.8.Rodrig.tom.1. quęſt.66.art.4.per rationē, quam poſt alios refert Iul. Clar. §. emphiteuſis, quæſtione 22.

7 Valet ſimiliter conditio maioratibus adiecta,vt in eis,non ſuccedant Monachi, nec Presbyteri, vt tradunt Couar.lib.1.var.cap. 19.nu.11.Molin.de inſt.& iur.tract.2. diſputat.207.col.1268. Ant. Gom.l.40. Tau.nu. 66.Gutierrez lib.1.Canon.queſt.cap.32.nu. 30.& in lib.2.cap.25.num.6.Lud.Lop.inſtr. conſcien.1.par.cap.291. verſ. at vero, pag. 850. Franciſc. Marzar. in epit. fideicom. quæſt.31. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 1. cap.13.num.99.& optime in lib.2. cap. 12. num.54.& rationem eam aſsignat,quia nemo inuitus cogitur benefacere de re ſua.c. de Iudæis,45.diſt. Surd. tit. 8. priuileg.56. num.1.Camil.in d.conſ.17.ex n.35.Menoc. de præſum.præſu.83. nu.9. ſaltem extra neceſsitatem.Nec cogi poteſt teſtator,ita diſponere, vt bona ſua acquirantur Monaſterio, ſed in ſua libera facultate id poſitū eſt, vt in ſpecie conſiderauit Dec.conſ. 419. ex nu.3.Nec incongruum,nec iniquū eſt,quod bona non deferantur religioſis,cum id cenſeatur factum,nō in odiū religionis,ſed pro familiarum conſeruatione: vt ex Riminald. Iun.recenſet & ſequitur Menoch.in d.conſil.169.nu.16.Couar.d.cap.19.n.11.in prin. Gutierrez,& alij vbi ſupra. Ex quibus optime poterit pater, qui in ſuo teſtamento vltra legitimam, reliquit filię aliquam quantitatē,adijcere conditionem hanc,vt ſi in ſeculo nupſerit,habeat mille,at vero ſi monaſticam vitam elegerit, ducenta tantum. Et quidem teſtatoris mens illa nō eſt, vt diuertat hæredem ab ingreſſu religionis, cū illud turpe indignumq. viro Chriſtiano ſit, conditionem aliquam apponere animo retrahēdi, atquè auocandi aliquem à ſtatu religionis; ſed aliquot rationibus motus, maiorē dotem relinquere nubenti, quam religionē profitenti. Voluit autem hoc, propter maiores ſumptus,& maiora onera nuptis, quā monialibus annexa; aut conſulere poſteritati,ſuæq. familię,& agnationi, vt ſupra dicebamus; eis aſsignando maiorem bonorum partem. Vt etiam dicunt Molin. in dicta col.1268. Couar.lib.1.cap.19. num. 10. verſ. ſecundo poſſe, cum non dicatur peccare, qui ex duobus bonis eligit, quod eſt minus bonum, vt probat Menoc. conſ.169. nu. 10.Dec.in d.c.in præſentia n.193.Quod ſi cōtingat, filiam ob id diuerti à religione, id quidē eſt præter animū,& mentem teſtatoris;ideo ei non eſt imputandū, vt annotauit Menoch.lib.4.pręſump.83. num.9.verſ. Nam reſpondetur, & num. 18.ad fin. & in conſ.169.nu.19.poſt med. & pulchre Ruin. conſil.98.volum.2.num.21.ſubdens, quod etſi quælibet diſpoſitio,per quam datur materia delinquendi,tanquā contra bonos mores,& contra publicā vtilitatem nō valeat, tamen quando diſpoſitio teſtatoris ad hoc

non

non ordinatur, valet; quamuis ad delinquē dum quis ex ea innitetur. Imo quidem credendum non eſt, quod ob hanc rationem abſtinebit à Religionis ingreſſu, quia vt inquit Couarr. in dict. cap. 19. num. 7. & 10. hęc ratio eſt indigna, vt ab homine Chriſtiano proferatur, cum neminem viderimus (vt ipſe ait) à propoſito Religionis abſtinuiſſe, propterea quod non habeat bona, quæ in Monaſterium deferat. Vbi etiam ſubdit, eum qui religionis cauſa ingreditur Monaſterium, parum ſolicitum eſſe circa bona huius ſeculi, quę ſunt caduca, cum ipſis renunciet; cap. Cum ad Monaſterium, de ſtat. Monach. & ideo rationabiliter dici nō poteſt, eum qui ex animo Religionem ingredi vult, à tali propoſito auocari, ob id, quòd minus conſequatur de bonis temporalibus, & patrimonialibus, quam ſi remaneret in ſeculo, ſecundum teſtatoris voluntatem. Idemque Couarr. ſcribit in cap. Quāuis pactum, 3. par. §. 2. num. 4. verſ. Tertia rario, iudicium eſſe temerarium, opinari quempiam auerti à Religionis ingreſsu, ne bona amittat temporalia, quorum relinquendorum cauſa Religione profiteri vult, & ea de cauſa paupertatem vouit, & optat; alioquin ait, eadem cauſa quę mouet ad Religionem, auerteret ab ea, quod plane eſt abſurdum, quia qui Spiritu Dei ducitur ad Religionem, renunciat ſeculo, & proprietati, & manifeſte opes contemnit, nec mentem ſuam ad bona temporalia dirigit, arg. l. profeſsio. C. de Muner. patrimon. lib. 10. Et idem confirmant Corn. in Auth. niſi rogati nu. 2. ad fin. C. ad Trebel. & late Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus num. 37. in verſ. aliam rationē ad Trebel. Menoc. & quos ibi tradit, in d. pręſump. 83. nu. 18. & idem ſequitur Nat. conſ. 282. nu. 14. in verſ. pręterea, dicens non eſſe veriſimile, quod ille qui zelo Dei ad Religionem concitatur, & renū-

8 ciat ſeculo, & bonis, retrahatur à religionis propoſito, propter metū amiſsionis bonorum, ideſt, paupertatem, quam profitetur, & idem trad. Mantic. lib. 11. tit. 18. num. 32. ad med. ſubiungens, non eſſe opinione, nec cogitatione dignū, quemquam vere pium, & catholicum, ob id relinquere propoſitū religionis, quod bonis ac rebus tēporalibus, quibus renunciat, carere ex voluntate teſtatoris, ſit ei neceſſarium. Imo frequenter ipſa paupertas Monaſteriorū, maiorem præſtat occaſionem Chriſti fidelibus, in eis profiten-

di religionem; vt maiori cum merito, hanc vitam mortalem, (diuitiarum cauſa) tot periculis expoſitam, humiliter peragant.

Ex quibus igitur recte infertur, illam conditionem à teſtatore adiectam, quod quis plura bona habeat, ſi contraxerit nuptias, quam ſi religionem profiteatur, validā eſſe, nec reijciendam eſſe, cum credendum nō ſit, illam quemquam à religione auertere. Et cū intentio teſtatoris non fuerit ad illud ordinata, non debet conſiderari, quamuis contingeret in aliquo caſu, vt quis à religionis propoſito retraheretur, arg. l. non omne, ff. de ſtat. liber. & in l. ſi vehēda. §. 1. ad l. Rod. de iac. & pulchre tradit Ruin. conſ. 98. vol. 2. num. 21. & Menoch. in dicta præſump. 83. ex num. 18. ad med. & in nu. 20. Alex. conſ. 2. vol. 1. num. 17. verſ. non obſtat ſeptimū, cui ſentētiæ, & illa ratio patrocinatur, quod à communiter accidentibus, & ex coniecturata mēte teſtatoris, videmus patres potius velle bona ad filios, quam ad Eccleſiam peruenire; cum ipſo iure naturali inſpecto, ad pattum ſucceſsionem filij vocentur. Vt pulchre notat Oldrad. conſ. 94 num. 8. Gutierrez in Can. quęſt. c. 32. nu. 31. in final. verb.

9 Fateor tamen, quod quando ſimpliciter; ſub cōditione nuptiarum, quippiam alicui, vel donetur, vel legetur, illo ingrediente religionem, debetur totū Monaſterio, ex pręſumpta teſtatoris mente, præſumitur ſiquidem teſtatorem de nuptijs cogitantem, idē feciſſe, ſi de religionis ingreſſu cogitaſſet. Et ſic lex ſupplet defectum teſtatoris, & ſuum interpretatur animum: vt optime annotarunt Iacob. Cancer in d. cap. 24. nu. 16. Couar. in d. c. 19. nu. 10. verſ. Sed etſi alicui, Molin. in allegata diſput. 207. col. 1265. verſ. Vt de hac re, Rip. in d. §. ſi quis rogatus, nu. 39. in fin. Mantic. de conieſt. lib. 11. tit. 18. num. 31. Gutierrez conſ. 26. num. 13. & in lib. 1. Can. quæſt. cap. 32. num. 20. Sanchez tom. 1. lib. 1. diſput. 33. num. 29. Alexand. conſ. 121. volum. 2. num. 12. in fin. per tex. & Doctores in dict. §. ſed & hoc præſenti, & in d. Auth. ingreſsi ſupra allegata in 2. argum vbi not. Paul. de Caſtr. num. 3. Quibus ego addo vtilius eſſe teſtatori, quod bona illa deferantur Monaſterio; cum id cędat in ſalutem ſpiritualem ipſius teſtatoris, argumento tex: in cap. mancipia, & in c. iniuſtum de rer. per mut. & quæ notantur in c. verū, de cond. appoſ. Fuit tamē neceſſaria prouiſio Imperatoris in dictis iuribus, quia cū hęc volūtas eſ-

ſet ſine verbis, nullius erat momenti, ex l. quidam cum filium de hæred. inſt. l. ille aut ille, §. cum in verbis, de leg. 3. Similem nam què interpretationem ſolent facere legiſlatores, vt patet in l. licet 77. de leg. 1. & in l. ſi vnquam, C. de reuo. don. quod etiam ali quando fecit Papinian. in l. cum auus de condit. & demonſtr. & huius deciſionis do nauit euentum, Iuſtin. in l. cum acutiſsimi, C. de fideicommiſ. Ideo merito in caſu no ſtro, lex ſupplet (vt ita dicam) teſtatoris cogitationem, ipſiuſquè voluntatem exten dit ad caſum omiſſum, præſumptum tamen tam fauore religionis, quam teſtatoris, vt dictum eſt. Quando vero liquido, & clare apparet, quod cogitaſſet teſtator de excludendo Monaſterio, vt eſt quando prouidiſſet, quid voluerit filiam habere in caſu nuptiatũ, & quid in ingreſſu religionis, illa voluntas teſtatoris eſt ſeruanda, §. diſponat. Auth. de nupt. cum quilibet rei ſuę poſſit imponere legem, quam velit. l. quoties, C. de donat. quæ ſub mod. Nec tunc lex quidquam ſupplere poteſt contra voluntatem teſtatoris, ex Didac. Perez lib. 5. tit. 2. l. 1. pag. 134. verſ. tum etiã, Mantic. in d. tit. 18. nu. 31. ad finem, quam rationem in ſimili caſu probant Menoch. in d. præſump. 83. nu. 16. verſ. primo adfertur, ex Alex. conſ. 121. vol. 2. num. 13. Deci. conſ. 258. num. 3. verſ. circa primum.

10 Et hac reſolutione retenta, primo inferri poteſt, quod quamuis regulariter ſubſtitutus, in caſu quo aliquis decedat ſine liberis, excludatur; ſi inſtitutus efficiatur religioſus; ita quod Monaſterium capax alio quin ſuceſsionis, ſuccedat, & excludat ſubſtitutum, nam euaneſcit talis ſubſtitutio; vt ex Auth. niſi rogati, ad Trebell. & in c. in pre ſentia de prob. & alijs iuribus probant ex magis communi Doctorum opinione, Micha. Graſſ. in lib. ſent. §. fideicomiſ. q. 40. nu. 1. vol. 1. com. opin. pag. 211. verbo, ſubſtitutus ſub conditione iſta. Franciſ. Mantic. lib. 11. tit. 7. ex num. 2. Io. Gutierrez lib. 1. Can. quæſt. cap. 32. ex prin. Tiraquel. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 95. non quidem tantum ex eo, quod Monaſterium habeatur loco filij, ſed verius ex eo, quia pręſumitur, quod teſtator Monaſterium non minus, quã liberos hæredis inſtituti dilexerit, & ideo ſicut liberos, prætulit ſubſtituto, ita etiã deficien tibus, vel nõ extantibus liberis, ſi cogitaſſet, ipſum hæredẽ inſtitutum Monachũ futurũ, ipſum Monaſterium ſubſtituto prætuliſſet. Vt eleganter explicat Paul. de Caſtro. in d. Auth. niſi rogati nu. 3. & ſequitur Alex. conſ. 121. num. 12. verſ. pręterea, vol. 2. Couarr. lib. 1. variar. cap. 19. numer. 11. verſ. Ex quibus ea eſt vera ratio; & ſequitur alios referens Mantic. in dict. lib. 11. tit. 7. ex num. 7. ſubſtitutus tamen pręferri poteſt Monaſterio, quando apparet de expreſſa voluntate teſtatoris, excludentis Monaſterium ipſum; vt affirmant Alexand. in dict. conſ. 121. numer. 13. Deci. conſ. 426. ex num. 1. verſ. ſecundo reſpondetur, Couar. in dict. cap. 19. num. 8. & in numer. 11. verſ. quartum vero eſſe, late Menoch. lib. 4. præſump. 83. num. 3. optime Franciſ. Marzarius de fideicom. quæſt. 31. Mantic. in dict. tit. 7. ex num. 19. ad med. Aymon. conſ. 152. num. 1. verſ. ſed tamen aduerte. Qui omnes ſentiunt, teſtatorem ita potuiſſe teſtari, & diſponere, vt Monaſterium excludatur à ſubſtituto, & cum in eo caſu, ſimus in clara, & expreſſa voluntate teſtatoris, non eſt opus coniecturis; iux. l. continuus, §. cum ita de verb. obli gat. cum in ſuis bonis poſsit imponere con ditionem, quæ ſibi magis placet; etiam con tra piã cauſam, & vt ſupra dicebamus, cum lex non habeat caſum pręſumptum, nec ommiſſum, quem ſupplere teneatur, fauor Religionis, & Monaſterij non debet impedire manifeſtam teſtatoris voluntatem, quę omnibus modis ſeruari debet, cap. Vltima voluntas, 13. quæſt. 2. l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Deci. conſ. 426. num. 2. & Ceballos quæſt. 686. num. 7. cum lex proſequatur teſtatoris voluntatem, ſicut venator leporem, vt dicebat Pariſ. conſil. 19. numer. 43. volum. 2. & in conſil. 44. numer. 16. volum. 3. teſtatoriſquè voluntas, tanquam Regina dominatur. Maſcard. volum. 3. de probat. concluſ. 1236. nu. 82.

11 Secundo etiam ex eodem capite inferri poteſt, executores teſtamentorum, quibus onus iniunctum eſt, diſtribuendi bona legata à teſtatore inter puellas maritandas, ea minime conferre poſſe ingredientibus Religionem, vt in ſpecie adnotauit Franciſc. Mantic. lib. 12. titul. 23. numer. 5. & lib. 8. titul. 5. numer. 22. Natta conſil. 296. numer. 4. Gutierrez conſil. 26. numer. 13. ad fin. Didac. Perez lib. 5. titul. 2. l. 1. pag. 72. verſ. dicit expreſsius, Simon de Prætde interpræta. vltim. voluntat. lib. 5. dub. 2. numer. 77. fol. 478. Gutierrez lib. 1. Can. quæſt.

queſt. cap.32. nu.20.ad med. & in conſ.26. ex n.13. in fi.Rolan. cóſ.35.vol.3.n.16.Boer. deciſ.3.num.13.quamuis contrarium teneat Guillielm. Benedict in cap. Raynutius.1.p. verb.dotem num.8.Didac.Perez.lib.5.tit.2. l.1.pag.79. verſ.legatum,& hoc durum eſſe dicat Surd. de Aliment.tit.1.queſt.93.ex.n. 35.ſic Natt.in conſ.296.ex.nu.3.tenet,quod ſi teſtator voluerit aliquid erogari,in ſubſidium maritandi filias hæredum, hoc legatũ intelligatur ei quoq;relictum, quæ velit ingredi Monaſterium: quod etiam videtur sẽtire Mantic.in dict.tit.5.num.22.Contraria tamen opinio verior eſt,ab eaq;recedere nõ auderem, & ratio eſt, quia quamuis matrimonium ſpirituale ſit fauorabilius matrimonio carnali, & vita contemplatiua melior actiua.§.1. Aut.de nupt. Concil. Trid. ſeſſ.24. Can.10. voluntas tamen teſtatoris, vt reſpondit Mantic. in dict. num.5.& Nat. conſ.211.num 19.ſicut ſcripta eſt,debet ſeruari, & in omnibus dominatur.l.in conditionibus primum locum,in princ.& in §.1. de cond. & demõſtr.cum alijs ſupra allegatis; & qui ex duobus bonis eligit,quod eſt minus bonũ,non peccat,& facit,quod trad. Guid.Pap.deci.556.dicẽs,quod certa diſpoſitio teſtatoris, reſpectu certæ perſonę,vel cauſæ nõ poteſt per Epiſcopũ alterari;& refert ita fuiſſe iudicatũ in parlamẽto Delphinali. Cum legitima voluntas non pertineat ad arbitrium alicuius,iux.notata in l.voluntatis C.de fideicom. & vt dicit Bald.in l.1. in fi.C.de ijs quæ pœn. nomi.Epiſcopus debet eſſe teſtamenti ſuffragator,non vero impugnator; quia vt dicit Apoſt. cum confirmatum eſt teſtamentum, nemo ſuper addit, vel mutat,& ſolus Papa(nõ tamen ſine cauſa)poteſt diſponere contra teſtatoris voluntatem. Clem. quia contingit de relig. dom. Mantic.de coniect.lib.11.tit.7.nu.18. Dida. Perez in dict. pag.72. in verſ. & licet Papa poſsit. Sarmient.de reddit. Eccleſ.4.p.cap. 3.ex nu.1.iux. fin. Nec vna pia cauſa poteſt excludi per alium pium vſum;vt habetur in dict. Clem.Quia cõtingit. Et ita cẽſuit Bald. in Auth.niſi rogati ad Trebel.num.11.verſ. quero, nunquid Monaſterium, & ſequitur Felin.in cap.Eccleſia Sanctę Mariæ de conſtit.nu.94. & per eandem etiam rationem, quando diſtributio bonorum ex verbis teſtatoris, in pauperes fieri deber, vni totum teſtatoris patrimonium concedi nõ poteſt; per ea quæ tradit Deci. conſ.471. numer.9. Alexand.in l. Qui quartam, §.1. ex num.2. ff.de leg.1.Mantic.lib.8.tit.5.nu.18. quamuis in hoc dubius videatur Tiraquel. in l. ſi vnquam,verſ.ſuſceperit liberos nu.227.

14 Tertio ex his etiam infertur, executores
debere omnino diligenter ſequi teſtatoris
voluntatem. Quod adeo verum eſt, vt exe-
cutor nequaquam poſsit præuenire diẽ ab
ipſo teſtatore præfixum, ad executionẽ vlti
mæ voluntatis. Vnde grauatus ad certum
tempus, dare bona pauperibus, vel diuide-
re ad dotandas virgines pauperes, ante il-
lud tempus nec diuidere, nec ea dare pote-
15 tit. Vt probant per illum tex. Bart. Paul.
Imol.& ſcrib.in l.cum pater,§.à filia, ff. de
leg.2.vbi filia grauata prædia reſtituere,cui
velit ex ſuis liberis,cum moreretur, non po
teſt in vita facere prędictam reſtitutionem;
quia hæres tenebatur expectare ad eleemo-
ſinam faciendam, ſeu reſtitutionem, tem-
pus mortis; aliàs enim iniuria fieret paupe-
ribus, eo tempore viuentibus, cum poſsit
contingere, quod ille, qui hodie eſt nomi-
natus, & electus, non viuat tempore quo
dies legati cedit. Et ita per illum tex. hanc
opinionem tenent Iaſ.nu.7.& Padilla.num.
9.in l.poſt mortem,C.de fideicom.Menoc.
de arbitr. lib.1.quæſt.83.num. 3. & Burgos
de paz,conſ.20.num.17. & quos refert Ma-
tien.lib.5.recoll.tit.4. l.14. gloſ.1. num.37.
Et quamuis ab hac opinione diſcedãt com
muniter ſcribentes, exiſtimantes hæredem,
vel executorem teſtamentarium, eleemoſi-
nam deſignatam pauperibus in certo tem-
pore, ante illud tempus diuidere, & diſtri-
buere poſſe, vt tenet ex Bald. numer.10. &
Paul. num.2,in dict.l. poſt mortem per ele-
gantes rationes, quas aſsignant Ant. Gom.
in l.17. Taur. num. 7. Couarr.in cap. Tua,
num.5.de teſtam. Cagnol.in l.cum tempus
num.6.ff.de reg. iu. latiſsime Matienzo vbi
ſupra,ex num.37.verſ.Contrariam opinio-
nem. Quam etiam ſentẽtiam ſequitur Spin.
in ſpec. gloſ. 28.num.71. qui aſsignat intel-
lectum ad dict.§. à filia.quod ibi fideicom-
miſſum erat relictum incertis perſonis de
certis, non autem generice, & indefinite,
optime etiam in dict.§.à filia ſatisfacit,Mo
lin. tractat. 2. diſputat. 249. verſ. Ad fun.
damentum, colum. 1528. qui etiam defen-
dit hanc opinionem, præſertim quando
coniecturæ non ſunt, voluntatem teſta-
toris fuiſſe, vt dies illæ non præueniretur; fas enim tunc eſſe dicit, diem illum

præuenire; aliquibns ductus rationibus, quas ipſe recenſet. Hanc eriam opinionem veriorem appellat Ceballos, quæſtio. 686. num.1.verſ.ſed contrariam, ſubdens, quod teſtatot legando pauperibus, potius teſpexit ad ſalurem animæ,quam ad tẽpotis executionem;quod magis intelligitur poſitum fauore hæredis,& ne cum magno diſpẽdio, bona hęreditaria vendetet, cum aliqua incommoditate,quã quod teſtatot præſentes, vel fnturos pauperes prędiligeret. Imo vt dicunt Doctores ptoxime allegari, & Gutier.lib.3.pract.q.79.nu.11.Cum diem à teſtatore deſsignatũ pręueniri,conducibilius ſit ipſi animę reſtatoris, quam eãdem diem expectati,ideo pia,pro animæ ſalute, & iuridica cenſeti debet iſta diſtributio in præſenti facta,in puncto iuris.

Ego nihilominus à prima opinione omnino non auderem recedere, ſed eam cum ſecunda inire poſſe amicitiam cenſeo, ſi dixerimus,quod quando electio, vel teſtitutio eſt facienda certæ perſonæ, tunc grauatus poteſt tempus pręuenire, eligendo, vel reſtituendo in vita;vt in d.l.poſt mottem,cũ allegatis in ſecunda opinione;attamen ſi electio,vel teſtitutio ſit facienda incertæ perſonæ,tunc tempus electionis,vel reſtitutionis pręueniri non poteſt, in pręiudicium cæterorum; vt dicebatur in prima opinione, per l. cum pater. §. à filia ff. de leg. 2. forte namque, tempore mortis eligeret alium grauatus, vel reſtiruerer alteri. Et ita omnium, qui poſſunt eligi, intereſt ſuſpendi electionem hanc, vſquè ad tempus morris hæredis; quia forte tunc non ſtabunt illi, quibus in vita reſtitutio fit, vel illi, qui eliguntut, & alij, qui tempore mortis hæredis grauati ſuperſunt, conſequentur commodum electionis, vel reſtitutionis. In præiuditium igitur horum ſuiquè iutis, tempus præueniri minime poteſt. Vt in d. §. à filia deciditur, ſed omnino ſeruanda eſt teſtaroris voluntas. Cum qua opinionum conciliatione quieſcit Gutierrez lib. 3.pract.quæſt.79.num.3. ſubdẽs in num. 4. cum Batt. quod ſi teſtatot vxorem ſuam hæredem inſtituat, eamquè grauet, vt bona quędam poſt mortem ſuam eroget paupetibus, non poterit ipſa paupetes ſtatim eligere, quibus bona illa diſtribuat;quoniam hoc fit in damnum,atquè iniuriam paupetum futurorum.

Ego tamen quamuis præfatam opinionum conciliationem veram eſſe exiſtimem, vt magis quęſtio illa eluceſcat, adhuc aliam diſtinctionem adhibendam eſſe arbitror; videlicet quod aut teſtarot iuſsit diſtribuere bona inter pauperes, pto prima vice poſt mortem hæredis, vel ad certum tempus,& tunc poterit hęres ante tẽpotis executionem bona diſtribuere, cum ille ſolus ptiuetur emolumento inter vſurij medij tempotis, ſine contrauentione voluntatis teſtatoris; at vero ſi in perpetuum teſtator iuſſerit, quod in die Natiuitatis Domini, vel Sancti Ioannis Baptiſtæ, talis eleemoſina diſtribuatur (pro vt quotidie fieri ſolet)in hoc caſu,ptopter deuotionem defuncti, non poterit hęres, vel pattonus talis memoriæ, ante aduentum illius temporis à teſtatore deſignati, eleemoſinam prębere paupetibus, vel dotes aſsignare virginibus. Et ita obſeruati in Eccleſijs quotidie experimur, & atteſtatur Ceballos in quæſt.686. num.3.& 4.vbi Canonici, tanquam patroni,& executores plurimorum teſtamentorum, ſequendo voluntates defunctotum, non mutant diem, nequè illum præueniunt in talibus eleemoſinis faciendis, & dotibus præſtandis virginibus.

16 Et quamuis ex ſuperiotibus ſaris videatur reſponſum argumentis in principio adductis pto contraria opinione noſtrę quęſtionis principalis,teſponderi tamen adhuc poteſt in ſpecie, ad omnia illa, & ad Primũ deſſumptum ex dict.l.Titiæ ſi non nupſerit, etſi varijs ſolutionibus ſatisfaciat Menoc. in dict.conſ.169.num. 20.reſpondit tamen Couar.in dict.cap.19.nu.10.deciſionem dicti textus ita accipiendam eſſe, vt Titia nubens ducenta accipiat;perinde ac ſi illi conditioni,ſi non nupſiſſet,paruiſſet, nec poterit reſidua centum, ea conditione,ſi nupſerit,legata,petere cum nupſerit;quia dici nõ poreſt paruiſſe vtriquè conditioni, & ridiculum eſt,eandem,& vt viduam, & vt nuptam ad legarum admitti; nec hac in re admittendam eſſe argumentationem, de matrimonio carnali ad ſpirituale, vt quęmadmodũ reijcitur conditio illa (ſi non nupſerit) teijciatur, & illa (ſi Monaſterium non ingrediarur) nam illa conditio ſi non nupſerit, teijcitur ob fauorem Reipublicæ; idquè à veteribus Iuriſconſultis factum eſt, in publicæ vtilitatis commodum, in odium cœlibatus, & fauotem ptolis ſuſcipiendę; vt omnes maiori conatu, & ſtudio pro-

procreandis liberis operam darent. Quæ-
madmodum ex ipſis Iuriſconſultis latiſsi-
me probat Couar. in 4. 2. par. cap. 8. ex prin.
Qui quidem fauor non ita tribuitur à iure
profeſsioni Religionis, tametſi ſtatus Re-
ligioſorum ſit melior, & perfectior, quam
eorum, qui coniugio operam dant, cap. nup
tiæ, 32. quæſt. 1. Clem. exiui in princ. de ver.
ſig. Quam etiam ſolutionem ſentire viden-
tur Iacob. Cancer var. reſol. c. 24. ex nu. 16.
& licet non ita clare, idē tenet Manric. in d.
lib. 2. tit. 18. nu. 32. Menoch. lib. 4. præſump.
89. nu. 23. ſubdens, quod nō ita reijcitur cō
ditio (ſi religionē ingrediatur) ſicut reijcitur
illa (ſi non nupſerit) & ſi enim cōditio (ſi nō
ingrediatur religionem) religioni repugna-
re videatur, attamē alia ex parte dicitur faue
re matrimonio, quod Reipublicę vtile eſt.

Vel etiam reſponderi poteſt, ad dictam l.
Titiæ, ex mente Molin. in dicta diſput. 207.
in fi. quod licet ſit æqualis, aut maior ratio,
vt ſtatuatur, quod idem legatum aſsignetur
ei, quę religionem ingreditur, ac ſi nupſiſſet
in ſeculo; interim tamen, dum id conſtitutū
non eſt, ſtādum eſt iuri naturali, voluntáſq.
teſtatoris, ac donatoris ſeruanda eſt. Quod
autem par ratio non ſit, vt id ſtatuatur, pro-
bat ex eo, quia vt ipſe ait, non poſſe quem-
piam deferre ſecum multa bona ad Mona-
ſterium, non auocat ab ingreſſu religionis,
non tamen habere in coniugio tot bona,
quod haberet, ſi perſeueraret in cœlibatu,
auocat à contrahendo matrimonio.

Ad ſecundum argumentū deſumptum ex
7 dict. Auth. ſed & hoc præſenti, ſatis ſupra
reſponſum eſt, in verſ. fateor tamen, quod
quādo ſimpliciter, &c. rationem ſiquidem
eſſe diuerſitatis, inter hunc, & illum caſum,
quia in caſu illius tex. legatarius conſequi-
tur legatum, ex præſumpta teſtatoris volun
tate, pręſumitur namq. teſtatorem de nup-
tijs cogitantem, idem facturum fuiſſe, ſi de
ingreſſu religionis cogitaret. Vnde lex ſup-
plet deffectum teſtatoris, ſuamquè mentem
declarat, at vero quoties liquido apparet
de voluntate teſtatoris, quid voluerit filiā
habere in caſu nuptiarum, & quid in ingreſ-
ſu religionis, vt extat in caſu præſenti, illa
voluntas eſt ſeruanda, per iura, & rationes
ſuperius adductas; nec hic habet locum con
iectu rata, ſeu pręſumpta mens teſtatoris, cū
præſumptio ſit de re dubia, hic autem eſſet,
non certe de re dubia, ſed contra expreſſam
teſtatoris mentem.

Ad tertium argumentum reſpondit Me-
18 noch. in dict. pręſum. 83. num. 25. minime
hic valere argumentum, à ſtatuto ad teſta-
mentum; cum militer valde diuerſa ratio,
nam ſtatuentes poteſtate carent, cum aduer
ſus Eccleſiaſticam libertatem ſtatuere non
poſsint, Auth. caſſa, C. de ſacroſanct. Eccleſ.
c. Eccleſia S. Marię, cum ibi notatis, de Cō
ſtit. Teſtator vero de rebus ſuis ad libitum
poteſt diſponere, & ne perueniant ad Eccle
ſiam, ſtatuere, vt ſuperius dictum eſt. Quæ
ſolutio (ſalua pace tante viri) mihi diſplicet,
ex eo, quod, quādo in ſtatutis laicorum agi
tur de acquirendis Eccleſiæ, vt eſt in pręſen
ti, poteſt in his Eccleſia præiudicari, vt ſcri-
bit Bald. in l. de quibus num. 26. verſ. ſexto
quæritur, ff. de legib. & in l. ſi quis curialis
nu. 2. C. de Epiſc. & Cler. optime Abb. in c.
quod Clericis de for. comp. num. 40. & in
repet. cap. Eccleſia S. Marię de Conſt. num.
35. & ibi Felin. num. 78. optime Paul. de Ca
ſtro conſ. 304. volum. 1. num. 4. verſ. Si vero
ſtatutum, & quos refert, & ſequitur Tiraq.
19 de primog. quęſt. 43. ex num. 7. aſſerentes
valere ſtatutum, quo filia monacha excludi
tur à ſucceſsione bonorum, dummodò fiat
ante ingreſſum religionis; ſecus ſi poſt in-
greſſum, quia non comprehenderet monia-
lem iam factam, cum videretur factum in
eius odium, & religionis. Qua diſtinctione
ſunt intelligendi Doctores, ſupra in hoc ar-
gumento pro parte aduerſa allegati. Et idē
ex Bart & alijs probat idem Tiraq. vbi ſu-
pra num. 10. quod etiam optime compro-
bat in nu. 9. ex eo quod, de rebus iam tranſ-
latis in Eccleſiam, non poſſunt tributa, aut
alia onera imponi; ex nondum tamē tranſ-
latis, poſſunt, vt poſtea tranſlatis durent.
Vt poſt alios tradit, & ſequitur Menoch. de
præſum. pręſ. 85. n. 16. & eſt videndus vo-
lum. 1. commun. opin. cap. 7. incipi. ſtatu-
tum monialem excludens à ſucceſsione, fol.
167. ſtatutum à laicis bono zelo, licet ad ſui
vtilitatem principaliter factum, valet; licet
poſtea in conſequentiā tollat lucrum, & ius
quęrendum Eccleſię: vt tradit etiam Deci.
conſ. 258. numer. 3. verſ. quod ſi laici faciant
ſtatutum. Imo quidem valet ſtatutum, quo
20 cautum eſt, quod omnia bona, iura, & actio
nes etiam in ſpe, volentis, aut diſponentis
ingredi aliquod monaſterium, transferan-
tur in ſuccedentes ab inteſtato. Vt in indi-
uiduo, de ipſo ſtatuto verba faciens, tra-
dit Riminaldus Iunior, in conſilio 85.

Digitized by Google

quem ſequitur Menoch.conſ.169 num. 16. qui referunt, nec incongruum,nec iniquum eſſe, quod bona non deferantur religioſis, cum id cenſeatur factũ,non in odiũ religionis,ſed vt dictũ eſt pro familiarum cõſeruatione. Vnde quidem huiuſmodi ſtatuta nõ videntur iniuſta,nec contra libertatem Eccleſiaſticam,per ea quæ ſuperius dicta ſunt. Nec ſimiliter obſtat, quod dicitur, quod ſi mulier non conſequitur legatum, retraheretur à vita contemplatiua,ſicq. ab ingreſſu religionis;hoc enim vt ſupra oſtenſum eſt, & trad.Menoch.in d. conſ.169.numer. 19. veriſimile non eſt, quod mulier retrahatur à vita contemplatiua,hac de cauſa;nõ enim religionem ingrediens cogitat de bonis, cũ perpetuam paupertatem voueat, vt ſuperius dictum eſt,& probatur ex c. cũ ad monaſterium,de regul. præſertim cum nullum verſetur commodum ingredientis, cum ipſi monaſterio bona acquirãtur.d. cap.cum ad monaſterium,& in Auth.ingreſsi, vbi doctores C.de Sacroſanct. Eccleſ.

QVÆSTIO XXXVI.

An, ſi Iudex ſecularis, aliquẽ reum captũ retineat in carcerem, ob aliquod graue delictum, illumq; petat ſibi remitti Inquiſitor hæreticæ prauitatis,ob negatium Fidei, teneatur Iudex indilate remiſſionem facere, non prius excuſo proceſſu, quẽ contra dictum reum inchoauerat?

SVMMARIVM.

1 *INcarceratus pro quibuſcunq. delictis (etiam atrocibus) apud Iudicem ſecularem, ſtatim remittendus eſt ad Tribunal ſancti Officij,quandocunque petatur ob negocium Fidei.*

2 *Incarceratus propter aliquod crimen, ſi ab alio iudice ſibi remitti petatur,etiam propter maiora crimina, remitti non debet; donec Iudex qui eum captum detinet, de illo crimine, ob quod captus eſt,cognouerit.*

3 *Iudex ſecularis tenetur hæreticum Inquiſitoribus remittere.*

4 *Hæreticus,ſi non remitteretur Inquiſitoribus, graue damnum pateretur Regnum.*

5 *Cuſtodes carcerum Inquiſitionis, quales eſſe debeant?*

6 *Intellectus ad l.2.ff.de cuſtod.reorum,& ad l.ſi cui,ff.de Accuſat.*

7 *Cauſa fidei,eſt omnium cauſarum præcipua.*

8 *Iudex ſecularis tenetur literas, & requiſitionem Inquiſitorum celeriter exequi, ne excommunicationem incurrat.*

9 *Præſentia rei inquiſiti maxime expedit, vt Iudex de neceſſarijs ad expeditionem cauſæ interrogare valeat.*

10 *Inquiſitorum officium impedientes,directe, vel indirecte,vel auxilium eis non præſtantes, excommunionis ſententiam incurrunt, & num. 8.*

11 *Iudex ſecularis,qui ad requiſitionem Inquiſitorum, hæreticum ad ipſos Inquiſitores remittit, de iuſtitia,vel iuſtificatione dictæ requiſitionis, ſeu potius mandati,cognoſcere nequit.*

12 *Iudex ſecularis requiſitus per quemcunq. Iudicem Eccleſiaſticum,tenetur ſuum auxilium impartiri,nullo habito proceſſu,de iuſtificatione dictæ requiſitionis,cum limitationibus.*

13 *In crimine mixto, poteſt iudex ſecularis requiſitus, non impartiri officium ſuum Iudici Eccleſiaſtico, niſi prius ei conſtet, omnia recte acta fuiſſe.*

14 *Iudex ſecularis ſi cenſuris opprimatur ad impartiendum auxilium Iudici Eccleſiaſtico, quid facere debeat in Regnis Caſtellæ?*

15 *Iudex ſecularis non impartiens officium Inquiſitoribus in cauſis fidei,eſt priuandus ſua iuriſdictione.*

16 *Iudex ſecularis,nec directe,nec indirecte poteſt cognoſcere de crimine hæreſis.*

17 *Reprehenditur Villadiego.*

18 *Iudex ſecularis in cauſa hæreſis eſt merus executor,ita vt nec de proceſſu, nec de ſententia, vel mandato Inquiſitoris,nec de crimine illo cognoſcere poſſit,etiam ſi reus, remedium ſublenandi,vi oppreſſos,coram eodem iudice ſeculari,aduerſus Inquiſitores intentauerit.*

19 *Reus manifeſtatus, requiſitus ab Inquiſitoribus ob negotium fidei, ſtatim illis remittitur in hoc Regno Aragonum.*

20 *Inquiſitores laudantur,& ab anno 1500. vſque ad annum 1596.pluſquam quadraginta,ad Cardinalatus dignitatem ſunt aſſumpti.*

21 *Inquiſitores falſo imponere hæreſim alicui,non*

eſt

eſt credendum, quod ſi facerent, incurrerent excõmunicationis maioris ſententiã.

22 *Hæretici varijs nominibus depinguntur.*

23 *Dictiones, ſtatim, prompte, celeriter, indilate, ſine mora, illico, protinus, confeſtim, cito, mox, de ſui natura omne internallum excludunt.*

24 *Inquiſitores tenentur reos, á Iudicibus ſecularibus ſibi remiſſos, iterum ad eoſdem Iudices ſeculares tranſmittere, poſtquam ipſi de eorum cauſa cognouerint.*

25 *Reus punitus in foro Canonico de crimine mixti fori, poteſt puniri iterum in foro Cæſaris, pro eodem delicto; cum limitationibus.*

26 *Cõmittens delictum mixti fori, facit iniuriam legi Ciuili, & Canonicæ.*

27 *An punitus à Iudice Eccleſiaſtico, poſſit à Iudice laico puniri?*

QVAMVIS Pro vera reſo-
1 tione iſtius quæſtionis, ſufficiat in medium adducere, & ante oculos proponere conſtitutionem, bonæ memoriæ Pij Quinti incip. Sanctiſsimus Dominus noſter Pius diuina prouidẽtia, relatam à nunquam ſatis pro dignitate laudato, Doctore Franciſco Pegna, in addit. ad tractat. de ſtrigijs, quem inſeruit in fine libri, qui inſcribitur, Lucer. Inquiſit. fol. 158. & à Simanc. de Cathol. Inſtit. in fin. illius voluminis, fol. 515. iuxta æditionem Romanã, & ab eodem Pegna in Direct. Inquiſit. nouiter excuſſo pag. 174. In qua conſtitutione, Romanus Pontifex huic dubio reſpondit in fin. verb. ſic dicens: Nec non carceratos quoſcunq; pro quibuſuis delictis, & debitis, etiam atrocibus, apud dictũ Inquiſitionis officium, quomodolibet delatos, vel denunciatos, ſuſpenſa aliorum criminum inferiorum cognitione, ad eoſdem Cardinales, & Inquiſitionis carceres, ibidemq; ad criminis hęreſis totalem cognitionem, & expeditionem retinendos; & poſtea ad eoſdem officiales, pro aliorum criminum expeditione remittendos, ſine mora tranſmittant, &c. Ex quibus verbis clare colligitur, incarceratos quoſcunq; pro quibuſcunquè delictis ſecularibus, etiam atrocibus, penes carcerem ſecularem detentos, ad Tribunal Sancti Officij remittẽdos fore, quoties prędicti carcerati ad Tribunal Sancti Officij delati, de hæreſi, vel denunciati fuerint, & interim, Iudicem ſecularem in cognitione criminis ſecularis ſuperſedere debere. Cuius conſtitutionis meminit, & diſputationem iſtam adeo eleganter proſequitur, vt nihil amplius deſiderari poſſe videatur, doctiſsimus Ioſephus de Seſe, de Regio Conſilio Domini noſtri Regis, Regenſque Cancellariam Regni Aragonum, ac Sanctiſsimi Prætorij Inquiſitionis contra hæreticam prauitatem, Conſultoris meritiſsimi, in ſuo vtiliſſimo tractatu Inhibitionum, & Magiſtratus Iuſtitiæ Aragonum, cap. 30. nu. 52. cum præceden, & ſequen.

Quia tamen hæc quæſtio in hoc Aragonum Regno, annis proxime elapſis obtulit ſe in praxi, in perſona cuiuſdam, qui ingens dãnum intulit huic noſtro Regno, ideo opere pretium eſſe duxi, illam pro viribus examinare, vt ipſius veritas magis eluceſcat, iuxta notata per Roland. conſil. 100. volum. 2. num. 2. & conſ. 6. volum. 1. num. 2. & dicta à me in 2. part. Collect. 119. nu. 2. cum veritas diſputãdo reperiatur, per plura quæ allegat Ant. Maria Corat. in præfat. com. opin. nu. 1. Gutierrez in Can. Quæſt. in epiſt. ad Lectorem, in princ. Et inprimis, quod dictus carceratus remitti non debeat, aliqui probare nituntur, ex eo, quod in iure ſtatutum eſt, quod ſi aliquis reus corã diuerſis iudicibus,
2 ob diuerſa crimina accuſatur, & vnus ex his iudicibus ab altero petat, vt reũ quem captum detinet, ad ſe remittat, iudex qui reum captum detinet, eã remiſsionem facere non debet, niſi prius iudex ipſe, qui captum detinet, proceſſum, quem inchoauit, perfecerit, & crimen, de quo cognouerit, punierit; etiã ſi crimen, ob quod remiſsio petitur, maius ſit, & grauius eo crimine, ob quod reus captus fuit, & carceratus detinetur, prout in terminis decidũt tex. in l. ſi cui, §. fi. & ibi Bart. nu. 1. & 5. & Ang. in nu. 1. & 2. ff. de accuſat. & tex. in l. 2. §. fin. & ibi Bart. num. 4. verſ. videamus, & ibi quoque Angel. in num. 6. ff. de Cuſtod. reorum, & idem docet Guid. Papa deciſ. 202. nu. 1. verſ. quinto, Chaſſen. in conſ. Burg. rubr. 12. §. vni. nu. 15. Boſsius in praxi tit. de for. compet. nu. 58. Iul. Cla. §. fi. queſt. 38. nu. 26. Azeb. lib. 8. tit. 16. l. 1. ex. num. 14. dicens, habet enim tunc, Iudex loci detinens delinquentem, fortius ius pro puniendo delicto ibi commiſſo, quam iudex petens remiſsionem. Cum poſſeſſor huius delinquentis ſit iudex capiens eum prius, & ſic vt poſſeſſor eſt præferendus, vt prius ab ipſo puniatur, quam alibi remittatur.

3 His tamen minime refragantibus, ſuperior

rior ſententia verior de iure, & tenenda eſt, quod ſcilicet dictus delinquens ſtatim remittendus ſit. Pro qua quidem vltra dictam conſtitutionem Pij Quinti, fuit doctrina Maſuer. qui in praxi tit. de remiſsion. num. 14 fol. 28. in parn. dictam ſententiam amplectitur; & illam veriſsimam eſſe hac ratione confirmat; ait enim, quod ſi iudex Eccleſiaſticus, vel Inquiſitor hæreticæ prauitatis, iudicem ſecularem requirit, vt aliquem reum ad ſe remittat, quem ipſe ſecularis iudex propter homicidium, vel aliquod atrox delictum captum detinet, & Inquiſitor eundem reum, tanquam hæreticum, & de hæreſi corrigendum, & puniendum, ad ſe remitti petat, huiuſmodi iudex ſecularis, talem captum ad hæreticę prauitatis Inquiſitorem tranſmittere tenetur; vt præfatus Inquiſitor, talem reum hæreticum ad cognitionem fidei reducat, & ab errore reuocet, & ita eius animam ſanet, eique pœnitentiam ſalutarem imponat; & hoc pacto efficiat, ne reus ille in hæreſi decedés, cum poſtea à iudice ſeculari propter homicidium morte plectendus ſit, apud inferos perpetuò cruciandus intereat. Et hoc ipſum ſentire videtur Zanchin. tract. de hæret. cap. 8. doctiſsimus Franciſcus Pegna Auditor Rotę inſignis, in addit. ad tract. de ſtrigijs, quem inſerit poſt lucer. Inquiſit. fol. 158. verſ. Sed ab hac.

4 Secundo facit ad id, quia ſi hæreticus nó remitteretur, ſed in carcere iudicis ſecularis remaneret magna pernicies toti populo, & Regno redundaret, nempe, quod eueniret; talem hæreticum in carcere publico ſeculari detentum, propter facultatem, quam in eo carcere habet, omnes alloquendi; & omnibus ſcribendi, magnam populi imo, & Regni partem, inficere facile poſsit, ſuum errorem, ac hęreſim omnibus ad ſe accedentibus prædicando, & ſuum dogma peruerſum abſentibus ſcribendo. Vnde quidem ingens damnum, & nocumentum Reipublicæ immineret. Quare ne id euenire poſsit, iuſtiſsime à Summo Pontifice decretum extitit, talem hæreticum pœnes carcerem publicum ſecularem detentũ, ad carcerem ſecretum Sancti Officij tráſmittendum fore; vbi prędicta inconuenientia, & damna ceſſant, cum ibi in carcerib⁹ ſecretis detineatur ſub fideli cuſtodia, nec ei cum alijs alloqui permittatur, abſentibuſq; ſcribere prohibetur, vt eleganter referunt Simanc. de Cath. Inſt.

5 tit. 16. ex nu. 10. Decian. lib. 5. criminal. cap. 33. ex num. 4. & tradit tex. in Clem. 1. de hæret. carcerum cuſtodes, quales eligendi ſint. Et de iuramento, quod per eos prꝑſtandum eſt, & qualiter diuerſas clabes debeant carceri adhibere; & modum miniſtrandi neceſſaria carceratis. De quibus etiam diſſerit Pegna, in 3. part. Directorij queſt. 59. & q. 60. Repert. Inquiſiror. verb. carrer, in verſ. Sed nunc videndum eſt, pag. 99. Quæ omnia vſqueadeo neceſſaria ſunt, vt vix erui poſsit veritas in dictis cauſis, niſi iſta diligenter ſuerint obſeruata, Clemen. 1. §. porro de hæret. Vnde merito hæreticus ad carceres Inquiſitorum tranſmitti debet, vt ita efficiatur, & euitetur, ne ille alios ſuo ſermone, vel ſcriptis, corrumpat, vel inficiat.

6 Nec his obſtat, quod in contrarium adducebatur de l. 2. ff. de Cuſtod. reorum, & in l. ſi cui, ff. de Accuſat. Nam reſponderetur verum eſſe regulariter in omnibus criminibus, prꝑterquam in crimine hæreſis, & in cauſa fidei, remiſsionem prædictam fieri non debere, niſi prius iudex, qui reũ ob delictum in ſuo territorio commiſſum carcerauit, de eodem delicto cognouerit, & proceſſum perfecerit, reumque punierit. At vero ſecus eſt, quoties reus ipſe ob hæreſim à ſe commiſſam, &

5 ob cauſam fidei ab Inquiſitoribus caſtigandus, & corrigendus repetitur; ſiquidem tūc, quia cauſa fidei omniũ cauſarũ pręcipua eſt, & omnibus, & ſingulis alijs cauſis præferri

7 debet; cum fides ſit ſubſtantia, & fundamentum Chriſtianæ Religionis, prout ita docet tex. in c. Accuſatus, §. ſane de hæret. in 6. & tex. in conſtitutione Pij V. de qua ſupra meminimus in principio iſtius quæſtionis. Cum tanto grauior ſit in Deum iniuria, quanto Deus eſt homine ſuperior, l. aut facta, §. perſona, ff. de pœn. l. omnis, §. 1. ff. de re milit. nobilitas enim ſubiecti, delictum auget, & aggrauat, l. atrocem, C. de iniurijs, l. Prætor edixit, §. atrocem ff. eod. & hæretici ponunt os in Cœlum, alij vero delinquentes in homines. Ideo merito iudex ſecularis, hanc remiſsionem ob cauſam fidei, tanquam alijs omnibus præcipuam, facere debet; licet regulariter, illam in alijs criminibus facere nō teneatur; niſi prius reum punierit. Quod maxime dicendum eſt, conſiderando, quod in hac remiſsione hęretici faciẽda, ceſſat ratio prohibitionis, ob quam iura præfata remiſsionem ante punitionē delicti vetarunt. Nā ſi hoc caſu prædicta remiſsio non fieret, ſed Iudex ſecularis, neglecta conuerſione hæretici,

tici, illud ob crimẽ ſeculare morti traderet, anima ipſius hæretici periret, & ad inferos perpetuo cruciãda deſcenderet. Quod Chriſtiana religio euitare nititur. Ideo ne id eueniat, merito ſtatutum fuit, in cauſa fidei, pręfatam remiſsionem fieri, ante quam iudex ſecularis reum punierit, prout ita decidit S. P. Pius Quintus, in ſupra allegata conſtitutione.

8 Tertio ad idem facit, quia receptiſsimum eſt in iure, iudicem ſecularem teneri literas, & requiſitionem Inquiſitorum hęreticę prauitatis, celeriter exequi, & illorum officium nullatenus impedire, aliàs contrarium faciẽtem, excommunicationem incurrere; prout ita decidit tex. in cap. Vt officium, §. ſtatuimus, de hæret. in 6. & in cap. Vt Inquiſitionis in fin. ibi (aliquatenus impedire) & vtrobique Doctores notant, eodem titulo in 6. & tradunt Squillacen. in tract. de fid. Cath. cap. 38. Simanc. de Cathol. Inſt. tit. 23. nu. 9. Carrer. in Prax. titul. de hęret. §. circa ſecundum, num. 56. Lucer. Inquiſit. in verb. impedientes, num. 1. & Repett. Inquiſit. in verb. factores, in verſ. An impedientes, pag. 334. ſed ſi Iudex ſecularis ab Inquiſitoribus requiſitus, vt hæreticum penes illum carceratum, ad eoſdem Inquiſitores tranſmittat, id facere recuſaret, ipſorum Inquiſitorum officium, ac proceſſum contra illum hæreticum ab ipſis inchoatum impediret, quia Inquiſitores eum proceſſum, niſi reo in eorum pręſentia conſtituto, perficere commodo nequeunt; cum maxime expediat, Iudicem pręſentiam inquiſiti de hæreſi habere, vt eum

9 de neceſſarijs ad expeditionem cauſæ interrogare valeat; vtque ſciſcitari de ſocijs poſſit, & à quibus hæreſes didicit, & quos hæreticos eſſe, vel fuiſſe diligenter intueri queat, qua voce, qua ve trepidatione reus ad interrogata reſpondeat; negationem coarctatam loco, & tempore, quo pacto, & quibus verbis proferat, vt docet Simanc. de Cath. Inſt. tit. 44. ex num. 14. cautus enim Iudex omnia debet inſpicere, nam difficile eſt crimen nõ prodere vultu, vt inquit Iuuen. ſatyra. 13. quos diri cõſcia facti mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit, & trad. Rojas ſing. 205. ex nu. 3. Igitur Iudex ſecularis, quoties ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis requiritur, vt prædictã capti remiſsionem ad eos faciat, eam indilate facere tenetur, ne ſi eam facere recuſet, vel differat, proceſſum Inquiſitorum, & eorum officium impediuiſſe, & propterea ſententiam excõmunicationis, & alias pœnas incurriſſe cõuincatur. Cum etiã

10 illi, qui directe, vel indirecte, vel quouis quęſito colore, officiũ Inquiſitorum impediũt, vel auxilium eis pręſtare recuſant, vel differunt, ſententiam excommunicationis incurrant, vt decidit tex. in cap. Vt Inquiſitionis, §. prohibemus de hæret. in 6. & in cap. Statutum, el 1. vbi Domin. num. 1. & 2. eod. tit. in 6. vnde pulchre inuehit doctiſsimus Pegna, in 3. par. Director. Comment. 33. ex pag. 498. in fine, aduerſus quoſdam exiſtimantes dictam remiſsionem fieri nõ debere, his plane verbis; hoc eſt prudenter, & diligenter obſeruandum, contra regulos, & quoſlibet dominos terrarum, qui (vt neſcio quas) ſuas immunitates tueantur, non verentur Inquiſitorum miniſtris ſe opponere, quoties illi reos huius criminis inueſtigant, non permit tentes quemquam extrahi à ſuo territorio. Intelligant ergo hoc omnino licere Inquiſitoribus. Quod ſaluberrime iam olim ſanciuit Concilium Tholoſan. cap. 8. & in Hiſpania quoq; Hiſpalenſ. 1. inſtructio anni 1484. cap. 21. idem ſtatuiſſe apparet. Et hoc ipſum deciſum comperimus, ab Innoc. 4. Alex. 4. & alijs Romanis Pontificibus; & à Federico ſecundo, Romano Imperatore, quas conſtitutiones ad literam refert Pegna, in fi. Director. & pænes ipſum videre licebit, & de pænis, quibus afficiuntur dicti Domini temporales, qui aduerſus hæreticos Inquiſitoribus non auxiliantur, differit Iacob. Simanc. de Cathol. Inſtit. tit. 23. ex num. 8. Deciau. lib. 5. cap. 33. num. 8.

11 Iudex autem ſecularis, qui ad requiſitionem Inquiſitorum hęreticæ prauitatis, hæreticum ad eoſdem Inquiſitores remittit, de iuſtitia, vel de iuſtificatione dictæ requiſitionis, ſeu potius mandati cognoſcere nequit, ſed ſtatim, (oculis, vt aiunt, clauſis) ipſorum Inquiſitorum requiſitionem, & mandatum adimplere, & captum ad eoſdẽ Inquiſitores remittere tenetur. Vt probat tex. in c. Vt Inquiſitionis, §. prohibemus, de hæret. in 6. vbi dicitur, ꝙ in crimine hæreſis, ex quo eſt mere Eccleſiaſticũ, Iudex ſecularis, nec directe, nec indirecte poteſt ſe intromittere, ſed nuda, & pura executio ſpectat ad eũ requiſitũ per Iudicem Eccleſiaſticum. Quod quidem, etſi veriſsimum ſit, hoc tamen priuilegium, (vt obiter dicam) ſi recte conſideretur, non eſt in ipſo textu ſpeciale fauore fidei, nam etiam in quolibet crimine mere Eccleſiaſtico, &

co,& de quo nullo modo poteſt cognoſcere Iudex ſecularis, à iure ſtatutum eſt,vt ſecularis requiſitus per quẽlibet Iudicem Eccleſiaſticum, ſuum teneatur impartiri auxilium, de iuſtitia, vel de iuſtificatione dictæ
12 requiſitionis,nullo habito proceſſu,nullaq; præcedẽte informatione,quod quidem omnino notandum eſt aduerſus Auiles, in cap. 20.Prętor.in glo.vſurpan,num.20.verſ.Sed tu intellige;& aduerſus eos,quos ibidem allegat,tenentes quod ſolum in crimine hæreſis,tenetur ſecularis ſtare proceſſui facto per Iudicem Eccleſiaſticum,& non in alijs caſibus.Quæ opinio etſi aliquibus placeat,ſuperior tamen verior,& tenenda eſt,vt optime eã annotarunt poſt Dec.in l.Magiſtratibus, num.13.& Iaſſ.num.10.in fine,& ibi Orolcus,col.58.ff. de iuriſd.om.iud. Bonacoſ.in com.opin.in verb.exequi debet laicus,& in verb. Iudex Eccleſiaſticus, Felin. in cap.Ad abolendam,num.5.de hæret.Simanc.de Cathol.Inſtit.tit.36. num.4. poſt med.pulchre Albertin.de hæret.quęſt.25. num 45. Mich. Agia de exhib.aux.concl.3.verſ.hęc autem, pag.133. & latiſsime in concl.4. ex princip. Bouadilla lib.2.cap.17.nu.174.iuxta finem, optime Redin.de Maieſt.Princ.in §.non armis ſolum, 2.part.num.149 & 150.& 154. Rebuff.tom.2. tit.de liter.requiſit.in princ. num.20. Iul.Clar.in §.fin.quæſt.96. num.7. Salzedo in addit. ad Bernad. Diaz in Prax. cap.150.num.11. Azebed.lib.4.tit.1.l.15.ex num.5.& 9.Ioan.Gracian.Reg 422.num.8. Paul. Fuſc.de Viſitat.lib.2.cap.21.numer.8. Campeg.in addit.ad Zanchin.de hęret.cap. 8.in lit.A,Belluga in Spec.Princip.Rubr.11. §.viſo num.1.vbi Camil.in addit.in lit.B.& in lit.O. Sigiſm.Scacc.in lib.1.de Iud.cauſ. cap.63.num.7.verſ. ſi vero ſit lata.Qui om-
13 nes etiam affirmant,quod in crimine mixto, id eſt, quod non ſit mere Eccleſiaſticum, ſicut in ſacrilegio,& in ſimilibus,cuius cognitio tam ad ſecularem, quam ad Eccleſiaſticum Iudicem pertinet, de quib' differit Iul. Clar.§.fin.quęſt.37.per tot. poteſt ſecularis requiſitus, non impartiri officium ſuum Iudici Eccleſiaſtico requirenti;niſi prius ei cõſtet, & appareat, omnia rite, ac recte acta fuiſſe, neq; aliud remedium Eccleſiaſticum requirentem habere; quod ſi ei conſtiterit, ſententiam latam ab Eccleſiaſtico iniuſtam, vel iniquam eſſe,minime eã tenetur exequi, nec Iudex ſecularis ſuum auxilium imperti-ti Iudici Eccleſiaſtico petenti.Roland.conſ. 37.vol.1.nu.7.Auiles cap.20.Prætor.in gloſ. vſurpan,num.19.Salzedo ſupra num.12.Ceballos quæſt.353.nu.4.Mich.Agia de exhib. aux.in 8.concluſ.in caſ.2. & 3.ex pag.151.& Redin. vbi ſupra num. 152. licet ab ea non fuerit appellatũ,vt vltra alios tradit Afflict. in Prohem.conſtit.Siciliæ,num.60. Salzedo vbi ſupra num.11.in fi.& ſimiliter, ſi Iudici ſeculari conſtiterit, proceſsiſſe Eccleſiaſticum ordine iuris non ſeruato, nulliter, vel quod ſententia fuit lata prætextu falſi inſtrumenti,vel pretextu falſorum teſtium,ex Salzedo in dict.num.11.pag.509. Afflict.deciſ. 220,num.9. Agia vbi ſupra concl.8.ex prin. Roland.conſ.37. vol.1.ex num.8.vel à ſentencia Iudicis Eccleſiaſtici appellatum eſſe Auiles in dict.glo.vſurpan.nu.25.Nec etiàm tenetur Iudex ſecularis ſuum brachium impartiri Iudici Eccleſiaſtico, cõtra illum,qui prętendens ſe exẽptum,appellauit ab Epiſcopi viſitatione ex cauſa probabili, vt trad. Michael Agia de exhib.aux.in 8.concl.in 3. caſu, ex pag.156. ſi coerceatur ſecularis ab
14 Eccleſiaſtico per cenſuras,vt ſuum impartiatur auxilium, tenetur in Regnis Caſtellę cõparere corã eo,& petere quod reuocet mãdatum ſuum,& cenſuras,& abſoluat eum;eo quod nõ tenetur de iure impartiri brachiũ ſuum petitum, vſque quo videat iuſte petitum fuiſſe;aliàs vero ſi aliud fiat, appellabit ſecularis, conquerens ſe de cenſuris ad Papam, & proponet appellationem in forma, proteſtando nullitatem,& auxilium Regiũ, *De la fuerza*, & per modum defenſionis Regiæ iuriſdictionis faciet hęc Iudex ſecularis requiſitus,& ex Chancellaria Regia illius diſtrictus, afferet Regiam prouiſionem ordinariam, in gradu *De fuerza*, ſolitam concedi, directam Iudici illi Eccleſiaſtico, vt abſoluat eum, & appellationem cõcedat, aliàs quod abſoluat per 60. dies,& remittat proceſſum originalem Chancellarię ipſi, vbi determinabitur, an vim fecerit, & hæc diligentius indices in dictis caſibus tenentur facere.Vt pulchre ſuo more tradit doctiſsimus Azeb.vbi ſupra, nu.12. Vnde dicebat Dida.Perez in lib.3.tit.1.l.4.in gloſ.*Imboque la ayuda del braço ſeglar*,pag.473.iudicem ſecularem etiam requiſitum non teneri, nec debere auxilium ſuum Eccleſiaſtico impendere, niſi diſcuſſa prius(ſaltem ſumarie)iuſtitia cauſæ, quod etiam affirmat Decian.lib. 4.cap.19.num.15.

Pro vera tamen intelligentia iſtius quæſtionis

ſtionis,cum allegatis à Mich.Agia de exhib. aux.5. concl.ex.pag.140. ſciendū eſt, quod in criminibus mixti fori, quotieſcunq.reus non remittitur condemnatus,ſed condemnandus, poteſt imo tenetur ſecularis iudex petere, vt ſibi fiat fides de proceſſu,quam ſi Eccleſiaſticus facere noluerit, ſuum auxiliū non tenetur,nec debet impartiri.Vt tamen ad thema propoſitum rurſus calamus reuertatur,notandum eſt ex Rebuf. in dict.num. 20.iudicem ſecularem,negligentem impar-
15 tiri officiū dictis Inquiſitoribus in cauſis fidei,priuandum eſſe iuriſdictione ſua, cum parū ab hęreſi diſtet; & Azebed. vbi ſupra n.7.ait,quod in crimine hæreſis,tenetur omnino ſecularis brachiū impartiri,etiā ſi proceſſus nō oſtendatur,vel appellatū ſit,& nō delatū appellationi, & ſiue iuſte, vel iniuſte procedatur ab Inquiſitoribus. Ad quod quidem erunt omnino conſulendi quidam motus proprij, Innoc. 8.incip. dilectus filius, Dat. die 30. Septembr. anni 1486. & alius Alex.4. æditus anno 1260. incip.ad audientiam,dat.13.kalend.Februarij anno 6.ſui Pōtificatus.

Ex quibus quidem iure optimo Iul.Cla. & alij ſupra allegati reprobant doctrinam Bart. in l.magiſtratibus, num. 5.ff. de iuriſd. om.iud.in exemplo,quod poſuit in hæretico,licet Bart. ſequatur ibidem Paul. de Caſtro num.4.Rebuf.in concord.tit.de public. concubin.§.& cum omne, in glo.qui hodie remiſſus,pag.723. & plures quos refert Sigiſmund. Scac. lib.1.de iudic.cauſ.cap. 63. num.7.dicens, hanc eſſe cōmunem opinionem legiſtarum, vt iudex ſecularis non cogatur ſtare proceſſui facto ab Inquiſitore, quia eſt contra caſum dict.cap. Vt Inquiſi-
16 tionis,in §.prohibemus,vbi prohibitum eſt in crimine hæreſis, ne directe, vel indirecte poſſit cognoſcere iudex ſecularis, vt etiam annotarunt Felin.num.4. & Beroi.in cap.at ſi Clerici. in.num.79.de iudic.Iaſſ. in dict.l. magiſtratibus.nu. 10. Sigiſm. Scacc.in dict. num.7.verſ.contrariam ſententiam, Rojas ſing.107.ex num.3. & de Priuileg.Inquiſit. num.450.Flammin.Chartar.de execut.ſent. capto ban.cap.fi.ſub 7.Pegna 3.par.cōmen. 85.§. ſed Canoniſtę, vbi inquit,longum,& moleſtum eſſe ſingulariter alios, qui tenue-
17 runt hanc opinionem,recenſere.Villadiego de hæret.quæſt.19.pag.73.verſ.An Iudex ſecularis,ob quam etiam rationem reprehendenda eſt omnino opinio eiuſdem Villadiego,pag.74. etſi eum ſequātur Alciat.in cap. 1.de offi.ordin.ex n.65. & Repert.Inquiſit. verb.executio, verſ. Ex prædictis infertur, in pag.350.aſſeretés, Iudicem ſecularem poſſe cognoſcere de nullitate ſententiæ, in cauſa hæreſis,quæ opinio eleganter reprobatur à Simanc.cap.36 nu.7.Azeb. vbi ſupra, nu.7.
18 Cum,vt ipſe ait, Iudex ſecularis in cauſa hęreſis, merus executor ſit, nec de proceſſu, nec de ſententia,vel de mandato Inquiſitoris, neq; de crimine illo cognoſcere poſſit, vt late poſt alios tradit Pegna in 3.part.Director.cōment.85. Mich.de Agia de exhib. auxil.in 3.concl.pag.125.& 132.Boet.deciſ. 90.num.2. Iul.Clar.in §. hęreſis, num.5.& quos recenſui in 2.part. Collect.55.num.2. Azeb.lib.8.tit.3.l.1. ex num. 124. Pegna in cenſura in arreſt.capit.2.in princip.etiam ſi mortis pœna imponēda ſit hæretico. Quamuis contrarium perperę exiſtimauerit Mantua ſing.274.num.2.ſed quod Inquiſitor iudicauerit,ſine mora,& abſq;nouo proceſſu, & cognitione,ipſe ſecularis exequi tenetur, etiam non obſtante, quod reus ipſe remedium ſubleuādi vi oppreſſos,coram eodem Iudice ſeculari,aduerſus Inquiſitores intentauerit. Nam quamuis alióqui ſaluberrimū remediū id eſſe ſoleat, ad propulſanda grauamina, quæ à Iudicibus Eccleſiaſticis aliquando inferri ſolent, ab eorundem ſententijs,dum cenſuris priuantur appellari, vt notabiliter adduxi in 1.par.Collect.5.num.3. & in 2.par.Collect.17.ex num.2. ſpeciali tamen iure,Regijs pragmaticis, & conſtitutionibus ſtatutum eſt,ne quiſquam ſecularium Iudicum quantacunq; dignitate, ac poteſtate ſit prēditus,cognoſcere vllo modo poſſit de cauſis Ciuilibus, aut Criminalibus, quarum cognitio pertinet ad Inquiſitores, etiā ſub prætextu ſubleuandi vi oppreſſos,quod vulgariter auxilium *(Contra la fuerza)* dicitur, ſed qui appellare voluerit,adire tenetur Sacroſanctum Senatum ſupremum Sanctæ Inquiſitionis, quod tradunt etiam Iacob.Simanc.de Cathol.Inſt.tit.36.num.2.Salzed. in addit. ad Bern.Diaz in Prax. cap.102. in lit.A.in fin.pag.mag.357.& dixi in Collect. 2.part. Collectan.17. num.4. & tradit Azebedo lib.8.titul.3.l.1.ex num.117. ad quod etiam extat Hiſpalen.inſtructio prima,cap. 21.anni 1484.Si qui tamen appellare voluerint in ſupradictis cauſis,adire debent Senatum Sanctę Inquiſitionis,vt tradunt Doctores proxime citati, & extat mandatum Regium

gium

Digitized by Google

giũ datum Burgis,die 17.Martij anni 1508. renouatum anno 1553.

Ex qnibus quidem, merito hoc iure vtimur in hoc Aragonum Regno,quod quamuis remedium manifeſtationis ſit nimis priuilegiatum, per illudquè ſubleuetur vi oppreſſus,vt tradit Molina in Repert.in verb. manifeſtatio,in principio,& ibidem Portoles num.5.doctiſsimus Bardaxi in for.1.tit. de manifeſt.perſon.nu.9. magnus practicus Ferrer, in ſua Methodo procedendi, tit.de mod.proced.in manifeſt.fol.31.verſ.Perſonarum manifeſtatio. Nihilominus Iudices

19 noſtri æquiſimi, reum manifeſtatum requiſitum ab Inquiſitoribus, ob negocium fidei, eum illis remittere nullatenus retardant,ſed ſtatim iuſſaInquiſitorum adimplere curant. Prout ita fuit deciſum in Curia Iuſtitiæ Aragonum,circa annum Dñi 1497.& 1454. in caſibus relatis à Mich.Molin.in Repertor.in verbo Captus,in verſ.Captus per Iuſtitiam Aragonum,& in verb.manifeſtatio,in verſ. Quidam fuit captus.Idquè ſimiliter poſtea, vt accepi à viris doctiſsimis,& practicis,pluries fuit pronunciatum ab eadem Curia Iuſtitiæ Aragonum.Vnde id indubitatum eſt in hoc Regno, & noſtris temporibus,id ipſum iudicatum fuiſſe ab eademCuria,memini mus, præſertim die 13. & 15. Maij anni 1560.in proceſſu Petri Michaelis Cuſcullã, ſuper manifeſtatione perſonę,& nouiſsime in proceſſu Antonij Perez, ſuper manifeſtatione perſonæ, die 24.Maij anni 1591.& in proceſſu Balthaſaris Gomez,& Coſinę Pariente, & aliorum ſuper manifeſtatione perſonarum,die 12.Iunij 1592.Qui omnes cum eſſent in carcere manifeſtatorum detenti,& ab Inquiſitorib⁹ hæreticæ prauitatis,ex cauſa fidem tangẽte,repetiti,ad eoſdem Inquiſitores fuerunt debite remiſsi.

20 Nec mirum cuiquã videri debet,idquod dicimus, Iudices inquam ſeculares, ſtatim, & ſine mora aliqua,& abſq; nouo proceſſu, exequi debere literas Inquiſitorũ,nulla pręcedente cognitione de iuſtitia,vel de iuſtificatione dictę requiſitionis,nam quilibet bonus,& timoratus conſcientiæ prępſumere,& credere debet,Inquiſitores hæreticæ prauitatis,quiviri grauiſsimi,& ęquiſsimi,& prudentiſsimi ſunt,ſanctitate, & doctrina pollent,quippe,quod ad illud munus tam ſanctum,& venerandũ non vulgares homines, ſed doctrina,prudentia, probitate, alijſquè magnis virtutibus inſigniti eligũtur, prout ita quotidie fieri,nos experientia docet, idquè ſic obſeruari debere, affirmat Simanc. de Cathol.Inſt.tit.34.ex num.9.optime Sigiſmun.Scaccia de Iudic.cauſ.lib.1.cap.87. ex nu.7.Eymeric.3.par. Directorij quæſt.1. vbi Pegna in cõment. 50. ex lit.A. Salzedo ad Bernar. Diaz cap.141.in lit.A. pag.478. in fi.& in addit.ad cap.114.in lit.F.ex pag. 385.in fin.Vnde ipſi iure optimo quamplurimis titulis honorificentiſsimis cõdecorantur, vt tradunt Rojas de Priuileg. Inquiſit. num.410.Ludouicus à Paramo de Origin. officij Sanctæ Inquiſit.lib.3. quæſt.9.ex nu. 23.& plura de amplitudine, & excellentia Sanctę Inquiſitionis,cumulat idem Ludou. à Paramo, vbi ſupra lib.2.titul.3. cap.1.per tot.vbi ex num.18.ſcribit, quod Inquiſitores pluſquã quadraginta,Cardinales effecti ſunt,ab anno 1500. vſque ad annum 1596. nec mirum quidem, quia quamuis Inquiſitores non ſint Epiſcopali dignitate decorati,proculdubio ſunt officiales Summi Pontificis,ac proinde continebuntur ſub extrauag.cum Matheus,de hæret.diſpoſitione Eymeric.3.par.Directorij quæſt.26.vbi etiam Pegn.com.75.& in com.79.verſ.Nos in hac controuerſia, ſubdens,ſicut Epiſcopis plurimum defertur propter priuilegium Epiſcopalis dignitatis,ita, & Inquiſitoribus plurimum deferri debet, propter reuerentiam Sedis Apoſtolicæ, cuius ſunt officiales; & propter Sũmi Pontificis eminentem honorem, cuius perſonam Inquiſitores repreſentant. Sic ipſos clariſsimos viros, nunquam alicui crimẽ hæreſis impoſituros fatendum

21 eſt;quin id perſpicuum ſit eiſdem Inquiſitoribus.Quod ſi ipſi alicui crimẽ hæreſis falſo imponerent (quod nunquam contigiſſe credendum eſt) & innocentes infamarent,præter alias pœnas,quibus pro menſura criminis puniendi eſſent,in ſententiam etiam excõmunicationis maioris incurrent, neq; ab ſolui poſſent ab alio,quã ab ipſo Papa,pręterquam in mortis articulo; quo caſu ſatiſfactionem prius offerre deberent,prout ita decidit tex. in Clem.1.§. verum, & ibi Zabarela quęſt.5.de hæret.& tradunt Simanc. de Cathol.Inſtit.tit.34.num.41. Repertor. Inquiſit. in §. Inquiſitores, in verſic.Nota, quod Inquiſitor,Angel.in Sum.in verb.excõmunicatio,el 5.caſ.11. & eſt conſulendus Caſtr.lib.2.de leg.pœn.cap.15. verſ.Contra hanc concluſionem,Silueſt.in eodem verb. excommunicatio, el 7. num.29. & in verb. hæreſis,

hęreſis,el 2.num.13.Caiet.in Sum.verb.excōmunicatio,cap.3.Pedraza in Sum.2.part. tit.excōmunicationes Papales,fol.129.verſ. *Contra los Inquiſidores*, Pegn.in 3.par.Direct. cōment.73. Nauar.in Man.cap.27.nu.100. Viual.in explanatione Bul. Cœn.Dom.n.3. in fi.& de Irregularit.num.236.in fi. Franc. Squillacin.in tract.de fide Cathol.cap.43.& Lucern.Inquiſit.in verb.Inquiſitor,num.9. Vnde cum præſumendum ſit, Inquiſitores prędictos, ſententiam excommunicationis præfatam euitaturos, & nemini crimen hęreſis falſo impoſituros, mirum eſſe non debet,ſi eorum aſſertioni Iudex ſecularis ſtare teneatur,&quod de iuſtitia,vel iniuſtitia re miſsionis ab ipſis petitę,non ſe intromitat.

22 Quod adeo verum eſt,vt ſi Iudex ſecularis eam commiſsionem prōpte facere detrāctat, & iuſſa Inquiſitorum in fidei negotio adimplere retardat, & differt poſt tempus ſibi ab Inquiſitoribus pręfixū in literis,ſentētiam excommunicationis ipſo iure incurrit,prout ita decidit tex.in cap. Vt Inquiſitionis, §. prohibemus, ibi (prompte adimplere detractent)de hęret.in 6.& idem probat dicta conſtitutio Pij Quinti ſuperius allegata in illis verbis (ſine mora trāſmittāt) & ea poterit eſſe ratio,quia ſi eam remiſsionē ſtatim facere differret,hæreticus ille multos ſibi ſimiles,cum ingenti Reipublicæ clade, hæreticos reddere poſſet, vt inquit tex. in cap.Reſecandæ 24.quæſt.3.nā ſermo hæreticorum,vt cācer ſerpit,&(vt Diuus Hieronymus inquit) ſibilus hæreticorum irremediabiliter mentes auditorum vulnerat. Vnde opportet eoſdem hæreticos celeriter coercere;& adInquiſitores feſtināter tranſmittere, antequam alios corrumpant. Sunt namquè ipſi hæretici,fures,latrones,ſacrilegi, canes rabidi , vaſa iræ , Pſeudoprophetæ,filij perditionis,& organa Diaboli,irriſores hominum, atque diuorum,fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatū,& hoſtes Eccleſię,conſulto facti ſunt, ambulantes in vanitate ſenſus ſui, tenebris habentem obſcuratum intellectum, infatuatum eſt cōſilium eorum;& ſpiritus mendax datus eſt in ore ipſorum , & propter ſuperbiam fugit mens.& conſilium ab eis,& excęcauit eos malitia,& mutauit intellectum eorum,& cor eorundem inſipiens,nubibus errorum obſcuratum eſt, callidiq; facti ſunt, non ſpiritu ſapientiæ,ſed ſpiritu verſi pellis aſtutiæ, quo ſolent hęreticorū feruere pręcordia, & pacem perturbare Sanctorum,dicuntur etiam vaniloqui, mentis ſeductores, lupi rapaces,ſub veſtimentis ouium,inſidiātes,Chriſti ouili, comparātur etiam lamijs, qui humanam quidem faciem , ſed beluina per impietatem corda geſtant.Cōparantur & pardis,vulpibus,ſimijs,canibus,& multis alijs id genus animantibus,vt traduut Simācas de Cath.Inſt.tit.31.ex num.18.& Rojas de hæret.1.par.nu.576.Quorum rationes,& cauſas ſiquis noſſe cupit,legere poterit Fabrum contra Lutherum, tractatu 5.tex.16. & 25.& tract.10.tex.8.Cōrradum Brunum lib.1.de hæret.cap.3.& in cap.13. ideo merito eorum conſortia fugere debemus, per ea que late retuli in 2.p.Collect.15.ex nu.1. vt enim refert Simanc.de Cathol.Inſtit.tit. 46.num.8. ſicut viperas, ſcorpios,arancos, aliaſq; venenoſas beſtiolas priuſquam mordeant,aut ſauciant,aut omnino ſe commoueant, ſine mora ad primum aſpectum occidimus,pręcauendo genuinam eorum malitiam,priuſquam noceant;eodem modo Iudex ſecularis,hæreticos capere, & iam captos,ad Inquiſitores hęreticę prauitatis celeriter tranſmittere tenetur,antequam hæretici ipſi,ſuo ſermone nocere poſsint, & antequam virus impietatis euomant,foraſquè proijciant,prout hæc,& alia adducēs,trad. Simanc.tit.2.nu.17.& in tit.11.num.5.& 6. & Hoſtien.in Sum.tit.de hęret.§.qua pœna feriatur,num.10.verſ.Quare.

23 Idquè regulariter important, & ſignificant dictiones illæ,ſtatim, prompte, celeriter,indilate,ſine mora, illico protinus,confeſtim,cito,mox,& ſimiles,quibus iura deſuper allegata vtuntur; dum præfatam remiſſionem fieri præcipiunt; ſunt enim dictiones,quæ de ſui natura omne interuallum excludunt, prout ita docet glo.in verb.ſtatim in cap. Cum excommunicato,11.queſt.3.optimeBernon.in tract.de public.concubinar. in verb.ſtatim.ex.nu.2. Coſm.in prag.ſanct. tit.de concubinar.§.nec nō,in glo.mox.fol. 170.Abend. lib.1.de exeq.mand.cap.16.n. 2.Cott. in memora. iur.in verb.mox.Alph. Caſt. lib.2.de poteſt. leg.pen.cap.7. verſ.6. cognoſci poteſt ,Tiraq.l. ſi vnquā in verb. reuertatur. num.109. proprerea cum dictę dictiones præciſſæ ſint,& de ſui natura omnem moram,& omne interuallum excludāt manifeſte præcipiunt,quod iudex ſecularis, in ea remiſsione facienda , nullum tempus ſibi aſſumat, ſed quod illam incunctanter, & ſine

& ſine mora ad impleat.

24 Sciendum tamen eſt, Inquiſitores hæreti
cę prauitatis teneri, & adſtrictos fore, reos
à Iudicibus ſecularibus ſibi remiſſos, ite-
rum ad eoſdem iudices ſeculares tranſmit-
tere, poſt quam ipſi Inquiſitores contra il-
los reos de hęreſi cognouerint, & eos ob
hæreſim punierint, vt iudices ſeculares præ-
fati, eoſdem reos, propter crimen ſeculare-
quod commiſſerant, pœnis condignis affi-
ciant, & debita animaduerſione puniãt; pro
ut ita fieri debere ſtatuit Pius V. Pont. Max.
in coſtitutione, quã ſupra retulimus, & hoc
ipſum docet Maſuer. in pract. tit. de remiſ-
ſione, numer. 14. fol. 28. & Pegna in addit ad
tract. de ſtrigijs, quem inſerit in lucern. In-
quiſit. in fi. illius voluminis, fol. 158. verſ. ſed
ab hac, vbi profitetur, ita in practica ſerua-
ri, & hoc ipſum decidit in hoc Regno Ara-
goniæ, concordia inter officiales Regios, &
officiales Sãcti Officij Inquiſitionis, inhita,
quæ typis excuſſa circumfertur, ad calcem
voluminis actorum curię huius Regni. Idq;
in Praxi in hoc Regno receptiſsimum eſt. ſi
quidẽ multi proceſſus extãt, in quibus dicti
Inquiſitores, reos à iudicibus Secularibus
ſibi de hæreſi puniendos remiſſos, ad eoſdẽ
ſeculares, de crimine ſeculari puniẽdos, ite-
rum tranſmiſſerunt. Quod plane æquiſsimũ
eſſe cenſetur, vt diuerſa crimina varijs pœn
nis, & à diuerſis iudicibus puniantur, iuxta
regulã illam, quod faciens iniuriam duobus
teneatur ad ſatisfactionẽ vtriq; inſolidum.
Nec per ſatisfactionem vni factam, libera-
tur ab altero, ex l. 1. §. furtum, ff. ſi famil.
furt. feciſ. dicatur Batt. in l. 3. §. ſi ad plures,
ff. de ſepulch. viol.

25 Ex quibus quidem merito præualuit, vt
verior illa Doctorum opinio, quod puni-
tus in foro Canonico de crimine mixti fo-
ri, poſsit puniri iterum in foro Cæſaris, pro
eodem delicto; vt docent Iul. Clar. lib. 5. §.
fin. quæſt. 57. ex num. 11. & 14. Couar. lib. 2.
var. cap. 10. num. 6. Didac. Perez lib. 8. tit. 5.
l. 1. pag. 178. col. 2. in prin. latiſsime Proſper.
Farinac. in Prax. Crimin. quæſt. 4. ex num. 7.
optime Anaſta. Germon de Sacram. Immu-
nit lib. 3. cap. 12. ex numer. 83. Mich. Agia de
Exhib. Auxil. in 25. fundam. ex pag. 100. &
in concl. 4. verſ. Nequè abeſt, pag. 139. Ant.
Gomez tom. 3. cap. 1. ex num. 40. Gutierrez
lib. 1. Canon Quæſt. cap. 12. num. 15. Thom.
Zerola in Praxi Epiſcop. 1 p. §. pœna, verſ.
Quinto ſiquis, & plures relati à me in 2. par.
Collect. 126. num. 4. & ratio ſupradictorum
eſt, quia quãdo aliquis delinquit in crimine
mixti fori, facit iniuriam legi Ciuili, & legi
Canonicæ, quia venit cõtra pręceptũ vtriuſ-
26 què, vnde cenſetur ſe obligare pœnis per
vtramque legem traditis, ex textu in epiſto
la Inter claras, §. liquet, & ibi gloſ. in verb.
ſe ipſum, C. de Sum. Trinit. & fide Cathol.
& quia vbi ex eodem facto, duo diuerſa de-
licta reſultant, & eorum cognitio ad diuer-
ſos Iudices pertinet, poteſt quis de ipſis ſe-
paratim, & coram diuerſis Iudicibus accu-
ſari, vt tradũt Grelland. in tract. de diuerſis
criminibus, lib. 3 quæſt. 1. num. 13. Iul. Clar.
lib. 5. §. fin. quæſt. 13. ex nu. 4. à fortiori ergo
ęquum eſt, vt punitus ab Inquiſitoribus pro
crimine ſui fori, remittatur Iudicibus ſecu-
laribus, vt pro delicto cõmiſſo, & perpetra
to in ſuo foro, condigne etiam puniatur, vt
ſtatuit Bulla dicti Summi Põtif. Pij Quinti.
Idquè praxi receptum eſt, abſquè vlla diſ-
ceptatione.

27 Nunquid autem ſemper ſit verum, quod
punitus à Iudice Eccleſiaſtico, poſsit denuo
puniri à Iudice laico? Eſt omnino conſulen
dus Sigiſmun. Scac. lib. 1. de iudic. cauſ. cap.
12. num 91. qui reſpondet, minime iterum
poſſe puniri, niſi tantum in duobus caſibus,
primus quando fuiſſet impoſita aliqua pœ-
na medicinalis, & potius ad ſalutem animę,
quam ad afflictionem corporis, vt docet
etiam Iul. Clar. in d. §. fi. quæſt. 57. num. 14.
in fin. Thom. Zerola in prax. Epiſc. 1. par.
§. Iudex, verſ. quinto, vt in excommunica-
tione ob percuſsionem clerici factam, à
laico; quia licet ſit condemnatus, vel abſo-
lutus à Iudice ſeculari pro delicto, poteſt
inde puniri & condemnari à Iudice Eccle-
ſiaſtico, pro excommunicatione incurſa,
iux. cap. ex parte & ibi notata de verb. ſi-
ſignif. imo Couar. lib. 1. var. cap. 4. num. 8.
cenſet, iudicem Eccleſiaſticum poſſe etiam
punire laicum accuſatum coram eo, de in-
iectione manuum violentarum in Clericũ;
& de actione iniuriarum. Ad quod facit c.
2. de pœn. & cap. parochianus, & ibi gloſ.
in verb. ſatisfaciant de ſenten. excommun.
& tradit Abb. in cap. cum non ab homine,
num. 2. de ſenten. excomm. Secundo, quã-
do fuiſſet imponenda pœna, quæ ſub ſua
iuriſdictione nullatenus poterat compre-
hendi; qualis eſt pæna ſanguinis, & ita pro-
cedit tex. in cap. fęlicis, §. per hoc, de pœn.
in 6. His namq. caſibus, punitus ab Eccleſia-
ſtico,

ſtico, poteſt denuo puniri à laico. Alio verò caſu, quando eſſet impoſita pœna afflictiua, & à foro ſeculari pœna ſanguinis imponi non potuiſſet; tunc quamuis illa pœna impoſita ab Eccleſiaſtico, ſecundum diſpoſitionem Iuris Canonici, ſit minor illa, quæ potuiſſet imponi à ſeculari, ſecundum leges Ciuiles, tamen dicetur ſufficienter punitus; & non poterit denuo puniri. Quam etiam diſtinctionem, optime ſub breuibus verbis complexus eſt Boſſ. in Praxi Crimin. titul. de foro competent. numer. 84. & cum hac declaratione, vel diſtinctione intelligi debent, quæ tradit Marant. in 6. part. tit. de Inquiſit. num. 97. aliàs enim, vt ait Sigiſmund. Scacc. vbi ſupra, non poſſunt tranſire ſine correctione.

QVÆSTIO XXXVII.

An de cauſa dotis, principaliter, & nõ incidenter intentata, poſsit, & debeat cognoſcere Iudex Eccleſiaſticus inter laicos?

SVMMARIVM.

1 *DOTIS cauſa principaliter intentata, coram Iudice Eccleſiaſtico tractari poteſt, ex multorum ſententia.*

2 *Dotis cauſa pia eſt.*

3 *Dotis cauſa in Diœceſi Cæſarauguſtan. coram Iudice Eccleſiaſtico agitatur, & quare? numer. 15. in fine.*

4 *Iudex Eccleſiaſticus, iuriſdictionem ſecularem facile præſcribere poteſt, & non è conuerſo.*

5 *Conſuetudo, omnium iuriſdictionum origo, forma, & principium eſt.*

6 *Dotis cauſa, coram Iudice ſeculari, non verò Eccleſiaſtico agitanda eſt, ſecundum veriorem opinionem.*

7 *Dos relicta in teſtamento puellæ pauperi, poteſt peti coram Iudice Eccleſiaſtico.*

8 *Intellectus ad cap. De prudentia, de donationibus inter vir. & vxor.*

9 *Intellectus ad cap. Nuper. de donationibus inter virum, & vxorem.*

10 *Intellectus ad cap. Ex literis de pignor. & numero 14.*

11 *Mulier habens maritum condemnatum, vel fugitiuum, & ex conſequenti ſibi inutilem, reputatur vidua, & gaudet priuilegio viduarum.*

12 *Intellectus varij ad cap. Per veſtras, de donation. inter vir. & vxor.*

13 *Iudex Eccleſiaſticus, poteſt cognoſcere de quolibet oppreſſione, vel fraude, non ſolum Clericorum, ſed etiam laicorum pauperum.*

14 *Laici non poßunt recurrere ad Iudicem Eccleſiaſticum, etiam ratione peccati, quando coram ſeculari poſſunt ius ſuum conſequi.*

15 *Dotis, & alimentorum cauſa, tunc dicitur pia, quando dantur perſonæ pauperi, ſecus ſi diuiti.*

16 *Conſuetudo requiritur, quod ſit obſeruata in contradictorio iudicio in iudicialibus.*

17 *In introducenda conſuetudine aduerſus Regiã iuriſdictionem, requiritur ſcientia Principis, quod eſt intelligendum cum limitatione.*

18 *Præſcriptio immemorialis habet vim tituli.*

1 OFFERT ſe in praxi quæſtio illa ſatis ventillata à Doctoribus, an quando cauſa dotis principaliter, & non incidenter intentatur inter laicos, ſit Iudex Eccleſiaſticus competens, an verò ſecularis? Et quod dicta cauſa tractari, & examinari debeat coram Iudice Eccleſiaſtico, tenent Innocent. in cap. De prudentia, de donationibus inter virum, & vxorem, & ibi Abb. numer. 7. Abb. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtitut. numer. 16. & in cap. Ex tenore, num. 6. de foro competen. Imol. numer. 4. & Camil. num. 89. Crot. num. 65. in l. 1. ff. ſolut. matrimon. vbi Alexandr. num. 14. Cardinal. in Clem. diſpendioſam 30. quæſt. de iudicijs, Guillerm. Benedict. in cap. Raynutius, 1. par. verb. dotem quam ei dederat, num. 26. Couarruuias in 4. 2. part. cap. 8. §. 6. num. 6. poſt princip. Bald. Nouel. in tract. de dote, 9. part. 16. priuileg. Barbat. in cap. Ex literis de pignor. num. 3. & quos allegat Antonius Gomez in l. 50. Taur. num. 53. & eandem opinionem ſequitur, & dicit communem Felin. in cap. Licet ex ſuſcepto, num. 1. de for. competen. Stephan. Aufred. in tractat. de poteſtat. Eccleſ. ſuper laic. quæſt. 27. num. 21. Decius in Authen. quod locum, ex num. 4. C. de collat. & eam ſequitur Mainer. in l. in ambiguis, num. 44. ff. de regul. iur. Silueſt. in Sum. verb. dos, n. 14. verſ. Quartum, & eam cõmunem opinionem appellat, lib. 3. tit. 1. l. 2. pag. 466. verſ. dubitatur inſuper, & ibidẽ Tabien. n. 21. & Armil. n. 26. Qui omnes affirmant, cauſam dotis principaliter intentatam, deduci poſſe in foro Eccleſiæ, & ad

ad tenendum iſtam opinionem , moti ſunt
aliqnibus iuribus, & rationibus; & præſer-
tim ex tex.in cap. De prudentia , & in cap.
nuper. de donation. inter virum , & vxo-
rem,& in cap. Ex literis de pignor. ex qui-
bus iuribus intuenti ſatis conſtabit , iudi-
cem Eccleſiaſticum poſſe cognoſcere inter
laicos , de cauſa dotis , etiam principaliter
intentata. Quia quãdo incidenrer, & acceſ-
ſoriè de cauſa matrimonij agitur , eſt caſus
conſtans apud omnes, quod Iudex Eccleſia
ſticus eſt competẽs in cauſa dotis,vt inquit
Bulgar.in l.1.num.20.& Camill. num.86. &
Socin. Inn.num.132.ff.ſolut.matr. Ant.Que
ſad.diuerſ.qq.cap.29. num.14.& quos alle-
gat Gomez in dict.nu.53. & caſus hic om-
ni prorſus dubitatione caret.

Secundo ad id mouentur,ex tex. difficili
in c.Per veſtras, de donar.inter vir.& vxor.
vbi tam magiſter R.quam H. pauper,erant
ſeculares ; vt apparet ex eo , quia iſta cauſa
fuit agitata prius coram Conſulibus Ciui-
tatis Genuen. & de ea nihilhominus prin-
cipaliter agebatur, coram iudicibus delega
tis à Sede Apoſtolica , vnde illi iudices co-
gnoſcebant de cauſa dotis,principaliter in-
ter mere laicos.

2 Tertio id confirmatur , quia cauſa dotis
eſt pia,ex l.cum his.§.ſi in ea opinione ff.de
cond. indebit. & ibi late Iaſſ. in §.ſi mulier
nu.1. & tradunt Alex. in l ſi cum dotem,§.
eo autem tempore.nu. 10.ff. ſolut. matrim.
& plenius in l.ſi conſtante,nu.18.eod.titul.
Guillerm.Bened in cap. Raynutius. verb ſo
boles quã geſtab. num.5. Ant. Corduba de
Lara in l.ſi quis à liberis,§.ſi vel parens,nu.
9 ff. deliber.agnoſcen. Conuart.in 4.2.p.cap.
8.§.6.num.6.poſt principium. Didac.Spin.
Specul teſtam.in gloſ.10.princip. ex nu.21.
Palacius Rub.in repet.cap. Per veſtras,no-
tab.3.§.12.num.5 pag.279.Tiraquel.in præ
far.piæ cauſ num.23 & quia cauſa dotis pia
eſt,eidemq; ſaltem æquiparatur,ſummariè,
& de plano in ea proceditur , ex Tiraq. de
priuil. piæ cauſ.priuil.157. & 158. Euerad.
in centur.legal.loco 25.de dote ad piã cauſ.
Iodoc.Damhoud.in Enchirid.parium, aut
ſimilium in verb.dos,& pia cauſa. Ergo Iu
dex Eccleſiaſticus,principaliter poteſt adiri
in cauſa dotis,etiam inter laicos.Quam opi
nionem proculdubio recipiendã eſſe,quan
do dos peteretur à vidua , quæ miſerabilis
eſt,& dotis priuatio reddit eam oppreſſam,
dicit Paz in Praxi to.2.prælud.2.n.21.

3 Quarto,& vltimo id probari videtur,ex
vſu,& conſuetudine aliquarum Diœceſum,
& præſertim iſtius Cæſarauguſtanæ, in qua
(vt cõſtat ex quãplurimis proceſsibus acti-
tatis in Curia Eccleſiaſtica) cauſa dotis etiã
inter laicos,fuit, & eſt actitata coram Iudi-
ce Eccleſiaſtico , partibus conſentientibus,
& minime reclamantibus;& vſquè ad diffi-
nitiuam ſententiam cauſam perueniſſe,eam
què executioni demandatam fuiſſe per di-
ctos Eccleſiaſticos, ergo ſaltem in hac Diœ
ceſi dicendum videtur, ex conſuetudine le-
gitimè præſcripta , poſſe Iudicem Eccleſia-
ſticum ius dicere in cauſa dotis inter laicos
principaliter mota;cum conſuetudo Iudici
Eccleſiaſtico iuriſdictionem tribuere poſ-
ſit, vt notatur in cap. Si Clericus laicum,&
in cap. Cum contingat, de for.competen.&
in cap. Irrefragabili,§.exceſſus, de offi.ord.
& tradunt Abb.in cap. Dilectus, num.8.de
appellat. Iaſſ.in l.more, num.43.ff. de iuriſ.
omnium iudic.optime Auiles in cap.2.Præ-
tor.in gloſſ. *juntaran*,num.13.Couat.in reg.
poſſeſſor,2 par.§.3.ex princip.Didac.Perez
lib.3 titul.1.l.1.in gloſſ. (*Saluo ſi moſtrare pri-
uilegio*) pag.465.Ioan.Segura Dabal.in Di-
rector.2.par.cap.13.num.42.Matienzo lib.
5.Recollect.titul.10.l.1. gloſſ.19. numer.3.
Mandoſ. tract.de inhibit. quæſt.14.num.6.
& in reg.Cancell.31. quæſt.4.nu.19. Roch.
de Curt.in capit.fin.de conſuetud.fol.penu.
4 17.verſ.Octauo infertur,Natta conſ.98.nu.
4.& conſil.249. num.2. Iudex etiam Eccle-
ſiaſticus iuriſdictionem ſecularem facile præ
ſcribere poteſt;quamuis non è conuerſo,vt
notat Aretin.in 2.notab. per tex.ibi in cap.
ſignificauerunt,& ibi Felin.num.3.de iudic.
quod mirum non eſt, cum non ſolum iuriſ-
dictionem habenti (vt loquuntur iura præ-
dicta) ſed etiam nullam penitus iuriſdictio-
nem habenti , conſuetudo tribuat iuriſdi-
ctionem,etiam priuato , vt ex tex. ſingulari
in dict. cap. Cum contingat, & probat latè
Palacius Rubeus in repetit.cap.Per veſtras,
2.notab.numer.27.pag.253. Didacus Perez
vbi ſupra. Non eſt ergo mirum , quod qui
5 aliàs eſt iudex,& iuriſdictionem habet,poſ
ſit ex conſuetudine acquirere iuriſdictio-
nem iudicandi in caſibus,ad quos ſua iuriſ-
dictio non extenditur, vt probatur in dict.
§.exceſſus,& in cap.fin.de offic.Archidiac.
& in cap.Romana §.debet.de appellat.in.6.
in cuius ornatum eſt vidẽdus Benedictus in
c.Raynutius,verb.& vxorẽ nomine Adelaſiã
num.318.

num.318.& l.cum Prætor, §.Iudicem, ff.de iudicijs.Eſt namq; conſuetudo omnium iuriſdictionum origo, forma, & principiũ,& ei,ſicut matri honor,& reuerentia debetur, dicebat Bald.conſ.439.col.5.circa medium, vol.3.relatus ab Aymon conſil.238.num.7. vnde prædictæ conſuetudini obtentæ à Iudice Eccleſiaſtico,ſtandum videtur,vt ſcilicet poſsit cognoſcere de cauſa dotis inter laicos,etiam ſi in contradictorio iudicio huiuſmodi conſuetudo obtenta nõ ſit,quia id neceſſarium non exiſtit, vt ait Panormitan. dicens, ita cõmuniter receptum eſſe in cap. fin.num.16.de conſuetu.Iaſſ.conſ.46.col.2. verſ.nec ſupradictæ deciſioni,vol.1. Aymõ conſ.55.num.6.Burſat.conſ.50.num.27.Ioſeph.Ludou.deciſ.62.Peruſ.ex nu.8. Tiraq. de Primogen.queſt.91.num.2.& quos refert Maſcard.vol.1.de probat.concl.427.num.3. Menchac.de ſucceſ.creat.§.21.num.114.latiſsime vol.1.com.opin.pag.35.in verb.con ſuetudo debet eſſe obtenta, & in pag.36.in verb.conſuetudo quamuis, & in verb.conſuetudo ſuper aliquo , & hanc appellat veriorem,& magis cõmunem opinionem, Tiber.Decian.in conſil 41. vol.2.num.110. & ratio ea eſt , quia conſuetudo non cauſatur ex facto Iudicis,ſed ex tacito conſenſu populi;vnde ſufficit,quod qualitercunq; conſenſus populi interueniat, ſiue ſint actus iudiciales, ſiue extraiudiciales. Vt optime tradit Abb.conſ.73.nu.11.vol.2.imo,necſcientia Principis in introducenda cõſuetudine exigitur,ex Abb.in cap fin.num.13. de con ſuet. & ibi Barbat.nu.71. dicens cõmunem, & Alex.conſ.6.vol.1.num.4.& hanc opinionem ſequitur Lancel.Galliaul.in conſ.Alex. in præfar.4.num.22.Crauet.conſ.96.num.6. in fi.Mich.Graſ.lib.2. cõmun.opin.queſt.8. & Auend. de exeq.mand.1.par.cap.8.nu.3. ſibi contrarius in cap.19.n.3.& in dictionar. in verb.*Coſtumbre*,vbi notat,quod in iuriſdictionalibus,requiritur ſcientia Principis.

6 His tamen minime refragantibus contraria ſententia verior eſt, & in conſulendo,& iudicando ſecurior , quod ſcilicet , quando cauſa dotis tractatur principaliter inter laicos,nõ ſit cõpetens Iudex Eccleſiaſticus,ad cognoſcẽdũ de ea,ſed ſolũ Iudex ſecularis. Quam opinionem tenent infiniti DD.& auctoritate, & numero longè ſuperiores alijs in contrarium adductis, vt tradunt gloſ.2. in dict.cap. de prudentia , quam ibi contra Innocen.ſequitur Anton.de Butrio num.4. vbi tamen eam limitat, in vidua oppreſſa repetente dotem, & Præpoſitus num.1.& videtur ſentirè Cardinalis ibidem num.2. In hanc inclinat etiam Ioan.Andr.ibi,prout aduertunt Bald. nouel. Bulga. & Ripa ſtatim citandi.Idem tenet Ioan.And.in cap.Per ve ſtras, eodem tit.in princip. quatenus ſentit, quod ille magiſter R. reus conuentus erat Clericus,& ibi Hoſtien.& Anton.num.2.& Præpoſitus in 1.notab.Anton.in cap.nuper, eodem tit. num.7. & 9. dicens, ibi ſpeciale fuiſſe,quia agebatur de dote viduæ miſerabilis perſonæ,& oppreſſæ,& hæc opinio eſt rationabilior,teſte Barbat.in cap.Ex literis de pignor.col.3.verſ. & pro certo,relatus à Palat. vbi infra num.16. & expreſſe Bald.in l.in contractu,§.fin.in fin.C.de non numer. pecun.& id etiam ſentit in Authen.quod locum, C. de collation.8.quæſt. quatenus inquit,quod quamuis dos ſit connexa matrimonio , non tamen eſt eiuſdem naturæ. Et expreſſe ibidem Iaſſ.num.10. Riminald. & Corneus num.16.& Fulgoſ. nu.2.licet malè inter tenentes contrariam connumeretur à Palat. vbi infra num.1. & idem ante omnes ſentit Specul.in tit.de dote poſt diuor.reſtituen.§.formatis ad fin.verſ. vtrum cauſ.dot. quatenus inquit , cauſam dotis ſpectare ad Eccleſiam cum accedit cauſę matrimoniali, allegando textum in dict.cap.De prudẽtia, ergo à contrario ſenſu clare ſentit , quod ſi non venit acceſſoriè ad cauſam matrimonialem, ſed principaliter, non pertinet ad Eccleſiam,ſed ad Iudicem ſecularẽ,vt expreſſe tradit Staph.de cõmiſsion.& lit.Iuſtit.§.dicendum eſt,in num.7. & idem vnico verbo ſentit ibidem Ioan.And.in addit.in verb.de prudentia,referens ſe ad diſtinctionem,quã tradidit gloſ. in dict.capit.De prudentia,& idem affirmat Barbatius in capit. Ex tenore , in principio, poſt gloſſ. ibidem de foro competen.Federic. conſil.236.num.2.& Panormit. ſibi contrarius in conſil.18. num.7. volum.2. Angel. in l.1.ff. Solut.matrim.numer.9.vbi Socin. num.34. Alexander num. 15.Ripa communem dicens, & optime defendens numer.48. & hanc , poſt multã veterum Doctorum altercationem,receptiorem videri, teſtatur idem Alciat. num.2. & veriorem dicit Pariſs. num.9. maxime cum de conſtituenda,& non de reſtituenda dote agitur.Bulgat.numer.21.& Crot numer. 65. dicens , hanc eſſe veram opinionem, & cum ea , videtur tranſire Barbatius ibidem

 num.11.

numer.11.dum ſe refert,ad Alexand.Aretin. & Socin. hanc tenentes, & idem niſi in vidua paupere & oppreſſa dotem petente,tener Paul. in eadem l 1. numer. 5. & Aretin. numer.4. & 5. & cum eadem moderatione Bald. nouel.ibidem num.464. in tractat.de dore 9.par priuileg.16.& eum ſequitur Aufred.de poreſtar.Eccl.q.27.num.21.in fi.dicens, quod ita vidir de facto ſeruari in Curia Archiepiſcopali Tholoſæ.& communem dicit Bolognin. in dict.l.1. numer.86.& eandem amplectitur Campe. de dore 1. part. priuileg.90.numer.2.Curt.Iunior.in addit. ad Paul.de Caſtr. in dict.l.1.num.5.in verb. Eccleſiarum in lit. E.Matian. Socin.in cap. excedens, el 2. per illum textum numer.9. vt lite non conteſt.& in rubr.de for.comp. numer.2.& 6.verſ.36.& in cap.licet ex ſuſcepto.eodem titul.num.14.verſ. 12. caſus, & ſentit eleganter Crauet.conſ.258.num.6. in fin. & eam tenet expreſsè Ceuallos in Practic.queſtione 96.verſic. Quod maximè procederet,& ſecundum hãc conſuluit Ancharan. conſil.21. numer.11. ſignanter, vbi agitur, non de dote iam conſtituta repetenda, ſed de nouo conſtituenda, quo caſu,inquit,non reperiri textũ,neque dictũ Doctorum aſſerentium,quod iudex Eccleſiaſticus cenſeatur competens. Cuius dictum ſequitur etiam Felin.pro contraria opinione adductus in dict.cap.licet ex ſuſcepto,num.1. verſic.limita tamen,de foro competẽti, vbi licet contrariam opinionem tenuerit, eam tamen hoc in caſu,expreſsè limitat, & cum Ancharran.idem tenet additio ad Panormitanum in cap. Eccleſia de conſtitutiõ.n.16. & ibidem Zaccar.in alia additione affirmat hanc eſſe communem, & eandem dicit cõmuniter teneri Felin. in d.c. Eccleſia n. 58. & poſt latiſsimam diſputationẽ & diſcuſionem,hanc reſoluit, & defendit Palat. Rub. in repet.cap. Per veſtras, notab.2.num.24. de donation.inter virum, & vxorem, eandem affirmat eſſe communem opinionem legiſtarum,ac ideo tenendam,etiam in foro Canonico,cum inter Canoniſtas ſit diſcordia, & contrarietas, Neuizan.in Silua nuptial,lib.1.numer.47.& dicit communem,& puram veritatem, & in iudicando, & conſulendo tenendam, Antonius Gomez in l. 50. Tauri numer.53. & eadem verba referens Ioannes Gutiertez lib.1. Practicarum quæſt. 44. numer. 9. ſequitur etiam dicens, veram, & iuridicam ſibi videri. Ludouicus Molina lib.2. de primogen. cap.15. numer. 76.qui in dote, & alimentis loquitur,& ait ſic tenere communiter ſcribentes, & quod contraria opinio,apud ſuprema Tribunalia non admitteretur,nec ſibi vera videtur. Idẽ affirmat in dote, & alimentis ſimiliter loquens Petrus Azebedo in l.10.titul.1.lib.4. ex num.44. & Ioan. Gutierrez, lib.Practic. quæſt.29.ex numer.28. Vbi vtramque dicit communem; ſed hanc veriorem,& in iudicando,& conſulendo tenendam; dicenseam procedere, etiam ſi petens dotem pauper ſit; quam etiam opinionem optime defendit Barboſ.in 1.part.l.1.ff.de ſolut.matrim. ex numer.46.& ſequitur Alphonſus Bouadilla lib.2.cap.17.numer.101.ad fin.ſic dicebat Paz in praxi tom.2. prælud. 2. numer. 21. quod quãdo cauſa dotis principaliter agitur coram laico, nullo pacto credi poſſe Iudices ſeculares permiſſuros eſſe, quod merè laici cauſam dotis principaliter,& de per ſe moram, intentent coram Iudice Eccleſiaſtico,precipuè,quando ageretur de dote de nouo conſtituenda.

7 Vno tamen caſu dicunt Doctores, quod poſſet procedere ſupradicta opinio prima, ſcilicet quando relicta eſſet dos in teſtamento puellæ pauperi, tunc enim Iudex Eccleſiaſticus erit competens cõtra laicum,etiam principaliter, & ad inſtantiam partis, tum ratione pietatis, tum etiam, quia hoc legatum relinquitur in teſtamẽto, vel loco pio, cuius eſt executor Epiſcop⁹,vt optime poſt alios fatetur Ioan.Gutierrez in Practic.lib. 1.quæſt.44.numer.10. & in lib.3.quæſt.29. nu.30.Alphon. Bouadilla in dict.nu.101.in fin. vbi additio in litera C.

8 Argumentis autem in oppoſitũ adductis pro contraria opinione, reſponderi poteſt. Et primo ad textum in d.cap.de prudentia, de donat.inter vir.& vxor.nam glo.ibidem in verb.acceſſoriæ,tenens indiſtinctè cõtra dict.tex.dicit,quod vbi Iudex Eccleſiaſticus de matrimonio cognoſcit incidenter,cauſa etiam dotium ſpectat ad eum,quando vero de dote principaliter agitur,vt puta,ſi conſtãte matrimonio agat mulier de dote;quia forte maritus labitur facultatibus,vel diſsipat bona ſua,vel quia mortuus eſt,tũc cauſa debet coram Iudice ſeculari tractari; quia tunc cauſa dotis principalis, & non acceſſoria eſt. Vnde concludit, quod quando agitur principaliter de cauſa dotis, Iudex Eccleſiaſticus non videtur competens, & id

certè

certe(ni fallor) vltra Doctores relatos pro
ſecunda opinione,videtur optime probare
idem textus in dict.cap.de prudentia, dum
dicit , quod vos qui de matrimonio princi-
paliter cognouiſtis , de dote , quæ eſt cauſa
incidens,acceſſorie valuiſtis & ſimiliter co-
gnoſcere , &c. à contrario ergo bene infer-
tur , quod ſi non cognoſcerent illi Iudices
Eccleſiaſtici de matrimonio principaliter,
non potuiſſent cognoſcere de dote acceſſo-
riè,& ſic per conſequens,cum de dote prin
cipaliter agitur, non poteſt Iudex Eccleſia-
ſticus de ea cognoſcere.

Ad textum etiam in dict.capit.nuper,de
donationibus inter virum,& vxorem dico,
quod licet ad Eccleſiam ſpectet protectio
dotium,& viduarum,debet intelligi quan-
do earum cauſæ veniunt examinandæ per
Eccleſiam,vel eius Iudices,alioqui non po-
teſt Iudex Eccleſiaſticus in cauſa dotis ſe in
tromittere ; quamuis ad viduam pertineat.
Quoniam proteſtatur Papa , quod propter
9 viduitatem non vult alijs præiudicare , ita
dicens; ſumus viduis debitores, vt alijs in-
iuſtitiam non faciamus, cap. Ex tenore, de
for.competen. nec illud certe eſt ob ratio-
nem, quam dicebat Felin.in capit. Licet ex
ſuſcepto , numer. primo de for. competen.
quod ſcilicet illud contigit magis fauore do
tis , quam viduitatis. Quoniam ſi illud ve-
rum eſſet , omnes cauſæ dotis , quomodo-
cunquè orirentur,ſpectarent ad Eccleſiam,
& per hunc modum eneruaretur funditus
iuriſdictio ſecularis, quod eſſet terribile,&
contra diſpoſitionem Pontificis in dict.cap.
Ex tenore,vbi cauſam dotis remiſsit ad Iu-
dicem ſecularem,& optime tradit Roland.
conſil.59. volum.4.ex num.23. Hieronym.
Portoles in dict.§.præſcriptio, ex num. 51.
Maſcard. ſupra ex numer.42. & Alexander
conſil.6.volum.1.num.4. Natta conſil.590.
numer.9. vel ſi malueris reſpondere, etiam
poteris cum gloſſ. verb. iniuſtitia, in dicto
cap. Ex tenore , quod cauſa viduarum non
pertinet principaliter ad Eccleſiaſticum Iu
dicem;licet pertineat ad Eccleſiam,quãtum
ad protectionem ; per iura quæ ibi allegat
pro intellectu dict.cap.nuper.

10 Ad textum etiam in dict. cap. Ex literis
de pignor.adductum in dicto primo funda
mento contrariæ opinionis ; reſpondetur,
(etſi Felin. in allegat.cap.Licet ex ſuſcepto,
num.1.dicat,ſine diuinatione malè reſpon-
deri poſſe,) & primo ex Alexandro in l. 1.
numer.14.ff.Solut.matrim. quod ille textus
nõ ſtringit,quia ita potuiſſet Papa commit-
tere alicui laico. Imo ſi expreſſe non com-
miſiſſet Eccleſiaſtico , non aperuit ibi tex-
tus, an Eccleſiaſticus cognoſcere potuiſſet.
Vel ſecundo reſpondetur,quod illa mulier
agebat contra poſſeſſores bonorum mariti,
quæ erant obligata pro dote vxoris, coram
delegato à Papa , quod ideo fuit, quoniam
ex quo eius maritus erat condemnatus , &
11 fugitiuus,& per conſequens ſibi inutilis re-
putabatur hæc mulier vidua, & gaudet pri-
uilegio viduarum , argumento capit. 2. de
tranſlat.Epiſcop.in verb.inutilem, & notat
gloſſ.in verb.orbitantes,in l.fin.C.ad l. Fla-
uiam de plag. & quos tradit Tiraquel. in §.
6.connub.numer.12. Andreas Barbatius in
cap.Significantibus, in princip.de offic.de-
legat. & Ioan.Platea in §. eſt inter. in 1.co-
lum.inſtit.de public.iudic. Barboſ. ſupra in
num.47.poſt medium,pauperquè etiam di-
cebatur , cum dote eſſet priuata ; ideoquè
tanquam miſerabilis, & oppreſſa, quia erat
priuata ſua dote,huiuſmodi priuilegio tex-
tus potiri tenebatur, vt per dict.cap.Signi-
ficantibus, referunt Doctores ſupra allega-
ti,& Silu.nuptial.lib.6.ex num.35.Roland.
conſil. 76. ex numer.38. volum.1. latiſsime
Natta conſil. 590. vbi pulchre in numer.9.
Alexandr.conſil.121.volum. primo num.4.
Iacob.Menoch. de Arbitrar.caſ.66.num.3.
Couarruuias in Pract.quæſt.cap.6.numer.2.
& ita (ſi rectè conſideratur) non probat ille
textus illud, ad quod allegatur, quamuis e-
nim mulieribus fauor multus in recuperan-
dis dotibus debeatur, vt dicit ibi textus,&
etiam in cõſtituendis, & conſeruandis,quia
dotis cauſa ſemper, & vbiquè præcipua eſt,
cum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem pro-
creandã , replendamquè liberis Ciuitatem
maxime ſit neceſſarium , vt in l.1. ff. Solut.
matrim.& ſimiliter fauent iura cauſæ dotis,
vt habetur in Clemen.diſpendioſam,de iu-
dicijs:non tamen propterea ſequitur, quod
dotis petitio, vel exactio,quãdo de ea prin
cipaliter agitur , ſpectet ad Eccleſiam , niſi
tunc demum,quando de matrimonio prin-
cipaliter agitur, & acceſſoriè ſuper dote,vt
ſæpe dictum eſt. Et vide etiam,quæ annotã
tur infra in ſolutione ſecundi argumẽti,quæ
(ni fallor) accõmodari poſſunt pro vero,&
germano intellectu d.cap.Ex literis.Cũ di-

ſta mulier videatur non poſſe petere iuſtitiam coram Iudice ſeculari, cum ob ipſius Iudicis mandatum, bona, quæ illa petebat, in ſui aduerſarij poteſtate extarent. Vt patet ex dict. capit. Ex literis, ibi de mandato Curiæ.

12 Similiter etiam non obſtat ſecundum argumentum, deſumptum ex cap. Per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. ad quem textum Doctores plures referunt intellectus, & primus eſt, quod ideo literæ fuerunt impetratæ à Papa, quia iſte magiſter R. qui erat reus, erat forte Clericus, & ita iſte H. actor ſequebatur eius forum, in cap. Si Clericus laicum, in capit. Cum ſit generale, de for. compet. ſed iſte intellectus reprobatur, quia ſi eſſet verum, quod iſte magiſter R. eſſet Clericus, non potuiſſet conueniri coram Iudice laico, vt habetur in cap. Si diligenti, de for. compet. coram quo prius iudicium actitatum fuit, vt patet, ex dict. textu. Secundus intellectus eſt, quod iſte H. impetrans erat pauper, vt patet ex texto; & propterea tanquam pauper, & miſerabilis perſona, potuit habere recurſum, quamuis laicus eſſet, ad Eccleſiaſticos Iudices, vt habetur in capit. Significantibus, de offic. delegat. & in capit. Super quibuſdam in fin. de verb. ſignific. & ad hoc facit, quod tradit Innocen. in capit. Cum ſit generale, numer.

13 2. de for. competen. dicens, de qualibet oppreſſione, vel fraude, non ſolum Clericorum, ſed etiam laicorum pauperum, cognoſcere poſſe Iudicem Eccleſiaſticum. Id etiam probant varia iura in 23. quæſtione 3. Hic tamen intellectus ex eo reprobatur, quia quamuis iſte R. eſſet pauper, & miſerabilis, adhuc coram ſuo Iudice ſeculari agere debebat, & ſequi forum rei, & niſi Iudex ſecularis neglexiſſet ei iuſtitiam miniſtrare, non poterat habere recurſum ad Iudicem Eccleſiaſticum, vt pulchre notant gloſſ. in verb. pauperum, in dict. capit. Significantibus, vbi Innocen. numer. 4. & Couarrouias in Practic. quæſtione 6. numer. 1.

14 iuxta medium, & habes in Collectan. ad text. in Can. Regum officium, 23. quæſt. 5. & probat optimus textus in cap. ex tenore, de for. compet. vnde colligitur à Doctoribus regula in hac materia conſtans, & certiſsima, quod non poteſt inter laicos recurri ad Iudicem Eccleſiaſticum, quoties coram ſeculari iuſtitia conſequi poteſt, de qua per Innocen. in cap. Significantibus numer. primo de offic. delegat. & in dict. capit. Ex tenore, Iacob. Menoch. de Arbitrar. caſ. 66. num. 5. Couarruuias in dict. num. 1. Hieronym. Portoles in Schol. ad Molin. in titul. de competen. iuriſdict. quæſt. 1. numer. 25. & 30. optime Michael Agia de exhiben. auxil. in 18. fundam. verſic. Nam qui poteſt directe conuenire laicum, & doctiſsimus Iban. de Bardaxi, in Commentar. ad forum Regni Aragonum, in for. 1. titul. de compet. iuriſdict. numer. 14. verſic. Quæ inhibitio, ſingulariter dicens, quod ad hoc, vt laico competat recurſus ad Eccleſiaſticum, propter iniquitatem fori, debet conſtare, quod ſibi non ſuppetit remedium aliquod coram ſeculari, quoniam ſi coram eo poteſt defendi, non poteſt ratione peccati, recurri ad Eccleſiaſticum, quia ſi hoc, inquit, fieri poſſet, non eſſet cauſa, quæ non agitaretur coram Eccleſiaſtico, ita, quod inutilis eſſet ſecularis iuriſdictio. Itaque debet eſſe deſtitutus omni remedio coram ſeculari, & in hoc tantum caſu, poterit recurri ad Eccleſiaſticum, hæc doctiſsimus Iban. de Bardaxi, qui alios allegat, & benè pro his facit, quod tradit Nauarr. in Repetir. cap. nouit. notab. 6. ex numer. 20. de iudic.

Vnde forſan verus intellectus ad dict. cap. Per veſtras, aſsignari poteſt, ſi dicamus, quod ille H. non poterat conuenire dictum R. coram Iudice ſeculari, cum iam ab ipſo, hoc eſt, à conſulibus Ciuitatis Genuæ pronunciatum extitiſſet, in dicta cauſa, contra dictum H. Vnde cum non poſſet ille habere recurſum ad dictos Conſules; cum iam functi fuiſſent ſuo officio, merito fuit agitata cauſa coram Iudice Eccleſiaſtico. Qui intellectus etiam adaptari poteſt ad text. in cap. ex literis de pignor. ſupra allegatum, cum eadem ratio militet in eo textu, vel ſi placet reſponderi etiam poteſt, ad dictum cap. Per veſtras, quod ille magiſter R. quia erat laicus, tam ipſe, quam ille H. actor poterat opponere exceptionem in competentia iuriſdictionis, & quia non oppoſuit, valuit iudicium agitatum coram dictis Iudicibus delegatis.

15 Tertium etiam argumentum nō obſtat, quia tunc demum cauſa dotis, & alimentorum dicitur pia, quando datur perſonę pauperi: ſecus vero, ſi propter debitum, vel amicitiam diuiti aſsignetur, vt tradunt Alexander

xander in l.Si conſtante,numer.18.ff.ſolut. matrim. & in addition.ad Bartol.in l.Cum his qui, §.ſi mulier, in lit.K. vbi etiam Iaſſ. num.1. poſt medium, ff.de condict.in deb. Boer.deciſ.94. Deci.conſil.72.numer.3. & conſil.120.num.4. Tiraquel. in præfation. piæ cauſ.numer.21.& 23.Aufred.ad Capel. Tholoſ.deciſ.215. in princip. Palat.Rub.in Repetit.cap.Per veſtras,in 2.notab.numet. 20. Guillerm.Benedict. in cap. Raynutius, 2.part.verb.& ſoboles quam,numer.5. Anton.Cordub. de Lara, in l.Si quis à liberis, §.vtrum, ex numer. 2. & in §.ſi vel parens, numer.14. non ergo dotis, ſed paupertatis fauore, cauſa dotis deferri poteſt ad Eccleſiam, & tuncquidem fieri debet pacto, & modo, quibus ſupra dictum eſt. Non enim quilibet pauper poreſt recurrere ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſed ſolum, quoties coram ſeculari Iuſtitiam conſequi non poteſt. Vt in ſolutione ſecundi argumenti dicitur.

Quartum argumentum non itidem obſtat. Reſpondetur ſiquidem fatendo, benè verum eſſe, conſuetudinem tribuere poſſe iuriſdictionem Iudici Eccleſiaſtico, etiam aduerſus laicos,vt ibi dicitur,in hoc tamen caſu, nunquam fuit adquiſita, quia Iudex Eccleſiaſticus Cæſaraugustanus, vt dicitur in dicto argumento,cognoſcit de cauſa dotis inter laicos non reclamantes, ſed conſentientes ſententiæ ab eo prolatæ; ex quo quidem nulla adquiritur iuriſdictio aduerſus alios laicos reclamantes,nec acquieſcentes ſententiæ latæ aduerſus eos. Quodquidem quotidie in appellationibus euenire contingit; quamuis enim mille rei non appellent à ſententia alicuius Iudicis, ſed ei pareant, non propterea Iudex ille poterit prætendere eſſe in vſu, & conſuetudine, vt quis non poſſit appellare à ſententiis ab eo prolata. Pro quibus faciunt plura, quæ cumulant Doctores dicentes,quod conſuetudo non debet probari generaliter, ſed ſpecialiter, in eo caſu, de quo agitur, vt optime probat Crauet.conſil.96.num.4. & latè conſil.197.ex numer.12. & conſil. 322.pro genero,num.487.Roland.conſil.80.volum. 1.ex num.10.& conſil.53.volum.2. ex num. 39.Menoc.conſil.75.num.73.Rip.Reſponſ. 25.ex num.15.2.parte.

16 Nec obſtant quæ dicuntur, quod non requiratur, conſuetudinem eſſe obtentam in cōtradictorio iudicio; quia vt probat Maſcard.in allegata concl.427.nu.4. id tantum verum intelligitur in actibus extraiudicalibus,ſecus in iudicialibus,in quibus omnino requiritur,quod ſit obtenta conſuetudo in contradictorio iudicio, vt ex Viuio,& aliis ibidē probat,cui mirè conueniunt,quæ ſubtiliter tradit Humad.in l.5.titul.2.par.2. in gloſſ.7.num.3. Didac. Perez lib.8.tit.5.l.1. pag.178.colum.2.in princip.eaſquè non refero,cum volentibus ea legere, facilitas adſit,& ne ab inſtituto diſcedam.

17 Nec ſimiliter obſtant, quæ allegantur ex Auendan.de exeq.mand.1.part.cap.8.num. 3.ſcientiam videlicet Principis, non requiri in introducenda cōſuetudine, nam quam uis dictus Auendan. ſit vir doctiſsimus, vt teſtatur Couarruuias in Pract.capit.9.num. 4.& in cap.32.numer.1.Burg.de Paz in l. 3. Tau.numer.486. & numer.1006. Padill.in l.tranſigere,C.de tranſact.numer.41. Didacus Perez libr.3.ordinam.titul.16.in l.2.columna 1284.cauendum tamen eſt ab eo,circa ea quæ dicit in dict.cap.8.aduertit namquè ibidem eius additionator Alphonſ.Remirez de Prado,& in hoc,quod dicit in dicto numer. 3. quod non requiritur ſcientia Principis in introducenda conſuetudine aduerſus ſuam Regiam iuriſdictionem,reprehenditur à Ioan.Gutierrez lib.1.Pract.quæſtione 85.ex numer.2.& ab Humad.in l.12. titul.1.part.1.in gloſſ.1.numer.12.Mier.de Primogen.1.part.quæſt.62.numer.13.& ibi aduertit dictum Auendañum ſibi eſſe contrarium,in cap.19. ex numer.2. in fine,& in Dictionat.in verb.*Coſtumbre*, in princ. Quibus in locis expreſſe dicit,in iuriſdictionalibus requiri ſcientiam Principis,quod certè magis verum, & receptum à Doctoribus eſt,vt colligitur ex Iaſſ.in l.Barbarius,num. 52.in fin.ff. de offic.Prætor.Couarruuias in regul.poſſeſſor in init.2.par.num.8 Belluga in Specul.Princip.Rubr.22. §.& quia quotidiana,numer.63.Abb.in cap.Cum Eccleſia ſutrina numer.25.& Ripa numer.64.de cauſ.poſſeſſ. & propriet.Crauet.conſil.134. num.14.Ioan.Gratiao.regul.370. ex princ. Pariſs.conſil.112. lib.1.numer.46. Roland. conſil.59.volum.4.ex numer.23.Hieronym. Portoles in dict. §. preſcriptio, ex num.51. Maſcard.ſupra ex numer.42.& Tiraquel.de nobilit.cap.14.num.1.& 2. Iacob.Menoch. conſ.147.nu.55.Maſcard.lib.3.conclu.1215. ex num.38.Molin.de Primogen.lib.2.cap.6. num.23. Azeued.lib.4.titul.1.l.14. ex nu.8. latè

lare Crauet. de antiquit.4. par.§. abſolutio differentijs,ex num.14. Portoles in §. præſcriptio, ex nu.46.per text. Bartol.& glo.in l.2.C.de ſeruitut. & aqua , & per rationes, quas pulchre congerit Palac. Rub.in Repet. cap.notab.2.in §.vltim, incipien.ſed eſt pulchra dubitatio ex num.34.vſq; ad num.40. & Portoles ſupra num. 48. niſi ageretur de præſcriptione,vel conſuetudine tanti temporis, cuius initij memoria in contrarium non extaret , cum iſta habeat vim tituli.Gabriel lib. 5. commun. conclu. de præſcript. concl. 1. Auendan.reſponſ. 16. Hippol. de Marſil.ſing. 80.DD.in cap.duo ſimul.de offic.ordin. Panormit.conſ. 94.lib. 1. vt poſt alios aduertit Belluga ſupra , Molin. ſupra
81 num.15.Roland.conſ.59.vol.4.ex num. 23. Portoles in d.§.præſcriptio.ex nu.51. Maſcard.ſupra ex num. 42. & Alexand.conſ. 6. vol.1.num.4. vbi additio in litera B. vol. 1. com.opin.pag.165.verſ.Nota quod præſcribens, Gabriel.lib.5.com. titul. de præſcrip. concl.1.num.59.optime Deci.conſ.85.n.2. quos ſequitur Balb.de præſcrip.3.par.quæſ. 6.num.22. Tiraquel. de nobilitate cap. 14. num. 4.quod certe non fuit probatum in caſu noſtro,in quo iudex Eccleſiaſticus Cæſaraugustan.nunquam præſcripſit talem iuriſdictionem cõtra dominum Regem ; imo vt conſtitit ex meritis proceſſus, aliquando formata competentia in cauſa ſimili inter iudicem Eccleſiaſticum & ſecularem , per dominum Cancellarium iudicem competentiæ iuriſdictionum huius Regni, fuit declaratum,& pronuntiatum in fauorem iudicis ſecularis , inhibituſquè Eccleſiaſticus tanquam iudex incompetens , ne de cauſa dotis principaliter intentata inter laicos procederet, prout etiam extitit pronuntiatum in hac cauſa me exiſtẽte iudice,& Cancellario extraordinario iſtius competentiæ, præhabito ad id conſilio doctiſsimorum Iuriſconſultorum , pro parte Regiæ , & Eccleſiaſticæ iuriſdictionis.

QVÆSTIO XXXVIII.

An licentia conceſſa à Sũmo Pontifice,vel ab Epiſcopo ſubdito ſuo,vt valeat à quocunquè Epiſcopo recipere ſacros ordines,expiret morte ipſius concedentis? Examinantur etiã caſus,in quibus alienus Epiſcopus, ad ſacros ordines promouere poteſt ſubditos alteri⁹ Epiſcopatus,abſq; proprij Epiſcopi licentia.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum expirat morte mandantis , & num. 18.*

2 *Gratia conceſſa ad beneplacitum ipſius concedentis,expirat per mortem illius,& nu.18.*

3 *Facultas teſtandi,conceſſa Epiſcopo à Romano Pontifice , morte ipſius concedentis expirat , re integra, ſecundum aliquos.*

4 *Nullus poteſt promoueri ad ſacros ordines,niſi à proprio Epiſcopo,vel alio,de ipſius Epiſcopi, vel Pontificis licentia.*

5 *Licentia conceſſa ab Epiſcopo ſubdito ſuo,vt valeat recipere ordines à quocunque Epiſcopo,non expirat morte ipſius concedentis , ſecundum veriorem ſententiam,& num.18.*

6 *Literæ dimiſſoriales conceſſæ à Capitulo,effectũ ſortiuntur finita capitulari poteſtate.*

7 *Ordinatus ſine literis dimiſſorijs proprij Epiſcopi,aut extra tempora, aut ante legitimam ætatem,aut ab alieno Epiſcopo ſine dictis literis, ipſo iure eſt ſuſpenſus,& ſi celebrauerit, eſt irregularis.*

8 *Extrauagans Pij ſecundi incipiens, Cum ad ſacrorum ordinum, à varijs Summis Pontificibus eſt confirmata,& eſt in vſu,quidquid dicat Llamas,& de intellectu dictæ extrauag.nu.16.*

9 *Pœnæ ſtatutæ contra Clericos , male promotos ad ordines maiores,extenduntur ad minores ordines,per conſtitutionem Sixti Quinti.*

10 *Pœna ſuſpenſionis impoſita per dictam extrauagantem,in Concilio Tridentino eſt moderata, in ſeſſ.*

in ſeſſ. 23. de reformat. cap. 8. nam poteſt eam tollere Epiſcopus.

11 *Suſpenſus, ſi celebrat ignoranter, non efficitur irregularis ſecundum Couarr. & alios, contrarium tamen verius eſt iudicio auctoris.*

12 *Diſpoſitio puniens aliquid præſumentem, non comprehendit eum, qui id bona fide, ignoranter, aut imprudenter, ſeu inaduertenter facit.*

13 *Promoto ad ordines non decet ignorare, quod communiter omnes ſui ordinis ſciunt.*

14 *Scire tenētur omnes, quæ ad ſuum ſtatum pertinent.*

15 *Ignorantia, & bona fides, prodeſt celebranti, habita qualitate perſonæ, vt facilius diſpenſetur.*

16 *Irregularis, quia celebrauit, cum eſſet ſuſpenſus, non poteſt abſolui ab irregularitate virtute Bullæ, & Iobelei contra Sot. & Medinam.*

17 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate occulta, contracta á male promoto per celebrationem, ſecundum aliquos, contrarium tamen verius eſt iudicio auctoris.*

18 *Gratia à Principe conceſſa, non finitur morte concedentis; etiam re integra, cum limitatione.*

19 *Gratia Principis, etiam ſi in vita illius non fuerit reducta ad vſum, manet.*

20 *Diſpenſationes, quæ à ſede Apoſtolica emanāt, committuntur in partibus ordinarijs, vt verificetur cauſa diſpenſationis.*

21 *Licentia ab Epiſcopo conceſſa beneficiato, de nō reſidendo, vt literis vacare poſſit, non expirat per mortem concedentis.*

22 *Licentia eligendi confeſſorem, non expirat morte illam concedentis: nec ſimiliter expirant Indulgentiæ, vel licentia condendi teſtamentum, & num. 25.*

23 *Odioſum reſtringitur, & fauorabile ampliatur.*

24 *Socini ſententia reprehenditur.*

25 *Gratia Papæ, antequam fiat ſcriptura, nec Bulla de ea, non expirat, licet Papa moriatur.*

26 *Intellectus ad glo. in verb. ſeptennium, cap. cum ex eo. de elect. in 6.*

27 *Iuriſdictio actualis non requiritur in Epiſcopo, tempore quo aliquis promouetur, cum ipſius licentia.*

28 *Ratione domicilij, & ratione beneficij, poteſt quis ordinari ab alieno Epiſcopo, ſine literis dimiſſorijs originarij Epiſcopi.*

29 *Per triennium inſeruiens Epiſcopo, etiam extraneo, poteſt ordinari ab illo, ſine originarij Epiſcopi literis; dummodo cum ordinibus ſimul beneficium conferatur.*

30 *Intellectus cap. 9. ſeſſ. 23. Concil. Triden. de Reformat.*

31 *Quare Concilium requirat in familiari, triennium, & beneficium.*

32 *Epiſcopus non ſubdito poteſt conferre ordines, abſque literis dimiſſorijs, quando proprius Epiſcopus eſſet per longum tempus ſuſpenſus, ex eo quod alienos ordinauit.*

33 *Monachus exemptus à iuriſdictione Ordinarij, ab Epiſcopo eiuſdem Diœceſis poteſt promoueri ad ordines maiores, abſque literis dimiſſorijs ſui ſuperioris.*

34 *Abbas poteſt concedere literas dimiſſorias regularibus ſibi ſubditis, etiam ad maiores ordines ſuſcipiendos.*

35 *Prælatus ſuperior regularis, dicitur habere iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

36 *Clericus promoueri poteſt ad Sacerdotium, cum literis dimiſſorijs Legati de latere.*

37 *Alienus Epiſcopus, ſibi non ſubdito poteſt conferre ordines, abſque literis dimiſſorijs, cum ſpe ratihabitionis proprij Epiſcopi, ſecundum aliquos; contrarium tamen verius eſſe, cenſet auctor.*

38 *Excommunicatio lata in non ſubditum, non valet, quamuis poſtea rata habeatur à proprio iudice.*

39 *Matrimonium celebratū coram alieno parocho non valet, licet poſtea habeatur licentia proprij parochi.*

PRIMO, in hac quæſtione videtur dicendum, dictam gratiam finiri, & extingui morte
1 ipſius cōcedentis, cum regulatiter verum ſit, morte mandantis expirare mandatum, & voluntatem alicuius, l. mandatum, C. mand. cap. ſi gratioſæ de reſcript. in 6. & tradit Hippol. Marſil. in ſing. 44. Guid. Pap. quæſt. 119. & quos congerit Alphan. in num. 205. optime Gigas de penſ. quæſt. 91. ex princ. Couarr. in pract. quæſt. cap. 11. num. 2. latiſſime quamplures declarationes ad id ſubiūgens, trad. Menoch. lib. 2. præſumpt. 36. ex num. 28. Vnde cum morte concedentis extincta ſit eius voluntas, fatendum eſt, etiam expirare licentiam, & gratiam ab eo conceſſam; cum non dicatur quis habere voluntatem alicuius poſt eius mortem, cum voluntas morte ceſſet. l. 4. ff. locati, morſq. omnia ſoluat, §. deinceps, in Auth. de nuptijs,
2 collat. 4. Sicuti etiam per mortem, extinguitur gratia conceſſa ad beneplacitum ipſius

Digitized by Google

ſius concedentis, Aluar. Balaſc. de iur. em-
phyt. quęſt. 34. num. 4. Molin. de primog.
lib. 1. cap. 25. ex num. 4. Molin. de iuſt. & iur.
tract. 2. diſput. 298. verſ. Longe vero, colu.
302. vt plura allegando trad. Hojed. de be-
nef. 1. par. cap. 14. num. 11. & prob. in l. 4. ff.
locati & in d. cap. ſi gratioſæ; quo in loco ele
ganter diſtinguitur voluntas hominis, eam
voluntatem obtinentis à voluntate Sedis
Apoſtolicæ, & ſic dignitatis, vt priori caſu
morte finiatur ipſa conceſsio, poſteriori ve
ro, adhuc mortuo concedẽte, vim integram
habeat; dum à ſucceſſore minime fuerit re
uocata, arg. cap. quoniam Abbas de offi. de-
leg. & tradit Couarr. lib. 3. var. cap. 15. nu. 2.
Cauall. Milleloq. 995. Balaſ. vbi ſupra. nu-
mer. 5. Molin. in dicta colum. 302. & 303.
& proſequitur Carol. Tapia in l. fin. ff. de
conſtit. princ. 2. par. cap. 3. ex num. 6. &
10. & hinc quidem videtur (quod cum hu-
iuſmodi licentiæ ad promouendum, conce-
dantur à Pontifice Maximo, vel ab Epiſco-
po proprio, eius nomine expreſſo, & appo-
ſito in literis dimiſſorijs) dictam gratiam fi
niri obitu concedentis.

3 Secundo facit, quia ſicut facultas, & li-
centia teſtandi conceſſa Epiſcopo, à Ro-
mano Pontifice, morte ipſius concedentis
expirat, re integra, vt defendit Mar. Soc.
Iun. in conſ. 89. ex num. 34. libr. 1. dicens,
non eſſe inconueniens limitari hoc caſu,
tex. in cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in
6. quia cum hic actus odioſus ſit, ideo extin
guitur morte ipſius concedentis; ex gloſ.
communiter recepta, in cap. à nobis. El 1. de
ſenten. excomm. Pro qua opinione Socin. li-
cet Sarmient. de reddit. Eccl. 4. par. cap. 4.
num. 2. & Lancelot. Gallia. in conſuet. Ale-
xan. in gloſ. non poſsit. quæſt. 3. num. 30. &
Paulus Granuc. in theorem. 13. ex num. 1.
allegent Couarr. in cap. cum in officijs, de
teſtam num. 8. eumq. reprehendant, meo ta
men iudicio, immerito, cum contrariã opi-
nionem tueatur Couar. in verbis finalibus,
dict. num. 8. vbi de dicta opinione Socini,
verba faciens, ait ſic; non auderem eius opi-
nionem in conſulendo, nec in iudicando ſe-
qui. Quid ergo clarius potuerit illam repro
bare? videat lector. Eam tamen opinionem
Socini. ſequitur Pelaez de Maior. 4. par. q.
10. num. 9. Pari igitur ratione, ſicut extin-
guitur licentia teſtandi obitu concedentis,
videtur, quod finiri debet licentia ad pro-
mouendum conceſſa, ſaltem re integra exi-
ſtente; vt exiſtimauit Rebuf. in prax. benef.
1. par. tit. de form. lit. dimiſ. num. 42. quia vt
ipſe dicit, inferreretur iniuria nouo Epiſco
po, ſi ſuus ſubditus promoueretur ſine vo-
luntate eius, per cap. nullus & cap. vltim. de
temp. Ordin. in 6. & poſſet capitulum, ſede
vacante, ex gratia omnibus concedere (etiã
inhabilibus) literas dimiſſorias; quod eſſet
graue Epiſcopo, hos inutiles, poſt ea per-
mittere in ſuo Epiſcopatu celebrare; ideo
aduertit idem Rebuf. cautius eſſe habere
voluntatem noui Epiſcopi, poſt quam quis
ſciuerit mortuum eſſe eum, qui dictas lite-
ras conceſſerit.

4 Tertio facit, quia nullus poteſt promoue
ri ad ſacros ordines, niſi à proprio Epiſco-
po, vel alio, de ipſius Pontificis, vel Epiſco-
pi licentia. cap. 2. cap. cum nullus de tempor.
ordin. in 6. cap. quod autẽ. 9. queſt. 2. & quæ
allegant Roland. conſ. 4. vol. 1. ex num. 18.
Maiol. lib. 4. cap. 5. cap. 2. & cap. 20. ex princ.
Henriq. lib. 10. tit. de ſacram. ordin. cap. 21.
num. 4. Rodrig. in ſum. 2. part. cap. 14. nu. 1.
& probat Cuchus lib. 1. Inſt. tit. 4. §. 1. Graff.
lib. 3. cap. 2. num. 15. Conc. Trid. ſeſſ. 23. de
refor. cap. 8. vbi aliter ordinatus, à ſuſcepto
rum ordinum executione, quandiu pro-
prio Ordinario videbitur expedire puni-
tur; ſed Ordinarius, ſeu Epiſcopus illius, qui
modo ſuſcipit ordines ſacros, non dicitur
ille, qui iam diu fuit, ſed qui nunc præeſt,
cum ille modo nullam habeat iuriſdictio-
nem, quæ omnino requiritur, vt poſsit con-
cedere literas dimiſſorias; ex Maiol. lib. 4.
cap. 5. num. 2. Viuald. 3. par. cap. 8. num. 8.
Ergo ſine licencia iſtius, qui modo præeſt,
promoueri nequit, & per conſequens licen
tia obtenta ab eo, qui iam deſijt habere iu-
riſdictionem actualem, extincta dicetur,
nulliuſque erit roboris, ac momenti.

5 Contrariam tamen opinionem veriorẽ,
& tenendã eſſe exiſtimo, prout eam in ſpe-
cie defendit, Roland. conſ. 38. volu. 3. nu. 5.
aſſerens, huiuſmodi licentiam non expirare
per mortem Epiſcopi; conceſſa namque ſe-
mel gratia reuerendarum, non expirat re
etiam integra, per mortem, aut finitam con
cedentis poteſtatem. Et idem ſimiliter fa-
tentur Didac. Perez lib. 2. tit. 2. l. 2. in gloſ.
Sean firmes, pag. 199. & in lib. 3. tit. 12. l. 6.
pag. 702. verſ. item etiam licentia. Gutierr.
lib. 2. Can. quæſt cap. 17. nu. 9. verſ. & in ter-
minis, & in pract. lib. 2. queſt. 75. nu. 5. Ro-
drig. in ſum. 2. par. cap. 14. num. 5. Graf. lib. 3.

cap.2.num.16. verſ. an vero licentia, Henriq.lib.7.tit.de Indulgen. cap.21. numer.6. Silueſt.in ſum.verb.Gratia, num.3. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz in prax. cap.26. pag.mihi 94. verſ. poſtquam vero, Nauar. in lib.1.tit.11.de temp.ordin. conſ.48. pag. 642.& in §.in Leuitico, ſub cap. ſi quis, de pęnit diſt.1.num.26.& in cap.placuit de pœnit.diſt.6.num.35.& num.163.Morla 1.par. tit.2. in princ.num.108.verſ.tertio deducitur,fol.79. Thom. Zerola in prax. Epiſc. 1. par.§.dimiſſorię ad ordines, verſ. ad nonũ, fol.59.Nauarr.in Apologia de reddit. Eccleſiaſt.q.3.monito.8. num.2. verſ. quinto, Henrriq.lib,10.tit.de ſacram.ordin.cap.22. in fin. qui omnes intrepidi dictam opinionem ſequuntur.
6 Ex eademquè ratione, idẽ videtur aſſeuerandum, dimiſſorijs literis à Capitulo conceſsis ſede vacante, in caſibus in quibus ei permittitur illas concedere; vt expreſſe annotarunt Salced. & Rodrig. vbi ſupra,& Gutierrez num.2. & num. 12. Ledeſma in ſum.de ſacram.ordin. cap.8. verſ. Quarta concluſió; videlicet,quando Epiſcopus ſedis vltrà annum vacauerit, & quando quis ratione obtenti, vel obtinendi beneficij, arctatus ſit ad ſacros ordines ſuſcipiendos. Vt colligitur ex Concil. Trident. ſeſſ. 10. cap.7.de Reformat.His enim caſibus dictę literæ dimiſſoriæ conceſſæ à Capitulo, effectum etiam ſortiuntur, finita Capituli poteſtate,per rationes, quę inferius adducuntur.

Quæſtio iſta,ſatis frequens, & quotidiana
7 eſt, & vtilis certe ipſius indagatio, propter graues pænas, quibus à iure punitur ordinatus ſine literis dimiſſorijs proprij Epiſcopi,vt ex dicẽdis ſatis apparebit. Inſpecto namquè iure antiquo, ordinatus maioribus ordinibus, extra tempora à iure ſtatuta,aut ante legitimam ętatem,aut ab alieno Epiſcopo,abſq. literis dimiſſorijs, quas reuerendas vocamus, ſuſpenſus eſt ab ordinibus ipſo iure,ac ſi in illo ordine miniſtrare præſumpſerit, irregularitatem contrahit. In qua, ſolus Romanus Pontifex diſpenſare poterat, vt habetur in extrauag. Pij Secundi, cuius initium eſt: Cum ad ſacrorũ ordinum,quam referunt, Rebuf. in prax.benef. 2. par.tit. de Cler. ad ſacr. ordin. malè promot. in gloſ.4. pag. 439. Paul. Fuſc. de Viſitat.lib.2. cap.28. num. 36. Petrus Bollo in œconomica Canonica,1.claſſe,cap.2.§.7. pag.49. Bernard. Diaz in prax. Canon. cap.
8 26.ex num.2.& ibi Salced.in addit.in litera E.pag.97. aſſerunt, prędictam extrauagantem pluries fuiſſe renouatam per diuerſos Pontifices,& pręſertim, per Pium Quintũ, & Greg. Decimumtertium,& Sixtum Quintum. Et idem atteſtatur Franciſc. Viuius in lib. 2. commun. opin. 202. ad fin. Villadiego de irregularit.cap.3.de ſuſpenſ. num. 13.& ibi addit.Silueſt.in ſum.verb. irregularitas,quęſt.10. Viuald.in Candelab. Eccl. 1.par.tit.de ſacram.ordin.num. 37. Nauar. in manual.cap.25. nu. 70. Gutierrez lib.1. Can.quæſt.cap.16.ex num.20. Maiol.de Irregular.lib.3. cap. 24. num. 10. Cordou. in quæſt.144.verſ.*Mas porque el Papa*, fol.426. Iacob. de Graffis,lib.4.cap.27. nu.20. verſ. nonus,Couarr.in Clem.1. 1.par. §.1. num. 4. Quod omnino notandum eſt, aduerſus ea quę ſcribit Hieronymus Llamas in 1. p. methodi, cap.11.§.12. ex pag. 176. exiſtimans, huiuſmodi extrauagantes minime reperiri,nec eſſe vſu receptas.

9 Animaduerſione tamen dignum eſt, hodie per conſtitutionem Sixti Quinti, contra Clericos male promotos, prędictas pænas olim ſtatutas, aduerſus promotos ad ordines maiores,extẽdi etiam ad minores ordines,vt in vtroque caſu maneant ipſo iure ſuſpẽſi,qui eos ſuſceperint ſine dimiſſorijs, ante legitimam ętatem, vel extra tempora, quantum ad ordinatum, ſine literis dimiſſorijs ſui ordinarij,rigor ille extrauag. Pij Secundi, vt ſcilicet remaneret ordinatus ipſo iure perpetuo ſuſpenſus,tẽperatur per Concil. Triden.in ſeſſ.23.de Reforma. cap 8.vbi habetur, vt ordinans à collatione ordinum per annum,ordinatus vero, à ſuſceptorum ordinum executione, quandiu proprio ordinario videbitur expedire,ſit ſuſpenſus: & notant etiam Thom.Zerola in prax. 1. par. §. dimiſſorię in princ. Ledeſma in ſum. tit. de ſacram.ordin.cap. 8. verſ. *Septima concluſion*, Gutierrez lib.1.Can. quæſt. cap.26.nu. 24. Poterit igitur proprius Epiſcopus, quã
10 do ſibi viſum fuerit, tollere hanc ſuſpenſionem; interim vero, quod non tollitur, ſi ſic ſuſpenſus Sacerdos celebrat, & Diaconus, vel Subdiaconus, tanquam talis,in Eccleſia ſoleniter miniſtrauerit, irregularis erit, per ſupradicta, & tradunt Gutierrez in dicto cap.26.ex num.32. Rodrig. in ſum. 2.p. cap.14.num.12. Viuald.in Candelab. Eccl. 1.par.tit.de ſacram.ordin.num.14. verſ.vndecima,& in num. 37. Nauarr. lib.1. tit.de

temp.

temp.ordin.conſ.24. num.4.& conſ. 29. in
fin.verb.Graffis lib.4.cap.25.num.18.Lop.
Inſtr.conſc.2.par. cap.29. de Irregularitate
circa ordines,pag.1001.verſ. deniquè,& in
verſ.preterea quia Petrus, in ea pag. 49. in
addit.margin. in litera D. Salced. in prax.
cap.26. in litera E.verſ.quarto nec,pag.98.
Lud. Beja. caſ. 34. Lel. Zech. de caſ.reſeru.
caſ.1.num.19.verſ.quarto clericus, Cordu.
11 in dict.caſ.144. Et quamuis Couarr. vbi ſu-
pra teneat,quod fortaſsis non ſit cenſendus
irregularis ſic ordinatus,qui ante diſpenſa-
tionem celebrauerit, ſicutti etiam cenſet
Nauarr. in repet.cap.accepta,de reſti. ſpol.
opposit.8.num.34.& in Man.cap. 27. num.
155.& 156.modo id factum fuerit proba-
bili ignorantia, atq. ita ipſi præcitatam ex-
trauag. Pij Secundi interpretantur; Quorũ
grauiſsimorum Doctorum opinionem ſe-
quuntur etiam Salzed.in d.cap. 26. verſ. ſe-
cundo is qui,pag.97.Felician.de cenſur.tit.
de ſuſpenſione cap.14.verſ.circa quam con-
ſtitutionem,pag. 255. Graſſis lib.4.cap.27.
num.21.Lud. Beja caſ. 34. Pro qua opinio-
ne communiter allegari ſolet. gloſ. in verb.
in officijs,in cap.ſolet,de ſenten.excommu.
in 6. Vbi ſecurus videtur celebrare ſacer-
dos ille,qui confidens, ſuam appellationem
recte, & juridice fuiſſe interpoſitam, cele-
brat poſt excommunicationem; pro qua
gloſ.multa adduxi in 2.par.Collect.25.n.6.
bene etiam facit pro ſupradicta opinione,
ponderatio verborum dictæ conſtitutionis
Pij Secundi, ibi; miniſtrare præſumpſerit;
12 diſpoſitio namq. puniens aliquid præſumē-
tem, non comprehendit eum, qui id bona
fide,ignoranter,aut imprudenter, ſiue inad
uertenter facit,vt in proprijs terminis pro-
bat Nauarr.in dicta oppoſitione.8.num.33.
& in extrauag.de dat.& promiſ.num.35.in
verſ.audeat,ſiue præſumat,& in cap.ſtatui-
mus 19.quæſt.3.num.62.in fi. verſ. Nota ſe-
ptimo,& in Man.Lat.cap.27.num.155.in fi.
Idem Nauar. lib.1.de temp. Ordin.conſ.9.
& optime in conſ. 50. pag. 642. Cardin. in
Clem.Religioſi de priuileg.num.22. Salze.
ad Diaz cap.26.in lit. A. verſ. primo quod,
pag.97. Auend. de exeq. Mand.1.p.cap.4.
num.38. verſ. verum ſicut pœnæ. Vnde vide
tur dicendum,quod promotus ad maiores
ordines,ſine literis dimiſſorijs Epiſcopi, ſi
inaduertenter,aut animi ſimplicitate, & ſi-
ne dolo,& malitia celebret,& miniſtret,nō
erit irregularis,nec puniri debet pœnis cō-
ſtitutionis Pij Secundi,& Pij Quinti,de qua
in lib. ſanct. ſanctione, 22. fol. mihi 14. &
Greg. XIII. in Bulla quadam conceſſa Re-
uerendiſſ. Cardinali Borromeo, quę habe-
tur in fin.Concil. 3. Mediolan. quæ incipit,
Cunctis. Quæ quidem interpretatio,ſecun-
dum ſupradictos Doctores videtur ſingu-
laris,pro declaratione dictorum iurium.

13 Nihilominus prædicta Doctorum opi-
nio ſcrupuloſa mihi videtur, cum non de-
ceat eo ſic promoto ignorare, quod com-
muniter omnes ſui ordinis ſciunt, vt anno-
tauit Paul.Fuſc.lib.2.cap.28.num.37.in fin.
& benefaciunt tradita per Ioan. Rojas, ſin-
gul.95.in fin. dicens, eſſe maiorem culpam
huius ignorantiæ horum, qui ex officio, vel
profeſsione id tenentur ſcire. Ad quod etiã
conducunt,tradita per D.Thom.1.2. quęſt.
76.art. 2. aſſerentem, quod omnes tenen-
tur ſcire ea, quę ad ſuum ſtatum pertinent.
14 De quo etiam, Caſtr. de leg. pæn.lib.2.cap.
14.colu. 1885. & ignorantia iuris poſitiui
non excuſat Sacerdotes, qui debent eſſe pe
riti,ex Villadiego de Irregular. pagin. mihi
182.quia dicitur ignorantia craſſa, & ſupi-
na,quæ ſufficit, vt celebrans ſit irregularis:
vt optime Rodrig.1.par.ſum. cap. 168. nu.
15. & faciunt quæ tradit idem Rodrig. in
2.par.cap.14. num.14. verſ. *Y en eſta irregula-
ridad*. Et idem eſt,quando ignorantia verſa-
tur in extrauaganti multum nota, & à tot,
ac tantis Pontificibus confirmata, & quæ
quotidie in ore omnium vertitur,vt eſt iſta,
de qua loquimur, quę profecto omnino
obligat,& ita ignorantia ipſis videtur craſ-
ſa,& non excuſat à pęna ipſius,arg. eorum,
quæ not.Felin.in cap.1.num.12. verſ. ſecun-
dus caſus, de ſentent.& re iud. Abb.in cap.
Paſtoralis,de fide inſtrum.Graffis lib.4.cap.
9. num.25.Andr. Gambar. de offic. & pot.
Leg. delat. lib.2.ex num.394. & omnium la
tiſsime eruditiſsimus Franciſ.Pegna, in qua
dam diſputatione inſerta in fine Directorij,
de robore, & vtilitate extrauag. poteſtquè
dici aduerſus peccantes in eam illud, ſi cęci
15 peccaſtis, cæci ibitis ad inferos. Crederem
tamen dictam ignorantiam,& bonam fidē,
prodeſſe ſic celebranti, habita qualitate per
ſonæ, vt facilius diſpenſetur, vt ſic libere-
tur à tanto,licet non à toto, vt tradit Paul.
Fuſc. vbi ſupra. Quę conſideratione digna
ſunt,aduerſus ea quæ tradit Rodrig.in ſum.
1.par.cap.165.num.2. verſ. *Y acerca*, & ad-
uerſus quæ ex Couarr.& alijs relata ſunt ſu-
perius.

petius. Quæ omnia ſatis exacte confirmantur, ex dicta extrauag. Sixti Quinti, aduerſus Clericos male promotos definita, qua deciſum eſt, vt ad ordines minores, vel ad ſacros male promotos, ſiue id ſcienter, ſiue ignoranter factum ſit, niſi debita diligenria adhibira, iuſtus error, & probabilis facti ignorantia eos excuſet, ab ordinum executione ſuſpenſos eſſe.

16 Nec ſimiliter confeſſor electus virtute Bullæ Cruciatæ, vel alicuius Iobęlei, vel Priuilegij, porerit abſoluere ſic promotum, à ſupradicta irregularitate; vt conrra Sot. in 4. diſt.22. quæſt.3. art.1. aſſerentem virtute facultatis abſoluendæ à cenſuris, conceſſæ in dicta Bulla, poſſe irregularem abſolui ab irregularitate contracta ex peccato, cum ea irregulariras ſit cenſura; & aduerſus etiam Medin. in lib.1. inſtruct. de Confeſſ. cap.11. §.9. verſ. *Para mas claro*, ſemper vt verius exiſtimaui, per ea, quæ per rex. in cap. Quęrenti, de verb. ſign. annotaui. in quęſt. Vtrũ virtute Bullę Cruciatæ, vel Iobælei poſsit confeſſarius abſoluere, &c. & tradunt ita expreſſe Rodrig. in ſum. in 1. par. cap. 165. num.3. & in 2. par. cap.14. num.12. in fin. Nauarr. lib.1. de temp. ordin. conſ.34. num.2. Cordou. de caſ. de conſcien. quęſt.144. verſ. *Alſegundo punto*. Idquè expreſſe deciditur in Mot. propr. Sixti Quinti, aduerſus Clericos male promotos.

17 Et quamuis ſint, qui aſſerant hodie poſſe quem diſpenſari per Epiſcopum, ab huiuſmodi irregularitate contracta ex tali celebrarione, ſi delictum promotionis fuerit occultum, licet celebratio ſit publica, iux. deciſionem Concil. Trident. in ſeſſ.24. in decret. de Reformat. cap.6. & tradunt optime Graffis lib.4. cap.27. nu.28. Salced. in dict. pag 99. verſ. ſeptimo, Rodrig. in dict. nu.3. Beja caſ.34. ad finem, & quos refero in 3. p. Collect.4. num.2. Henrriq. lib.14. cap.6. num.6. verſ. qui etiam, Rodrig. in eod. nu. 12. & in numer.14. verſ. *Verdad es que agora*, Thom. Zerol. in prax. epiſc. 1. par. §. dimiſſoriç ad ordines, verſ. ad tertium fol.69. qui videndus omnino eſt, aduerſus Nauarr. cõſ. 51. de temp. ordin. num.3. exiſtimantem huiuſmodi diſpenſationem non ab Epiſcopo, ſed à Datario obtineri debere, cum non ex delicto occulto, ſed publico proueniat huiuſmodi irregularitas; quia ex lectura ipſarum dimiſſorialium patet publicitas. Contrarium tamen tuetur ipſe Zerola, per ratio-

nem quam ipſe refert. Ego tamen poſt deciſionem extrauag. Sixti Quinti aduerſ. clerie. male prom. vt verius exiſtimo, Epiſcopum minime poſſe abſoluere ab huiuſmodi irregularirate; cum ſublata ſit facultas ipſis Epiſcopis conceſſa à Concilio, vel prætexru quorumcumq. priuilegiorum, circa clericos male promotos.

18 Vlterius, pro ſupradictæ quęſtionis intelligentia præmittendum eſt, quod licet mãdatum de aliquid faciendo, morte mandantis expiret, iux. tex. in cap. gratum. Et in c. relatum de offi. deleg. & argumento corũ, quę ſuperius dicta ſunt in prima oppoſitione, gratia tamen conceſſa à Principe, non finitur morte concedentis, etiam re integra, ex cap. ſi cui de præb. in 6. & in cap. ſi ſuper graria, de offic. deleg. in 6. & tradunt Gabr. lib.6. com. tit. de pręb. concl.1. nu.1. Guido Pap. deciſ.491. Ripp. in rubr. de cõſtit. num.48. late Hojed. de benef. 1. p. cap. 14. num.10. Matien. lib.5. tir.7. l.2. gloſ.2. ex prin. & oprime annotauit Rebuf. in prax. 1. par. tit. de differenr. int. reſcr. gra. & iuſt. nu. 36. & 37. Roland. conſ.38. volu.3. ex nu.18. decet inquam, beneficium Principis eſſe manſurum, dict. cap. ſi cui nulla, & in Auth. de referend. ſacr. Palat. §. prętereà ibi, non vt quę ſunt auferamus eis conceſſa; nec enim hoc Imperialis maieſtatis proprium eſt, reg. decet. de reg. iur. in 6. Etiam ſi gratia non fuerit in vita concedentis reducta ad vſum, ex

19 Didac. Perez lib.3. tit.12. l.6. pag.701. verſ. quæro, 36. Ex ea quidem ratione, quia cum gratia iam ſit facta ex parte cõcedentis, nec ipſa dependet ex futuro euentu, nec Epiſcopo committitur ſubſtantia cauſæ, & an expediat, ſed ſolum, quod executioni eam mandet, ſic morte concedentis non finitur. Imo valida manet, & ne fruſtranea ſit, executor datus, mortuo qui eam conceſsit, poterit eam executioni mandare; vt optime annotarunt Couarr. in pract. cap.11. num.2. verſ. Nam ea deciſio. Henrriq. lib.7. tit. de Indulgen. cap.21. num.7. & ibi addit. in litera O. Hieronym. Paul. in pract. Cancel. fol. 37. verſ.2. & eandem rationem trad. Abb. in cap. fin. nu.9. de offic. leg. Silueſt. in ſum. verb. Gratia, num.3.

20 Hinc, inquit Maiol. lib.5. cap.51. num.6. quod hodie plereque diſpenſationes, quæ à ſede Apoſtolica emanant, cõmittuntur in partibus, ordinarijs, vt de veritate narratorum cognoſcatur; & an cauſa, ob quam diſ-

penſatio

penſatio conceditur ſit vera? iux.deciſionē Concil. Trident.ſeſſ.22. de Reformat. cap. 5. quo caſu etiam ſi Papa moriatur,re integra,commiſsio non expirat. Tabien. verb. Gratia.num.6.verſ.idem die.Et optime tradit Henrtiq.lib.14.cap.17.num.7.tit.de Irregularitate,& lib.7.tit.de Indulg. cap. 21. num.7. & per eandem rationem, notabiliter inferunt Didac.Perez vbi ſupra,& in eo lib.2.tit.2.l.2. in gloſ. *Sean firmes*, Salced. in eo verſ.poſtquam vero,pag.94.optime Nauarr.in dict.cap. Placnit,ex num.161. & in Apolog.de reddit.Eccle.quęſt.3.monito.8. ex nu.2.Roland.conſ.38.vol.3. ex nu.1. Iacob.de Graff.lib.4.cap.2.num.28.Henrriq. lib.7.tit.de Indulgent.cap. 21. num.5.& 6.

21 Qnod licentia, vel diſpenſatio beneficiato ab Epiſcopo conceſſa,de non reſidendo,vt literis vacare poſsit,non expirat per mortē concedentis, nec facultas cuipiam conceſſa de celebrando in domo ſua, morte concedentis extinguitur; facultaſq. eligendi con-

22 feſſarium, minime morte concedentls finitur,ſimiliterq. Indulgentias à Legaro, vel Epiſcopo conceſſas, ipſius legatione finita, vel mortuo Epiſcopo durare. Silueſt. verb. Indulgentia.num.16.& ibidem Ang.nu. 7. Soarez in 4.to.in 3.par.D. Thom.diſputat. 57. Sect. 2. pag. 1200. Nec itidem gratia Epiſcopo conceſſa,à Summo Pontifice, vt teſtamentum condere poſsit, ipſius Papæ morte expirat, vt infra dicetur. Nec etiam expirat delegatio,ſeu gratia breuium,morte concedentis; Henrriq.lib.13.de excommunic.cap.19.in fi. Gigas de penſion.q.91. ex num.2.verſ.contrariam tamen, nec Bulla Cruciatæ,cum ſit gratia,expirat morte Papæ concedentis. Henrriq. lib.7.tit. de Indulg.cap.21.num.4.ſicutti etiam Inquiſitorum officium,morte concedentis non expirat,re etiam integra, vt alios allegans, not. Rojas de Priuileg. Inquiſit.num. 436. Nec precarium conceſſum cum clauſula (donec reuocetur)finietur morte cōcedentis, quia reuocatio exigit contrariam voluntatem, quæ in mortuo non datur, vt tradit optime Balaſc.de iur.emphit.quæſt.34. ex nu.3. licet mors voluntatem extinguat.

His pręmiſsis,ad argumenta in oppoſitū

23 adducta facile reſpondetur, ad primū enim dicunt Doctores vbi ſupra, aliud eſſe in mādato de aliquid faciendo,aliud vero de gratia,licencia.& facultate cuipiam facta, illud enim eſt odioſum, & ſic limitatum producit effectum,ideſt,durante vita cōcedentis; iſtud vero eſt fauorabile, & ſic ampliatur, vt procedat etiam poſt ipſius mortem; vt vltra alios ſupra, tradit Abb.in cap. cum ad hoc, num.9. de Cler. non reſident. optime Graff.in eod.lib.4.cap.2.num. 28. in princ. Qua ratione ſatisfacit argumentis ex aduerſo adductis,cum enim gratia fuerit conceſſa à Principe,qui habuit poteſtatem eam cōcedendi, & plane ea perfecta ſit ex parte ipſius,in gratiam,& fauorē petentis,ita quod ex ſola cōceſsione recipiat ſuam eſſentiam, nec dependeat ex futuro euentu,merito durat etiam vltra tempus concedentis;quamuis pars ea vſa non fuerit, vel executioni non fuerit demandata;quia priuilegia,ſicut ſtatuta, debent eſſe perpetua, cap.1.25.q.2. Et hanc rationem aſsignat Abb. in cap. fin. num.9.de offi.legat.& optime Henrriq.lib. 7.tit.de Indulgen.cap.21.num.7.& Gutierrez in pract.lib.2. quæſt. 74. num. 2. verſic. Nihilominus,vbi etiam dicit, quod hæc licentia,& ſimiles,raro,aut nunquam conceduntur ſub nomine proprio tantum Pontificis, aut Regis, ſed dignitatis, & hinc eſt huiuſmodi facultatem ad promouendum ad ordines, non expirare morte concedentis;cum experientia, & vſu conſtitutum ſit, eas ſemper ſolere concedi, atquè deſcribi ſub nomine dignitatis,Papæ,vel Epiſcopi.

Ad ſecundum argumentum reſpōdetur,

34 veram non eſſe opinionem Socini, & aliorum,dicentium licentiam, & facultatem teſtandi conceſſam Epiſcopo,à Papa, expirare morte concedentis; prout expreſſe eam reprobat Gutierrez,in pract.lib.2.quæſt.75. ex princ. argumento ſumpto, ex cap. ſi ſuper gratia de offic.deleg.in 6.& dict.cap. Si gratioſę de reſcript. in 6. qui tex. loquitur in diſpenſatione facta in fauorem Epiſcopi, contra ius commune, & nihilominus non expirat,etiam re integra,morte concedentis;quando fuit facta ſub nomine dignitatis, vel ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ,vt in dict.cap.ſi gratioſę.Idquè etiam comprobatur, ex ijs quæ notant Alexand. conſ. 107. num.4.volum.7.Deci.conſ.407. numer.17. Gabr.lib.6.commun.tit.de pręb.concluſ.1. num.2.Rebuf.in rubr.de mandat. Apoſt. §. 1.in verb.literas,ex pag. 490. Gutierrez in eo.lib.2.quæſt.74.num.2.Paul.Grannt.theorem.13.nu.2.Nat.conſ.647. nu.5. Rot.nou. deciſ.87.de reſcript.ex nu.1.Graff.lib.1.deciſ.c.13.nu.53.Menoch.de arbit.q.69.n.5.

Scien-

25 Sciendum tamen eſt, quod gratia Papæ, antequam fiat ſcriptura, nec Bulla de ea, nõ expirat, licet Papa moriatur, & tamen certũ eſt, quod tunc res eſt integra, nec enim debet quis vti facultate ad teſtandum, antequam imbulletur. Eandem opinionem ſequitur Molin. de primog. lib. 2. cap. 7. ex numer. 63. in fin. & Gabr. in dicta concluſ. 1. num. 5. Franc. in cap. ſi ſuper gratia de offic. deleg. in 6. num. 4. verſ. Et intellige primo, Abendan. l. 43. Taur. in gloſ. 1. numer. 2. vbi eam eſſe veram, & procedere intelligunt, quando in gratia quid perfectum continetur; Secus autem, quando datur ad aliquid faciendum, tunc enim morte concedentis, literis non expeditis expirat, ſecundum Bald. & alios, quos ipſi referunt. Quare licet facultas Papæ conceſſa Epiſcopo ad teſtandum, eo quia contineat quid faciendum, literis non expeditis, morte concedentis expiret, ipſis tamen confectis, minime expirabit. Et in terminis, quod huiuſmodi facultas teſtandi duret, etiam poſt mortem Pontificis (reprobatis expreſſe Sncino Iuniore, & Couarr. vbi ſupra) affirmant vltra Gutierrez in dict. quæſt. 75. Paul. Granut. in theoremate 13. ex princ. optime Sarmient. de reddit. Eccleſ. 4. par. cap. 4. ex num. 2. late Nauarr. in Apolog. de red. Eccleſ. quæſt. 3. monito 8. ex princ. pag. 319.

Nec illud, quod replicatur obſtar, quod ſcilicet poſſet eſſe damnoſa Epiſcopo ſucceſſori, licentia data ad promouendos aliquos ignotantes, ab Epiſcopo prædeceſſore, vel à Capitulo ſede vacante, quia reſpõdetur, illud impediri poſſe ex tali cauſa, & ſuſpicione per dictum Epiſcopum ſucceſſorem, reuocando inquam, in ingreſſu ſui muneris, & officij, vel generaliter, vel ſpecialiter, omnes literas dimiſſorias, conceſſas à ſuis prædeceſſoribus, quæ adhuc non fuerint ſortitæ ſuum effectum; vt in ſimili tradit Abb. in eo. cap. cum adhoc, de Cler. non reſiden. num. 10. Quo pacto eſt intelligen-
26 da gloſ. & quæ per eam notant Doctores, in verb. ſeptennium, in c. cum ex eo de elect. in 6. Et quamuis fuerint huiuſmodi literæ dimiſſoriæ obtentæ à Pontifice maximo, poterit eas impedire Epiſcopus, eo modo, quo in caſu ſatis ſimili relatum eſt, à Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 4. nu. 10. Vel aliter procedit contra dictos Clericos ignatos, prout iuris eſt.

27 Ad tertium etiam argumentum reſpondetur ex ſupradictis, recte, ſiquidem poſſe quem promoueri ad ſacros ordines, dummodo licentia fuerit ſibi cõceſſa ab eo, qui poteſtatem habuit eam concedendi; nec enim requiritur, vt actualem habeat iuriſdictionem, tempore quo ſubditus promouetur, ſed tantum tempore conceſsionis gratię, cum ex ſola conceſsione, robur, & firmitatem ſuſcipiat ipſa gratia, nec dependeat ex futuro euentu; vt ſupradictum eſt in primo argumento, niſi talis gratia facta eſſet, ad beneplacitum ipſius concedentis; tunc enim, quia morte expirat beneplacitũ, ideo tunc gratia reuocatur, vt prob. tex. in eo. c. ſi gratioſæ, de reſcript. in 6. Iacob. de Graff. lib. 4. cap. 2. numer. 29. & plura refert ad id, Ant. Gabr. in lib. 6. commun. tit. de preb. cõcluſ. 1. num. 20. vbi in num. 24 eam gratiam non expirare dicit, ſi dictum eſſet in ſui conceſsione, donec reuocauero, quia talis gratia morte concedentis non reuocatur. Non enim inducitur reuocatio per mortem, vt ibi per eum, & tradit eleganter Dec. conſil. 108. num. 3. in fin. & in num. 5. verſ. Non obſtant allegata, Graff. in dict. num. 29. Alex. in l. Centeſsimis, §. ſi ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig. num. 11.

28 Quia tamen varijs pœnis afficiuntur promoti ad ſacros ordines, à non ſuo Epiſcopo, ſine literis dimiſſorijs, vt ſupradictum eſt, ideo vt eas quiſque pertimeſcens effugere conetur, opere pretium duxi, pro coronide iſtius quæſtionis recenſere caſus, in quibus poteſt quis ordinibus inſigniri ab alieno Epiſcopo, abſq. literis dimiſſorijs. Et primus eſt, ſi quis mutare contingeret domicilium, tunc enim Epiſcopus eius loci, quo ipſe tranſtulit domicilium, poterit illum ordinare, abſq. ordinarij originarij literis. Idéq; etiam dicendum eſt in eo caſu, ſi quis inquã beneficium obtineat in aliena Diœceſi, ſortitur namque domicilium illius Diœceſis, & recte poterit promoueri ab eo Epiſcopo, ſicut ab Epiſcopo originis, qui duo caſus expreſſe deciduntur in cap. cum nullus de Temp. ordin. in 6. & tradunt Cuchus lib. 1. Inſtit. tit. 4. §. 1. in fi. Graff. lib. 3. capit. 2. num. 13. verſ. ſextum, Nauarr. lib. 1. tit. de Temp. Ordin. conſ. 10. num. 2. & conſ. 11. per totum. Maiol. de Irregularit. lib. 4. cap. 2 nume. 4. Optime Henrriq. lib. 10. de ſacr. Ord. cap. 27. num. 1. ſubdens, quod quilibet ex ipſis Epiſcopis, ſiue originis, domicilij, vel beneficij, poteſt literas dimiſſorias concedere,

Digitized by Google

cedere, vt ſibi ſubditus valeat à quocunquè
Epiſcopo ordinibus inſigniri; & idem ſequi
tur Salzed. in addit. ad Bern. Diaz in c. 26.
in lit. C. verſ. has autem dimiſſorias pag. 93.
Tertius caſus eſt, quando quis triennio
29 commoratus fuerit cum aliquo Epiſcopo,
ſortitur namq. forum, & domicillium illius
diœceſsis, quo ad hoc, vt ab illo ordinari
poſsit; etiam non habita licentia Epiſcopi
originis, ſi ſtatim cum ordinibus conferatur
illi beneficium, ex Concil. Trid. ſeſſ. 23. de
reform. cap. 9. & tradit deciſ. Rotæ 731. ex
num. 2. in 1. par. innou. Ledeſm. in Sum. tit.
de ſacr. ordin. cap. 8. pag. 868. verſ. *El tercer
caſo*. Nauarr. lib. 1. tit. de Temp. ordinat. conſ.
23. num. 1. Et inhærendo verbis Concilij,
30 ibi (familiarem) innuitur hoc tantum proce
dere, in illis familiaribus, qui cum Epiſcopo
commorantur, id eſt qui ſunt præſentes, &
aſsiſtunt obſequijs Epiſcopi. Alioqui ſi ab-
ſentes ſint in regione remota, etiam ſi illius
ſumptibus viuant, quaſi procuratores, vel
quomodolibet mercenarij, videtur eos per
hoc non acquirere domicilium, vel faculta-
tem promouendi. Quoniam in tam longa
abſentia, non recte poteſt Epiſcopus noſſe
illius mores; quandoquidem hoc triennium
à concilio præfixum, poſſet ad hoc princi-
paliter ſuffragari, quod mores, & vita ab Epi
ſcopo cognoſcantur. Argum. cap. ſi quis in-
cognitus, 17. quæſt. 2. & ita interpretantur
dictum textum Concilij, Maiol. in eo. lib. 4.
cap. 2. num. 5. Rodrig. in Sum. 2. par. cap. 14.
num. 10. verſ. *El tercero*, Salzed. ad Diaz in
cap. 26. in lit. C. pag. 95. verſ. tertius caſus
eſt.

Quod decretum Concilij habere locum,
tam in minoribus, quam in maioribus ordi-
nibus, & vtroque caſu opus eſſe collatione
beneficij, Congregatio dominorum Cardi-
nalium Concilij Tridentini cenſuit. 6. Sep-
tembris, anni 1581. vt refert Rota, deciſ. 731.
num. 3. in 1. par. in nouis, & Zerola in 2. par.
§. ordo, verſ. quinto dubitatur, poſt med.
Nauarr. conſ. 23. num. 1. de temp. ordinat.
Et quando dicatur quis familiaris? Vide de
ciſ. Rotæ 619. 3. par. in nouis.

31 Circa quem text. Concilij, dubium ele-
gãs eſt, quare requirit in familiari trienniũ,
& beneficium, ſi enim ſufficit beneficium
cur eſt opus triennio? Reſpondet plura cu-
mulando Thom. Zerola in prax. Epiſcop. 1.
par. §. dimiſſoriæ ad ordines, num. 1. fol 68.
& in 2. par. §. ordo, verſ. Quinto dubitatur,
fol. 51. (quem videat Lector ſi placet.) Qui
etiam ibidem in verſ. ſexto, ſubdit, quod
Epiſcopus qui ordinauit ſuum familiarem
triennalem, cui contulit beneficium, non po
teſt cum eo diſpenſare in interſtitijs, vide-
licet vt non elapſo anno, ab accolitatu fiat
ſubdiaconus, & ſimiliter à ſubdiaconatu,
diaconus; & ab hoc, ad presbyterium. Ad
quod allegat Nauarr. conſ. 26. nu. 1. de tem-
por. ordinat. quem optime interpretatur,
& declarat idẽ Thom. Zerola in d. §. ordo.
verſ. ſeptimo, Ledeſma in Sum. de ſacram.
ordin. cap. 8. ex pag. 867. verſ. *Digo lo ſegundo*.

Quarto, Epiſcopus non ſubdito ordines
poteſt conferre, abſq. literis dimiſſorijs, quã
32 do proprius Epiſcopus eſſet longo tempo-
re ſuſpenſus, ob eam ſcilicet cauſam, quod
alienos ordinauit; tũc enim licebit ſubditis
confugere ad viciniorem Epiſcopum, quaſi
ipſo iure ſit proprius; vt tradunt Maiol.
lib. 4. c. 2. n. 6. Et in c. 5. ex nu. 2. in fi. optime
Henriq. lib. 10. tit. de ſacram. ordinis c. 21.
nu. 4. Rodrig. 2. p. c. 14. n. 10. Salzed. vbi ſup.
pag. 94. verſ. tribus tamen caſibus. Viuald. in
Candelabr. 3. p. c. 8. n. 9. Tho. Zerol. in praxi.
Epiſcop. 1. p. §. dimiſſoriç ad ordines, verſ.
ad decimũ, in fin. fol. 73. & in 2. p. §. dimiſſo
riæ, verſ. tertium ſimiliter, fol. 26. Ledeſm. in
ſum. tit. de ſacram. ordin. c. 8. verſ. *Quinta cõ
cluſiõ*, pag. 68. Rebuf. in prax. 1. p. tit. formula
dimiſſorialium, liter. nu. 19. dicens, quod ip-
ſi ordinati probare tenentur Epiſcopi ſuſ-
penſionem, per declarationem Metropoli-
tani, alioqui enim non crederetur ordina-
tis. Nec ſupradictç reſolutioni, videtur ob-
ſtare, c. 3. ſeſſ. 23. Concil. Trid. vbi habetur,
vnumquemque à ſuo Epiſcopo ordinari de
bere, quia intelligi poteſt, vt ait Thom. Ze-
rola in locis ſuperius allegatis, habilibus ſtã
tibus terminis; ſecus vero, quando eſt ſuſ-
penſus.

Quinto, Monachus exemptus à iuriſdi-
ctione ordinarij, ab Epiſcopo eiuſdem diœ
ceſis promoueri poteſt ad maiores ordines,
33 ſine literis dimiſſorijs proprij Abbatis, ſeu
ſuperioris; vt innuere videtur Concil. Trid.
ſeſſ. 23. de Refor. c. 10. & Tiraq. de retr. ligni.
§. 1. glo. 8. nu. 23. in fin. Henriq. lib. 10. tit. de
ſacr. ord. c. 23. nu. 4. Quod quamuis regulari
bus, ad minores Abbas, vel Prçlatus ſuus cõ
ferat reuerendas, ad maiores tamẽ ordines,
34 eas conferre nequit, etiam ſi ſit Prouincialis,
vel Generalis; ſed ſolum Epiſcopum, in cu-
ius Diœceſi habent domicilium proprium,
excep-

excepta religione Societatis Ieſu,in qua,ex
priuilegio Greg.XIII.conceſſo anno 1584.
poteſt ſuus ſuperior dictas reuerendas con
cedere. Contraria tamé opinio mihi verior
videtur,ex ijs præſertim,quæ tradit Nauar.
lib.1.tit.de temp.ordin.in conſ.21.vbi quę-
rens quis ſit ordinarius religioſi, ad dandas
35 literas dimiſſorias ad ordines? Reſpondit,
quod Prælatus ſuperior huiuſmodi regula-
ris, eſt quoad hoc,eius ordinarius; quia cũ
ſit exemptus à iuriſdictione Epiſcopali, di-
citur ipſe habere iuriſdictioné quaſi Epiſco
palem;iux. gloſ.ſolemnem, & communiter
receptá,in verb.proprij,in Clem.1. de reb.
Eccl. non alien. Quam etiam opinionem ſe
quitur idem Nauar.in eod.tit.de temp. or-
din. conſ.22.num.1. & idem ſentire videtur
Silueſt.in ſum.verb. Ordo,el 3.num.1.in fin.
in illis verbis(vel ſui Prælati,ſi ſunt religio-
ſi exempti) & Iacob.de Graff lib.3. cap. 2.
num. 14. in fin. ibi: (niſi ſint exempti) quia
ſufficit licétia ſui Prçlati, Henriq.lib.7.tit.
de Indulgen.cap.22.in princ.pag.559.quod
ſatis probari videtur in Concil. Trident.
ſeſſ. 14. de Refor. cap.1. ibi: (contra ipſius
Prælati) Idque expreſſe defendit Rodrig.in
ſum.2.par.c.14.nu.9. aſſerens,eam opinio-
nem cõſuetudine vniuerſali receptam eſſe:
Eamque per Bullam Sanctiſ. Clem.VIII.cõ
ceſſam, in fauorem religioſorum Diui Ber-
nardi approbari;vbi ſanctiſsimus Dominus
noſter dicit, hanc opinionem non eſſe con
tra deciſionem Concil. Trident. in eo. cap.
10. imo vt dicit Nauar.in dict. conſ.21. ex
ipſo cap. 10. optime probatur à contrario
ſenſu,quod Abbates exempti poſſunt con-
cedere huiuſmodi literas dimiſſorias, ad or
dines ſuſcipiendos regularibus ſuis.Nam ſo
lum Abbatibus ibi prohibetur, eas literas
Clericis ſecularibus concedere; vt annota-
uit Rodrig.in eo.nu.9. & in nu.11. vbi Vi-
ual.in Candel.3.par.cap.8.num. 13. & Na-
uarr.in eo conſ.22.num.1.& per conſequẽs
non videntur prohibiti, eas concedere re-
gularibus.

36 Sextò, Clericus promoueri poteſt ad ſa-
cerdotiũ,cum literis dimiſſorijs Legati de-
latere,abſque ſui Epiſcopi facultate. Graff.
lib.4.cap.27.num.27.

37 Septimo,vt dicunt DD. alienus Epiſco-
pus ſibi non ſubdito, ordines canonice con
ferre poteſt ſine literis dimiſſorijs, cum ſpe
ratihabitionis proprij Epiſcopi: tunc ſiqui
dem nullæ dimiſſorię literæ neceſſarię ſunt,
& abſq. pœnę metu id fieri poteſt: vt tra-
dunt tex. & gloſ.in verb. quod ſanctus vir,
in cap. Lugdunenſis, 9. q.2. & optime gloſ.
mag.in fin.in cap.nullus alterius,9. q.2. per
quę iura,& per alias rationes, hanc opinio-
nem defendit Maiol.lib.4.cap.2. nu.7. & in
c.20. n.1. & eam ſequitur Rodrig.in ſum.2.
p.c.14.nu.10.verſ. *El ſegundo caſo*, Ledeſm.in
ſum. tit. de ſacram.ordin.cap.8. pag. 868.
verſ. *El ſegundo caſo es*, & Nauarr.lib.1.tit.de
tempor.ordinat.conſ.24.num.5.verſ.tertio.
Contrarium tamen innuit glo. in verb. figi
méto,in cap.eos de temp.ordin.in 6. & hac
opinionem ſequuntur Rebuf.in prax. 1. p.
tit.de formula liter.dimiſſ.nu.11. & Salced.
in addit.ad Diaz in d.cap.36.pag.95.verſ.ſe
cundus quando,ſecũdum quos, iſta opinio
ea ratione fulcitur,quia proprius Epiſcop⁹,
eam ordinum collationé ratam habere non
poteſt, quæ ſuo nomine celebrata non fuit,
ut in reg.ratum,de reg.iur. in 6. & cum hu-
iuſmodi ordinatio ſacris Canonum decre-
tis irrita ſit, rata haberi minime poteſt,ex l.
quod ab initio,ff.de reg iur.& tradunt Sal-
ced.& Rebuf.vbi ſup. nu.12. Et quod talis
ordinatus deponi debeat,probatur ex cap.
quod translationé,de temp.ordi. & Conc.
Calcedon.c.19.de quo in c.Clericos,diſt.71.
& trad.Alberic.in verb. Ordinator,in prin.
poſt ſum.confeſſ.tit.de ętate ordinan.q.38.
& quamuis ijs,& alijs rationibus,quæ addu
ci poſſunt in huius opinionis confirmatio-
nem, intendat ſatisfacere Nauarr. in lib.1.
tit.de temp.ordin.conſ.42.

Mihi tamen hæc ſententia verior videtur,
aduerſus Nauar.& alios ſupra relatos.Ipſo
rum namq.ſententia anſam præſtaret Epiſ-
copis,vt hoc quæſito colore, alienos ad or-
dines promouerent, & inde innumerabilia
dãna orirétur: tolliturq. etiã hoc pacto diſ-
cordia, quę naſceretur inter ipſos Epiſco-
pos ex ordinatione alterius ſubditi,tã circa
ipſius ordinati alimoniã,caſu quo ſine titu-
lo ſufficiéti eſſet promotus,quã in alijs caſi-
bus.Et pro hac opinione optime etiã facit,
quia vbi in aliquo actu licétia alicuius deſi
deratur,ea pręcedere omnino debet, Auth.
licétia,C.de Epiſc. & Cler.l.ſi quis mihi bo
na,§.iuſſũ,vbi DD.ff.de acq.hæred.nec ſuf-
ficit licétia tacita, & pręſũpta, ſed omnino
expreſſa requiritur,vt trad.Corſet.ſing.159
incipiéti licétia,Lap.alleg.86.n.3. Tira. in l.
cõnub.in gl.7.n.8.Moli.de pri.lib.2.c.7.n.2.
Did.Perez lib.1.tit.2.l.8.in gl. *Sin cõſentimiẽto*

ad fin.pag.49.Cauallin.milleloq.528. nu.1. dicens,quod vbi requiritur licentia alicuius in actu perficiendo non poteſt poſtmodum, per confirmationem,vel ratificationem ſup
38 pleri:Quemadmodũ in ſimili dicim*, quod excõmunicatio nõ poteſt ferri niſi in ſubditũ,circa quē. quis habet iuriſdictioné,vt habetur in c.à nobis,1.de ſent.excom.& lata, in non ſubditũ nulla eſt, c.P.& G.de offi.& pot.iud.deleg.neq.conualeſcit,quamuis poſtea rata habeatur à proprio iudice,ex gloſ. in c.in verb.rata,9.q.2.Innoc.n.6.& Panor. nu.19 in c.prudentiã,de offi.&pot. iud.deleg. quia quod nomine meo geſtum nõ eſt, ratũ habere non poſſum, vt habetur in reg. ratum,de reg.iur.in 6. & quia cum talis ſententia ab initio nulla fuerit, ex deffectu iuriſdictionis, non poteſt rata haberi, quia quod nullum eſt,ratificari nõ poteſt.l.quod in initio,ff.de reg.iur.Sayrus de cẽſuris,lib. 1.c.5.n.20.& 21.Et ſimiliter in pulchro caſu,id annotarunt Menoch. conſ.188. nu.7. & 8.& de arbitr.caſ.473.n.14. Salced.in ad dit.ad Bern.Diaz in prax.c.73.verſ.Duodecimo,& in verſ.Decimotertio,pag 243. Videlicet, quod adhoc vt matrimonium corã alieno Sacerdote celebratũ, firmitatẽ obtineat,& is Sacerdos à pæna ſit immunis,licẽtia expreſſa proprij Sacerdotis præcedere debet, nec tacita ſufficit: nec quod poſtea fuerit ſubſecuta: Vnde in noſtro caſu,cum quis promoueri non poſsit ad ſacros ordines,abſq. proprij Epiſcopi licẽtia, neceſſario fatendũ videtur,illã non ſufficere tacitam,nec præſumptã,ſed expreſſam deſiderari;eãnq. omnino præcedere debere promotioni, ad argumenta auté in contrariũ adducta,patet ſolutio ex Rebuf.& Salced.vbi ſupra,nec aliorum dicta(niſi magna ex cauſa) repetere, aut tranſcriuire ſoleo.

QVÆSTIO XXXIX.

An Iudex Eccleſiaſticus poſſit propria auctoritate mittere in carcerẽ laicos, executionemq. in eorundẽ bonis facere,in caſibus,qui ad ſuum forum, & iuriſdictionem ſpectare dignoſcuntur?

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, ſecundum quam in aliquibus diœceſibus,Iudex Eccleſiaſticus in certis caſibus poteſt incarcerare laicos,ſeruanda eſt.*

2 *Iudex Eccleſiaſticus, in crimine hæreſis poteſt laicos incarcerare.*

3 *Iudex Eccleſiaſticus,non poteſt propria auctoritate laici bona capere, neque ipſius perſonam; ſed tenetur auxilium iudicis ſecularis adhanc executionem inuocare, poſtquam per cenſuras proceſſit,& num.5.*

4 *Iuriſdictiones,& poteſtates Eccleſiaſticæ, & ſeculares diuerſæ ſunt,& ſeparatæ;& alter alterius honorẽ, & præeminentiã ſeruare debet.*

5 *Iudices Eccleſiaſtici nõ poſſunt præſcribere abſque ſcientia,& patientia Regis, vt poſſint laicos capere,& eorum bona.*

QVAMVIS in aliquibus diœceſibus,conſuetudine obten-
1 tum ſit,Eccleſiaſticum iudicẽ poſſe propria auctoritate laicos capere, ac vinculis conſtringere in caſibus,& delictis, in quibus habet in eos iuriſdictionem, quam conſuetudinem ſeruandam eſſe communiter docent ſcribentes, vt inferius dicturi ſumus;ſecluſa tamen conſuetudine, minime poteſt iudex Eccleſiaſticus, ipſos laicos capere,& in carcerem proijcere, pro alicuius criminis punitione, quę ad ipſos pertineat, excepto hæreſis crimine,in quo hoc eſt ſpeciale,quia
2 in illo, & in alijs huic ſimilibus, etiam quo ad laicos habet Eccleſia carcerem;vt probatur in cap. Commiſsi,& in cap. Excõmunicamus, el 2.de hæret.in 6.& in Clem.1. eod. tit.In alijs vero cauſis,prius debere per cenſuras Eccleſiaſticas aduerſus eos procedere,& deinde brachium ſeculare implorare, vt eos in carcerem mittat, tanquam de iure veriorem ſententiam;tenet Oldrad.cõſ. 86. quem ſequuntur Anchar. in regula, ea quæ, de reg.iur.in 6. queſt.11. & quos allegat Couar.in pract.cap.10. num.2. Idemq; fatentur,Roman.ſing.711. Tuſcis.nu.2.Decian.lib.4.cap.26.num.15.Azebed.lib.4.tit. 1.l.14.ex princ. Garſia de nobilit. in gloſ.9. num.54.verſ.& ideo, Bonadilla lib.2. c.17. ex nu.167.Paz in prax.2.tom.in 2. Prælud. num.54.Salced.plures referens in addit. ad Bernar. Diaz in reg.397. verſ.ſeptimo non procedit,& optime in prax. cap. 122. in litera A. in verſ. illud etiam, & eleganter in c.151. nu.6. aſſerit hanc opinioné moribus
recep-

Digitized by Google

receptam eſſe. Pro qua etiam plures refert
Rojas, in ſing. 108. ex princ. ſubdens eã eſſe
veriorem de iure; & idem, & quod hæc ſit
communis, fatetur Mencha. lib. 3. de teſt. §.
22. nu. 18. licet aſſerat, quod fere tantus eſt
numerus tenẽtium contrariam opinionem,
vt fere neſciri poſsit, quæ ſit receptior; apel
lat tamen communem, quamuis ipſe hanc
non ſequatur, Anaſt. Germon. de ſacr. im-
mun. lib. 3. cap. 12. num. 77. & communem,
& in Praxi receptam (alios allegãs) dicit Iul.
Cla. lib. 5. §. fi. queſt. 37. num. 8. hanc deniquè
opinionem poſt longam diſputationem, ſe-
quuntur Pal. Rub. in rep. cap. Per veſtras in
2. notab. in §. ſed eſt pulchra dubitatio, per
tot. Abil. in cap. 20. Pretorum in glo. *vſurpã*,
ex. num. 14. Bellug. in ſpec. prin. rub. 12. in §.
quędam. num. 104. in finalibus verbis, dicẽs
eam eſſe communem, cuius quidem ſenten-
tię ea eſt ratio, quod ſæpiſsime in iure ſit ex
preſſum, vt quoties Iudex Eccleſiaſticus cõ-
petens eſt contra laicum, non ſufficientibus
Canonicis cenſuris ad coertionem, implo-
rat auxilium brachij ſecularis; vt cauetur
in cap. 1. & in cap. quoniam de offic. ordin.
& in cap. poſtulaſti de homicid. & in cap. 2.
§. per temporalem de maledic.

In quibus iuribus, quamuis conceditur
3 facultas iudici Eccleſiaſtico, vt poſsit con-
tra laicos aliquando procedere, vtiq. mu-
crone ſpirituali, ſi tamẽ ad id non ſufficiat,
ſed vlterius ſit aduerſus eos procedendum,
mandat Romanus Pontifex, vt ad hoc
imploretur auxilium brachij ſecularis; quaſi
non alia ſit aduerſus laicos, iudici Eccleſia-
ſtico permiſſa coercendi poteſtas, quã quæ
cenſuris conſtat.

Vnde dicendum videtur, quod quamuis
Eccleſiaſticus in caſibus ſibi permiſsis, ha-
beat iuriſdictionem, quo ad cognitionẽ in
laicos, ita vt poſsit eos cõdemnare, non ta-
men poterit pro executione ſuę ſententię,
eis bona auferre, neq. eos incarcerare; ſed
circa hoc, implorabit iudicem ſecularem, vt
poſt alios tradunt Abiles, vbi ſup. ex nu. 15.
& in c. 2. Pręt. in gloſ. 1. n. 11. & 12. Bellug. in
d. §. quędam, nu. 100. & ex Innoc. in c. ſigni-
ficaſti de offi. deleg. aduertit dominic. in c. ſi
Epiſcopus, de offi. ord. in 6. nu. 9. & adnota-
runt Decia. ſup. n. 15. & optime Palat. Rub.
vbi ſup. n. 17. ſubdens, in nu. 20. quod ſicut
clericus legalibus pœnis puniendus per iudi
cem ſecularẽ, nõ punitur per eum, niſi tunc
demum facta traditione per iudicem Eccle
ſiaſticum, vt probatur in c. cum nõ ab homi-
ne de iudic. c. vt famæ, de ſent. excom. & c.
degradatus, de pæn. in 6. Pari etiam ratione,
nec Eccleſiaſticus debet laicum capere, niſi
4 de mandato, vel permiſsione ipſius ſecula-
ris; & rationem prædictorũ eam aſsignat idẽ
Palat. Rub. ſupra in nu. 15. ad fin quia iuriſ-
dictiones, & poteſtates Eccleſiaſtica, & ſecu
laris, diuerſę ſunt, & ſeparatę, & alter alte-
rius honorẽ, & præheminentiã ſeruare de-
bet, & falcem in alterius meſſem mittere nõ
intendit. Vt habetur in c. cum ad verũ, 96.
diſt. & in c. nouit, de iudic. & tradit Didac.
Perez lib. 3. tit. 1. l. 4. in glo. *Queremos guardar*,
fol. 473. Azebed. lib. 3. tit. 6. l. 16. ex n. 1. in fi.
& plura cumulat Abiles in d. c. 20. in gl. *vſur
pan*, ex nu. 1. pro quibus benefacit, c. poſtula
ſti, de for. comp. vbi quamuis Epiſcopus in
cuius diœceſi cõmiſſum eſt delictũ, condem
nat, & priuat Clericũ beneficio, quod in alia
diœceſi habebat, non tamẽ exequitur ſentẽ
tiã quo ad beneficiũ, ſed Epiſcopus diœce-
ſis vbi eſt beneficiũ, illam exequitur. Iudex
namq. non poteſt exequi ſententiam in bo-
nis alibi ſitis, vnde cum bona laici ſint prorſus
exempta à poteſtate iudicis Eccleſiaſti-
ci, nõ quidem poterit Eccleſiaſticus manus
extendere ad illa, ſed iudici ſeculari remit-
tere debet.

Vlterius relictis quampluribus iuribus in
huius opinionis confirmationẽ, quæ paſsim
reperiuntur apud Doctores ſuperius rela-
tos, extant quamplurimæ leges Regni Ca-
ſtellæ, id ipſum expreſsis verbis ſtatuentes;
vt patet in l. 7. tit. 3. lib. 1. ordinam. vbi ſic
habetur. *Porque aſſi como nos queremos guar-
dar ſu juriſdiccion a la Igleſia, y a los Eccleſiaſti-
cos Iuezes, aſaz razon y derecho es, que la Igle-
ſia, y Iuezes Eccleſiaſticos, no ſe entremetan en
perturbar la nueſtra juriſdiccion Real; y que no
ſean oſados de hazer execucion en los bienes de los
Legos, ni prender ni encarcelar ſus perſonas, pues
que el Derecho pone remedio contra los legos, que
ſon rebeldes en cumplir lo que por la Igleſia juſta-
mente les es mandado, y ſentenciado; conuiene ſa-
ber, que la Igleſia inuoque la ayuda del braço ſe-
glar, &c.* Cuius legis diſpoſitioni cõcordat.
l. 4. tit. 1. lib. 3. ordinam. quæ eſt l. 14. tit. 1.
lib. 4. recopilat. & l. 26. tit. 2. lib. 3. ordin.
quæ eſt lex 5. tit. 1. lib. 4. recop.

Ex quibus iuribus ait Auendan. in 1. p. c.
5 1. nu. 22. abſq. ſciẽtia, & paciẽtia Regis præſ-
cribi nõ poſſe per Iudices Eccleſiaſticos, vt
poſsint laicos capere, vel eorũ bona in exe-
cutio-

cutionẽ negociorum Eccleſię,non requiſitò brachio ſeculari. Quam ſcientiã, & patientiam Domini Regis nunquam acceſſiſſe deciditur in lege lata apud Toletum,in curijs ibi celebratis anno 1525.in vltima lege,ibi: *Porque aquello ha ſido ſin nueſtra ſciencia y paciencia, &c.* & loquitur ipſa lex,eum Eccleſiaſtici iudices prętendebant ſua auctoritate poſſe laicos capere,ex antiqua conſuetudine,vel præſcriptione: Nam cum illa ſcientia non interuenerit (vt ibidem atteſtatur Dominus Rex) videtur nullum ius acquiſiuiſſe Iudices Eccleſiaſticos contra ſeculares. Vnde Gutierrez in pract. lib. 1. quæſt. 45.num.2.attento iure Regio,exiſtimat ſeruandam eſſe omnino in praxi ſupradictam opinionem,quam appellat communem, vt ſcilicet,Iudex Eccleſiaſticus,laici bona propria auctoritate non poſsit capere, nec ipſius perſonam, ſed potius teneatur auxilium Iudicis ſecularis ad hanc executionem inuocare. Procedet ergo Iudex Eccleſiaſticus contra laicos, primo excommunicãdo, deinde anathematizando, & interdicendo, poſtea, cum Eccleſia non habeat vltra quid faciat, inuocet brachium ſeculare, vt poſt alios ſupra trad. Palat. Rub. in dict.num.17. Sigiſmun.Scacc.de iud.cau.lib.1.cap.12.nu. 80.reſpondet ex Iul. Clar.q.37.verſ.vnum, tamen ait nullo modo recedendum eſſe, quod tantum poſsit procedere per cenſuras Eccleſiaſticas;cæterum ait, conſuetudinem in hoc ſeruandam fore.

QVÆSTIO XXXX.

An qui ab vtroque medico diſpenſationem, licẽtiamue,& facultatẽ habet edendi carnes in Quadrageſima, vel in alijs diebus ieiunij,cenſeatur diſpẽſatus ab obſeruatione ieiunij,ita vt poſſit cænare?

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatus ad edendas carnes in diebus ieiunij, non tenetur ieiunare, ſecundum Caietan. & alios.*
2 *Contrariam ſententiam præcedenti, tenent Io. Medina,& alij.*
3 *Concordia dictarum opinionum, ſecundum Victoriam,& num.6.in fine.*
4 *Eſus carnium, & vini potus, quo tempore introductus fuerit apud homines?*
5 *Abſtinentia ab eſu carnium eſt de eſſentia ieiunij.*
6 *Diſpenſatus ad edendas carnes in diebus ieiunij, non cenſetur diſpenſatus ad pluries comedendum in eadem die,ſecluſa neceſſitate.*

1 CIRCA propoſitam quęſtionem tres reperiuntur Doctorum opiniones, quarum prima eſt Illuſtriſsim. & Reuerendiſsim. Cardinalis Caietani in 2. 2. quæſt. 147.art. 8. dicentis,eum qui licentiam, & diſpenſationem habet edendi carnes in diebus ieiunij, cenſeri diſpenſatum in ieiunio, ita vt ieiunare ſub præcepto non teneatur; & ſic cęnare rectę poterit. Quam opinionem ſequitur etiam Bartholomeus Medina in ſum. cap. 14. §. 10.fol. 71. verſ. *Por lo qual ſe auerigua*, & in fol. 74. verſ. *Quien tiene licencia*, Anton.Bernard. in ſumma cap.22.num. 18. & eam ſequitur, dicens probabiliorem opinionem, Henrriquez lib.7. titul. de Indulgen.capit. 13. ex numer.12. verſic.de diſpenſato. pag. 350. Hieronymus Llamas in 3.par. metho. capit. 5. §.26. el ſegundo, pagin. 326. ad finem: Et eorum præcipua ratio eſt, quia tota ſubſtantia ieiunij conſiſtit in abſtinentia à carnibus,vt patet ex ipſius ieiunij diffinitione, & ideo diſpenſatus in eo, cenſetur etiam diſpenſatus in alijs ieiunij requiſitis. Vnde poſt longam diſputationem doctiſsimus Ioan. Azor inſtitu. moral. lib. 7. capit.10. verſ. Tertio quæritur, ex colum. 1008. hanc opinionem, vt veriorem ſequitur,& reſoluit, illum, cui auctoritate priuilegij liberum eſt carnes edere, ſolutũ eſſe à lege ieiunij, poſſeque abſque aliquo ſcrupulo cęnare.

2 Secunda ſententia eſt Ioannis Medinæ, in C.de ieiunio, in titul. de his, qui ad Eccleſ. ieiun. tenent. pagin.142.aſſerentis diſpenſatum, vt edat carnes, à ieiunio diſpenſatum non videri; nam neceſsitas, & iuſta cauſa, quæ excuſat ab integro ieiunio, nõ videtur excuſare ab omni parte illius, ieiunare enim, prout poteſt, tenetur quis,quia (vt

(vt ille ait) Præceptum Eccleſiæ licet in totum ſeruari non poſſit, ſeruandum tamen eſt quoad illam partem, quæ ſeruari poteſt; probat textus in cap. Cum dilecti, & ibi gloſ. & Doctores, de dolo, & contumac. vbi dicitur, quod cum mandatur alicui, vt ad certum terminum ſe iudici preſentet, duo ſub hac forma mandantur, vt ad iudicem veniat, & ad diem ſibi præfixam accedat. Vnde ſi venire non poſſit ad diem aſſignatam, tenetur nihilominus ſe iudici pręſentare. Sicut etiam debitor, qui non poteſt ſoluere totum, non propterea manet liber à ſoluendo id, quod poteſt: Qui enim non poteſt creditori ſuo ſoluere centum, ſi poteſt decem, nequaquam deobligatur à ſoluendis decem, & hanc opinionem Medinę (ni fallor) renere etiam videtur Nauar. in manual. Latin. cap. 21. numer. 22. (licet communiter allegari ſoleat pro prima opinione ſupra relata) & idem ittidem ſequitur Ioannes Pedraza in 3. præcepto Decalogi, folio 35. verſic. *Y ſi por diſpenſacion*, Iacob. de Graffis libro ſecundo, capit. 37. numer. 58.

3 Tertiam opinionem tradit Victoria in 2. 2. queſt. 147. artic. 4. Qui certe laborans in conciliando ſupradictas opiniones, ſic diſtinguit: aut enim diſpenſatio ab vtroquè medico, ad veſcendas carnes, alicui conceditur, ratione infirmitatis præſentis; aut ratione infirmitatis futuræ, ſi præſentis, tūc à ieiunio excuſatur, poteritque ſuo arbitrio pluries edere; ſi autem futuræ, vt ſcilicet ab infirmitate præſeruetur, & vires corporis, & ſalutem, quam modo habet non amittat, & cui cibi Quadrageſimales ſunt nociui, quos ſi edat, timet incidere in morbum aliquem, quem aliter vitare non poteſt; talis certe, quamuis conſilio medicorum à carnis abſtinentia liberetur, poſſitquè licite veſci carnibus, tamen iſte talis (vt ait Victoria) non liberatur à pręcepto ieiunij, imo ieiunare debet. Et hoc modo ſunt aliqui Principes, Magnates, qui cum corpore valeant, carnibus ex diſpenſatione veſcuntur; quoniam illis piſcium frequens manducatio plurimum nocet, qui cęnare certe non poſſunt, ex ratione illa Ioan. Medin. nempe quod cum alicui ob cauſam aliquam permittitur in die ieiunij ab Eccleſiaſtica regula in aliquo recedere, in tantum illi id permittitur, in quantum ſe extendit ipſius cauſæ indigentia. Quam diſtinctionem, vt veriorem opinionem pro ſalute animarum, ſequitur Emanuel Rodriguez in ſumma, 1. par. capit. 24. numer. 97. Alphonſ. Vega 1. par. cap. 14. caſ. 3. in fin. Anton. Gomez in explicat. Bullæ Cruciat. in 7. clauſul. num. 5. vbi allegat ad id Antonium Cordubam in tract. caſuum conſcien. quæſt. 143. quam etiam opinionem veriorem appellat Eman. Rodrig. in explicat. Bullę, §. 6. dub. 3. & eam ſequitur Franciſc. Ortiz Lucius in reſolu. caſ. conſcient. in 2. præcep. Eccleſię, fol. 141. verſ. *Y nota que el que eſta diſpenſado*, Viualdus in Candelab. 3. part. capite decimoquinto, numer. 51. verſ. quæ opinio.

In hac tamen Doctorum varietate, & cōtrouerſa quęſtione, quamuis doctiſsimus Emanuel Sa, in Aphoriſmis confeſſ. in verſ. ieiunium, num. 11 aſſerat, vtramque opinionem probabilem eſſe, antequam meam exponam ſententiam, pro illius vera intelligentia præmittendum cenſeo, quod licet
4 carnium, & vini vſum homines, vſque ad diluuij tempus ignorauerint, vt docent Boadill. lib. 3. cap. 4. num. 3. late Salon in 2. 2. qneſt. 64. artic. 1. controuerſ. 2. Sanct. Thom. 1. 2. queſt. 102. art. 6. ad ſecundum, ideſt, poſt duo millia, & ducentos quadraginta duos annos à mundo condito, iuxta ſeptuaginta duorum Interpretum computationem, vt pulchre receſet Conrad. Brun. de cæremon. Eccleſ. lib. 5. cap. 6. pag. 149. quamuis Ioan. de Madariaga in 2. par. vitæ Sancti Bruni, cap. 8. §. 1. tantum mille, & ſexcentos annos perduraſſe affirmet, licet nulla lege diuina, præfatus vſus carnium ante diluuium fuiſſet prohibitus, vt probant Soto lib. 5. de iuſtit. & iur. quæſt. 1. art. 1. Aragon in 2. 2. quæſt. 64. artic. 1. ex pagin. 241. verſic. Sed dubitauit aliquis, & ibidem ſapientiſsimus Bañes art. 1. ex pag. 200. Fineda in 1. part. lib. 1. cap. 18. §. 2. Salon in dict. art. 1. controuerſ. 2. ex colum. 1131. affirmantes, quod de facto ante diluuium fuit eſus carnium, vt cumque tamen ſit, hoc certum eſt, non ita generaliter manducaſſe homines carnes, vt nunc, pomis namque, oleribus, & frugibus veſcebantur, & aquę frigidæ potu, vt Doctores vbi ſupra docent. Ex poſtfacto tamen, inſtitutione, & præcepto Eccleſiæ, in Quadrageſima, & in omnibus diebus, quibus ieiunare tenemur, ab eſu carnium, aliiſquè cibis, qui corpus ad libidinem inflamant abſtinen-

abſtinendum eſt. De ieiunio enim Quadra-
5 geſimæ, cõſtat ex decreto Teleſphori Papæ, in cap. Statuimus, 4. diſt. & probat cap. 56. ſextæ Synodi generalis, & D. Auguſt. cõtra Fauſt. Manich. lib. 30. ieiunium (inquit) quadrageſimę, per totum orbem terrarum quotannis omni ſtudio celebratur, in Conuentu Catholico, & qui rite obſeruant, neceſſe eſt vt abſtineant à carnibus, ſimiliter & de alijs ieiunijs extra quadrageſsimã idem probatur ex Can. de vſu carnium, de conſecrat. diſt. 3. & in Concil. Getundenſi cap. 3. Concilio item Maguntiaco cap. 34. qua in re, Sanctus Thomas in 2. 2. quęſt. 147. art. 8. & omnes iuris vtriuſquè Interpretes plane conueniunt, vt conſtat ex traditis per Couar. lib. 4. var. cap. 20. num. 15. Conrad. Brun. de ceremonijs Eccleſ. lib. 5. cap. 6. ex pag. 150. Nauarr. in manual cap. 21. num. 15. verſ. cibi autem vetiti: Medin. Salmant. lib. 1. cap. 14. §. 10. fol. 71. verſ. *Por lo qual ſolo*. Io. Azor inſtit. Moral. lib. 7. cap. 10. verſ. ſexto quæritur, ex coln. 1010. Medin. Compluten. in cap. de ieiunio in prin. fol. 133. verſ. ſecundum licet. Rodriguez in explicat. Bullæ Cruciat. §. 6. num. 1. & 2. Ioſeph. Angles flor. Theolog. tract. de ieiunio in quęſt. 9. artic. 1. difficultat. 2. ex pagin. 423. Si ergo de eſſentia ieiunij eſt abſtinentia ab eſu carnium, conſequens eſt, quod eis veſcens ieiunare minimè poſsit.

Secundo pręmittendum eſt, quod quam-
6 uis ij quibus (vt ſupradictum eſt) ratione infirmitatis futurę concedatur licentia veſcẽdi carnibus in diebus ieiunij, non ieiunent; pluries tamen in die comedere nequeunt, ceſſante neceſsitate, & cauſa legitima; quãuis enim non ſeruent legem ieiunij, pręceptum tamen, & meritum abſtinentię ſeruare tenentur; cũ illud ſeruare illis non ſolũ non noceat, ſed fortã notabiliter auxilietur ad ſalutem. Vnde, & ſi propter debilitatem excuſentur à ieiunio, non tamen excuſantur ab abſtinentia carnium, veluti ſi ſint aliqui infirmi, quibus nocet cæna, licet poſsint veſci carnibus, tenentur tamen abſtinere à cæna, cũ ſibi eſt nocitura, & quidem ij peccare non videntur contra præceptum Eccleſiæ, quę afflictis afflictionẽ dare rẽnuit, ſed peccabunt tunc contra pręceptum abſtinẽtiæ, quatenus obligat conſulere propriæ eorum ſaluti; ſicut etiam qui in dubio ſunt diſpenſati, vt comedant oua, quia videntur eis nocere piſces, ſi in ea quãtitate notabili veſcantur illis, vt videatur ſibi notabiliter fore nociua, peccabunt, non quidem contra prohibitionem Eccleſię, de comedendis ouis, ſed contra preceptum de conſulendo ſuæ ſaluti per abſtinentiã à cibis nociuis, quod ſi ſic in dubio diſpẽſatus, pluries & in notabili quantitate veſcendo piſcibus experimento didiſciſſet, per plures dies eſum illorum nocumento ſibi non eſſe, iam bona conſcientia, diſpenſatione ſibi data, ex illa cauſa dubia, an ſibi nocerent piſces, vti deinceps non poſſet. Ex quibus reſoluendum eſt, quod ſicut de eſſentia, & neceſsitate impletionis Præcepti Eccleſiaſtici de ieiunio, eſt abſtinentia ab eſu carnium, ſic de eius eſſentia, & neceſsitate, videtur eſſe vna tantum per modum cibi comeſtio, & ſic excuſantur ab vna ſola comeſtione. Vnde laborantes, licet poſsint comedere pluries, tenentur tamen ſeruare abſtinentiam à carnibus; pari etiam ratione excuſatus ab abſtinentia carnium, non ideo liber erit ab obſeruantia vnius tantum comeſtionis, quando neceſsitas, vel impotentia bis comedere non expoſcit.

Ex quibus omnibus, pro vera huius du- 7
bij reſolutione, ſic diſtinguendum cenſeo, quod diſpenſatus propter infirmitatem pręſentem, vt poſsit carnes edere, poteſt eis veſci pluries in die pro modo infirmitatis: quando autem quis eſt diſpenſatus ratione infirmitatis futuræ, vt ſupra in tertia opinione retulimus, nec poteſt pluries in die edere carnes, nec poteſt cænare. Et quamuis iſta ſeruando non dicatur ieiunare, (vt dicebant Doctores in tertia opinione) imo nec poteſt ieiunare veſcendo carnibus, vt ſatis probatum eſt; ſi tamen commode poteſt fieri, præceptum, & meritum abſtinentiæ conſequi omnino tenetur is, ſub reatu peccati, non veſcendo pluries in die. Quæ ſententia ſic explicata placet, Anton. Gomez, & Victoriæ ſup. allegat. & ego illis adhæreo, ſin minus hanc eſſe veriorem profiteor, non tamen dico, quòd veſcens carnibus debet ieiunare (vt ipſi dicebant) bene tamen abſtinere à duplici comeſtione per ſupradicta. Et hanc opinionem (vt mihi perſuadeo) cenſiſſe videtur Antonius Cordoua in dicta quæſtione 143. & non illam pro qua allegatur. Eandem etiam tenent Ioſeph. Angles, in ſumma, tract. de ieiunio, quæſt. 9. de abſtinentia à cibo, art. 1. difficultat. 9. ex fol. 429.

in

Digitized by Google

in nou. Ludouic. Lopez in Inſtruct. conſciēt. 2. parr. cap. 111. de ieiunio, ex pag. 704. verſ. præterea inquiſitione opus eſt, & in cap. 6. titul. de Bulla, in fin. pag. 807. Emanuel Rodriguez tom. 1. caſuum conſcient. cap. 24. verſ. *La ſeptima concluſion*, nu. 9. pag. 69. & in explicat. Bullæ Cruciatę §. 6. dub. 3. fol. 28. Franc. Ortiz in reſolu. caſ. conſcient. in 2. præcepto Eccleſiæ fol. 141. verſ. *Y nota que el que eſta diſpenſado.* Qui omnes ſequuntur indiſtinctè ſupradictam reſolutionem, tanquā veriorem, à qua exiſtimo non eſſe recedendum in conſulendo, quamuis aliqui contrarium defendere conentur.

QVÆSTIO XLI.

An qui in Vigilia Natiuitatis Domini, aſſumit in veſpertina refectiuncula, quantū libuerit ex varijs frugib⁹, ſeu fructibus, ſoluat ieiunium? Et an liceat vti manè, collatione vſitata veſperi, & prandium in veſperum differre?

SVMMARIVM.

1 *De eſſentia ieiunij eſt, ſemel prandere in die.*

2 *Ieiunans poteſt potum ſerotinum, ſiue iantaculum ſumere, iuxta conſuetudinem Prouinciæ, abſque ſiti.*

3 *Opinio Barthol. Medinæ, tenentis partem affirmantem propoſitæ quæſtionis, diſplicet aliquibus.*

4 *Conſuetudo quantitatis collationis ſerotinę, ſumenda eſt ex viris timoratæ conſcientiæ, non vero ex maiori parte Populi; nam hæc non excuſat à peccato.*

5 *Opinio Bartholom. Medin. ab auctore approbatur.*

6 *Refectio veſpertina in ieiunij diebus, hora prandij ſumi non poteſt, niſi adſit rationabilis cauſa.*

7 *Opinio Hieronymi Llamas reprehenditur rationabiliter, & ſententia Medinæ approbatur ab auctore.*

1 QVAMVIS de eſſentia ieiunij ſit, ſemel tantum prandere in die, vt referunt Abb. in rubr. de obſeru. ieiun. num. 3. Caiet. in ſum. verb. ieiunium, in verſ. vnica demū comeſtio. Couarr. lib. 4. variar. cap. 20. numer. 11. Eman. Rodrig. in ſum. caſ. conſcien. tom. 1. cap. 23. in princ. Ioſeph. Angles flor. Theolog. in tract. de ieiunio, quæſt 9. artic. 2. pag. 432. S. Antonin. 2. par. titul. 6. cap. 2. §. 9. in princ. Ludou. Lopez inſtruct. conſcien. 2. par. cap. 112. pag. 708. quæritur ſexto. Tabien. in ſum. verb. ieiunium num. 3. & ibidem Angel. etiam in numer. 3. Robert. Belarmin. de controuer. Chriſt. fid. contro-

2 uer. 3. lib. 2. cap. 2. colum. 1033 Nihilominus tamen licitum eſt ieiunantibus, iuxtā cuiuſcumque Prouinciæ conſuetudinem, etiam citra ſitim, ientaculum, ſiue potum ſerotinum ſumere, vt tradit Abb. in dict. num. 3. Nauarr. in manual. Latino cap. 21. num. 14. Medin. 1. par. inſtruct. de Confeſſor. cap. 14. §. 10. verſ. *Signeſe mas*, fol. 70. Anton. Bernard. in ſum. cap. 22. numer. 7. verſ. *Lo meſmo ſe ha de dezir*, Franciſc. de Alcocer in confeſſ. cap. 24. verſ. *Por hazer colacion*, fol. 89. Silueſt. in ſum. verb. ieiunium, num. 10. verſ. tertium de collatione, D. Antonin. in dict. §. 9. verſ. Vnde nota. Ioan. Medin. C. de ieiun. tit. de hor. refect. verſ. his non obſtantibus, fol. 138. in fin. Ioſeph. Angles in dict. artic. 2. difficul. 4. pagin. 435. in nou. Lodouic. Beja in reſponſ. caſ. conſcien. caſ. 3. in princ. Ludou. Lopez in dict. capit. 112. pagin. 709. verſ. de collatione, Couarru. in dicto numer. 11. verſ. de illo vero, & dixi in 1. par. Collectan. 53. num. 2. Humad. in l. 4. titul. 23. parr. 1. in gloſ. 3. numer. 1. Hieronym. Llamas in 3. part. method. cap. 5. §. 24. pag. 525. Ioan. Azor in inſtit. moral. lib. 7. capit 8. colum. 999. verſic. Quarto quæritur. Anton. Scapp. de iur. non ſcripto lib. 1. capit. 62. numer. 25. & 36.

Et ratio ea eſt, quia vt licita ſit collatiō ſerotina, non eſt neceſſarium, quod ſolo eo fine ſumatur, ne noceat potus, quoniam & ſiquis certus eſſet, potum ſibi nō eſſe noxiū, etiam ſi nihil aliud cum eo aſſumat, colla-

tione vtens non male faceret, imo etiam ſi bibiturus non eſſet, conſuetam collationẽ aſſumens, transgreſſor ieiunij non eſſet: Siquidem ratio legitima collatione vtendi non eſt illa, ſcilicet, ne potus ſolus noceat, ſed potiſsima ratio huius eſt, conſuetudo Eccleſiæ, quæ citra peccati ſcrupulum has ſerotinas collationes admittit, quam conſuetudinem licitam eſſe, dicunt Doctores, quando dictum ientaculum fiat moderatè, neque fraus legibus ieiunij irrogatur.

3 Et hinc quidem Bartholom. Medin. in 1. par. inſtruccion de Confeſſores, c. 14. §. 10. verſ. *Donde ſe ſigue*, aſſerit poſſe quemcunq. in Vigilia Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, collationem ſerotinam ſumere cum varijs fructibus, in quãtitate exceſsiua, quoniam, vt ipſe ait, conſuetudo hæc adeo inoleuit, vt ipſi etiam Prælati, & videant ſic fieri, & conſentiant, atquè idipſum ipſi facientes operam illam acceptant, & approbant. Quam quidem conſuetudinem ſeruari poſſe eo in loco, in quo hoc fieri, in conſuetudine eſſet, tradunt Ludou. Beja in reſponſ. caſ. conſcien. caſ. 3. pag. 7. & Ludouic. Lopez in inſtruct. conſcien. 2. par. cap. 112. de ieiunio, pag. 709. in verſ. ſed de collatione, Hieronym. Llamas in 3. par. meth. cap. 5. §. 25. pag. 525. vbi de conſuetudine generali, quamplurium Prælatorum id obſeruari atteſtatur.

Contrariam tamen opinionem tenet Nauar. in manual. Latin. cap. 21. nu. 15. vbi hãc conſuetudinem reprobat, quia re vera, inquit, per eam fraudatur ieiunium, nam admittit verã cęnam, nomine collationis palliatam, & idem etiam ſequitur, & defendit Eman. Rodriguez in ſum. tom. 1. c. 23. verſ. *La octaua concluſion*, num. 10. Anton. Bernar. in ſum. cap. 22. num. 23. Ioan. Pedraza in 3. præcep. Decalog. verſ. *Notando bien eſtas palabras*, fol. 34. Ioſeph. Angleſ. flor. Theolog. in tract. de ieiunio, quęſt. 9. art. 2. difficultat. 4. dubio primo, pag. 436. vbi ait, quod conſuetudo, quam author contrariæ ſententiæ allegat, forſan non eſt mos populi Dei, ſed mos Populi, cuius Deus venter eſt, contra regulam Eccleſiaſticam inductus, irrationabilis, vitioſus, & à vitioſis, & à guloſis introductus. Quæ opinio ſatis comprobari videtur, ex traditis à Petro Ruiz de Alcoholado in lib. *Reglas de rezar el officio Romano*, pag. mihi 233. qui ſub his verbis, ait: *Aduiertaſe para los lugares y partes donde ay abuſo la Viſpera de Nauidad, de hazer collacion con muchas coſas, y en mucha cantidad, que eſte dia acoſtumbrauan en muchas partes, no comer haſta la noche, y entonces no comer coſa que llegaſſe a fuego, ſino frutas; y aſſi no quebrantauan el ayuno, antes le guardauan con mayor perfeccion, mas el que comiere a medio dia, no deue hazer mas colacion, que ſe permite en otros dias de ayuno de todo el año, y lo meſmo es del Iueues Santo, en que algunos cenã, y ſolian no comer, ſino cenar en aquel dia: y abora contra todo derecho, quieren comer, y cenar, ſiendo dia de ayuno.*

4 Pro conciliatione tamen, & vera intelligentia harum opinionum, vt meum in hac quæſtione ſetam iudicium, adnotandum eſt circa quantitatem collationis ſerotinæ, ſeruandam eſſe tantum conſuetudinem bonorum, ac timoratę conſcientiæ virorum, non vero aliorum, etiam ſi dicatur contrarium eſſe receptum à maiori parte Populi; adhuc enim non excuſaret. Vnde quando Pręlati, Confeſſores, & Prædicatores reclamant ſuper exceſsibus collationum groſſarum, quia potius ſunt cœnæ, quam collationes, eaſquè viri timorati non admittunt, conſuetudo earum etiam ſi præualuerit apud maiorem partem populi, non excuſat à peccato. Et hinc quidem ſecundum Caietan. in ſum. verb. ieiunium, iuxta fin. quem ſequuntur Ludou. Lopez in dict. cap. 112. pagin. 709. colum. 2. Armil. in ſumma, verb. ieiunium numer. 12. Tolet. in inſtruc. Sacerd. lib. 6. capit. 2. pagin. 760. Azor inſtit. moral. lib. 7. cap. 8. in fin. non frangunt ieiunium Curiales Romani facientes collationem groſſam, ſecundum conſuetudinem Romanę Curiæ, quia tales videntur generaliter diſpenſati, poſtquam Papa ſcit, & tollerat, nec Confeſſores, & Prædicatores eã damnant. Quocirca quod illis Romanis (Papa ſciente, & tollerante) conceſſum eſt, ab alijs Regnis, & Prouincijs in exemplum trahi non debet, quando quidem in ipſis partibus non eſt receptum apud timoratos, quia tunc non eſſet conſuetudo, ſed corruptela Populi. Secus verò dicendum videtur, ſi talis conſuetudo tollerata eſſet per Papam, vel per Epiſcopos non reclamantes per ſe, vel Prædicatores, & apud viros timoratos eſſet recepta, quia tunc excuſaret etiam in his partibus & Prouincijs.

5 Dicimus ergo ex his, quod in Diœceſibus, & Prouincijs, vbi ſic vſu receptum eſt, vt in

Digitized by Google

vt in vigila Natiuitatis Domini aſſumi poſſit in collationem, quantum libuerit, ex varijs fructibus, neq; Prelati reclamant, ſed potius ipſi Confeſſores, & Predicatores eá conſuetudinem ſequuntur, huiuſmodi certe conſuetudo excuſabit à tranſgreſsione precepri ieiunij, & iu hoc caſu (ni fallor) procedit ſupradicta opinio Bartholm. Medinæ, vt pulchrè colligitur ex eius vetbis, & ex Ludouic. Beja in dict. caſ. 3. ſi autem in aliquibus Prouincijs ab hac conſuetudine reclamant Prælati, ueq; viri timorati, & morigerati eam acceptant, uon excuſat à culpa; nam videtut potius corruptela, quam conſuetudo rationabilis, & forſan in hoc caſu procedit opinio Nauar. & ſeq. vt pulchre colligitur ex Eman. Rodriguez in d. cap. 23. verſ. *Octaua concluſion*, num. 10. vbi expreſſe negat, quod omues Prelati, aut viri timorati talem conſuetudinem admittant, quaſi diceret, quod ſi talis conſuetudo eſſet admiſſa, & tecepta ab ipſis Prelatis, & viris timoratis, illa valida, & licita eſſet. Dicit tamen Ioan. Azor in Inſtitutiouibus moralibus lib. 7. capit. 8. ante fin. in vigilia Natalis Dominici, vbiquè fere eſſe conſuetudine introductum, vt duplo maiot ſolito huiuſmodi refectiunculę fiant.

6 Dubitatio tamen eſt, an hęc refectiuncula ſicut noctu ſumi ſolita eſt, tuto quoq; mane hora qua cæteri prandent, ſumatut ita, vt prandium poſtea ad noctem, vel ad veſperá differatur, & quidem id recte fieri poſſe, ea què mutatione ieiunium miuime ſolui aliqui exiſtimant, ex eo quod illa nec ex toto, nec ex parte ſubſtantiam ieiunij ſoluit; cũ ieiunium, vt nunc de more ſeruatut in Ecclesia vnum prandium, cũ vna tefectiuncula contineat; vnde ſi ea refectiuncula ad meridiem, vel ſub meridiem ſũmatur, dilato ad noctem, vel veſperam prandio, ſolum tempusi, nou ſubſtantia ieiunij mutatur. Vude hanc opinionem defendit Ioſeph. Angles, de ieiunio quæſt. 9. art. 2. difficult. 5. Contrariam tamen opinionem defendunt Nauarr. in Manual. cap. 21. numer. 14. verſ non licet, Armil. verb. ieiunium, num. 1. in fin. Hieron. Llamas in 3. par. method. cap. 5. §. 26. el 1. in fin. pag. 528. Ledeſma in 4. 2. part. quæſt. 17. artic. 5. eo præſertim, quod veſpertina refectiuncula, non à iure, ſed ex conſuetudine introducta eſt, vt optime probat Azor lib. 7. cap. 30. in princ. ſed contra ius introducta conſuetudo reſtringenda eſt, & non ampliáda, ergo veſpertina tantum licita erit, quæ opinio mihi certa videtur, quando ea mutatio abſquè vlla neceſsitate fieret, vt etiam cenſet Ioannes Azor Inſtit. moral. lib. 7. cap. 8. ex col. 1000. verſ. Sexto quęritur, aſſerens hanc ſecundam opinionem veriorem, & tutiorem eſſe, quamuis contraria probabilis ab aliquibus videatur, cum cauſa tamen rationabili eam nunc fieri poſſe, reſpondit Ludouic. Beja in Reſpon. caſ. 1. par. caſ. 3. verſ. Ad id autem.

7 Quod autem quis poſt collationem, ab amico rogatus, poſsit comedere vnam bucelam, ne potus uoceat, abſq; eo quod frangat ieiunium, certum eſt, vt docet Magiſter Bartholomeus Medina in Sum. ſuper tertio præcepto, §. 10. quod tenet etiam Eman. Sa, in Aphor. verb. ieiunium, nu. 8. quidquid dicat Hieronymus Llamas in ſua methodo in tertio præcepto, §. 25. pag. 525. in fin. qui hac in re irrationabiliter carpit doctiſsimũ Patrem Medinam, ait enim ex Medinæ ſententia, & licentia, multos toto die, cum ieiunij irtiſione, ambulare de domo iu domũ, vt iuuitentur, & ſic pluries liceret ipſis comedere in die ieiunij. At quis non videat hãc couſequentiam ineptam eſſe, & indignã viro Theologo Medina enim in hęc verba ait. *Pero ſi rogandole vn amigo, deſpues de auer hecho colacion, toma vn bocado para beuer, por via de amiſtad, no es pecado alguno.* Vbi nec pluries hoc poſſe fieri ait, nec quod vtatur hac cautela, quod ipſe, amicos quęritet, vt ipſum inuitent. Nequè certe hactenus auditum eſt, ex doctrina iſta Medinę aliquos ocaſionem ſumpſiſſe, ad credendum licere pluries veſci in die ieiunij. Vnde tamen huiuſmodi modicæ ſerotinæ poraciunculæ, quæ in diebus ieiuniorum fiunt, collaciones, vulgari apud nos idiomatæ vocitentur, pulchre examinat Marcel. Francolin. in doctiſsimo illo tractatu de Horis Canonicis, cap. 38. ex num. 9.

QVÆSTIO XXXXII.

Vtrum Clerici, vel Religioſi delinquentes, gaudeant immunitate Eccleſię, ita vt ad Eccleſiam cõfugientes pro criminibus non exceptis à iure, ab eorũdem Iudicibus Eccleſiaſticis, inuiti extrahi non poſſint ab ea? Quid vè dicendum ſit de his, qui cõfugiunt ad ſanctam Euchariſtiam dum ducitur per vicos, & plateas ad infirmos?

SVMMARIVM.

1 *Clerici, inſpecto iure cõmuni, gaudent immunitate Eccleſiæ, nequè ab ea, ipſis inuitis, poſſunt per Iudices Eccleſiaſticos extrahi.*

2 *Immunitas, aut priuilegium, quod nemo in Eccleſia capi poſsit, non perſonis, ſed Templis à Canonibus conceſſum eſt, propter reuerentiam locis ſacris, & diuino cultui dicatis debitam.*

3 *Clerici, ipſis inuitis, poſſunt per Iudices Eccleſiaſticos extrahi ab Eccleſia, ſecundum veriorem ſententiam, & receptam vſu, & conſuetudine.*

4 *Tertia opinio reducens ad concordiam duas præcedentes, quando ſcilicet Clericus gaudeãt immunitate Eccleſiæ.*

5 *Clerici quando gaudeãt immunitate Eccleſiæ, ex Auctoris ſententia.*

6 *Eccleſiæ immunitas eſt de iure diuino, ſecundũ veriorem ſententiam.*

7 *Concordia harum opinionum, ſecundum Decianum.*

8 *Moralia præcepta non ceſſauerunt per abrogationem legis veteris.*

9 *Ius diuinum tolli non poteſt humanis conſtitutionibus, poteſt tamen Summus Pontifex illud interpretari.*

10 *Extrahens inuitum ab Eccleſia, grauiter delinquit, & diuinam offendit Maieſtatem.*

11 *Immunitas Eccleſiarum probatur ex Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 20.*

12 *Conſuetudo introducta contra immunitatẽ Eccleſiaſticam, nullius eſt roboris.*

13 *Immunitate Eccleſię gaudet, confugiens ad Sacerdotem deferẽtem Euchariſtiam ad infirmum.*

14 *Incarceratus ſi confugiat ad Euchariſtiam, quę ad eum defertur, non gaudet immunitate.*

1 VALDE Diſſentire videntur Interpretes circa propoſitæ quæſtionis reſolutionẽ, quæ, vt ait Ceballos quæſt. 689. non leuem habet difficultatem; Zabarel. namquè in cap. Inter alia, n. 5. quæſt. 6. de Immun. Eccleſ. Azeb. etiam, & allegati ab eo, in lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 17. aſſeuerant, Clericos inſpecto iure cõmuni, immunitate Eccleſię gaudere, ab eaquè inuitos extrahi non poſſe; quod & Roman. bis reſpondit in conſ. 227. & in conſ. 234. quorum opinio his pręſertim cõfirmari poteſt rationibus. Prima per tex. in cap. Inter alia, de Immunit. Eccleſ. & in cap. fi. eod. tit. & in l. pręſenti, & in toto tit. C. de ijs, qui ad Eccleſ. confug. & per alias leges, & Canones, quæ generaliter loquuntur. Et indefinite confugientem ad Eccleſiam, tutum eſſe, nec diſtingunt laicum à Clerico; ergo nec nos diſtinguere debemus, l. de pretio, ff. de publ. in rem act. præſertim cum maior ratio ſit, ne Clericus extrahatur, quam laicus; cum Eccleſia ſit propria domus Clericorum, nec in domo propria neminem capi, proclamẽt tex. in l. plerique, ff. de in iuſ. vocan. l. nemo ex domo, ff. de Reg. iur. & tradit Petrus Pechius de iur. ſiſten. cap. 6. numer. 3. Alphan. numer. 25.

Secundo pro hac opinione viget tex. in cap. Nullus Clericorum 17. quæſt. 4. qui eſt deſumptus ex quodam Concilio Ilerdenſi, vbi dicitur, quod nullus Clericorum ſeruũ ſuum, vel diſcipulum fugientem ad Eccleſiam, extrahere audeat, vel flagellare præſumat, ſi ergo non licet Clerico ſeruum proprium, in quo habet ius vitæ, & necis, extrahere, nec diſcipulum flagellationes tantum timentem, etiam diſciplinæ gratia extrahere, & tamen poterat eſſe diſcipulus tam laicus, quam Clericus: quanto ergo minus licebit, Clericum delinquentem extrahere à Iudice Eccleſiaſtico? Cum Eccleſia multo magis tueri teneatur Clericos, & ſubditos ſuos, quam alienos, vnde priuilegium datũ laicis, nõ debet denegari Clericis, quos magis tueri debet, argumento tex. in cap. 1. de Nat. ex liber. ventre.

Tertio facit, quia hoc priuilegium, & immunitas

munitas Eccleſiæ, quod in ipſa nemo capi
2 poſsit, non Templis, ſed perſonis à Canoni
bus conceſſa eſt, propter honorem, & reue-
rentiam, quæ locis ſacris diuinoquè cultui
dicatis debetur, Couarr. lib. 2. var. cap. 20. in
in princip. Decian. lib. 6. cap. 26. num. 1. ergo
comprehendit omnes perſonas, quæ ad di-
ctam Eccleſiam cōfugiunt, ſiue ſint Clerici,
vel laici, argumento eorum, quæ traduntur
à Roman. in dicto conſ. 234. & ibi Mandoſ.
in add. Romani opinionem ſequitur. Quas
etiam rationes referũt Bern. Diaz in prax.
cap. 123. Farinac. in Quæſt. Crim. quæſt. 28.
num. 7. Decian. lib. 6. cap. 26. num. 1. Remig.
Gon. de Immun. Eccleſ. fol. 21. pag. 339. qui
omnes frequentiori ſcribentiũ calculo, hãc
opinionem veriorem, & receptam eſſe te-
ſtantur. Idemq; affirmat Iul. Cla. §. fi. quæſt.
30. num. 16. Gutierrez lib. 3. Pract. quæſt. 3.
num. 1. ad fi. & relati à Bouadilla lib. 2. cap.
14. num. 57. in lit. D. Thom. Zerola in prax.
Epiſcop. 1. part. §. immunitas Eccleſiaſtica,
verſ. octauo, ſubdens, ideo gaudere hac im
munitate, quia Clerici non ſunt deterioris
conditionis quam laici. Nihilominus tamē
Abb. in dict. cap. Inter alia, ex numer. 13. de
Immun. Eccleſ. Contrariam opinionem ve
riorem eſſe putat, quē ſequitur Boet. deciſ.
309. num. 3. verſ. ſcilicet in Clerico, & quos
allegat Gutierrez in Pract. lib. 3. quæſt. 3. nu.
1. poſt princip. Villadiego ad forum *juzgo*,
lib. 9. tit. 3. l. 1. num. 10. Paz in prax. tom. 1. 5.
part. cap. 3. §. 3. num. 141. fol. 148. aſſerens,
moribus, & cōſuetudine receptum eſſe, Ec-
cleſiaſticũ Iudicem poſſe Clericum pro quo
cunquē delicto, ab Eccleſia inuitum addu-
cere ad criminis punitionem. In cuius opi-
nionis confirmationem Abb. ſex proſequi-
tur fundamenta. Quæ, quia facile poſſunt vi
deri, & quia vt dicit Gutierrez, vbi ſupra,
non ſunt concludentia, minime refero. Ea
tamen optime confutat Decia. in dict. cap.
26. numer. 1. ibi reſpōdet argumentis Ab-
batis, vt ittidem fecit Cardin. in dict. cap. In
ter alia. in 6. quæſt.

3 Et quamuis hæc ita ſe habeant, aduerten
dum tamen eſt, hanc opinionem Panormit.
conſuetudine, & moribus receptam eſſe, vt
teſtantur Diaz in dict. cap. 123. Lud. Lopez
1. par. Inſtr. conſc. cap. 285. pag. 805. verſ. at
vero, Nauarr. in Man. cap. 25. nu. 22. Couar.
lib. 2. var. cap. 20. nu. 16. Azeb. dict. num. 17.
Paz in prax. tom. 1. 5. par. cap. 3. §. 3. nu. 141.
fol. 148. late Bouadilla lib. 2. cap. 14. ex nu.
57. Rodriguez tom. 2. Quæſt. Regul. 9. Sot.
art. 4. Et in hoc multum eſſe attendendam
conſuetudinem, aſſerit Farin. dict. num. 7. in
fin. ſubdens, quod vbi talis conſuetudo non
eſſet, ſuperior opinio ſeruari debet; opinio
nem tamen Panormit. indiſtincte ſeruari in
praxi, quamuis altera ſit verior de iure, con
cludit Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 30. nu. 16.
& Remig. de Gon. in dicta fallent. 21. & di-
ctam opinionem Panor. ſequi videtur Men
cha. lib. 3. ſucceſ. creat. §. 22. limit. 17. nu. 54.
dicens, quod cum hęc immunitas Eccleſia-
rum non ſit inſtituta à iure diuino, vel na-
turali, ſed tantum poſitiuo, videtur, quod
non liget Iudices Eccleſiaſticos, dum Cleri
cum delinquentem ſequuntur, eamque in-
trepide in praxi ſequendam eſſe, attento di
cto vſu, & conſuetudine atteſtantur præci-
tati Auctores, & Lopez vbi ſupra, & Gutier
rez in dict. quæſt. 3. num. 3. qui dicit, quod
hæc eſt communis praxis, & conſuetudo, &
quod nunquam vidit cōtrarium. Quod etiã
teſtatur nouiſsime Ceballos in Pract. quęſt.
689. ad finem, cum caſus iſte contingeret in
Ciuitate Abulenſi, vbi Clericus fuit ab Ec-
cleſia extractus, & nulla fuit facta contradi-
ctio. In Ciuitate etiam Toletana ita vſus, &
conſuetudo obſeruat; & quãuis prima opi-
nio ſibi ſemper in puncto iuris magis vera
viſſa fuerit, propter auctoritatem tamen, &
uim conſuetudinis durum, & fortaſſe ridi-
culum ei videtur, recedere à ſecũda opinio
ne, ſaltem in locis, vbi hęc practica viget.

4 His tamen no obſtantibus, adeſt alia ter-
tia Doctorũ opinio, quę ſuperius adductas
reducit ad concordiam, ait enim Bern. Diaz
in prax. in dict. cap. 123. in fi. opinionem Ro
mani magis comunem eſſe, & opinatur eam
ſeruandam fore, vbicunq; crimen meretur
delinquentem degradari, & tradi curiæ ſe-
culari, tunc enim, vel Clericum extrahi non
oportere, vel extractum poſt degradationē
verbalem, non eſſe tradendum Curiæ ſecu-
lari; ſed ad Eccleſiam reducendum eſſe; vbi
tandiu immunitate gaudebit, quãdiu in Ec-
cleſia fuerit moratus, ſicut & alijs contingit
facinoroſis locis; quaſi ſentire videatur,
quod quamuis in alijs caſibus non gaudeat
Eccleſiaſticus immunitate Eccleſię, in his
criminibus poſt degradationem, ea potiri.
Hanc tamen opinionem quamuis ſequatur
Remig. de Gonni in dicta fallen. 21. in fin.
verſ. limitatur hoc, & Anaſt. Germon. vir
quidem doctiſsimus, & acutiſsimi ingenij,
in

in lib.3.de ſacrament. Immunitat. cap. 16. num.92. intendatq. eam defendere ab impugnatione Didaci à Couart. non tamen video qua ratione ſubſiſtat, obſtant enim aduerſus eam, quæ optime adducit Couar. lib.2. var.cap.20.num.16. & poſt eum Farinac. quæſt. 28. numer. 8. Rodrig. tom.2. quæſt.regul.quęſt.50.art.4. Gutierrez in d. quęſt.3. ex num.2.in fine, & Humada in l.4. titul. 11. part. 1. gloſ. 8. numer. 2. fol. 96. Videlicet, in criminibus, quæ digna ſunt degradatione, & traditione iudici ſeculari facienda, non obtinere locum, Eccleſiarum, & diuinorum templorum immunitatem, cũ atrociſsima ſint; & ideo ſi crimen à clerico perpetratum exigat degradationem, & traditionem, ac pręterea eiuſmodi ſit, vt fugiẽtem ad Eccleſiam priuet iure immunitatis Eccleſiaſticæ, nulla adeſt ratio, quare Clericus ab Eccleſia extrahi non valeat; ac demũ Curiæ ſeculari poſt degradationem tradi, cum nulla ſint iura, quibus cautum reperiatur, quod Clericus gaudeat immunitate, pluſquã laicus. Vnde ſicut laicus perpetrans crimen illud, extrahi debet ab Eccleſia, pari ratione perpetratum à Clerico, quando meretur traditionem Curiæ ſeculari, non quidem gaudebit Clericus priuilegio immunitatis, ſed impune extrahi poterit ab Eccleſia.

5 Vt autem in hac quęſtione dilucide interponam iudiciũ meum, exiſtimo, quod quãuis ſupradicta conſuetudo, cõſenſu tot grauiſsimorum Doctorum ſit approbata, exiſtimantes valere vſum, & cõſuetudinem extrahendi Clericos ab Eccleſia per Iudices Eccleſiaſticos; mihi tamen nunquam placere potuit, niſi quatenus id fieri contingat in caſibus, & criminibus expreſsis à iure; quibus aut recipi non poſſunt, aut recepti licitè extrahi poſſunt delinquẽtes, vel quando à Romano Pontifice fuerit huiuſmodi conſuetudo approbata ad aliqua delicta, aliter nequè non licere Clericos abducere ab Eccleſia.

6 Pro cuius rei explicatione obſeruandum eſt, iure ipſo diuino, ſtatim fere ab ipſo naſcente mũdo, iure immunitatis, ſacra quędã loca donata fuiſſe; quędam etenim Ciuitates veteri fuerunt teſtamento conſtitutę, ad quas ſi delinquentes confugiſſent, incolumes, & ſalui ſeruabantur, vt multorum auctoritatibus probat late Germon.lib.1.cap. 15.& habetur in lib.Num.cap.35. & Ioſue 20.& Deuter.cap.19.quibus Veteris Teſtamenti auctoritatibus, hæc Templorum, & Eccleſiarum immunitas optime comprobatur. Corraſ.lib.5.Miſcell.cap.33. Lælius Zechus tit.de Miſſa cap.9.ex princip.pag.281. late Decian.lib.6.cap.25.ex nu.39. Remig. de Gon.in princip.in 2.præſupoſ.ex pag.8. Rebuf.tom.2.tit.de Immun.Eccleſ.in prin. ex nu.2. Queſſada diuerſarum quæſt.cap.1. num.2. ex quibus ſatis apparet, immunitatem, quam habet Eccleſia, vt ſi delinquens ad eam confugiat, regulariter inuitus non extrahatur ab ea, non iuris eſſe humani, ſed diuini; vt etiã affirmãt Petr.Pechius de iur. ſiſten.cap.6.num.1.verſ.Quia hæc immunitas, Ioan.Lupus in tract.de liber.Eccleſiaſt. quęſt.11.colum.4. Aufred.ad Capel.Tholoſ. deciſ.423.num.5.optime Anaſtaſ.Germon, lib.3.cap.16.ex num.4.& quamuis huic concluſioni aduerſentur Lælius Zech.in d.pag. 281. & Mencha.de ſucceſ.creat. lib.3.§.22. limit.17.numer.54.Bouadilla lib.2.cap.14. num.3. Aſſerentes, non iure diuino, aut naturali, ſed tantum poſitiuo, Eccleſiarum immunitatem inuentam fuiſſe; quorum etiam opinioni ſubſcribit ſe Farinac.in quæſt. 28. num.1. poſt medium. Subdens, quod licet hæc immunitas Eccleſiæ non poſſit dici ſtatuta à iure naturali, diuino, vel Euangelico, bene tamen iuſte, ſancte, & legitime ad Chriſtianę religionis vtilitatem ſanctorum virorum auctoritate, humano, & poſitiuo iure fuit introducta, Bouadilla dict.cap.14. num.3.in fin. Ludou.Lopez 1.p.Inſtr.conſc. cap.285.pag.799. verſ. Præmittendum eſt, & Couar.lib.2.var.cap.20.num.2.vbi etiam aſſerit, quod quamuis in veteri lege, de hac immunitate cautum eſſe videatur, vt ab Altari nullus ad punitionem criminis extrahi poſſit.vt patet Exod.21.Cum tamen veteris teſtamenti lex, per Chriſti aduentum expirauerit, c.tranſlato de conſtit.& ad Hebr. cap.7. tradit D.Paul. à quo non diſſentit S. Thom.1.2.quæſt.98.art.1.& quæſt.104.art. 3.nec Magiſt.ſenten.in 4.diſtinct.3.nequè in lege Euangelica huiuſmodi immunitas ſtatuta reperiatur, videtur eam non eſſe iuris diuini, ſed poſitiui.

7 Ob quam, & alias rationes, quas proſequitur idem Couarr.forſan deterritus Decianus lib.6.cap.25.num.2.hanc controuerſiam, & diſcrepantiam Doctorum ita componere voluit. Videlicet, quod aut conſideramus ius diuinum proprie, quod ſcilicet in decalogo continetur, & hoc iure, certe talis immu-

Digitized by Google

immunitas non eſt conceſſa, aut vero conſideramus ius diuinum, vti ius veteris teſtamenti, à Moyſe in legalibus, ac cæremonialibus præceptis, datum populo Iſraelitico, & eo iure, vtique inuenta fuit, & conceſſa hæc immunitas, tã Ciuitatibus illis, ad quas concedebatur refugium, quam Templo, & Altari, de quibus loquuntur iura ſuperius adducta. Aliter tamen, & forte melius huic dubio ſatisfacit, Anaſtaſ. Germon. lib. 3. de Sacram. Immunit. cap. 16. ex num. 6. tenens indiſtincte, hanc immunitatem Eccleſiarum iure diuino, & non poſitiuo fuiſſe inſtitutã. Quam ſententiam communem, & veriorem eſſe dicit, nec ſibi obſtare videntur, quæ in contrarium adducuntur; quia ius diuinum (vt ipſe ait) dicitur quidquid in nouo, vete riquè teſtamento habetur. Vnde, cum hæc immunitas expreſſe cõtineatur in quamplurimis veteris teſtamenti paginis, vt ſuperius dictum eſt, videtur, quod ſufficiens ſit, vt à iure diuino dicatur ſtabilita; præſertim, quia vt ipſe exiſtimat, iuxta Eccleſię Romanæ cẽſuram, quæ in veteri continentur teſtamento, etiam ſi in nouo repetita non ſint, pro repetitis habenda ſunt, niſi nominatim, & expreſſe contra de eis cautũ ſit; ea ſcilicet quæ cæremonialia omnino, aut iudicialia non ſunt, vt probat ipſe ex num. 12. nam tametſi abrogata ſint cæremonialia, iudicialiaq; præcepta, non tamen ſunt abrogata moralia, id

8 eſt, quæ continent, vel declarant ius naturę, vt ait Robert. Bellarm. in diſput. de exemptione Clericorum, cap. 3. in princip. Anton. Scap. de iur. non ſcrip. lib. 3. cap. 73. moralia ſiquidem præcepta, non ceſſauerunt per abrogationem legis veteris, ſed perpetuo manent, quia ſunt de dictamine rectę rationis, vt probat pulchre Hojeda de benef. 1. part. cap. 23. num. 91. vnde Germon. in dict. num. 12. aſſerit optime S. Thom. in dict. queſt. 99. art. 5. in reſponſione ſcripſiſſe, quædam eſſe, quæ præciſſe pręcipiuntur, vel prohibentur in lege, ſicut non occides, non furtum facies, & hæc proprie præcepta dicuntur, quædam vero præcipiuntur, vel prohibentur, non quaſi præciſſe debita, aut illicita, ſed propter maius bonum, & iſta poſſunt dici mandata, quia quandam inductionem habent, & perſuaſionem. Nec vniuerſalis Eccleſia alias hanc immunitatem tot conſtitutionibus muniſſet, multis etiam indictis, nec tãtò eſſet fauore ſemper proſecuta, quam ſi fuiſſe perſpicimus, ſiquidem confirmatã eſſe Sanctorum Patrum auctoritate, Conciliorum Decretis, Pontificum ſpecialibus conſtitutionibus, Imperatorum etiam (ad coercendos violatores) ſanctionibus corroboratam plane videmus; quę quidem omnia argumẽta ſunt manifeſta, ad conuincendum dictam immunitatem à iure diuino pendere.

9 Secundo etiam animaduertere oportet, ius naturale, vel diuinum tolli non poſſe humanis conſtitutionibus, ſed illud obſeruari ab omnibus debere, cap. Sunt quidam, 25. queſt. 1. §. ſed naturalia, Inſt. de iur. nat. quod ſi aliquando id mutare contigerit, non quidem ad libitum cuiuſlibet relinquitur, ſed Romani Pontificis requiritur auctoritas, qui ſolus, iuſta præexiſtente cauſa, habet poteſtatem interpretandi, & declarandi ius diuinum, ex qua declaratione cõnſtabit ius illud ad caſum aliquem non extendi ex aliqua cauſa, vt tradunt Felin. in cap. Quę in Eccleſiarum, num. 19. de conſtitut. Couar. in 4. 2. part. cap. 6. §. 9. ex num. 2. Proſper. Farinac. de Inquiſit. queſt. 6. numer. 23. Anaſt. Germon. de ſacror. immunit. lib. 3. cap. 15. ex num. 72. ad fin. Chaſſen. in Cõſuet. Burgund. Rubr. §. 5. in verſ. *Sil na grace*, num. 48. Iacob. de Graff. lib. 2. deciſ. cap. 31. num. 16.

Ex quibus omnibus infertur, quod cum hęc immunitas Eccleſię competat non iure humano, ſed diuino (quod ſolus Pontifex poteſt interpretari) vltra caſus definitos, & perſonas ſtatutas à Papa, minime poſſunt iudices ſeculares, nec Eccleſiaſtici, reum cõfugientem ad Eccleſiam extrahere ab ea; ſed cum lex diuina generaliter loquatur, & indifinite, confugientem ad Eccleſiam tutum eſſe, exceptis certis caſibus, in quibus ius ipſum diuinum, ſeu Papa, propter delictorum atrocitatem, noluerunt delinquentem potiri ea immunitate; nulla quidem habita diſtinctione, an delinquens ſit Laicus, vel Clericus, ſequitur dicendum, Clericum delinquentem gaudere ea immunitate Eccleſiaſtica, qua etiam fruitur reus Laicus, nec ab Eccleſia, pro libito ſuæ voluntatis, poſſe illum abducere iudicem Eccleſiaſticum; niſi in caſibus à iure expreſsis; quibus etiam laicus extrahi poteſt: Imo cum caſus, quibus quis non debet gaudere immunitate Eccleſiæ, ius diuinum non remittat volũtati Epiſcopi, ſed Pontificis, cuius eſt illud interpretari, & declarare (vnde frequẽter habemus ipſius Pontificis declarationes, vt ne banniti, mercatores falliti, & alij ſimiles rei fruantur

Digitized by Google

tur immunitate Eccleſiaſtica)videtur dicē-
dum,non temere Iudices Eccleſiaſticos ex-
trahere debere Clerkos ab Eccleſijs, ſed tā
tum in caſibus à Papa expreſsis. Eo præſer-
tim,cum extrahens inuitum ab Eccleſia gra
uiter delinquat,& diuinam offendat Maie-
ſtatem,vt tradunt Gig.de crim.læſæ maieſt.
lib.1.tit.qualiter,& à quibus crim.læſæ Ma-
ieſt.commit.queſt.10.num.1.Iodoc. Dam-
houder.in Prax.crim.cap.106. ex num.1.&
ſimiliter varijs pœnis puniatur à iure euel-
lens aliquem inuitum ab Eccleſia,vt proſe-
quitur Farinac.quęſt.28.num.2.Decian.lib.
6.cap.25. num.1. & in cap.29. & Doctores
communiter in dict.cap.Inter alia,de imm.
10 Eccleſ. & in l. præſenti,C. de ijs qui ad Ec-
cleſ.confug. Anaſt. Germon. lib.2. de ſact.
immun.cap.16.& dixi in 2.part. Collect.54.
num.1.ex quibus quidem,mihi verior vide-
tur ſententia Romani,& aliorum in princi-
pio quęſtionis propoſita, vt ſcilicet Clerici
gaudeant immunitate Eccleſiæ,ita vt ad ip-
ſam confugientes,pro criminibus non ex
ceptis euelli minime poſsint ab ea,nec con-
ſuetudinē contrariam valere cum ſit contra
ius diuinum,niſi Romani Pontificis interue
niat conſenſus; qui ſolus habet poteſtatem
interpretandi ius diuinum, & concedendi
huiuſmodi licentiam,non vero Epiſcopus,
neque alij Iudicices Eccleſiaſtici.Vnde cau
tè debent procedere huiuſmodi Iudices Ec
cleſiaſtici,ſi has pœnas, & cenſuras effugere
uelint,ne adlibitum extrahant Clericos cō-
fugientes ad Eccleſiam; ſed tantum (vt di-
ctum eſt) in caſibus expreſsis,& conceſsis à
Pontifice maximo,in quibus,aut recipi nō
poſſunt delinquentes, aut recepti, impune
extrahi, vel vbi conſuetudo talis fuerit eos
extrahendi ob alios caſus,quod veroſimili-
ter credatur, Romanum Pontificem tacite,
vel expreſſe id approbaſſe.

11 Vel ſecundo reſpondeo, quod quamuis
à iure diuino non ſit inſtituta Eccleſiarum
immunitas, Dei tamen ordinatione,& Ca-
nonicis ſanctionibus,Pontificumq; & Con-
ciliorum Decretis, ſtabilitam eſſe ſatis do-
cet Concil.Trident.in ſeſſ.25.cap.20.incip.
Cupiens, quo quidem decreto, renouatur
obſeruantia immunitatis Eccleſiaſticæ, &
conſuetudo,ſi qua eſt introducta contra ta-
lem immunitatē,prorſus eſt ſublata, & abo
12 lita. Extat etiam ad id,nouiſsime Bulla Gre
gor.XIIII.fœlic.memor. ſuper immunitate
Eccleſiarum, datam Romæ in monte Qui-
rinali, anno Domini 1591. nono Kalendas
Iunij, anno primo illius Pontificatus. Qua
quidem Bulla,immunitatis Eccleſiaſticę pri
uilegium,in hoc confirmat, præterquam in
caſibus ibi expreſsis, cum decreto irritanti,
alijſque ampliſsimis clauſulis,per quas ſine
dubio cuicunquè conſuetudini derogatum
extitit.Quibus profecto decretis,omnes li
gantur (cum lex generaliter loquatur) tam
Principes ſeculares,quam Eccleſiaſtici,om-
neſquè tenentur ad ipſorum obſeruantiam,
ex iuribus vulgatis, nec quidem contraria
conſuetudo alicuius eſt roboris, & momen
ti, cum ſit introducta contra libertatem Ec
cleſiaſticam,ad quam tuendam, & propagā
dam,ſpecialius arctantur Eccleſiaſtici,vt to
tis viribus ac proprio ſanguine eam defen-
dant,cum in ſortem Domini fuerint electi,
arg.cap. Cleros 21.diſtinct.

13 Eadem etiam immunitate exiſtimo gau-
dere Clericum,vel laicum,qui inſecutus ab
officialibus Eccleſiaſticis, vel ſecularibus,
confugit ad Sacerdotem manibus portan-
tem Euchariſtiam per vicos, vel plateas ad
infirmos,ita vt inde euelli inuitus non poſ-
ſit,ac ſi confugiſſet ad Eccleſiam.Quod pro
batur ex illa magis recepta Doctorum opi-
nione, quæ habet, immunitatem Templis
conceſſam fuiſſe,propter honorem, & reue
rentiam, quæ locis ſacris, diuinoquè cultui
dicatis, debetur; & ideo maiori profecto
ratione,idem priuilegium ſacratiſsimo Dei
maximi corpori datum eſſe exiſtimandum
eſt, prout exiſtimarunt Anaſt.Germon.lib.
3.cap.16. ex num.52. Decian.lib.6.cap.30.
num.8.Plaza de delict.cap.34.nu.16.Lopez
1.p.Inſtruct.conſc.cap.285. pag.800. verſ.
Sed an Sacramentum, Ant. Gomez tom.3.
cap.10.num.1.Farinac.quæſt.28.num.11.&
45.Belluga in Specul. Rubr.11. §. ſed quia
loquimur, nu.29. vbi etiam Camil.Borrel.
in addit.in lit.M. Bouadilla lib.2.cap.14.ex
nu.86.& ibi addit.in lit.D. Iacob.de Graff.
2.par.lib.1.cap.1.num.32. Iul.Clar.lib.5.§.
fin.quæſt.30. num.24. Petr. Pechius de iur.
ſiſten.cap.6.nu.2.Paz in prax.tom.1.5.part.
cap.3.§.3.num.36.fol.129.Ceballos quæſt.
169.per tot.Rodriguez in Sum.1.part.cap.
155.num.1. Alphon.Azebed.lib.1.tit.1.l.2.
num.15.Stephan.Gaera in Reper.cap.ad li-
mina 30.quęſt.1.§.6.num.25.Villadiego ad
forum *Iuzgo*,lib.9.tit.3.l.1.num.6. & plures
retuli in 2.par.Collect.54.num.2.Remig.de
Gonni de Immunit.pag.179. Quamuis non
deſint

Digitized by Google

deſint Doctores, in albo primariꝯ doctrinæ poſiti, qui contrariam ſententiam veriſsimã exiſtiment, per ea quæ tradit Couarr. lib. 2. var. cap. 20. num. 6. & gloſ. vni. in cap. quæſitum 13. quæſt. 2. mihi tamen ſuperior verior ſemper viſa eſt, cum nihil ſit in Eccleſia hoc Sacramento maius, Clement. 1. de Reliq. & vener. Sanct. cap. nihil. de Conſecr. diſt. 2. cui ſuffragatur fides mulieris ſanguinis fluxum patientis, & dicentis, ſi terigero fimbriam veſtimenti eius, ſalua ero; cui dixit Chriſtus Dominus: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit, Math. cap. 9. Vnde quidem fatendum videtur, quod cum maior honor exhibẽdus ſit Euchariſtiæ, quam ipſis Templis, quibus ob ipſam Euchariſtiam plura priuilegia cõceduntur, Clericos, & ſeculares confugientes ad ipſam Euchariſtiam, non minori frui immunitate, & priuilegio, ac ſi ad Eccleſiã confugiſſent; atquè ita quemadmodum ab Eccleſia extrahi non poſſunt à iudicibus, niſi in caſibus à iure expreſsis, vel à Pontifice permiſsis, idem ſimiliter obſeruandum ſit, quando confugiunt ad ſanctam Euchariſtiã.

14 Quod verũ ſemper mihi viſum eſt, niſi quando detentus in carcere cõfugeret ad corpus Chriſti, & Euchariſtiã, quę ad eum ducitur; in quo quidem caſu, omnes ſcribentes docent, delinquentem non frui huiuſmodi priuilegio, vt tradunt Paz in dict. §. 3. num. 37. & optime Ceballos in dicta quæſt. 169. ante numerum primum.

QVÆSTIO XLIIII.

An diſpenſatus, vt poſsit obtinere in eadem Eccleſia duo beneficia; ſi præſens ſit diuinis officijs, conſequi debeat duplices quotidianas diſtributiones, an vero ſimplices?

SVMMARIVM.

1 *Iura duo, ſi concurrant in eadem perſona, debet ipſa habere duplicem vocem, & recipere duplicem portionem, ſecundum aliquos.*

2 *Diſpẽſatus, vt obtineat duo beneficia ſub eodem tecto, ſeruiens vtriq; beneficio, lucratur duplicatas diſtributiones, ſecundum nonnullos.*

3 *Archidiaconus, qui ſimul eſt Canonicus, habet duplicem vocem in Capitulo.*

4 *Cum limitat. contraria ſententia, præcedenti verior eſt.*

5 *Diſtributiones quotidianæ aſsignantur Eccleſiaſticis, ob perſonalem pręſentiam, & intereſſentiam in celebrandis officijs diuinis.*

6 *Teſtibus dignioribus, & grauioribus, minoribus numero, magis creditur quam pluribus, non tamen ita dignis.*

7 *Conſuetudine introductum eſt in Regno Frãcię, vt habens duo beneficia in eadem Eccleſia, duplicem recipiat portionem, quod non ſeruatur in Eccleſia B. Mariæ de Pilari.*

8 *Concordia opinionum iudicio auctoris.*

9 *Diſpenſatio odioſa, non debet extendi.*

10 *Diſpenſationis tenor eſt attendendus, & facile iudicabitur quid dicendum ſit in hac quęſtione.*

1 QVONIAM Non ſemel, aut bis, ſed frequenter apud viros Eccleſiaſticos propoſita quæſtio in dubium reuocari ſolet, quã diſputat Federicus de Senis, relatus à Panormit. in cap. Cum olim, ex nu. 2. de ſent. & reiudic. & à Philippo Franco, in cap. vnico de Cler. non reſsid. in 6. Qui cenſet, quod duobus iuribus concurrentibus in eadem perſona, debet ea vti duplici voce, & recipere duplicem portionem; cui etiam opinioni ſe ſubſcripſerunt Felin. in dict. cap. Cum olim, & Ioan. Ocon. in repet. cap. vni. de Cler. nõ reſsid. in 6. n. 15. & Viuius lib. 1. com. opin. pag. 16. verſ. Archidiaconus, vbi eam appellat magis cõmunem, & idem fatentur Alph. Hojeda de benef. 1. p. cap. 12. ex num. 15. & Couar. lib. 3. var. c. 13. nu. 6. qui, plures DD. pro hac opinione recenſet, & eam ſeruari in praxi in Regno Franciæ affirmat Rebuff. in praxi 2 par. de diſpen. rat. ætat. verſ. In Cathedralibus ad fin. pag. 391. ſubdens, quod alioqui nihil ei prodeſſet habere duo beneficia. Pro qua quidem opinione facit optimus tex. vt inquit Bald. conſ. 344. vol. 5. in l. titia, §. qui marco, ff. de ann. legat. vbi deciditur, quod ſi legantur libertis annua alimẽta, & Marco centum, debebũtur Marco annua alimenta, & ſimul centum, ſi libertus is ſit, nec mirum quidem, nam poteſt quis officio duplici fungi, quando officia ſe inuicem compatiuntur, exerciciumq; vnius alteri nõ contradicit, aut repugnat, vel alterius vſum

non

non impedit.vt notat Bart.& glo.fin.in l.ſi
conſul.ff. de adoption.l.3. ff.de ritu nup.&
in l.fiſtulas §.1. ff. de conttah. emp. & in l.
quiſquis,C.de Poſtulando,& tradunt Dec.
in cap.Ex literis n.52. de probat.Hojed.&
2 Couar.vbi ſupra,aſſerentes,id ſine dubio li
citum eſſe,præſertim ſi priuilegium Princi-
pis accedat;diſpenſatus igitur ad obtinēda
duo beneficia ſub eodem tecto,cum debi-
tum ſeruitium miniſtrando vni eorum, ſer-
uiat etiam alio, ſic dum præſens eſt diuinis
officijs pro vno,lucrabitur ſimiliter alterius
diſtributiones,vnde duplices,& nō ſimpli-
ces conſequetur diſtributiones;quam etiam
3 opinionem, vt veriorem,ſequitur Zabarel.
conſ.52. ob quam ſimiliter rationē fatentur
multi ex Doctorib' ſuperius allegatis,quod
qui eſt ſimul Archidiaconus,& Canonicus,
habet duplicē vocē in Capitulo, quod etiā
alia allegando fatetur ſimiliter Gaſpar Paſſa
relus,in ſchol.Capituli Barchinon.Ordinis
Minorum,fol.142.pag.2.Quod intelligen-
dum eſſe exiſtimo, ex Felin. in d.cap. Cum
olim,in prin.ſi quilibet eorū ſeorſum mere
tur vocem , vnde ſi electio Proconſulis de-
bet fieri per Collegium ſapientū,& per Col
legium Conſulum,& vnus ſit de vtroq; Col
legio,dicunt DD.quod ille habebit duas vo
ces;& cum iſtis cōcordat Bald.in d.l.ſi Con
ſul,in fi.ff.de adop.ſubdens,quod gerens vi-
ces plurium officialiū,meretur ſalarium cu-
iuſlibet,ſicq; atteſtatur ſimiliter Felin.in d.
c.Cum olim,nu.2.in fi.quod in funeralibus,
in quibus debetur cera, vel quid ſimile,pro
qualibet qualitatum exiſtentium in vna per
ſona,ſe vidiſſe duplicari.

4 Hæc tamen opinio quamuis cōmunis,&
verior à Doctoribus iudicetur,contraria ta
men ſuas habet rationes,& auctores eam to
to conatu defendunt;extat enim Mich.Mi-
lis in repert. in verb. diſtributiones,Roch.
de Curt.in c.fi.de conſuet.fol. 49. verſ.17.
infertur,Ant.de Buttio.in d.cap.cum olim,
quem referunt & ſequuntur Ioan. Staphil.
de Grat.expectat in 4.form.num.2.fol. 12.
& Lud.Gom.de expectat.n. 54. aſſerentes,
quod nō magis pręſens eſt diuinis officijs,
is,qui eſt ſimul Archidiaconus, & Canoni-
cus,vel qui habet duas prębēdas in eadem
Eccleſia,quam is,qui vnicum tantum habet
Canonicarum,vel Prębendam;& ideo nulla
eſt ratio,quare duplicatas conſequatur di-
ſtributiones;ſed ſat erit,quod ſimplices tā-
tum habeat,nempe vt Archidiaconus,vel vt
Canonicus; vt etiam cenſet Coſm. in prag.
Sanct. tit. de collationibus. §. item cenſuit
in glo.in verb.dignitas fol.326. Tho.Zerol.
in prax.Epiſc.§.diſtributiones quotidianæ,
fol.160.verſ.primū dubiū eſt,& dicit ratio-
nē eſſe cōcludentē, quia vnus miles non po
teſt ſibi plurium ſtipendia vendicare,c.quia
nonnulli,de Clericis nō reſid. Quam etiam
opinionē de iure veriorem appellat, Rebuf.
in prax.tit.de diſpen.tati.ętat.verſ.In Cathe
dralibus in fi.pag.391.opt. Alex.Monet.de
diſtrib.quotid.p.2.q.4.ex n.6.& q.11.n.50.
ad fi. Zechus de Repub.Eccleſ.cap.24.verſ.
6.ſi habent.Couar.lib.3.var.cap.13.n.6.vbi
docet diſtributiones quotidianas nō deberi
Archidiacono,qui eſt Diaconus, Gracianus
deciſ.Marchię.nu.5.6. & 7. Alex.Monet.in
tract.de diſtrib p.2.c.4.n.14.& 20.concl.1.
n.12.col.185.Azor Inſt.Mor.to.2.lib.7.c.7.
col.833.verſ.decimo tertio quæritur,an di-
ſtributiones duplicatæ,Ioan.Bap.Coſta, in
tract.de ratione Rotę q.106.num.6.

5 Secundo id cōfirmatur ex eo, quia diſtri
butiones quotidianæ aſsignātur Eccleſiaſti
cis,ob perſonalem præſentiam,& intereſſē-
tiam in celebrādis officijs diuinis; vt tradūt
Caſſad.in deciſ.vni.tit.de Cler. non reſidēt.
num.2.Cæſar Graſſul. deciſ. 116. alias 5.de
præb.nu.3.Couar.lib.3.var.cap.13,ex princ.
Gutierrez lib.2.Canon.quæſt.cap.15.ex nu.
9.Spin.de teſtam.in glo.9.prin.nu.28.Alex.
Monet.in d.2.p.quęſt.5.num.19.at quidem
cultus diuinus tanto honorabilior eſt, quā-
to ineſt maior numerus Eccleſiaſticarū per
ſonarū,in canticis iubilarionum, vt pulchre
aduertit addit.ad Panormit.in d.c. cū olim
n.6.in litera C.cū ergo pro honorando di-
uino cultu dētur diſtributiones, dicēdū eſt,
cū cultus nō ſit ita honorabilis, ex aſiſtētia
vnius,nec qui vices plurium gerit,ita deco-
rat chorum ſicut ſi adeſſent duæ perſonæ,
quod non debet dari niſi vnica diſtributio
habenti duo beneficia ſub eodem tecto.

6 Nequè huic rationi obſtat, ſi opponatur,
quod honeſtas & grauitas perſonæ , ſupplet
interdū multitudinē perſonarū,arg.c.in no-
ſtra de teſtib';ibi,tātæ pręhęminētiæ fuerit,
quod eorū autoritas aliorū ſit merito multi
tudini præferēda,per quē tex.pulchre anno
tauit Hojed.1.p.c.23.n.145.magis credēdū
eſſe dignioribus,& grauioribus, quāuis ſint
minores numero,quā pluribus alijs, nume-
ro maioribus,nō tamē ita dignis;quod etiā
tradūt Gabr.lib.1.comm.opin.tit.de teſtib.
concl.

concluſ.4.ex num.34. Tiraquel.de Nobilit.
cap.20. ex num.33. Reſpondeo enim,quod
plura concurrunt in fauorem Eccleſiarum,
ſaltem quoad diſtributiones,ſi plures obti-
neant beneficia, quam ſi vnus, eadem nam-
què honeſtas perſonarū poterit eſſe, ſi vnus
ſit Theſaurarius, & alius Canonicus, quam
ſi vnus,& idem ſit Canonicus, & Theſaura-
rius, tum etiam, quia ex dicta diuiſsione
Præbendarum adeſt maior numerus perſo-
narum in Choro,per quem plus decoratur,
& honoratur cultus diuinus, vt ſuperius di-
cebatur. Vnde forſan non immerito exiſti-
mat Roch.de Curt.in cap.fi. fol.49.in verſ.
17.infertur,non valere conſuetudinem,qua
quis habet duas diſtributiones quotidianas
in eadem Eccleſia, quod etiam ſentire vi-
detur Alphonſus Hojeda ſibi contrarius,in
dict.1.par.cap.17.num.14. Idemquè vide-
tur dicendum circa vocem in capitulo dan-
dam, cum maius commodum conſequatur
Eccleſia,ex plurium conſilio, iux.tex in cap.
Prudentiam, de offic. delegat. vbi dicitur,
quod integrum eſt iudicium,quod plurimo,
rum ſententijs comfirmatur. Quod enim à
pluribus quæritur ſapientibus,facilius inue
nitur, vt habetur in cap.de quibus 20.diſt.
& alibi dicitur, quod per ampliores homi-
nes perfectiſsima veritas reuelatur, l. quæ-
ſtionem,C.de fideicommiſ.ex quibus plane
dicendum videtur, vt diſpenſatus ad plura
beneficia obtinenda in eadem Eccleſia,nec
duas voces, nec duplicatas diſtributiones
poſsit obtinere.

7 Rebuff. tamen in prax. tit. de diſpenſat.
rat.ætat.in verſ.In Cathedralibus,in fi.pag.
391. cenſet, quod quando in vna Eccleſia,
quis dignitatem habet cum præbenda, non
debet obtinere duplices diſtributiones,quia
vnus tantum ſeruitium impendit, & vicem
vnius gerit,ſubdit tamē,quod quamuis hoc
ſit de iure, de conſuetudine tamen dupli-
cem accipere portionem in Regno Francię,
alioquin nihil prodeſſet habere duo benefi-
cia.In hac tamen inſigni Eccleſia Beatę Vir
ginis Mariæ de Pilari,ex immemoriali con-
ſuetudine null' duplices diſtributiones quo
tidianas conſequi valet, ſiue quis obtineat
duo beneficia perpetua, & collatiua, ſiue
vnum perpetuum,& aliud nutuale,& amo-
bile ad nutum ſuperioris, & ita obſeruari
vidi cum Dominis Antonio Andres, Chri-
ſtophoro Cortes, Dominico Miranda, &
Doctore Franciſco de Mirauete, & alijs,
quam opinionem tanquam veriorem defen
dit Alexand.Monet.de diſtrib.quotid.par.
2.quæſt.4.vbi ex num.8. eleganter ſatisfacit
argumentis in contrarium adductis.

8 Ego autem arbitror,ſupradictas Docto-
rum opiniones omni ceſſante cōſuetudine,
hac poſſe diſtinctione conciliari, aut enim
quis ſimpliciter, & tantum eſt diſpenſatus,
vt poſsit obtinere fructus,& redditus duo-
rum beneficiorū in eadem Eccleſia, & tunc
quidem ſolum fructus, non vero diſtribu-
tiones duplices lucrabitur,vt in ſecūda opi-
nione aſſeritur;cum quotidianę diſtributio
nes regulariter, nullo iure computentur in
ſumma fructuū beneficij impetrati, nec de-
beantur appellatione fructuum,& præben-
dæ,vt notatur in cap.vni.de Cler.non reſid.
in 6.& multa congerunt in huius articuli cō
firmationem Selua de benef.3.par.quęſt.12.
num.8.Coſm.in Prag.Sanct.tit.de collat.§.
quod ſi quis in glo.in verb.intereſſendo fol.
238.Gomez in explicatione Bullę,in 4.clau
ſula num.29.verſ.quorum omnium,Couar.
lib.3.var.cap.13.num.1.Alphon.Hojeda de
benef.1.par.cap.12.num.8.Ioan.Gutierrez
lib.2.Can.Quęſt.cap.15.ex num.12.& conſ.
8.num.1.& 2.Flam.Pariſs.de Reſign.benef.
lib.6.quæſt.2.n.30.Rebuf.in tract.nominat.
quęſt.9.num.39.Hojed.2.p.cap.10.num.16.
9 Ioan. Ocon.in repet. cap.vni. de Cler.non
reſid.in 6.nu.11.& dixi in 3.p.Collect.15.nu.
3.pulchre Alex.Monet.de diſtrib.quotid.1.
p.quæſt.6.vnde diſpenſatus vt duplices fru-
ctus,vel prębendas obtineat ſub eodem te-
cto,nō quidem duplices diſtributiones,ſed
ſimplices tantum lucrabitur; cum enim hu-
iuſmodi diſpenſatio ſit odioſa,& in diminu
tionem cultus diuini, vt ſuperius dicebatur,
nullo iure fieri debet extēſio vltra caſum in
quo loquitur,ex iuribus congeſtis in vol.1.
com.opin.pag.71.verſ.extenſio,Hojeda de
benef.1.p.cap.11.nu.6. & probat tex.in l.at
ſiquis,§.Diuus autē Marcus,ff. de Religioſ.
quem tex. dicit notabilē, Bal. in l.3.in prin.
C.de Epiſc. & Cler.nec diſpenſatus in vno
caſu,cenſebitur in alio.Quando vero in diſ-
penſatione obtentū eſt,vt nō tātum fructus
duorū beneficiorū,ſed etiā duplices diſtri-
butiones cōferantur alicui,in eadē Eccleſia,
tunc quidā fructus,& diſtributiones eorum
10 dem beneficiorum lucrabitur duplices,ob-
tinens huiuſmodi gratiam, & priuilegium,
cum non repugnet iuri,vt in vno caſu,ſicut
in alio,diſpenſare poſsit Sũmus Pont.quem

admodum etiam diſpenſat aliquando, vt in abſentia, & in alijs caſibus quis cõſequatur diſtributiones, vt ſuo in loco latius referam ex quibus patet, feriem diſpenſationis inſpi ei debere, & ita prout fuerit gratia alicui conceſſa, ita illa frui debere.

QVÆSTIO XLIIII.

Qui habet Bullam Cruciatæ, vel gratiam, qua ei conceditur, vt tempore interdicti poſſit audire rem ſacram, an teneatur eam audire in die feſto, ſub mortalis noxę reatu? Quid etiam de eo, qui habet domi oratorium approbatum, vt poſſit audire ſacrũ, an teneatur illud ſub præcepto audire, in diebus feſtiuis, quibus vi, vel ægritudine, vel alia ratione cogitur domi manere?

SVMMARIVM.

1 *Gratia alicui conceſſa, nõ debet in eius dãnum retorqueri.*

2 *Non tenetur quis, ſuo priuilegio vti.*

3 *Priuilegiatus per Bullam, ad audiendam Miſſam tẽpore interdicti, niſi interdictus ſit ipſe, vel dederit cauſam interdicto, nõ audiens Miſſam diebus feſtiuis, peccat mortaliter; dũmodo ſine nimia difficultate poſſit illam audire, ſecundum veriorem ſententiam.*

4 *Incarceratus ſi habeat libertatem, tenetur in diebus feſtiuis audire Miſſam, alias peccabit mortaliter.*

5 *Miſſa non vbiq; ſed in locis ab Epiſcopo cõſecratis, vel vbi ipſe permiſſerit, celebrandæ ſunt.*

6 *Epiſcopus poteſt concedere licentiã, vt in aliquo ſancto loco, fiat ſacrum, in caſu neceſſitatis, neq; Conc: Trid. hoc Epiſcopis prohibuit. Alij inferiores Prælati non poſſunt hãc facultatem tribuere, etiam ſi habeant quaſi Epiſcopalẽ iuriſdictionem.*

7 *Papa, in vrbe non concedit Epiſcopis licentiam, vt domi celebrent, ſed ſolis Cardinalibus.*

8 *Priuilegiũ habẽs, vt in ſua domo celebrari poſſit, ſi ipſo vtatur crebro, & ſine magna neceſſitate non bene facit.*

9 *Epiſcopi debẽt eſſe tardi, aut ſaltem nõ faciles, in concedendis licentijs, ad celebrandum in domibus priuatis.*

10 *Miſſam non audire in diebus feſtiuis, melius eſt, quam eam celebrare in domo, ſi crebro id fiat, & ſine rationabili cauſa.*

11 *Habens licentiam audiendi Miſſam in domo ſua, quando teneatur ſub reatu peccati mortalis, conducere Sacerdotem, vt ſacrum faciat?*

12 *Auila cenſet, dictũ priuilegiatum ad audiendam Miſſam teneri, eiuſq; rationes referuntur.*

13 *Cõtraria ſententia vera eſt, & tenenda, & n. 3.*

14 *Miſſam audire tenetur quis nõ virtute Bullę, ſed ex vi præcepti Eccleſiaſtici.*

15 *Priuilegia in fauorem animæ, tenetur quis vti.*

16 *Interdicti tempore, non eſt pręceptum poſitiuum de nõ audienda Miſſa, ſed eſt priuatio diuinorum.*

17 *Explicãtur verba Bullę:* Puedan oyr Miſſa en tiempo de entredicho.

18 *Labefactantur ſolutiones adductæ ab Auila, rationibus veram ſententiam probantibus.*

1 PRIMO, Quod huiuſmodi priuilegiatus, nõ teneatur ſub pręcepto audire Miſſã, eo in die, prob. ex reg. vulgari; quia quæ in gratiam alicuius cõceſſa ſunt, non debent in eius damnũ retorqueri. Regul. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6. cum allegatis à Paul. Fuſc. in ſingul. 19. litera F. alioqui enim gratia oneroſa fieret, & libera facultas, in obligationẽ verteretur, dicendum igitur eſt, huiuſmodi priuilegiatum cogi non poſſe ad vtendum ſuo priuilegio, nec ad audiendam Miſſam, vt tenuerunt quidam grauiſsimi viri, Salmanticæ, in ſuis prælectionibus, vt referunt Henriquez libr. 13. titul. de excommunic. & interdict. cap. 48. num. 5. in litera D. in fi. pag. 1228. & in lib. 7. titul. de Indulgen. cap. 13. num. 3. in litera I. in fin. pag. 914. optime Rodriguez in Sum. 1. par. cap. 249. num. 14. Ludou. Lopez in 2. par. Inſtruct. conc. cap. 79. tit. de Euchariſt. pag. 799. verſ. Quod quidem, & Ledeſma in Summa 1. par. titul. de Sacrament. Euchariſt. cap. 27. pag. 354. verſ. *La ſegunda dificultad*, & tenet doctiſsimus Hieronymus Llamas in 3. part. Methodi cap. 5. §. 12. pag. 492.

Secundo

2 Secundo ad idem facit illa elegans reſo-
lutio,quam tradit doctiſsimus Frāciſcus Soa
rez in 3.part.quæſtione 83.artic. 6. diſputat.
88.ſect.6.pag.1324.dicens,quod is,qui vi,vel
ęgritudine,vel alia quacunq;ratione,cogitur
domi manere, etiam ſi habeat priuilegiū, ſeu
oratoriū approbatum ab Ordinario,iuxta de
ciſionē Conc.Trid.in Decr.de obſeru.& eui-
tan.in celebr.Miſ.ſeſſ.22.in quo cōceditur,vt
domi poſsit audire ſacrum,nō tamen tenetur
ſub pœna peccati,ad vtendum ſuo priuilegio
diebus feſtiuis,quod etiā vt verius,& proba-
bilius reſoluit Ledeſ. in Sum.1.p.tit.de Sacr.
Euchar.cap.27.ex pag.355.verſ.*Acerca deſto es
la duda*,Ioan.Bap.Conrad.in Reſp.caſ.conſc.
caſ.241.ad fi.vbi id limitat,modo magna ne-
ceſsitas nō vrgeret,vel multi dies nō pręceſſe
rint,quibus Miſſam nō audierit.Pari igitur ra
tione videtur dicendum de eo,qui habet pri-
uilegium,tēpore interdicti audiendi Miſſam,
vt eo vti minime adſtringatur.

Contraria tamen ſententia cōmuni ſcribē
3 tiū calculo cōprobatur,vt tradūt Sot.in 4.diſ.
13.q.2.art.1.verſ.vnus autē ſcrupulus eſt,pag.
564.& in diſt.22.q 3.ar.1.verſ.adde hic,pag.
968.Nauar.in Manual.lat.c.21.n.3.verſ.inter
dictū,& ibidē Alagō,n.3.verſ.excōmunicati,
Viuald.in Cādelab.2.p.tit.de Interdicto, nu.
310.Medin.in Sum.1.p.c.11.§.13.verſ.*La pri
mera*,fol.43.& in c.14.§.40.fol.141.verſ.*Pero
no ſe eſcuſa*. Franciſc. Soarez in ea ſect. 6. pag.
1324.verſic.Solet etiam, Ledeſma in Summa
1.part.cap.27.pag.354.verſ. *A eſta duda ſe reſ-
ponde*, Ludou.Lopez in Inſtruct.conſc.2.par.
cap.79.de Euchariſtia. verſ. Agitatio hic ſo-
let.pag.292.Henriq.lib.7. tit.de Indulg.c.13.
n.3.in fi.& ibi add.in lit.I.pag.346.& in n.12.
in fi.pag.350.& in lib.9. tit.de Miſſa.c.25.n.
11.qui gaudet.pag.556.& in lib.13.tit.de ex-
com.& Interd.c.48.n.5.verſ.qui habet,& ibi
add.in lit.D.pag.822. Rodri.in explicat.bul.
cruc.§.5.n.6.fol.19.opt.Ant. de Campos, in
tract.de ceſſat.à diuin.n.40.Did.Nuño.in 3.
p.D.Th.q.83.ar.6.pag.898.Azor.Inſt.mora.
lib.7.c.2.verſ.tertio quæritur.col.974. Anto.
Gom.ad bul.cruc.ad 5.& 6.clauſulā,ex n.25.
fol.62. Qui omnes aſſirmant,quod habēs pri
uilegiū,vel gratiā audienti diuina officia,vel
ſaltē Miſſam,tēpore interdicti,niſi interdict⁹
ſit ipſe,vel dederit cauſam interdicto, nō au-
diēs Miſſam in diebus feſtiuis Eccleſię,peccat
mortaliter,modo poſsit ſine minima difficul
tate eā audire.arg.tex.in l. continuus.137.§.
illud.ff.de verb.oblig. hanc etiam ſententiam
amplectitur Valdes in tract.de eleemoſina.1.
p.verſ.quæritur.8.circa fin.vbi ait,quod licet
tēpore interdicti quis ſit impeditus intereſſe
diuinis officijs,ſi tamē priuilegio, vel diplo-
mate (quod vulgo bulla dicitur) habito, vel
quod de facili poteſt haberi, poteſt intereſſe
diuinis officijs diebus Dominicis, & ſimilib⁹
non excuſatur præcepto Eccleſiæ; de quo, in
cap.Miſſas, & ibi gloſſ. de Conſecr. diſtinct.
prima.

Quæ cōcluſio mihi veriſsima videtur,quia
4 interdictū in tantū excuſat ab obligatione au
diendi Miſſam,in quantū ponit impedimētū
ad audiendā illā.Vnde quacunq. ratione hoc
impedimētū tollatur, obligatio præcepti ſuā
vim retinet, & tollitur excuſatio. Quod etiā
optime cōfirmatur, & declaratur à quāpluri-
mis Doctoribus proxime allegatis,hoc ſimili
ſi nāq. quis in vinculis detineatur, excuſatur
quidē ab obligatione huius præcepti,& tamē
ſi ex priuilegio, ei cōcedatur libertas diebus
feſtiuis,tenetur implere illud;quia iā eſt ſub-
latū impedimentū.Neq.enim in hoc caſu co-
gitur quis vti ſuo priuilegio,vt dicebatur ſu-
pra,in primo argumēto,ſed tamen ſuppoſito
priuilegio, cogitur quis ſeruare præceptū, q
notanum omnino eſt, pro ſolutione dicti ar-
gumenti.

5 Pro ſolutione autē ſecundi argumēti ſcien
dum eſt,quod ſicut non alij, quā ſacrati Deo
Sacerdotes,debent Miſſas celebrare,ſic nō in
alijs,quā in conſecratis domino locis,ideſt,in
tabernaculis,& tēplis, diuinis precibus à Pō
tificibus deſtinatis Miſſas cantare,aut ſacrifi-
cia offerre licet, niſi ſumma coegerit neceſsi-
tas;vt tradit tex.ſingularis in c.ſicut, de con-
ſecr.d 1.Nec in alijs locis ſacrificare,& Miſſas
celebrare licet. Et præſertim in profanis do-
mibus diligēter vetitū eſt in Cōc. Laodicen.
can.58.& Cabilonē.ſub Carolo Magno,c.49.
& Cōcil.Triburiē. apud Buchard.lib.3.c.56.
Et Iuonē.li.3.c.59.& Gracianū.in c.vnicuiq.
& in c.Miſſarū.de conſecr.diſt.1. Miſſarū (in-
quit)ſolēnia,nō vbiq.ſed in locis ab Epiſcopo
cōſecratis,vel vbi ipſe permiſſerit,celebrāda
eſſe cenſemus. Et ex Cōc.Aureliā.c.3.vt habe
tur apud Buchardū.lib.3.c.86.Vnicuiq. fide-
liū oratoriū in domo licet habere,& ibi ora-
re, Miſſas autē ibi celebrare nō licet;ſatius eſt
enim Miſſam nō cātare,vel audire,quā in his
locis,vbi fieri ſacrū nō oportet,niſi pro ſum
ma neceſsitate,celebrare,vt inquit. cap.ſicut
de conſecr.diſt.1.

Sed(proh dolor)eo iā ventum eſt,vt ad cu-

bicula,& ad domos inquã,ludis, blaſphemijs
& ebrietatibus, ac luxuriæ actibus obſcęnis
ſæpiſsime violaras, nulla neceſsitare vrgẽte,
ſed aut deſidia quadã ad Eccleſiã eundi , aut
(ni fallor) Deus ſcit, ſuperbo quodam faſtu,
quaſi iam parũ ſit ſolis hominib⁹ , obſequijs
coram hominibus venerari, niſi etiã inter nõ
ſtrã mundi põpam cõnumerare liceat, quod
adhuc ipſe filius Dei, ad domos noſtras,no-
bis miniſtraturis accedit. Vnde quidẽ meri-
to Conc. Trid. in ſeſſ. 22. in decreto de obſer-
uandis, & euitandis in celebratione Miſſę,ſic
in forma cauet, vt ordinarij locorum Epi nõ
patiãtur priuatis in domibus,atq; omnino ex
tra Eccleſiã, & ad diuinũ cultũ tantũ dedicata
oratoria ab eiſdem Ordinarijs deſignanda,&
viſitanda, ſanctũ hoc ſacrificiũ, à ſecularibus,
aut regularibus quibuſcunq; peragi, nõ obſtã
tibus priuilegijs,exceptionibus, appellationi-
bus, ac cõſuetudinibus quibuſcunq; per quæ
verba tenet Nauar. lib. 1. tit. de conſtit. conſ. 1.
q. 37. nu. 76. Epm minime poſſe hodie dare li
centiã celebrãdi ſacrum, apud infirmum.

Soarez tamen in 3. p. diſput. 81. ſect. 2. pag.
1216. col. 2. vt verius exiſtimat, nõ eſſe ablatã
Epis poteſtatẽ, cõcedendi huiuſmodi licẽtiã
in caſu neceſsitatis, vt in aliquo honeſto loco
fiat ſacrũ, quãuis talis locus nõ ſit ad diuinum
cultũ deſtinatus; cum indubitati iuris ſit apud
omnes DD. iure ordinario poſſe hoc fieri, &
cõcedi ab Epis in caſu neceſsitatis. Cõciliunt
autẽ nõ abſtulit hoc ius ordinariũ, & cõmu-
ne, nec de caſu neceſsitatis quidquam locutus
eſt, ſed abſolute de cõmuni modo celebrãdi.
Vſus etiã hoc confirmat, quia ita fit ſine vllo
ſcrupulo; & cõceditur ab Epis huiuſmodi li-
centia frequenter in caſu neceſsitatis; vt ſi Ec
cleſia fuerit combuſta, aut deperdita, ſi fuerit
bellũ, quia tũc militibus poſſunt diuina extra
Eccleſiã celebrari. Quã neceſsitatẽ arbitratur
Sot. in 4. diſt. 13. q. 2. ar. 3. poſſe extẽdi ad quã-
cunq; aliam neceſsitatẽ honeſtã, vt ſi populus
copioſus ad Heremitoriũ confugerit, tunc in
campo poſſunt celebrari diuina. Quod etiã ſe
quitur Ioã. Ramirez de confir. Ord. S. Iacobi,
c. 32. n. 2. pag. 129. Hieron. Llamas in 3. p. me-
6 thodi, c. 5. §. 15. pag. 504. verſ. & inſuper; Na-
uar. in Man. c. 25. n. 81. Hanc tamen cõcedere
nequeunt alij inferiores Prælati, etiam haben
tes quaſi Epiſcopalẽ iuriſdictionẽ, per eã quę
7 tradit Rodrig. to. 1. q. 43. art. 8. Nec extra ca-
ſum neceſsitatis, cõcedi debet. Quod adeo ri-
gide ſeruatur Romæ, vt Papa eam, neq; ipſis
Epis Romæ cõmorantibus licẽtiam cõcedat;
ſed ſolum Cardinalibus, vt atteſtãtur Nauar.
in Man. c. 25. n. 81. & in lib. 5. tit. de priuil. cõſ.
16. n. 1. Rodriguez in ſum. 1. p. c. 249. n. 14. Gu
tierrez in Can. Quæſt. lib. 1. cap. 30. nu. 26. vbi
etiam, in n. 28. aſſerit, declaratione Reueren.
Cardinalium declaratũ extitiſſe, quod in pri-
uatis domibus nõ debet permitti, vt Miſſæ ce
lebrentur, niſi propter neceſsitatem, & tunc
fieri debet in oratorio, aut altari ad diuinum
cultum tãtum dedicato. Vnde quidem Conc.
Toler. celebratũ 1583. act. 3. Can. 41. citando
plura Concilia in explicatione Tridentini, de
quo ſupra, determinat, ne talia Oratoria fre-
quenter fiant, ne vè priuatis perſonis, niſi raro
id concedãtur, quod etiam refert Henriq. lib.
7. cap. 13. n. 4. & Ramirez d. n. 1. ad fi. & ait So
to in 4. diſt. 13. q. 2. ar. 3. pag. 572. indecentiſsi
mũ eſſe huiuſmodi priuilegijs vti, niſi ob gra
uem iacentis infirmitatẽ, vt cõmunionem ſuſ-
cipiat; addens, quod iuxta ipſius ſentẽtiã, niſi
eſſet perilluſtris perſona, malet vt cęteri, quã
do exire ad Eccleſiã nõ poſſunt, die etiã feſto
Miſſam nõ audiant, quã quod domi audiant,
nã dũ honeſtus locus nõ ſuperit, id nõ fit ſine
irreuerentia Sacramẽti. Imo Sotus videtur lo
qui in caſu, quo honeſto loco poſſet domi pri
uatim celebrari. Quã Soti ſententiã ſequũtur
Gutier. in Can. Quęſt. lib. 1. c. 30. n. 27. eamq;
veram eſſe dicit, vbi nõ aliqua extraordinaria
neceſsitas vrgeret. Rodrig. to. 1. q. 43. ar. 5. ad
fi. Lud. Lop. 2. p. Inſtr. conſc. tit. de Euchariſt.
cap. 79. pag. 300. verſ. infert deinde, eamq; ele
ganriſsime explicat, & declarat Petr. Arag. 2.
2. q. 83. de oratione art. 2. ante fin. pag. 612. re
ferens etiam ad hoc verba Fœlicis Papę IIII.
in quadã ſua epiſt. ad Epiſcopos per diuerſas
8 Prouincias conſtitutos. Ex quibus ipſe Arag.
colligit, quod qui habẽt priuilegiũ, & aptum
locum in domo ſua ad celebrandum, ſi ea fa-
cultate crebrò, & ſine magna neceſsitate vtã
tur, non bene faciunt; quin potius ipſe dicit,
ꝙ caſu, quo habens priuilegiũ nõ valet Eccle
ſiã adire, vel quia ęgrotat, vel quia eſt alio ne
gotio occupatus, melius faceret non audiẽdo
Miſſam; etiam ſi dies feſtus eſſet, quam faciẽ-
9 do illam celebrare in domo ſua. Quod quidẽ
ait intelligendum eſſe , modo aliqua magna
neceſsitas non vrgeat, vel multi dies nõ præ-
ceſſerint, ex quibus Miſſam nõ audiuit. Ex qui
bus colligere licet, quã tardi debent eſſe Prę-
lati, in cõcedẽdis facultatib⁹, vt Miſſę in priua
tis domibus celebrẽtur, & ſimiliter, quã male
faciãt, qui prędictis facultatibus conceſsis cre
bro, & ſine vrgente neceſsitate vtuntur.

His

10 His prępremiſsis,ad dictum ſecundũ argumẽ
tum facilis extat ſolutio, ſi dicatur,quod cũ
dicere Miſſam in priuatis domibus approba
tis,de ſe ſit odioſum,minuſq;decear ad reue
rentiá debitam huic ſacrificio,præter gene-
rales Canones Eccleſiæ , nemo obligatur ad
vtendum tali priuilegio, vt poſsit aliud præ
ceptũ Eccleſiaſticum implere, nã hoc nõ eſt
tanti momenti,quale eſſe poteſt,vt ſacrificiũ
in priuatis locis,ſine vrgenti cauſa nõ fiat,cũ
longe melius ſit Miſſam non audire,etiam ſi
dies feſtus ſit, quam eam celebrare in domo
11 maxime ſi crebrò id fiat , & ſine rationabili
cauſa,vt ſupradictũ eſt. Qua ſolutionẽ reten
ta,nõ eſt cur examinari debeant alia,quę cir
ca ſolutionẽ iſtius argumẽti,cumulãt Soarez
in ea 3.p.q.83.ar.6.diſp.88.ſect.6.pag.1324.
& Ledeſ.vbi ſup.An ſcilicet quis ſic impedi-
tus,ſub culpa mortali teneatur quærere Sa-
cerdotẽ,eiq; ſoluere ſtipẽdium,vt ſibi ſacra
celebret? Quid etiá,quãdo gratis inuenit ce
lebrãtem?Vtrum eo in caſu cogatur ſub pœ
na peccati audire Miſſam?Hic tamen aduer-
tendũ duxi ex Dida.Nuño in 3.p.D.Tho.q.
83.art.6.pag.998.opinionem Soarez nõ om
ninoveram eſſe,dicit namq;ipſe Nuño,quod
quando infirmus poteſt facile Clericũ duce
re,& nõ grauiter,ſed leuiter infirmatur,ita,
vt facile poſsit domi audire Miſſam,etiam ſi
non teneatur ire ad Eccleſiã,tenetur tamen
Clericum cõducere,& Miſſam audire.Quod
probat ex eo,quia qui habet aliquod pręcep
tum,tenetur adhibere media ſaltẽ facilia,ad
illud implendũ,ſed hoc mediũ facile eſt ho-
mini diuiti,ergo tenetur Presbyterũ condu
cere,vt celebret in ſua domo,& audiat Miſ-
ſam.Cęterum poſtea quã hęc ſcripſimus ap-
12 paruit P. Stephanus de Auila , ex Societate
Ieſu,qui in tract.de cenſur.Eccleſ.5.p.de pri
uatione omniũ diuinor.offic. diſp.4. ſect.2.
dub.6.qui allegat Victoriã,& Canum,& ait
aliquos viros doctos ſuam ſentẽtiam tenere
eos tamen proprijs nominibus non nominat,
neq;loca,in quibus rem iſtam pertractant in
dicauit. Quo fit,vt credere liceat,videre au-
tem minime.Is inquam grauiſsimus auctor,
probabilius eſſe exiſtimat,huiuſmodi priui-
legiatos nõ teneri ſub pręcepto Miſſam au-
dire dieb⁹ feſtis. Et mouetur his rationibus.
Prima,quia nemo obligatur vti priuilegio ſi
bi cõceſſo,non enim priuilegiũ cõceditur in
uito.Secũda,quia tẽpore interdicti,eſt obli-
gatio laicis nõ audiendi diũina,ergo qui ha
bet Bullã,bene poteſt ſe cõformare huic prę
cepto,ſi velit,pręcipuè cum ſit valde cõfor-
me intẽtioni Eccleſiæ,quod omnes ſe cõfor
ment huic præcepto, vt ſic Eccleſiaſticæ cen
ſuræ nõ amittant ſuũ vigorem. Tertia iſtius
auctoris ratio eſt,nã ſi diceretur Miſſa in ali
qua Eccleſia,in tali diſtantia,quod nõ com-
prehendatur intra cõtinentia mæniorũ,quã
uis diſtantia nõ ſit tanta,vt de obligaret ho
mines ab audiẽdã Miſſã,quando nõ eſt inter
dictum,nõ tenẽtur homines illuc ire,tẽpore
interdicti,ad audiendam Miſſam.

13 Fateor,has rationes oſtẽdere nõ eſſe om-
nino improbabilem hanc ſentẽtiam , tamen
proculdubio cõtraria vera eſt,& in praxi te-
nenda; quã tenent grauiſsimi DD. ſuperius
allegati,propter quorum auctoritatẽ,& eo-
rum elegãtes rationes,nõ eſt ab illa receden
dũ. Et probatur his rationib⁹,quas breuiter
recẽſet Auila,vbi ſup.Prima,quia iſte poteſt
audire,ergo tenetur. Secũda, quia reſpectu
huius iam nõ eſt interdictũ,ergo tenetur,ſi-
cut antequã poneretur interdictũ. Tertia, ſi
detento in carcere cõcedatur licentia,vt eat
ad audiendam Miſſam, tenetur audire,ergo
etiã in noſtro caſu.Quę rationes ſi recte per
pendãtur, manifeſte probant hãc noſtrã ſen
tentiam,tutam,& veram eſſe.

14 Neq;adductę in cõtrarium abſtant,quo-
niã ad primã reſpondetur, cõcedendo nemi
nem cogi vti ſuo priuilegio,cęterũ non inde
infertur,nõ teneri ad audiẽdã Miſsã,neq; di
cimus nos obligari virtute priuilegij,ſed dũ
taxat ex vi pręcepti Eccleſiaſtici,pręcipiẽtis
audire Miſſã cuicunq;nõ legitime impedito,
Cũ ergo habens Bullã nõ ſit impeditus(ipſa
enim tollit impedimentũ)proculdubio tene
tur illam audire,ratione præcepti,ſicut præ-
ceptũ ieiunij obligat omnes nõ legitime im
peditos,ægrotus propter impedimentum in
firmitatis excuſatur,ſed ſublato hoc impedi
mento per ſanitatẽ ſuperueniẽtem etiam ex
miraculo , & ſic quaſi ex priuilegio diuino,
certiſsimum eſt teneri ad ieiunandum.

15 Secundo reſpondetur , quod priuilegio
conceſſo in fauorem animæ , cogitur quis
vti, cum ergo priuilegium audiendi Miſſam
tempore interdicti , ſit maxime fauorabi-
le animæ , ſicut priuatio audiendi illam eſt
eiuſdẽ animæ acerbiſsima pœna, conſtat ha
bentem Bullam , teneri vti illa , ad Miſſam
audiendam.Probatur, & explicatur antece-
dens,nã ſi aliquis cõdẽnaretur ad aliquã pœ
nam corporalem , ponamus , quia extraxit
frumentum, vel pecunias aureas,vel aliquas

merces extra Regnũ, cum iſta eſſent prohi-
bita, ſi is iam condemnandus haberet priui-
legium ad prædicta licite aſportanda, nõnè
teneretur ſub pœna peccati mortalis, ad eua
dendam pœnam corporalem, vti ſuo priui-
legio? imo non ſolum ratione pœne euitan-
dę, ſed ratione ingentis lucri, aut honoris
acquirendi, debet quis vti ſuo priuilegio,
ergo à fortiori ratione damni ſpiritualis vi-
tandi, & vtilitatis animæ, quæ reſultat ex
auditione Miſſæ, tenetur, qui poteſt audire
ex priuilegio, illo vti. Quod autem, ex pri-
uatione diuinorum offitiorum damna ſub-
ſequantur, ſatis conſtat ex cap. Alma mater
de ſent. exco. in 6. vbi Bonifacius VIII. ex-
preſſe aſſerit, excreſcere indeuotionem põ
puli, pullulare hęreſes, & infinita pericula
animarum inſurgere; ad quæ omnia vitãda,
ſacramenta miniſtrari, & certis diebus offi-
cia diuina celebrari concedit. Si igitur hoc
magnum priuilegium eſt, & maximus ani-
marum fauor, & illo vti neceſſe eſt, multo
maior erit, poſſe virtute Bullæ, omnibus die
bus feſtis diuina audire, & multo minus po
terit quis, huic ingenti priuilegio renuntia
re, ſed illo vti neceſſe erit.

16 Ad 2. reſpõdetur tempore interdicti, nõ
eſſe preceptum poſitiuum de non audien-
da Miſſa, ſed eſſe priuationem diuinorum
vt ipſemet Auila fatetur in ſolut. 3. arg. pro
noſtra ſententiã, quę priuatio tollitur per
Bullam, & ſic obligat præceptum Eccleſia-
ſticum audiendi Miſſam, quod obligabat tẽ
pore interdicti; ſicut pręceptum ieiunij, nõ
obligat tempore ægritudinis, & quando in
ferebat Auila, ergo qui habet Bullam, poteſt
ſe conformare præcepto nõ audiendi Miſ-
ſam (ſi vellit) negatur conſequentia, quia ſup
ponit falſum, ſcilicet eſſe tale præceptum, &
quando ait; hoc eſſe valde cõforme intentio
ni Eccleſiæ, quod omnes ſe cõforment huic
præcepto, vt ſic Eccleſiaſticæ cenſuræ non
amittant ſuum vigorem. Reſpõdetur, quod
imo audiendo Miſſã, ſe cõformant pręcepto
Eccleſiæ, nã non audire, nunquã fuit præcep
tũ, ſed pœna acerbiſsima, quã tollit S. P. per
Bullam Cruciatã, & ſic qui audit diuina, cõ
format ſe intentioni Eccleſiæ, & eius capiti,
qui vero nõ audit, nõ cõformatur, ſed diſce
dit ab eius voluntate, & intentione.

17 Neq; obſtat, ſi dicas Sũmũ Põtificẽ dice
re in Bulla: *Que los q̃ la tuuieren, puedan oyr Mi
ſa, aun en tiẽpo de entredicho Apoſtolico, y ordina-
rio en las Igleſias, &c.* Ergo videtur in libera
volũtate ſuſcipientis Bullam, relinquere, vel
audire, vel nõ audire Miſſam. Quoniã reſpõ
deo illa verba: *Puedan oyr Miſſa*, nõ concedo
re libertatẽ ad nõ audiendã Miſſam, ſi enim
hoc voluiſſet, iam dixiſſet, ſed ſenſus legiti-
timus, & verus illorum verborũ eſt, his, qui
Bullã ſuſceperint, tollitur impedimentũ, &
pœna acerbiſsima, qua priuati erant hoc in-
gẽti bono ſpirituali, neq; opportebat dicere
S. P. habentibus Bullam pręcipio, vt audiant
Miſſam, nam hoc iam eſt præceptũ Eccleſiæ
manifeſtum, neq; illud iterare, vel repetere
erat neceſſe, ſed duntaxat tollere obſtaculũ
impediens, tam ſalutiferi præcepti obſerua
tionem. Ad tertium reſpõdetur falſum eſſe,
quod ſi parua diſtãcia Eccleſiæ extra męnia,
vbi dicebatur Miſſa, nõ obligabat ad illã ibi
audiendã extra interdictum, quod poſito in
terdicto nõ obligetur ad ibi audiendã. Imo
cẽſeo, quod obligatur quis, vel deobligatur
vtroq; tempore, eodẽ modo; ſi enim diſtan-
tia Eccleſiæ nõ ſit magna, & poſsit quis, ſine
magno labore, & detrimẽto ſuę ſalutis, illuc
ſe conferre, & audire Miſſam, proculdubio
ſiue ſit interdictum, ſiue nõ ſit, tenetur, (ſup
ponimus Eccleſiã extra muros nõ eſſe inter
dictã) quod ſi periclitetur ſalus, vel cũ mag
na difficultate poſsit quis iter peragere, excu
ſatur legitime ab obligatione præcepti au-
diendi Miſſam, hoc enim pręceptum (ſicut,
& alia Eccleſię) ſuaue eſt, neq; obligat, quan
do nõ poteſt cõmode adimpleri.

18 Pręterea ſolutiones aſsignatę à dicto Aui
la argumentis, noſtram ſentẽtiam cõfirman
tibus, facile labefactãtur, ad primam reſpon
det ipſe, quod quãuis habeat præceptum au
diendi Miſſam, & poſsit audire nõ tenetur,
quia eſt aliud præceptũ cõtrariũ, cui poteſt
ſe cõformare, ſi velit. Certe hęc ſolutio nul-
lam habet vim, quia habens Bullã Cruciatã,
non habet præceptum contrarium, ſcilicet
nõ audiendi Miſſam, ſed potius illi per Bul-
lam fuit ſublatum impedimentum, quo im-
pediebatur audire Miſſam, & ita audiendo
illam, ſe conformat præcepto Eccleſiaſtico,
obligante omnes fideles non impeditos ad
audienda diuina.

Ad ſecundã reſpondebat Auila, quod reſ-
pectu habentis Bullam, non eſt interdictum
quod ſimpliciter obliget illud, eſt tamen in
terdictum, cui ſi velit poſsit ſe cõformare,
hæc ſolutio nõ ſatisfacit, nãm concedit ipſe
eſſe interdictũ, & nõ eſſe interdictum, quod
impoſsibile eſt; habenti igitur Bullam, non
eſt

Digitized by Google

eſt interdictum, quia interdictũ, eſt cenſura priuans diuinorum officiorum participatione, quæ priuatio tollitur per Bullam, & ſic iam non eſt interdictum, & ex conſequenti nõ poteſt, qui habet Bullã interdicto, quod non eſt reſpectu illius, ſe conformare.

Ad tertiam rationem reſpondet impedimentum carceris, eſſe impedimentum ipſius perſonæ, ſicut eſt impedimẽtũ infirmitatis, & ideo illo ceſſante, currere obligationem audiendi Miſſam, at vero impedimentum interdicti, eſt impedimentum iuris. Hęc etiam ſolutio, nullum habet fundamẽtum, nã ſicut quodcunq; impedimentum legitimũ ſiue iuris, ſiue perſonæ ſit, excuſat ab obligatione pręcepti, ita ceſſatio cuiuſcunq; impedimẽti eſt cauſa, quare obliget præceptum, & ſic ſicut qui poteſt exire à carcere, tenetur audire Miſſam, quia ceſſat impedimentũ, ita etiam, qui habet Bullam per quam ceſſat etiam impedimentum, tenetur eam audire.

QVÆSTIO XXXXV.

An ſtante Bulla Cœnę Dñi defendi valeat forẽſis vſus, quo Iudices Eccleſiaſtici à Regijs Prętorijs inhibentur, ne (appellatione pendente ab eorũdem ſententijs) procedãt ad earum executionem, vimq; auferant, & ab ea inferenda ceſſent, ſi forte appellantem cenſuris, & pænis opprimũt.

SVMMARIVM.

1 *IVdices ſeculares non poſſunt inhibere Eccleſiaſticos, ex Bulla Cœnæ Domini.*

2 *Nefas eſt, ſeculari cuilibet magiſtratui, prohibere Eccleſiaſtico Iudici, ne quem excõmunicet, ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Refor. cap. 3.*

3 *Auditores Regis ſolent per viam violentiæ compellere, vt Eps deferat appellationi ad Metropolitanum, vel Papam.*

4 *Rex, ratione ſui officij tenetur eripere oppreſſũ.*

5 *Laicus, aut Clericus, ſi violentiam patiatur à Prælato ſuo, Rector Prouinciæ, aut Ciuitatis, ſuum officium interponit, vt conſtitẽ ei de violentia reducat ſpoliatos in poſſeſſionem.*

6 *Regum proprium officium eſt, populos ſibi ſubiectos, & oppreſſos iniuſte à Iudicibus Eccleſiaſticis defendere.*

7 *Regis Hiſpaniæ ſuprema tribunalia, ius habent tollendi violentiã oppreſſorũ, nec ob id, incidunt in Bullã Cœnæ Dñi, neq; faciunt cõtra Concilliũ.*

8 *Non procedunt eo in caſu, tanquam Iudices appellationis.*

9 *Iudices ſeculares in caſu dicto, Eccleſiæ miniſtri ſunt, & ſunt præſidio miſeris, ne iniuriam patiantur.*

10 *Rex, & ipſius Conſiliorũ, ſine timore excõmunicationis Cœnæ Domini, poſſunt detinere literarum Apoſtolicarum executionem, ſi intelligant ita conuenire ad pacem, & tranquilitatem boni regiminis Regni; dum tamen id fiat ſine fraude, & dolo, & non cauſa impediendi executionem dictarum literarum.*

11 *Bulla Cœnæ Dñi, non comprehendit Iudices ſeculares, tantũ tollẽtes vim, & oppreſſionem per Iudices Eccleſiaſticos factam.*

12 *Bullæ Cœnę Dñi explicatur 16. caſus.*

13 *Non eſt prohibitum de iure, recurrere ad ſuperiores laicos, vt tueantur Clericos ab iniurijs Iudicum Eccleſiaſticorum, donec ad ſuperiores Eccleſiaſticos recurrere poſſint.*

14 *Acta faciunt notorium ſaltem iuris.*

15 *Regij Iudices pronũciant per modũ cauſæ, Iudicẽ Eccleſiaſticũ vim feciſſe, vel nõ feciſſe, eo quod appellationi partis nõ detulerit, nõ autẽ pronunciãt, quod Iudex Eccleſiaſticus, iuſte, vel iniuſte proceſſerit.*

16 *Poſſeſſio rei ſpiritualis, dicitur quid temporale.*

17 *Iudex laicus poteſt cognoſcere de cauſa ſpirituali incidenter, quando ſolummodo agitur de quæſtione facti.*

18 *Rex Hiſpanię habet priuilegium Pontificis, vt poſſit cauſas Clericorum ad ſua tribunalia tunc vocare, quando ſecularis aliquis conqueritur, quod vim patitur à Iudice Eccleſiaſtico, quod vulgo dicitur (Por via de agrauio, y fuerza.)*

19 *Iudex laicus de poſſeſſione iudicat, tanquam de facto, remittens integrã proprietatis cauſam Iudici Eccleſiaſtico.*

20 *Iudices Eccleſiaſtici ſolent rogari à Regijs Tribunalib⁹, vt interim donec proceſſus ab eis videatur, abſoluant reum à cenſuris ad certũ tempus.*

21 *Epiſcopi, & Iudices Eccleſiaſtici ſunt ſub Rege.*

22 *Iudici iniuſte exequenti, poſt interpoſitam appellationem poteſt a parte impune reſiſti.*

23 *Regij Iudices ſolent cõminari Eccleſiaſticos, ſub pæna amiſſionis rerum temporalium, quas in his Regnis obtinent, & quod ab eiſdem cenſebuntur extranei.*

24 *Reges licet nõ habeant ditionem cõtentioſſã, & iudicialem cõtra perſonas Eccleſiaſticas, habent tamen ditionem œconomicam, & politicam.*

25 *Iudices ſeculares poſſunt occupare bona temporalia Eccleſiaſticorũ in aliquo caſu, abſq; incurſu cenſurarũ Bullæ Cœnæ Domini.*

26 *Clericus ſeditioſus, & publicã Reipublicæ quietem perturbans, ſolet per Iudicem ſecularem expelli ad tempus, ab illa Ciuitate.*

27 *Conſuetudo non præſumitur, abſq; fundamento.*

28 *Principis ſcientia, & tollerantia habet vim diſpẽſationis, & priuilegij expreſſi, aut ſaltẽ taciti.*

29 *Regna Chriſtianiſſimorũ Regũ, ſunt ampliſſima.*

30 *Quando ſcientia, & patientia eius, qui actum impugnare poteſt, interuenit cum perſeuerantia eſt præſumendum pro ſolemnitate actus.*

31 *Cõſuetudinis tollerantia vim habet diſpenſationis, & approbationis, maxime cum talis tollerãtia iuſtam habuit originem.*

32 *Cõſuetudo tanti temporis, cuius memoria non extat in contrariũ, valet, licet ſit multũ præiudicialis Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis.*

33 *Cõſuetudo immemorialis habet vim priuilegij.*

34 *Princeps, & eius ſacrum Conſilium, ſupplet deffectũ Iuſtitiæ inferiorũ totius Regni, ſiue vim inferentes ſint Dñi tẽporales, ſiue Eccleſiaſtici.*

35 *Regios Iudices adire expedit, vt Iudices Eccleſiaſtici ceſent à grauaminibus, & vim auferant.*

36 *Recurſus ad Regia tribunalia, licet prohibitus ſit in Bulla Cœnæ Dñi, interim tamẽ dum pendet cauſa in gradu ſupplicationis, vtimur ipſo recurſu; ſupplicatio enim operatur effectũ ſuſpenſiuũ.*

37 *Iudex ſecularis poteſt inhibere Eccleſiaſticum, ne vlterius procedat pẽdente appellatione, prius tamen debet illi conſtare per inſtrumentum, appellationẽ denegatã fuiſſe, in caſu à iure admiſſo.*

38 *Iudices ſeculares nõ iuſte faciũt quãdo ſtatim nõ cognita qualitate appellationis, inhibent Iudices Eccleſiaſticos.*

39 *Regij Iudices, cum conſtat illis appellationem fuiſſe friuolam, ſtatim remittunt cauſam ad eundem Iudicem à quo, vt exequatur ſententiam; quod ſi iuſta fuerit, præcipiunt Iudici Eccleſiaſtico, quod appellationi deferat, & omnia poſt illã facta retractet.*

40 *Appellatio à Iudice, qui habet in mandatis, vt procedat appellatione remota, valet de iure in multis caſibus.*

41 *Appellari non poteſt regulariter à Iudice, qui procedit appellatione remota.*

42 *Clauſula (appellatione remota) non tollit appellationem à diffinitiua ſententia, ſed tantum ab interlocutoria.*

43 *Clauſula (appellatione remota) ſolum tollit friuolas aappellationes.*

44 *Clauſula (appellatione remota) ceſſat, ſtante notorio grauamine, ſicut appoſita in commiſſione ſubreptitia.*

45 *Appellatio non datur à ſententia, qua quis profertur excommunicatus, nec ſuſpenditur ipſa per appellationem, & ita appellatione pendente, poteſt Iudex denunciare appellantem excõmunicatum, illumq; priuare beneficij fructibus.*

46 *Appellatio a ſententia denunciationis, potentior eſt illa, quæ interponitur ante ſententiam excommunicationis.*

47 *Iudex ſecularis poteſt inhibere Eccleſiaſticum, quando aduerſus laicum profert ſententiam excõmunicationis in diem, vel ſub conditione, ſi ab illa fuerit appellatum ante diei, vel conditionis euentum, quia appellatio huiuſmodi valida eſt.*

48 *Iudices ſeculares non debent Eccleſiaſticos inhibere, niſi prius ex meritis proceſſus illis conſtiterit, appellationes iniuſte fuiſſe denegatas ab ipſis Iudicibus Eccleſiaſticis, cum de iure admittendæ fuiſſent.*

49 *Praxis Regni Aragoniæ ad tollendam inhibitionem.*

50 *Rotæ deciſio, cõmunem opinionem conſtituere dicitur.*

51 *Rota aliquando Rotat, & tantum ei eſt deferẽdum, quantum ratio ipſa vrget.*

52 *Intellectus cuiuſdam deciſionis Rotæ.*

53 *Eccleſiaſticæ perſonæ, eorumq; bona, Regiæ iuriſdictioni ſubijciuntur in multis caſib⁹; abſq; vllo cenſurarum incurſu, aut immunitatis Eccleſiaſticæ violatione.*

54 *Laici incapacitas de iure diuino, ad cognoſcendum de cauſis, ac perſonis Eccleſiſiſticis, intelligitur, in ijs, quæ vere, ac proprie ſpiritualia ſunt, quoad alia vero, non de iure diuino, ſed poſitiuo; & Canonico tãtum, habent laici incapacitatem.*

55 *Laici cognoſcebãt de cauſis Ciuilibus, & Criminalibus Clericorum, vſq; ad Concilium Renuenſe, celebratũ ſub Eugenio II. anno 829.*

56 *Romanorum Pontificum tollerantia, vt cognoſcant laici de Eccleſiaſticis, circa ea quæ ſpiritualia non ſunt, & conſuetudo etiam Principum ſecularium antiquiſſima, tollendi violentias Iudicũ Eccleſiaſticorum, faciunt vt licite, & abſq; incurſu cenſurarum hæc fiant.*

57 *Quæ ſunt priuilegio quæſibilia, ſunt etiam præſcriptibilia.*

58 *Iudices laici, non cognoſcunt de violentijs Iudicum Eccleſiaſticorum, tanquam Iudices appellationis, ſed per modũ extraiudicialis defenſionis, ne indebite opprimantur, quaſi præſtando auxilium parti læſæ, & ſuperioribus Eccleſiaſticis.*

59 *Appel-*

59 *Appellatio licet non admittatur in multis caſibus, non tamen prohibetur recurſus, ſiue querella.*

60 *Intellectus Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Reform. cap. 3. & caſ. 10. Bullæ Cœn. Dom.*

61 *Clericus perturbans Reipublicæ pacem, poteſt à Rege, & eius conſiliarijs puniri in bonis patrimonialibus, & à Regno expelli; non tamen id poterunt facere Cõmites, Duces, & Marchiones, & alij recognoſcentes ſuperiores in eorum ditionibus.*

62 *Rex cognoſcens inter Eccleſiaſticos per modum violentiæ, poteſt vim inferentem, condemnare in expenſis.*

IN hac grauiſsima, & difficili
1 quæſtione, videtur dicendum
primo, Iudices ſeculares hanc
inhibitionem aduerſus Iudices Eccleſiaſticos, minime poſ
ſe concedere abſque incurſu cenſurarum, cũ
per violentiam, & pœnis ab eis impoſitis,
impediant, ne procedant Iudices Eccleſiaſti
ci in cauſis, & negotijs ſibi commiſsis, & ad
eorum iuriſdictionem, & cognitionem ſpectãtibus, videtur manifeſtiſsime probari ex
Bulla Cœnæ Domini quotannis promulgari ſolita. in 14. & 16. caſu. Quibus in locis ex
preſſè cauetur, etiam ſub prætextu prohibẽdi violentiam, id à magiſtratibus ſecularibus decerni non poſſe.
2 Secundo id etiam videtur deciſum in ſan
cto Concilio Tridentino, ſeſſ. 25. de Refor:
cap: 3. vbi dans formam iudicibus Eccleſiaſticis, & cauſas imponendi excommunicationem ſubdit. Nefas autem ſit ſeculari cuilibet magiſtratui, prohibere Eccleſiaſtico
Iudici, ne quem excommunicet, aut manda
re, vt latam excommunicationem reuocet;
ſub prętextu, quod contenta in pręſenti decreto nõ ſint obſeruata; cũ nõ ad ſeculares;
ſed ad Eccleſiaſticos hęc cognitio pertineat:
Cum ergo ex hac prohibitione, Iudices ſeculares, Eccleſiaſticis Decretis aduerſentur;
dicendum videtur; rectè eos puniri poſſe
pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis. Quod etiã
confirmatur ex dicto Concil. Trident. ſeſſ.
25. cap. 20. vbi hortatur Reges, & Principes, ne permittant Eccleſiaſticos à iudicibus
ſecularibus in aliquo offendi, vel grauari; cũ
ergo in his grauentur Iudices Eccleſiaſtici
per ſeculares, contrauenire videntur dictæ
Concilij deciſioni.

Nihilominus tamen pro contraria opinione facit, quia nullus Iudex Eccleſiaſticus, habet hos Principes ſeculares, eiuſve cõ
ſiliarios, vt excommunicatos; imo nec ipſe
beatiſsimus Papa, nec vllus alius euitat illos.
Vnde credendum eſt, Pontifices maximos
noluiſſe tam ingens damnum, per præfatas
clauſulas ipſis inferre, vt optime conſiderat
Viuald. in explicat. Bullæ Cœnæ num. 107.
qui ex numer. 102. refert quamplures iuris
vtriuſque, ac ſacrę Theologię Doctores, huius opinionis defenſores: nec mirum id videri debet, conſuetudine ſiquidem generali, & vſu quodam forenſi obtentum eſt, non
3 ſolum in Hiſpaniarum ditionibus, & Principatibus, ſed & apud Gallos, & Luſitanos,
Pedemontanos, & in Regno Neapolitano,
& in alijs mundi partibus receptiſsimũ eſt,
& ſolent auditores Regis per viam violentiæ compellere, vt Epiſcopus deferat appel
lationi ad Metropolitanum, vel Papam. Et
in hoc Regno, à Locumtenentibus Iuſtitiæ
Aragonum, frequentiſsime obtinetur iurisfirma, & ab ipſis inhibentur Iudices Eccleſiaſtici, ne pendente appellatione in cauſa
procedant; nec vim vllam inferant appellantibus, ſiue ſint Eccleſiaſtici, vel ſeculares,
imo cogunt eos, reponere omnia in eum ſta
tum, quo tempore præſentationis firmę, vel
inhibitionis, res ſe habebat, vt tradunt Portoles in Scholijs ad Molinum, in §. appellatio. num. 31. & optime in §. firma, num. 101.
& 172. probans huiuſmodi praxim, maxime iuri conſonam eſſe, vt etiam elegantiſsime more ſuo quamplurimis rationibus cõprobat Nauarr. in cap. Cum contingat, de
reſcrip. remed. 1. per tot. Didac. Perez lib. 2.
tit. 1. l. 5. in gloſ. *Pueden conocer*, pag. 196. in
princ. Henrriq. in ſum. lib. 10. cap. 30. nu. 4.
Gundiſal. de paz in prax. 1. pat. 2. tom. cap.
6. §. 1. ex num. 34. optime Morla. 1. part. tit.
2. quæſt. 14. num. 4. Bouadilla lib. 2. cap. 18.
num. 139. in litera B. vbi me allegat, Salced.
in addit. ad Diaz in prax. cap. 102. in litera
A. C. Michael Agia, de exhib. auxil. in 27.
fundam. ex pag. 112. verſ. hic poſſet aliquis,
Hieronym. Llamas 1. par, method. cap. 7. §.
19. ex pag. 93. & in 3. par. cap. 12. §. 7. pag.
839. Carol. Graſſal. regal. Franc. lib. 2. iur. 7.
vbi optime id confirmat, & Afflict. deciſ.
24. vbi pulchre loquitur, & in Conſtitut. Regni Ciciliæ, in Conſtit. Baiuli locorum, §. de
Burgenſaticis, lib. 1. rubr. 67. Ant. Scapp. de
iur. non ſcrip. lib. 1. cap. 16. ex num. 2. Ioan.
Gutierrez de iuram. confirm. 1. par. cap. 2.
num.

num.26.& in lib.1.pract.quæſt.20. ex nu.1.
Ioan.Garſia de Nobilitate,gloſ.9.ex nu.51.
Couarr.in Pract.cap.35.nu.3.Azebed.lib.1.
tit.6.in d.l.2. vbi plura refert iura, diuina,
Canonica,Regia,& Ciuilia,in huius rei cō-
probationem,auctoritatibus etiam Petri &
Pauli,conatur etiam hanc partem defende-
re Octauian.Cacheranus,in deciſ.Pedamōt.
30.ex num.8.fol.56. qui duo pręſtantiſsimi
viri,late fundamenta,& rationes huius opi-
nionis commemorant, quas non vacat re-
cenſere,videat Lector apud prędictos Do-
ctores.Eandem etiam opinionem tenet Me
noch. de rei in.poſſeſſ.remed.3. numer.356.
Ioan.Segura Dabal.in direct.2.par. cap.13.
num.51.& plures retuli in 1.par. Collect.5.
num.3.& in 2.par. Collectan.17.num.2. &
tradit Didac.Perez,in dicta gloſ. *Pueden co-
nocer*,pag.196.poſt medium, aſſerens, quod
ſi quilibet tenetur eripere oppreſſum, ex c.
non inferendam 23. q.3. multo fortius te-
nebitur Rex, qui hoc facere officij ratione
4 tenetur;ex cap.Regium officium 23. quæſt.
5.& habetur in l.13.part.2. & ibi ſingulari-
ter, Greg. Lopez in gloſ. verb. *Ninfuerça*,
Mich. Agia de exhib. aux. in 27. fundam.
verſ.erga oppreſſos,pag. 111.Auend. lib.1.
de exequend.cap.1.num.32.verſ.nam cum,
Morla 1.par.tit.2.quæſt.14.num.5. nouiſsi-
me, & doctiſsime Ioſephus à Sese Regens
Cancellariam huius Regni Aragonum, in
ſuo eleganti tract. Inhibitionum, & Magi-
ſtratus Iuſtitiæ Aragonum cap. 8. §. 3. nu-
mer.25.

Idque etiam optime fundatur ex cap.21.
Hierem.vbi Dominus loquens domui Re-
gis Iuda,inquit,iudicate mane iudicium,&
eruite vi oppreſſum de manu calumniantis.
Et expreſsius in cap. 22. ibi, audi verbum
Domini Rex Iuda, qui ſedes ſuper ſolium
Dauid,&c. facite iudicium, & iuſtitiam, &
liberate vi oppreſſum de manu calumniato
ris. Vnde in cap.petimus,11. quęſt.1. & in
cap.quidam Monachi,16. quæſt.1. ad quæ-
5 rellam nedum laici,ſed etiam Clerici ſi pa-
tiantur violentiam à Prælato ſuo, Rector
Prouincię, aut defenſor Ciuitatis ſuum offi
cium interponit,vt conſtito ei de violentia
reducat ſpoliatos in poſſeſsionem, quātum
ad Eccleſiaſticum, ita demum, ſi per aliam
viam reparari violentia non poſsit, & non
ſit ſuperior,qui poſsit, vel valeat reparare,
imo vult tex.in cap.omnis,7.quæſt.1. quod
ſi quis negauerit oppreſsis debitum fauo-
rem, quodammodo Chriſtum negat, ergo
merito Regis tribunal reſiſtit violentijs iu-
dicis Eccleſiaſtici.

Vnde dicit Simanc. de Cathol. inſtit. tit.
6 45.numer.35. Regum præcipuum officium
eſſe,populos ſibi ſubiectos,& oppreſſos in-
iuſte à iudicibus Eccleſiaſticis,cum modera
mine inculpatæ tutellæ (ideſt ſalua ſemper
in omnibus Summi Pontificis auctoritate)
defendere,& obuiare abuſui notorio Eccle
ſiaſticę poteſtatis,ne pax publica perturbe-
tur, & commune bonum detrimentum pa-
tiatur; ob quam etiam rationem,atteſtatur
pulchre ad noſtrum propoſitum, Couarr.in
pract.cap.35.optime ſuprema Regis Hiſpa-
niæ tribunalia, ius habere tollendi violen-
7 tiam oppreſſorum, & grauamina, quæ per
cenſuras à iudicibus Eccleſiaſticis appellan-
tibus fieri ſolent,idque tranquilitati Reipu
blicæ neceſſarium eſſe, doctiſsime vltra Na
uarr. & alios ſuperius allegatos, probant
etiam Auendan.de exequen.mand. lib.1. c.
1. num.32. Paz 2.par. 2.tom. cap.vni. nu.8.
in fin.Michael Agia, de exhib. auxil. in 27.
fundamento, ex verſ. an vero id licite fiat,
ex pag.113. Gutierr. in pract. quęſt. lib. 1.
quæſt.20.num.1. Henriq.in dict.numer.4.
Bouadilla lib.2.cap.18.num.139.& cap.16.
num.90.Rodrig.in addit. Bul. Cruc.ad §.
9.nu.89. latiſsime Salced.in addit. ad Prax.
Bernar.Diaz in cap.102.in litera A.ex pag.
353.& pag. 356. in verſ.nec etiam,vbi ſub-
dit, quod propterea non incidunt in Bullā
Cœnæ Domini iudices ſeculares,quod ſimi
liter atteſtantur Cordoua in tract.caſ.conſ.
caſ.35.verſ.*Lo ſegundo*. Humada latiſsime in
l.13.tit.13.p.2.in gl.4. in verb. *Ninfuerça*, ex
princip.De quo,& quod hoc non ſit contra
Concil. Trid. ſeſſ.25. de refor.c.3.in fin.vbi
ait, nefas eſſe ſeculari cuilibet magiſtratui
prohibere Eccleſiaſtico Iudici.&c. tradunt
optime Bouadilla in verſ. *Sin que por eſſo*, in
dict.num. 139. in glo.in littera C. Vinal.in
ex planat. Bul. Cęn. dom.num.109.optime
Rodrig.in ſum.1.part.cap.156.nu.8.& pul-
chre Azebed.in lib.1. nou.recopilat.tit.6.l.
2.ex verſ.item & decimo quarto,qui etiam
reſpondent ad caſ. 14. & 16.dictæ Bullæ in
Cęna Domini;qui ſuperius allegabantur in
contrarium, vt Regij Conſiliarij (vt inquit
optime Couarr. in dict. num. 3.in verſ. nec
8 Regij, Humada & alij ex proxime citatis)
non cognoſcūt tanquam iudices appellatio
nis, & habentes iuriſdictionem de iuſtitia
apella-

appellationis ad Summum Pontificem deferendæ, ad hoc vt ab ipſis ſententia confirmetur, aut reuocetur; quia in eo caſu violaretur immunitas Eccleſiæ, iux. tex. in cap. nouit, & in cap. grauem, de ſentent. excom. ſed ſolùm recurritur ad ipſos, vt per modũ extraordinariæ, & extraiudicialis defenſionis, ne indebite opprimatur reus, & ad finem, vt tollatur vis illa, quæ à iudice Eccleſiaſtico iniuſtiſsime fit appellãti, dum enim eum cenſuris opprimit, pro executione ſententiæ, quę nondum tranſierat in rem iudicatam, pendente appellatione ad Summum Pontificem propoſita, cui tenebatur iudex omnino deferre, iuxta Canonicarum ſanctionum decreta. Ideo ne ſuperiorem vilipendat, & partem grauet, inhibetur iuſte à

9 iudice ſeculari, ne procedat in cauſa. Et quidem in his, iudices ſeculares Eccleſiæ miniſtri ſunt, & iniuriam non faciunt, ſed potius ſunt pręſidio miſeris, ne iniuriam, quam Eccleſia non vult, ſed odit, ratione indiſcreti iudicis, patiantur. Vt optime tradit Llamas. 3. part. cap. 12. §. 7. pag. 839. vnde ſi rectè perpendatur, non ſolum eo in caſu, non afficitur iniuria iudex, ad quem eſt appellatum, ſed ſummo honore eum proſequitur ſecularis iudex, cum prohibeat in cõſeruationem ſuæ iuriſdictionis, ne iudex à quo aliquid indebite attẽtet, pẽdente appellatione ad ipſum. Vnde dicitur ſuum auxilium Iudicem ſecularem impartiri ſuperioribus Eccleſiaſticis, contra inferiores nolentes deferre appellationibus, vt optime probat poſt alios Morla. 1. part. tit. 2. quęſt. 14. num. 8. Salcedo vbi ſupra pag. 355, in verſ. præterea rem hanc.

In cuius deniquè opinionis confirmationem, plurimum conducere videntur, quæ refert Rodrig. in addit. ad §. 9. num. 87. vbi circa interpretationem Bullę Cœnæ, in hęc verba ait. *Pero quando la perſona Eccleſiaſtica vee, que ſu juez Eccleſiaſtico le haze agrauio, y le oprime, puede recurrir al juez ſecular, para que le defienda; pues vemos que en muchos caſos, el Principe ſecular tiene poder ſobre los Eccleſiaſticos, principalmente quando falta el ſuperior Eccleſiaſtico, por eſtar auſente; conforme lo que dizen los ſacros Canones. Y eſto procede con mas razon, quando ay peligro en la tardança, recorriendo al ſuperior, como lo dize vna gloſa, y aſſi San Pablo temiẽdo que los Iudios le querian matar, embio vn menſagero al Tribuno, para que le defendieſſe de los Sacerdotes:* quod etiam refert Bouadilla in d. cap. 18. num. 140. poſt med. Meſſ. concluſ. 5. num. 55. Morla 1. par. tit. 2. quæſt. 12. vt conſtat ex Act. Apoſt. cap. 23. & paulo inferius idem Rodrig. ſubdit hæc verba: *Y aſſi quando ſe dize en Derecho, que los Eccleſiaſticos no recorran alos Tribunales ſeculares, ſe ha de entender, ſaluo ſi recurren por ſu defenſion, y para que indeuidamente no ſean oprimidos, y eſto es lo que hizo San Pablo.*

Supradicta etiam optime confirmantur ex traditis per eund. Eman. Rodrig. tom. 1. quæſt. regular. quęſt. 6. art. 8. vbi aſſerit; ſine timore excommunicationis Cœnæ Domini, poſſe Reges, & Principes, & ſuorum tribunalium conſiliarios, detinere literarum Apoſtolicarum executionem, ſi intelligant, ita conuenire ad conſeruationem, pacem, & tranquilitatem boni regiminis Regni ſui; dum tamen id fiat ſine fraude, & dolo, & non cauſa tantummodo impediendi executionem ipſarum literarum. Idque ita practicari in Regno Neapolit. atteſtatur Thomas Zerola in prax. Epiſcop. §. literæ Apoſtolicæ, aſſerens; non ex eo iudices Regios incidere in Bullam Cœnę, cum id non fiat ad impediendum, ſed ad videndum, & examinandum, an contineant aliquam ſubreptionem, vel obreptionem; vel an quod conceditur, ſit iuriſdictionis Regis, quod dummodo id malitioſe, & cauteloſe non fiat, nec in fauorem vnius, & damnum alterius, ſed ad informandũ melius Romanum Pontificem, ſequitur Hieron. Llamas 1. par. methodi cap. 7. §. 19.

10 Vnde optimo iure, pręualuit conſuetudo in Regno Aragonum, quod Clerici, imo & omnes Eccleſiaſticæ perſonę exemptæ ab ordinarijs locorũ, quamuis ſint immediate ſubiectæ Pontifici maximo, ſi tamen non habeât ſuperiorẽ in Regno, qui eos puniat, ſi delinquant; poſſunt coerceri, & remitti ſuo ſuperiori, & in ciuilibus conueniri coram iudicibus laicis, eo pacto, quo tradit Thomas Mieres in Conſtit. Cathalon. coll. 2. cap. 11. in princ. Michael del Molino, in Report. in verb. Iuſtitia Aragonum, in verſic. die prima Decemb. fol. 204. Bellug. in ſpecul. Principum, rubr. 11. §. videndum, ex num. 10. Et quamuis eius additionator Camil. Borrel. in dict. §. videndum, in litera G. exiſtimet hoc eſſe iniquum, nec ſeruari debere, æquiſsimum tamen id eſſe probat. Nauar. in cap. cum contingat in 1. remedio, verſ. vndecimo facit, pag. magn. 152. de reſcrip-

crip.Bouadilla lib.2.cap.18. numer.127. in gloſ. F. & probatur optime per gloſ. verb. intra Eccleſiam ad fin.in cap.Principes,23. quæſt. 5. & gloſ.in verb.Regis, in cap.filijs, 16. quęſt.7. Octauian. Cacher. in dict. deciſ.30. num.14. in princ. Meſſ. in pragmat. concluſ.5.num.66.aſſerentes, quod cum poteſtas Eccleſiaſtica deficit, laicus poteſt corrigere Clericos.

11 Ex quibus vltra Viuald.vbi ſupra,n.109. & Rodrig.in dict.cap.156.nu.8.cum Azeb. in dict.lib.1.tit.6.l.2. pag.146. verſ. neque huic declarationi; Reſpondetur ad verba dictæ Bullę in Cœna Domini, vbi dicitur, vel aliàs executionem literarum Apoſtolicarum,vel executorialium,etiam ſub prætextu violentiæ prohibendæ, vel quod ad nos informandos(vt ipſi aiunt) ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint, quia verba illa ſolū modo procedunt, prout loquuntur, quoties executio literarum Apoſtolicarum, vel executorialium,vel iuriſdictio Eccleſiaſtica impeditur,ad impediendumque eam,id fit; hoc ſolo tantum animo, vt executio impediatur; non vero vt grauamen tollatur,hoc enim neque licitum, neque honeſtum eſt, & ſub prætextu iſto hoc facientes tantum, dictæ Bullæ excommunicationē incurrunt. Secus vero, quoties tantum ad tollendam vim, & oppreſsionem per iudices Eccleſiaſticos factam, etiam virtute executorialiū, vel literarum Apoſtolicarum vtitur iudex ſecularis hoc remedio; quod non videtur prohibitum in dicta Bulla: vt tradit Rodri. poſt alios in ſum. 1.par.cap.156. num.8. & in addit.ad §.9. num. 87. Neque Summus Pontifex vult quemquam opprimi, & grauari, imo potius contrarium ibi denotat Bulla, dum ſupplicationes ad ipſum permittit interponi,vt ipſe melius informatus; de inconuenientijs,ſuſpendat effectum ſuarum literarum, & dignetur ea damna euitare,& tollere.Vnde non male,ſed meritorie iudex ſecularis eo in caſu,procedit contra Eccleſiaſticum iudicem, impedientem exequi voluntatem Pontificis, & grauantē appellantem,pœnis & cenſuris,vt ijs deterritus deſiſtat ab appellatione,iuſtitiaque,& bonum commune ſubditorum damnum pa-
12 tiatur. Quod impedire non repugnat dictę Bullę,cum in.16. ipſius, excommunicatur, qui iudices Eccleſiaſticos quomodolibet impedit, quominus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica,contra quoſcumque vtantur; ſecūndum quod Canones, & ſacrę conſtitutiones Eccleſiaſticę, & decreta Conciliorū generalium, & præſertim Tridentini ſtatuunt: denegareque huiuſmodi appellationes,non ſit obſeruare ſacros Canones, ſed potius aduerſus ipſos pugnare. Vnde videtur,abſque incurſu cenſurarum, poſſe iudices ſeculares, impedire executionem mandati iudicis Eccleſiaſtici, quando illud aduerſatur ſacris Conſtitutionibus, & decretis Conciliorum.

Vnde quidem ſi mature cōſideretur Bulla, nullibi loquitur de parte, quæ ad euitandam iniuriam iudicis Eccleſiaſtici, recurrit ad laicum,vt illum tueatur à tali iniuria,animo recurrendi ad ſuperiorem Eccleſiaſticū
13 ad quem appellauit. Vnde Couarr.in pract. cap.35.num.3.vſq; in finem,pluribus adductis conatur defendere, quod de iure nō eſt prohibitum recurrere ad ſuperiores laicos, vt tueantur Clericos, ab iniurijs iudicum Eccleſiaſticorum, donec ad ſuperiores Eccleſiaſticos recurrere poſsint: Quod etiam dicit Afflict.deciſ.24.ſub.num.5.& per tot. nec videtur omnino alienum à mēte Rotæ, quæ voluit etiam,lite pendente,Eccleſiaſticū poſſe manuteneri à iudice laico, Acchil. deciſ.36.de appelat.

Obſeruandum tamen eſt, quod iudices Regij,in proceſsibus qui coram eis adducūtur à iudicibus Eccleſiaſticis, originaliter per viam violētiæ, iux.l.36.tit.5.lib.2. nouæ recopilationis, quam referunt Bouadilla lib.2.cap.18. num. 139. Gutierrez in pract. lib.1.quæſt.20.num.7.ex eo quod,aliqua ex partibus conquæritur ſe vim paſſam, quod appellationi ab ea ad ſedem Apoſtolicam interpoſitæ, iudex Eccleſiaſticus non detulerit,viſsis actis,cum ex eis notorie conſtat, de iure,vel non iure appellantis,cum acta fa-
14 ciant notorium ſaltem iuris, cap.Cum olim cum ibi traditis à Panor. num. 3. de verb. ſignif.& eſt dictum Innocentij in cap.Ex inſinuatione de Appellat.& Panor.in conſ.45 in præſenti quæſtione ad finem libri. Surd. conſ.405.num.21. in fi.cum quidquid in iudicio probatum ſit, notorium eſſe dicatur, ſecundum Anton.in cap.fi. in 6.notab.de tēpor.ordinat. & nullitas quę conſtat ex actis dicatur euidens,l.ſi pars, ff.de inoff.teſtam. vbi tex.& ibi not. Angel.col.2.& idem An-
15 gelus in l.fi.de petit. hæredit. iudices inquā Regij,pronuntiant per modum cauſę, ſcilicet iudicem Eccleſiaſticum vim feciſſe, vel non

non feciſſe in eo, quod appellationi partis
non de tulerit, nõ autem pronuntiare, quod
iudex Eccleſiaſticus iuſte vel iniuſte proceſ-
ſerit; & ita vtimur quotidie. Et declarat ele
ganter Nauarr. in dict. cap. Cum contingat
pag 149. verſ. tertio ideo non obſtat.

Quemadmodum etiam, vbi iudices Re-
gij cognoſcunt ſuper poſſeſſorio beneficio-
rum, inter duos Clericos, vel inter laicum
& Clericum; iux. tradita per Luc. de Penna.
in l. ſi coloni quæſt. vlt. C. de Agricol. & cẽ-
ſit. lib. 11. licet enim incidenter cognoſcant
de titulo, ſeu de illius colore, quatenus eſt
neceſſarius ad poſſeſsionem, an ſit coloratus
nec ne, licet non, an ſit Canonicus? Cũ illud
tangat proprietatem, tamen ſuper titulo nõ
pronunciant; vt pulchre animaduertit Ioã.
Garſia de nobilit. §. 1. gloſ. 9. num. 47. ſed ip
ſum integrum reſeruant iudici Eccleſiaſtico,
qui de eo poſsit cognoſcere, ſed ſolum iudi-
cant ſuper poſſeſsione, de qua cognoſcere
poſſunt, cum poſſeſsio rei ſpiritualis dica-
16 tur quid temporale, in glo. verb. ſpirituali-
bus, in cap. Literas de iuram. calum. & tra-
dunt Couarr. in dict. cap. 35. ex num. 1. Ant.
Theſaur. deciſ. Pedemont. 82. ex num. 1. ad-
dit. ad Afflict. deciſ. 2. in litera B. Ant. Gra-
uar. ad Veſtr. in lib. 5. cap. 1. num. 6. Gutierr.
lib. 1. Canon. quæſt. cap. 34. ex nu. 16. Selua
de benef. 1. par. quæſt. 7. num. 12. opt. Zeba-
llos in pract. quæſt. 504. & plures quos retu
17 li. 1. par. Collectan. 4. num. 2. Imo etiam ſi
recte conſideretur, de cauſa ſpirituali, quan
do ſolummodo agitur de quæſtione facti,
& talis eſt queſtio facti; quod ſola ſufficiat
ad rem, de qua agitur, ſine examinatione ti
tuli, laicum cognoſcere poſſe incidenter, tẽ
net ex Barr. & alijs vt communiter receptũ,
Couarr. in 4. 2. par. cap. 8. §. 12. num. 3. & in
pract. cap. 35. nu. 1. verſ. quibus, Nata conſ.
411. num. 1. Chaſſen. in conſuetu. Burgund.
rubr. 1. verſ. *Es droicts de icelles*, num. 109. in
fin. colum. 8. Viuald. in explanat. Bul. Cœn.
Dom. num. 103. Gutierrez ſupra num. 17.
& plures quos refert Ceuall. in pract. quæſt.
403. ex num. 1. Mieres de maiora. 3. p. q. 15.
num. 19. ex qua pronunciatione facta ſuper
ipſo poſſeſſorio ſatis colligitur, quis ſit po-
tior in titulo, ad eam poſſeſsionem conſe-
quendam; vt optime annotauit Ioan. Gar-
ſia de nobilit. gloſ. 9. ex num. 46. pro con-
ſuetudine, quæ obſeruatur in Regio Galli-
ciç Prætorio; vbi agitur inter Sacerdotes
in ipſo Regio ſenatu, de interdicto retinen-
dæ, & recuperandę ſuper beneficio Eccleſia
ſtico. Quam conſuetudinem, in Francia, &
in alijs etiam Regnis vigere, atteſtantur
Guid. Pap. quæſt. 1. & in quæſt. 71. & in q.
85. Grammat. deciſ. 78. ex num. 2. Boer. de-
ciſ. 69. num. 23. optime Ioan. Gullus, q. 155.
Farinac. quæſt. 8. numer. 23. Pro qua etiam
conſuetudine, facit longam allegationem
Roland. conſ. 23. in volum. 2. licet ipſe con-
tra eam conſular. Eam tamen ſequitur Bo-
uadilia lib. 2. cap. 18. num. 141. Auiles cap. 1.
Prætor. in gloſ. *Mandamientos*, num. 12. Gra-
cian. reg. 9. numer. 15. Iudiceſque ſeculares
poſſe cognoſcere de cauſis poſſeſſorijs, iux-
ta priuilegium Martini Quinti, aſſeuerant
doctiſsimus, & prudentiſsimus Iuriſconſul
tus Ibandus de Bardaxi in for. fin. num. 5. de
Prçlatur. de quibus omnibus, pulchre Gu-
tierrez lib. 1. Can. quæſt. cap. 34. numer. 22.
optime Porrol. in Schol. ad Molin. §. appre-
henſio, el 2. ex num. 97. & ijs mire conuenit,
quod tradit ſapientiſsimus Magiſter Fr. Do
minicus Bañes 2. 2. quæſt. 67. art. 1. dub. 2.
18 concluſ. 6. vbi ſic ait: Rex Hiſpaniç habet
priuilegium à Summo Pontifice, vt poſsit
cauſas Clericorum ad ſua tribunalia inte-
rim advocare, quando aliquis etiam ſecula-
ris conquęritur, quod vim patitur à iudice
Eccleſiaſtico; quod vulgo dicitur, *Por via de
agrauio y fuerça*, tunc iudices ſeculares pote-
runt iudicare ex ipſa commiſsione Pontifi-
cis; An fiat vis, vel non. Quæ res multum re
primit Epiſcoporum Vicarios, ab inſolen-
tijs, hæc ille: grauiſsimus Doctor Ioſephus
de Seſe de Regio Conſilio Regenſque Can
cellariam Regni Aragonum, in ſuo tractatu
vtiliſsimo Inhibitionum, cap. 8. §. 3. nu. 44.
licet non dicat huiuſmodi priuilegium fuiſ-
ſe conceſſum Regi Hiſpaniæ; aſſerit tamen
quod Rex Hiſpaniæ habet dictam conſue-
tudinem fundatã, & approbatam, cognoſ-
cendi de violentijs inter Eccleſiaſticos, &
etiam ex præſumpta voluntate Papæ.

Cæterum vt ad ſuperiora reddeamus, il-
lud certum eſt, extraordinarie, & non per
viam defenſionis, ſed tanquam ſuper noto-
rio, ad tollendas violentias laico oppreſſo,
ſeu Clerico, licet non per viam iudiciariæ
cognitionis, iudices Regios iuſte proce-
dere poſſe; quod qualiter procedat, &
eius praxim tradit Afflict. in ea deciſ. 24. &
in eo §. de Burgenſaticis, & ante eum Luc.
de Pen. & in ea l. ſi coloni in vlt. quæſt. C. de
agric. & cenſ. lib. 11. Ex qua doctrina, vltra
præmiſſa

præmiſſa ſatis deduci poteſt, ac confirmari
huiuſmodi praxis quotidiana, qua iudices
Regij, ſuper violentijs illatis à iudicibus
Eccleſiaſticis, in eo quod appellationibus
ab aliqua ex parte interpoſitis non deferãt,
cognoſcunt, ac ea quæ ſuper poſſeſſorio, ad
tollendas violentias eos quotidie vti vide-
19 mus. Nam quamuis in eo iudicio, tituli ex-
hibeantur, iudex laicus (vt ſuperius dixi, &
notat Ioan. Garſia in dict. num. 47.) nec re-
probat, nec approbat titulum, ſed intra
poſſeſsionis metas contentus, de poſſeſsio-
ne iudicat, tanquam de facto, remittens in-
tegram proprietatis cauſam iudici Eccleſia
ſtico. Quibus, & alijs rationibus, defendit
Garſia conſuetudinem Regni Galliciæ, &
pugnat aduerſus Couarr. in pract. cap. 35.
num. 1. verſ. primum ettenim illud exiſti-
mo. Quia tamen is articulus non eſt præ-
ſentis ſpeculationis, illum nunc non exami-
no, videndus eſt Farinac. quæſt. 8. num. 23.
deciſ. Pedemont. 116. Menoch. de retinen.
poſſeſ. remed. 3. ex nu. 322.

20 Sciendum tamen eſt, conſueuiſſe iudices
Eccleſiaſticos à Regijs tribunalibus roga-
ri, vt interim donec proceſſus ab eis videa-
tur, etſi vim intulerint, nec ne, decernant, ab
ſoluant reum ad certum tempus à cenſuris,
ſi quas contra eum intulerint; vt tradit Co
uarr. dict. cap. 35. num. 3. verſ. cæterum, Gu-
tierrez de iuram. confirmar. 1. par. cap. 2.
num. 26. Llamas dict. 1. par. cap. 7. §. 19. ſub
dens, hoc non eſſe contra libertatem Eccle-
ſiaſticam. Quæ rogatio quid importet, col-
ligitur ex trad. à gloſ. in l. 1. verb. quemad-
modũ, ff. quod iuſſu. ad idem gloſ. in Clem.
1. in verb. exhortamur, de teſtib. Innocen.
in c. petitio de iureiur. Andr. Iſern. in cap.
ſi quis miles, de feudis ſine culp. non amit-
tend. Rebuf. in concord. rubr. de collation.
§. volumus, in princ. pag. 423. Auiles in c. 1.
Prætor. in glo. *Mandamientos*, num. 7. Humad.
in l. 49. tit. 6. par. 1. glo. 3. nu. 7. in principio,
Iaſ. in §. quadrupli. n. 58. Inſt. de Action. Af-
flict. deciſ. 69. num. 5. Alex. conſ. 124. volu. 1.
num. 4. Bouadilla. lib. 2. cap. 18. num. 63. Me
noch. caſ. 344. num. 13. Tiraquel. de pen.
temp. cauſa 35. ex num. 1. Ita quod, ſi nõ im
pleuerint, quod eis iuſſum eſt, tanquam ino
bediẽtes puniendi ſunt. Henriq. poſt alios.
lib. 14. cap. 12. num. 6. in litera T. Bouadilla
d. num. 63. & in d. lib. 2. cap. 10. num. 66. Abi
21 les vbi ſupra num. 8. Cum Epiſcopi, & Iudi
ces Eccleſiaſtici ſint ſub Rege, tex. cum glo.
in verb. Eccleſia in cap. tributum 23. quæſ. 8.
Ioan. Segura Dabalos, in direct. 2. par. cap.
13. num. 52. optime Menoch. conſ. 1000. ex
num. 26. pulchre Azeb. lib. 4. tit. 3. l. 13. ex n.
4. Innoc. in cap. cum parati de Appell. Alex.
in d. conſ. 124. num. 3. verſ. & ideo, vbi ait,
Epiſcopos potius Regi, quam Archiepiſco-
po parere debere, declarãdo, vt ibi per eũ.
Et late reſoluit Lancel. Conrad. in Templ.
Iudic. lib. 1. cap. 2. num. 9. Bouadilla. lib. 2.
cap. 18. num. 61. & ibi additio. in lit. C. Abi-
les, vbi ſupra. num. 10. Rodrig. in add. ad §.
9. Bul. Cruc. num. 81. verſ. *Empero no parece*,
opt. Humada in l. 65. tit. 5. par. 1. glo. 8. nu. 1.
Ioan Garſia de nobilit. in gloſ. 9. num. 12. &
num. 48. Omnes ettenim Iudices poſſe ino-
bedientes punire, & ſuam iuriſdictionem
pęnali iudicio defendere, conſtitutum eſt.
in l. vni. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. cap. 1.
de offi. deleg. & vtrobiq. Doctores. cap. Ro
mana de pęn. in 6. & trad. Chaſſen. conſuet.
Burg. rubr. 1. §. 5. in verſ. *Sil na grace*. nu. 83. Et
cum in eis caſibus, in clericos iuriſdictionẽ
habeant Iudices ſeculares, ergo & reliqua,
ex l. 2. ff. de iuriſd. om. iud. cap. præterea de
offi. deleg. cum ſimilibus, pulchre Portoles
in §. appellitus manifeſtationis, ex num. 6.
22 Nec hoc quidem eſt vllum inconueniens, ſi
namquè iudici in iuſte exequenti poſt inter
poſitam appellationem, poteſt à parte im-
pune reſiſti, per ea quę tradunt Bald. in l.
ad dictos num. 2. C. de Epiſc. audien. Abb. in
cap. ſi quando, num. 2. & Felin. num. 2. verſ.
fallit primo, Dec. num. 13. & Belamer. nu. 1.
verſ. tertio, de offic. deleg. per tex. & ibi
Bart. in l. prohibitum, C. de iur. fiſc. lib. 10.
& iux. ea, quæ tradunt Barthol. Humada, in
l. 13. tit. 1. par. 2. gloſ. 5. num. 2. ad med. Al-
phon. Azeb. lib. 2. nou. recopil. tit. 1 1. l. 2. ex
num. 3. Abil. in cap. 3. Prętor. in gloſ. in verb.
juriſdicion, num. 13. in fin. pulchre Lancel. de
Attent. 2. par. cap. 12. ampliat. 20. & in limit.
1. num. 100. pag. 218. Farinac. quęſt. 32. nu.
88. & quæſt. 33. num. 108. Marant. in diſpu.
1. num. 38. à fortiori, & cum minori ſcanda-
lo, imo cum nullo, poterit iudex Eccleſia-
ſticus inhiberi à ſeculari poteſtate, ne pro-
cedat pendente appellatione, ad effectum,
ne cenſuris, aut aliter alicui fiat iniuria, li-
beretq. vi oppreſſos, à violentia iudicum
Eccleſiaſticorum inferiorũ, interim donec
Summus Pontifex debitum auxilium præ-
ſtet, & multo fortius, quando poſt appella-
tionem impartitur auxilium iudicis ſecula-
ris.

Digitized by Google

tis, vt liberet ab oppreſsione iudicis Eccle-
ſiaſtici, Roland.conſ.37.volum.1. num.12.
Henrriq.poſt alios, lib.14.cap.12. num.6. in
gloſ.in litera S.

23 His adde, quod quando aliquid licet pro
pri.i authoritate, licet etiam illud facere per
iudicem incompetenrem, vbi competentis
iudicis copia haberi non poteſt; vt alijs re-
latis tradit Cancer 2.par. var.cap.10. num.
31. Solent etiam iudices Regij Eccleſiaſti-
cos comminari, ſub pœna amiſsionis rerum
temporalium, quas in his Regnis obtinent,
& quod ab eiſdem cenſebuntur extranei,
vt trad.Carol.de Graſſal.lib.2. Regal.Frãc.
iur.7.colum.penult.Couar.in dict. cap. 35.
num.3.verſ.aduerſus, Bardaxi in foro quod
Prelari in cau.crimin. num. 4. Henrriq. lib.
14.cap.12. num. 6. ex litera T. & plures re-
fert Portol.in Schol.ad Molin.in §. occupa
tio. num.40. & optime in §.appellitus ma-
nifeſtationis, ex num.4. & in §. Clericus,
numer. 41. Vnde iubentur ex ea rebellio-
ne, vt Regnum exeant, & à Regno expel-
luntur, & ne ad ea Regna accedant, ex tex.
eleganti, in l. quicumque, vbi notant Albe-
ric.& Paul.de Caſtr. C.de Epiſcop. & Cler.
bonus rex.in l.fin.de offi.Proc.Cæſ.opt.Sal
ced.ad Diaz in Prax. cap.102.in lit.A.pag.
353.& quę late congerit Iaſ.in l.quod iuſsit
poſt glo.1.ex.num.17.ff.de re iud.Menoch.
optime conſ.1000.num.98. eleganter Hu-
mada l.65.tit.5. par.1.in glo.8.num.7. pul-
chre Auendan. de exeq. mand. lib.2. cap.6.
num.12. ſubdens ex Carol. de Graſ.in dict.
24 lib.2. iur. 16. quod licet Reges non habeãt
ditionem contentioſam, & iudicialem cõ-
tra perſonas Eccleſiaſticas, habent tamen di
tionem æconomicam, & politicam, dicens;
*Como podria vno echar de ſu caſa al Clerigo, que es
ſu Capellan.* Quæ ſibi videtur veriſsima reſo-
lutio. Indeq; ait inoluiſſe practicam, *Que à
los Iuezes Eccleſiaſticos, que hazẽ fuerzas, las qua
les ſu Mageſtad, y los Señores de ſu muy alto Con-
ſejo, mandan alçar, ſi ſon rebeldes, ſe les manda que
ſalgan del Reyno.* Ad quod quidem conducit
tex.in d.l.fin. ff.de offi. Proconſ. Cæſar.vbi
ille, qui caret iuriſdictione, nihilominus po
teſt iniurioſis ſubditis ſuis prohibere, ne
accedant ad certum locum. Sic Rex noſter
licet careat iuriſdictione in Eccleſiaſticos,
ſi tamen ſunt iniurioſi ſubditis ſuis, poteſt
eis præcipere, vt exeant, & ne accedant ad
hæc Regna: hactenus Auendan. Quod etiam
pulchre tradit pluribus relatis Doctoribus
Portoles in dict. §. Appellitus, ex num 10.
omnino videndus, optime Bouadilla, &
quos ipſe refert lib.2.cap.18.num.60.& 62.
Salced.in add. ad Diaz cap. 102. in liter. A.
pag.353.verſ.vndecimo.

Telam autẽ proceſſus, quæ in hoc Regno
circa occupationem iſtarum temporalitatũ
fieri ſolet, referũt magni practici Mich.Fer
rer, in ſua method.tit. de occupatione tem-
poralit.Petr.Molinos in ſua prax, iudic.tit.
proceſ. ſup. occupat.temporal. ex fol. 436.
col.4.& an ad ſolius inſtantiã Procuratoris
Fiſcalis, & nõ alterius partis, etiam intereſ-
ſe habentis ſupplicationem, prouideri de-
beat huiuſmodi occupatio temporalitatũ,
examinat Portoles in dict.§.occupatio nu.
25 42.nec propter præfatam occupationem iu
dices ſeculares vllam incurrent excommu-
nicationem, nec violare dicuntur libertatẽ
Eccleſiaſticã, vt aduertit Auil.in c.3.Pręt.in
glo.iuriſdiction. nu.3.verſ.& ob id iudices,
Guilliel. Bened. in cap. Raynutius, verſ.ſi
abſquè liberis moreretur, el 2.num.47.verſ.
nec propter hoc, optime Portol. in dict.§.
appellitus manifeſtationis, numer.8. Quod
omnino notandum eſt, pro reſponſione ad
deciſ. Rotę ſuperius relatam. Nec ſimiliter,
ipſi iudices ſeculares incurrũt in caſ.10.Bul.
Cœn.vt tradit Salced.in addit.ad dict.cap.
102.verſ.quamuis, pag. 353. aſſerens, illum
nullo modo derogare Regiæ poteſtati; ſed
tunc procedere, cum Epiſcopi, & alij Præla-
ti ſuperiores iniuſte, & nulla legitima cauſa
ſubſiſtente, à Regno expelluntur. Et ita col
ligitur ex eodem caſu, cum loquatur con-
tra percutientes, interficientes, vulnerãtes,
vel verberantes, & hoſtiliter inſequentes
Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Pa-
triarchas, Archiepiſcopos, & ſedis Apoſto-
licę Legatos; & ſic verba, quæ ſtatim ſubij-
ciuntur, cum dicit, aut eos deijcientes, &c.
intelligenda ſunt de eiectione violenta, &
iniuſta, ſicut ſunt percuſsiones, verbera, &
alia, de quibus in principio loquitur.

Per huiuſmodi etiam Bullam in Cœna
Domini, incurrunt iudices ſeculares in pæ-
nas ibidem contentas, ſi indebite, non ve-
ro ſi in caſibus à iure permiſsis, trahunt Cle
ricos ad ſuum tribunal. Vt colligitur ex ver
bis dictæ Bullæ, in verſ. pręter iuris Cano-
nici diſpoſitionem. Quod etiam ponderãt
Rodrig.in addit.ad dict.§.9. num.81. verſ.
Donde ſe infiere, vnde recte in aliquibus Pro-
uincijs praxi, & cõſuetudine immemoriali
obten-

26 obtentum eſt, quod quando Clericus eſt ſe
ditioſus, & publicam quietem Reipublicæ
perturbat,ſolet iudex ſecularis ipſum Cle-
ricum ad tempus expellere à ciuitate illa;
prout aliquando factum fuiſſe à Senatu Me
diolenſi,teſtis eſt Iul .Clar.§.fin. quæſt.36.
num.24. refert Salced.cap.139.pagin. 473.
verſ. vnde. Quod ſibi ſumme placere, ait,
quando inſtans periculū immineret,& non
adeſt iudex Eccleſiaſticus, qui eminenti ma
lo obuiare poſsit, & idem ſatentur Boua-
dilla lib.2.cap.18. num.112. optime Garſia
de nobilit.gloſ.9.num.31.

27 Quæ conſuetudo, quam officiales Regij
habent tollendi huiuſmodi vim,optime po
teſt adquiri,per ea quæ trad. Ant. Scap. de
iur.non ſcrip.lib.1.cap.16.in fin. & præſer-
tim, quia cum ſit immemorialis, & habeat
vim conſtituti,& priuilegij,omnino ſeruan
da eſt; per ea quæ cumulant Cacheran. in
in dict.deciſ.30.num.15.poſt medium.Nec
præſumendum eſt,Reges Chriſtianiſsimos,
Fidei zelatores, & iuſtiſsimos, ſi eam con-
ſuetudinem iniuſtam, & in Eccleſiæ præiu-
dicium exiſtimaſſent, nūquam tolleraſſent,
nec peccato, & cenſuris ſe inuoluiſſent, ſi
iuſta ratione (nobis forre occulta, nec cu-
rioſe amplius perquirenda) moti non fuiſ-
ſent;cum ſanctiſsimi ſint, & fuerint, & iu-
ſtiſsime,& laudabiliter vixerint; & ideo in
memoria æterna ſunt,& requieſcunt, iuxta
illud, in memoria æterna erit iuſtus, & ab
auditione mala non timebit Pſal.111. Præ-
ſumendum igitur eſt,eos tali conſuetudine
vtentes,ſuiſque relicta poſteris non caruiſſe
fundamento expreſsi priuilegij, vt inquit
Veg.in ſum.tom.1.cap.29.caſ.1.in fin. verſ.
Nota que el Rey,& in capit.85. caſu.141. ver-
ſic. *Nota para eſto*, aut taciti priuilegij. Sal-
tem ex vſu Hiſpanię, & ſcientia Summo-
rum Pontificum reſultātis,vt tradit Huma-
da in dict.gloſ.4. num.2. in final.verbis. Eo
maxime, quod multi fuerunt Summi Ponti
fices, ex Hiſpaniarum Regnis oriundi, vt
de Damaſo I. Alexandro VI. Benedicto
XIII. Calixto III. Ioanne XXII.qui talem
vſum ſciebant, aut ſciuiſſe præſumendum
eſt,cum ex hoc Regno orti eſſent,& tamen
illum tollerarunt, hoc etiam ita notabile
non pręſumitur Summos Pontifices igno-
raſſe,arg.tex.in cap.cum illorum de ſenten.
28 excom. Quæ ſcientia antiqua,& tollerantia
habet vim diſpenſationis, vt optime docet
Guilliel. Benedict.in verb. & vxor nomine
num.58. & 59. & in terminis alios referens
tradit Menoch. conſ. 1000. num. 68. com-
muniterque eſt receptum, certam ſcientiā
Papæ importare diſpenſationem, gloſ. vlt.
in Clem.& principalis,de reſcrip. & Flam-
min.& relati per illū de confid.benef.q.40.
ex num.16. Quia ſi ij, quorum eſt ius poſi-
tiuum mutare, ſciuerint conſuetudinem le-
gibus contrariā,& tacuerint,videntur velle
antiqua iura mutare, nouæquè conſuetudi-
ni auctoritatem ſuam impartiri, S. Thom.
quodlib.9.quęſt.7. Humad. l.1.tit.13. p.2.
glo.3.num.1.in fin.pulchre Hippol. de Mar
ſil. ſing. 77. ſubdens, in num.5. patientiam
Principis vim priuilegij habere. Nec obſtat
adeſſe iura inualidantia omnem contrariā
conſuetudinem, quoniam ipſa non proce-
dunt,ſi conſuetudo inducatur cum ſcientia
Principis,vt notauit Ioa.Andr. in annotat.
ad Speculat.in tit.de Inſtrum.ędit. §.com-
pendioſe.num.13.Dom.a.S.Gemin.in ſum.
diſtinct. 11. num.4. Humada, & quos ipſe
allegat in l.1.tit.13.part.1.in gloſ.3.num.2.
fol.98. Imo quidem, vt referunt grauiſsimi
viri noſtri Catholici Regis,ſuper hoc Sum-
mum Pontificem Sixtum Quartum conſu-
luerunt, inſtigante Illuſtriſsimo memorię
immortalis, D. Franciſco Ximeno, Tolet.
Archiepiſcopo. Cardinali Sanctæ Baluinæ,
& dictus Pontifex,viuæ vocis oraculo, hāc
conſuetudinem comprobauit,coſerunt cō-
ceſiſſe Bullam ſuper hoc.

29 Hoc etiam ex eo euidētius apparet,quod
cum Regna Chriſtianiſsimorū Regum ſint
ampliſsima, vt refert eleganter prudentia
& litteris inſignis Doctor Didac. a Morla-
nes 1.par.allegationum Proreg. extran. nu.
5.& Lancel. Conrad. 1. par. templ.om.Iud.
lib.1. cap.2. §.3. ex num.14. & dixi in col-
lect.51.1.p.num.4.Camil.Loorrel.conſ.74.
vol.1.num. 37. & Bouadilla. lib.2. cap.18.
num. 222. & quotidie plures Regnicolæ in
Curia Romana cauſas agentes aſiſtant, ve-
riſsimile eſt,id non eſſe ignotum alijs Sum-
mis Pontificibus, cap. quia veriſsimile de
Pręſumpt. eo præcipuæ, quia Nuncij Sedis
Apoſtolicæ,in Curia Regis Chriſtianiſsimi,
& prædeceſſorum reſidere ſolent;quibus id
eſſe notiſsimum nemo dubitare poteſt. Cū
eorum quę publice fiunt,præſummatur ſciē
tia, nec poſsit quis ignorantiam prętēdere,
ex his quę congerit Surdus conſ.401. n. 32.
Et tamen prærer vnum, aut alterum (forte
ſcrupuloſum) nullum hanc praxim,& con-
ſue-

ſuetudinem reprobaſſe apparet. Vnde quã-
do attento iuris rigore,hæc non ita indubi
tata viderentur,ſat eſſet,hanc praxim con-
ſuetudine approbatam eſſe , vt eam ſequa-
mur : cum conſuetudo leges interpretetur,
& Doctorum opiniones eligat.l.ſi de inter-
pretatione, ff. de legib. c. Cum dilectus de
conſuet. & quando dubiũ eſt inter Docto-
res in iure,ſtandum eſt conſuetudini ſuper
eo,in quo diſponit,S.Tho. 2. 2. quæſt. 185.
art.7.Abb.conſ.25.nu.fin.volum.2. etiam ſi
in tali dubio communis opinio eſſet pro
altera parte ; vt affirmat Neuizan. in ſilua
nupt. lib. 5.num.64.& indubitabile hoc eſ-
ſe dicit Ioan.Parlador.lib.1.rerum quotid.
cap.1.§.11.nu.4. nam ſcientia cum diutur-
na pacientia idem operatur, quod conſen-
ſus expreſſus,Cephal.conſ.756.nu.16.

His etiam accedit,quod quando ſciẽtia,
30 & paciẽtia eius,qui actũ impugnare poteſt,
interuenit cũ diuturna perſeuerãtia,eſt præ
ſumendum pro ſolẽnitate actus; quia veriſi
militer non fuiſſet tanto tẽpore tolleratus
ab eo , qui habebat notitiã de tali defectu,
Dec.conſ.409.nu.13. Nec eſt neceſſariũ, ꝙ
conſuetudo obtenta ſit in cõtradictorio iu
dicio,opt.Abb.c.fin.nu.16.de conſuet. vbi
Barbat.col.28.& Roch. de Curt. ſect.4.nu.
34. Turzan. in ſuis opinionibus, opin.153.
Eman.Soar.in Theſaur.recept.ſent.lit C.ex
nu.281.adde etiam,quod patientia coniu-
cta cum ſcientia , facit præſumi conſenſum
interueniſſe,pulchre Maſcard. vol.3.concl.
1153.nu.1. ſcientia etiam Summũ Põtificis,
& tollerãtia in eo , quod à iure naturali nõ
prohibetur, pro expreſſa diſpenſatione ha-
betur,Abb.in cap.Clerici el 2.nu.4.in lit.C.
de vit, & honeſt. Loazes de matrim.dubit.
12.nu.32.in fin. Maſcard. vbi ſupra:minime
igitur mutanda ſunt,quæ interpretationem
31 certam habuerunt, l.minime.ff. de legib.eo
maxime, cum ſit conſuetudo tandiu per Ec
cleſiã Dei tollerata,quę tollerantia vim ha-
bet diſpenſationis, & approbationis,maxi-
me cum talis tollerantia iuſtã habuerit ori-
ginem,propter bonũ,& iuſtum regimen Re
gum Hiſpaniæ,& ſeruitia eorum erga Sedẽ
Apoſtolicam ; quæ fuerunt iuſta cauſa eos
tollerandi,imo licenciandi in his, & maio-
ribus, etiam vbi iure cõmuni eſſent prohi-
bita,vt ſingulariter in ſimili decidit Bald.in
l.decernimus,in verſ.ſed nunquid populus,
C.de ſacroſan.Eccl.facit, ꝙ notat Io.And.
in add.ad Specul.in tit.de præb.§.teſtat in
glo.antepenul.in verb.fuit,vbi ait in ſimili,
in antiquis iuribus Reges eſſe defendẽdos,
tex.in c.cauſamq.el 2.qui fil.ſint legit.ibi,ne
videamur iuri Regis Anglorum detrahere,
vbi Papa detulit Regi,& ſciebat Papa,eam
conſuetudinẽ,quã tolleraui t,vt optime põ
derat iſta, Guil.Bened.in c.Raynutiꝰin vet.
& vxorẽ nomine Adelaſ. in deciſ.2. nu.59.
& pręſertim ea videntur concedenda Regi
bus Hiſpanię , qui ſemper ſunt, & fuerunt
Chriſtianiſsimi,& Regnũ à faucibus hoſtiũ
eruerunt,iux.illam glo.celebrẽ in verb. per
ſingulos,in c.Adrianus,el 2.63. diſt. & tra-
dunt Io.Radin.de maieſt.Princip.in §. Im-
peratoriam maieſtatem num.35. Auendan.
de exeq.mand.lib.1. cap.1. nu.7. & dixi in
1.par.Collect.64. num.3.

32 Et valet hæc conſuetudo , eo pręſertim,
quod poteſtates ſeculares,quã habent tollẽ
di huiuſmodi violentias iudicũ Eccleſiaſti-
corũ,ſit tanti tẽporis , cuius memoria non
extat in contrariũ; in quo caſu valet cõſue
tudo,licet ſit multũ præiudicialis Eccleſijs,
& perſonis Eccleſiaſticis: vt tradit Bald. in
c. 1. in princ. qui feud. dar.poſ. & quamuis
contrariũ teneat glo.fin.in c. Clerici de in-
dic.aſſerens,minime valere conſuetudinem
contra libertatẽ Eccleſiæ,quantocunq. tem
poris curſu præſcriptã,cum qua ratione trã
ſeunt cõmuniter ſcribẽtes, eam tamen glo.
intelligit Roch.de Curt.in c. fi. de conſuet.
fol.paru.51.verſ.quinto limita,niſi ſubeſſet
aliqua cauſa talis cõſuetudinis,tũc ſiquidẽ,
virtute tanti tẽporis , cuius memoria non
extitit in contrariũ,facit illã cauſam præſu
mere iuſtã , & tunc valet talis conſuetudo.
Quã etiam interpretationẽ ſequitur Huma
da,in l.3.tit.2.p.1.in glo.6.ante fin. in verſ.
33 ſublimitatur. Et ratio ea mihi videtur,quia
conſuetudo immemorialis habet vim pri-
uilegij,per tex.in c.ſuper quibuſdã,in §.prę
terea de verb.ſignif. cum concordantibus,
& quæ priuilegia ſunt quæſibilia , ſunt etiã
præſcriptibilia, cap. duo ſimul de offic.or-
din. capit. Cum contingat, de for.compet.
cum relatis ab Humada, d.l.18. tit.5. par.1.
in gloſ. 1. num.3. conſuetudo ſiquidem, &
priuilegiũ æquiparantur. Cam. Borrel.conſ.
3.nu.6.Abiles in c.1.Prætorum,glo.1.nu.9.
Marſil. ſing.80. Hęc etiã cõfirmari poſſunt
ex traditis per Dec.conſ.159.n.3. aſſerentẽ,
præſumendum eſſe , confirmationem Papæ
propter antiquitatẽ temporis interueniſſe,
vt etiam trad. Roland.conſ.99.nu.29.Cra-

 uet.

uet.de antiq.temp.part.3.num.28.nam ſi re
medium hoc, ac veluti fortiſsimum ſcutũ,
vt dicit Salced.vbi ſupra,in verſ.idem,pag.
355.aduerſus Eccleſiaſticos iudices, lõge à
Romana Curia iudicãtes,nõ adhiberetur à
Regijs magiſtratibus,poſſent equidem pro
hibito ſuo, quem vellent excommunicare,
& excommunicatum denũciare, & quibus
vellent locis, interdicere ſine aliquo iuris
remedio,quã quod à Romana Curia, poſt
longam vexationem,cum maximiſq; expẽ-
ſis,quod graue eſſet inconueniens,tradere
tur Vnde quidem longinquitas,& diſtãtia,
quæ eſt inter hæc regna, & Curiam Roma-
nã,cam etiam praxim adiuuare videtur, eũ
longinquitas in cauſa eſſe ſoleat, vt huiuſ-
modi remedijs vtendum ſit, arg.cap. Cum
longe 63.diſt.& in cap Nihil, de elect.l.me
diterraneę Ciuitatis C.de Ann.& tribu.lib.
10.per quę iura,ita tenet Nauarr.in d.c.Cũ
contingat in primo remedio. fol.147. verſ.
ſecundo facit,pręſertim quando inſtat gra-
uamen vix reparabile, vt plura allegando
optime proſequitur Henriq.lib.14.cap.12.
num.6. in gloſ.in litera S. Cacher.deciſ.30.
num.14. Cui adde, quod dum remedium à
Romano Pontifice adhiberetur,quot fide-
les periclitarentur, & ſcandalum ſubirent,
dum ſe, vel vicinos, vel amicos viderent
excommunicatos, Vnde dicebat pulchre
Didac. Perez in lib.3. tit.13. l.6. pag.716.
quod Princeps, & eius ſacrum Cõſilium,
34 ſupplet iuſtitiæ defectum, inferiorum to-
tius Regni, ſiue ſint ſuperiores vim, ac in-
iuſtitiam inferentes domini temporales, ſi-
ue Eccleſiaſtici,cum non adeò celeriter, ſit
aditus ad Papam pro iniuſtitia repellenda.
Et ſi interim de vi, ac violentia, Rex non
cognouiſſet, ac opportune, prout ſolet,pro-
uidiſſet, plura mala,& ſcandala,ac vexatio-
nes partium oppreſſarum ſequerentur. Et
ideo ne vis fiat, dicit, ſemper recurrendũ
eſſe ad Curiam Principis, aliàs enim pro-
culdubio lites eſſent immortales,& vitę ho
minum modum excederent, contra l. Pro-
ponendum, C. de iudic. partes denique
vltra modum,laboribus, & expenſis graua-
rentur,contra tex.in cap. finem litibus, de
dol.& contum.cap.iurgantium,de re iudic.
Vnde profecto experientia docet (quæ eſt
rerum magiſtra) vt aſſerunt Did. Perez lib.
2.tit.22.l.3.in gloſ.*Hombres expertos*, Porto-
les ad Molin. in §.inſtrumentum, nu. 120.
Iod.Damhouder.de ſubhaſtation. cap.1.ex
nu.3.Roland.conſ.89.vol.3. nu.11. per tot.
cap.quam ſit de elect.in 6.cap. ſtatutum de
reſcrip.in 6.& in l.2. C. vt in poſſeſſ. legat.
ad rectum vtriuſq; ſpiritualis, & tempora-
lis iuriſdictionis vſum, & compendium, &
35 Reipublicæ vtilitatem,& commodum ſalu-
berrimum eſſe,Regios iudices adiri,vt vim
auferant, & compellant iudices Eccleſiaſti-
cos ceſſare à grauaminibus inferendis, do-
nec ab ipſis compertum ſit, an appellatio
interpoſita friuola, an vero admittenda
declaretur.

Quod ſi quis contendat à Principibus ſe
cularibus hanc tollere poteſtatem, ex ſentẽ
tia Couarr.in dict.c.35.n.3.in verſ. quinto,
non ſero,ſed ſtatim comperiet experimen-
to manifeſtiſsimo,quantum calamitatis Rei
publicæ Chriſtianæ inuexerit, & intulerit.
Et idem etiã aſſeuerat Azebed. in lib.1. tit.
6.l.2.in verſ.præſertim,pag.145. Vnde quã
uis à viris ſapiẽtiſsimis optatum eſt,vt ſum-
ma Eccleſię poteſtas,ideſt, ſummus Põtifex,
audita hac Regum praxi,& ratione, deter-
minet opportunum remedium pro commu
ni pace, & bona gubernatione, vt inquiunt
Nauar.in man.cap.27.nu.69. & quos refert
Henriq.lib.14.cap.12.nu.6.in gloſ.1. affe-
36 rit tamen,quod nullum hactenus inuentum
eſt aptius remedium, quam vt praxis hæc,
immemoriali conſuetudine confirmata,con
ſeruetur.Sic licet ex nouo caſu Bullæ Cœnæ
Domini inſerto,in epiſtola miſſa per Nun-
ciũ Apoſtolicum,de mandato Summi Pon-
tificis, ad Capitula Eccleſiarum Cathedra-
lium Hiſpanię,prohibetur dictus recurſus,
interim tamen dum pendet cauſa in gradu
ſupplicationis,vtimur dicto recurſu ad Re-
gia Tribunalia. Vt optime aduertit Morla
1.par.tit.2.q.14.nu.8.in fin.ſubdens, etiam
in nu. 10. quod huiuſmodi ſupplicatio de
iure Canonico operatur effectũ ſuſpẽſiuum:
vnde ea interpoſita, tecte poſſum' eo recur
ſu vti,præſertim vbi timetur ſcãdalum, vel
aliud graue inconueniens,ſi id ita nõ fieret;
vt eueniret in tota Hiſpania, ſi hæc antiqua
conſuetudo, ad propulſandas dictas iudicũ
Eccleſiaſticorũ iniurias,nõ eſſet in praxi.Id
circo ob præfatũ recurſum, quod Eccleſia-
ſtici habent ad pręfatos iudices ſeculares,
eos puniri non poſſe à iudicibus Eccleſiaſti-
cis,probat Bouadilla lib.2.c.18.nu.140.

37 Prædicta tamen inhibitio (quam nos iu-
ris firmam appellamus) à iudicibus ſecula-
ribus concedi debet,ſiue admiſſa,ſiue reie-
cta

Digitized by Google

ćta fuerit apellatio à iudice Eccleſiaſtico,ſi
ipſe iudex ſecularis compertũ habear, fuiſſe
appellatum à ſententia iudicis Eccleſiaſtici,
& appellationẽ ab eo non fuiſſe admiſſam,
quæ aliàs de iure admittenda erat, iux. not.
in cap. ſępe de Appellat.& ab huiuſmodi de
negatione appellationis,appellatum fuerit,
pro vt requiritur de iure , ſecundum Card.
in Clem.1.de dol.& contum.nu.9.quem ſe-
quitur Salced.in prax.c.151.n.18.verſ.quod.
ſi iudex,& dixi in 2.p.Collect.17.n.3.adhuc
enim in eo caſu, iudex ſecularis poterit inhi
bere Eccleſiaſticũ,ne vlterius procedar pẽ-
dente appellatione, vel ſuũ auxiliũ imparti-
re,iudici Eccleſiaſtico petẽti, minime tene-
bitur ſecularis, Mich. Agia concluſ. 8. in 6.
caſu.

Prius tamen conſtare debet per inſtrumẽ
tum,ipſi iudici ſeculari, antequam iuridice
inhibeat,vel deneget auxilium,de interpo-
ſitione appellationis ad ſuperiorem emiſſæ,
ac inſuper eam denegatã fuiſſe, in caſu à iu-
re admiſſo;ex Vıral.in tract.clauſul. in clau-
ſula nihil innouari appellatione pendente,
nu.23.Abb.in c.dilectus filius,el 2.n.7.& ibi
Felin.nu.14.de reſcrip.poteſt enim eſſe,ap-
pellationẽ in caſu à iure prohibito interpo-
ſitam fuiſſe , vel iuriſdictionẽ iudicis a quo,
non ſuſpendi per appellationẽ.Quare ante-
quã ipſe iudex concedat iuris firmã, & inhi
bitionem,de re hac debet habere aliquã co
gnitionẽ; provt nec iudex appellationis, in
terminis iuris inhibitionẽ concedit, nec re-
uocat attentata,niſi prius aliqualiter cogno
uerit appellationẽ interpoſitam,iuriſdictio
nem iudicis à quo ſuſpẽdiſſe; vt probat tex.
in c.Romana,§.quod ſi,& in §.ſi autẽ poſt
ſententiam,de appellat. in 6. & tradunt Do
minic.in c.non ſolũ,col.fin.in glo. verb.caſi
bus,de appellar.in 6.Caſſador. deciſ.10. de
reſcrip.nu.4.Couar.in pract.c.24.n.23. opti
me Abb.in c.dilectus filius,el 2. nu.7. & ibi
addit.& Felin.nu.14. de reſcrip. Portol. in
Schol.ad Molin.in §.iudex nu.85.& 86.Her
cul.in tract.de Attent.c.18. ex nu.3. & 10.
fol.90.late Lancel.2.p.c.20.in pręfar.ex nu.
38 116 Octau.Veſt.in pract.lib.8 c.4.n.11.ſub
dens,nõ ſatis iuſte facere iudices,qui ſtatim
non cognita qualirare appellationis , inhi-
bẽt, etiam vbi ex inſpectione appellationis
apparer,fuiſſe interpoſitã in caſu à iure pro
hibito;quod facere non debẽt,nec poſſunr,
niſi pręcedat ſummaria cognitio,an appella
tio veniat recipienda nec ne?

Quamobrem exiſtimo,iuris firmas,& in-
hibitiones prouiſas abſque huiuſmodi cau-
ſę cognitione,non iuridice conceſſas fuiſſe;
quamuis pro validitate illarũ , allegari poſ-
ſit doctrina Felin.in c. G perpetuus nu. 10.
in fin.de fid.inſtrum.aſſerentis,appellantem
non teneri fidem facere de ſententia contra
ſe lata,ſed ſufficere ſi aſſerat ſententiam cõ
tra ſe latam extitiſſe. Contraria namq. opi-
nio verior mihi videtur,per ea quæ referũt
Caſſador. & alij vbi ſupra , & ex his , quæ
(poſt Rot.deciſ.190.incipit. Quo ad reuo-
cationem,de appellat.in nou.)trad.Aymon
Crauet.de antiq. temp. 1.par. §. ampliatur
nunc,nu.2 aſſerens,non ſufficere confeſsio-
nem & aſſerrionem appellantis,dicentis ap
pellatum fuiſſe, niſi oſtendat fuiſſe appella-
tum intra decem dies,& per habentem po-
teſtatem interponendi ipſam appellationẽ.
Fateor tamen,quod vbi de ſtillo, & conſue
tudine introductum eſſet, huiuſmodi inhi-
bitiones , & iuris firmas concedi abſq. vlla
inſtrumenti appellationis præſentatione,
ſtillus, & conſuetudo illa obſeruari poſset,
provt de ſtillo Cameræ Imperialis obſerua
tur,quod ſufficiet,vt de ſententia, & appel-
latione ipſius,ex ſola narratione appellantis
conſtet,ad hoc,vt iudex à quo, iudicem ad
quem inhibeat,vt probat Lancel.de attent.
2.par.cap.70.in pręfat.ex num.141. & 169.
Porrol.in dict.§.iudex,nu.88. volu. 4. com.
opin.pag.103.verſ.tamen in Regno.

39 Contrarium tamen(vt dixi)de iure pro-
cedit; pręualuit tamen conſuetudo, & pra-
xis aliquarum Prouinciatum , vt affirmat
Couarr.in pract. cap.35. num.3. verſ. cęte-
rum,poſt medium, quod ex ſimplici quærel
la,qua reus conquęritur coram Regijs Au-
ditoribus,ex eo quod ei non deferatur ap-
pellationi , quam ad Sedem Apoſtolicam
propoſuerat,tunc ſane ſtatim ei conceduntur
lireræ Regiæ, quibus pręcipitur tabel-
lioni,ſub certa pęna, quod intra breue tem
pus mittat ad curiam proceſſum , vt ex eo
apparear, an iuſte ille iudex deferre nolue-
rit appellationi? Et denique ſi ex eo com-
pertũ fuerit,appellarionẽ eſſe friuolam, cau
ſa ad eundẽ iudicẽ remitritur,vt exequatur
ſententiã,ſi autem iuſta viſſa fuerit appella-
tio , rollitur per Regios iudices illa vis, &
iniuria,quæ aduerſus ſacros Canones,& au
ctoritatem Sedis Apoſtolicæ, fit appellanti
ad eandem , & pręcipitur illi iudici , quod
appellationi deferat, & abſoluat appellan-

tem,ſi forte ipſum excõmunicauit,omniaq.
acta poſt appellationem retractet, ac redu-
cat in eum ſtatum, in quo erant tempore
appellationis,& ſententiæ, ſub pœna amiſ-
ſionis rerum temporalium, quas in ipſis Rè
gnis obtinent,& ſub alijs etiam pœnis ſupe
rius relatis. Circa quam praxim, poſt alios
videndus eſt Gutierrez in pract.lib.1.q.20.
num.7.& Bouadilla lib.2.cap.18. num.139.
vbi referunt legem Caſtellæ, ad hoc con-
ditam.

Eleganter tamen in dubium reuocatur,
an huiuſmodi inhibitio,& auxilium brachij
ſecularis,impartiri poſsit aduerſus iudicem
Eccleſiaſticum,non tantum quotieſcunquè
compettũ ſibi eſt, appellationẽ potuiſſe de
iure interponi, eamq. operari effectum de-
uolutiuũ,& ſuſpenſiuum, quoniam tunc,iu
dex à quo,grauaret,& vim inferret exequẽ
do;ad quam propulſandã, merito ex gene-
rali orbis Chriſtiani conſuetudine, ſuperio
res inhibitiones,& facultates à iudicibus ſe
40 cularibus conceſſæ, introductæ ſunt. Sed
quid, quando appellatio nõ potuit interpo
ni,quia iudex Eccleſiaſticus habuit in man-
datis,quod procederet(appellatione remo
ta)vnde interpoſita, cum non videatur ha-
bere effectum ſuſpenſiuũ,quia per huiuſmo
di clauſulam perdit iudex effectum ſuſpen-
ſiuum iuriſdictionis,vt not.DD.in cap. Pa-
ſtoralis, §. præterea de offic. deleg. gloſ. in
verb.caſibus,in cap.non ſolum de appell.in
6.& tunc iudex non videatur grauare,neq.
vim inferre exequẽdo ſententiã,non obſtã-
te,quod ab ipſa fuerit appellatum;& in eo
caſu ceſſat ratio, cur iudices ſeculares poſ-
ſunt inhibitiones concedere.

41 Reſpondetur ſiquidem, quod quamuis
regulariter vetum ſit de iure,à iudice Eccle
ſiaſtico habente in mandatis clauſulã(appel
latione remota)appellari non poſſe,appel-
lationemq. ab eo interpoſitam minime im
pedire ſententiæ executionem, vt trad.Ma-
rant.de Appell.nu.336.& dixi in 2.par.Col
lect.17.n.3.verſ.hęc tamen omnia cum om-
nes effectus ab appellatione proficiſcentes
cenſeantur ſublati per huiuſmodi clauſulã,
tam deuolutionis,quã ſuſpenſionis,ex Dec.
in rubr.de Appellat. nu. 19. & optime poſt
alios Port.Imolen.conſ.59.num.2. lib.2. &
conſ.120.num.2.lib.3 Roland.conſ.77.vol.
2.n.17. Couar.in pract.c.23.n.4. verſ.ſexto
eſt omnino;& ita inuenies deciſum in Rot.
in vna Romana de Matthæis coram Robu-
ſterio,3.Iunij 1567.Multi tamen in iure re
periuntur caſus, in quibus valet appellatio
à iudice,qui habet in mãdatis, vt procedat
(appellatione remota) & tunc quidẽ pote-
rit iudex ſecularis inhibere Eccleſiaſticum,
ne procedat, nec vim inferat poſt appella-
tionẽ interpoſitã ab eius ſententia; per hãc
42 ſiquidem clauſulam (appellatione remota),
ſunt qui exiſtimant,nõ tolli appellationem
à diffinitiua ſententia,ſed ab interlocutoria
tãtum;in qua opinione fuit Specul.in tit.de
ſenten.execut.§.1.circa principium, vbi vo
luit,quod quoad diffinitiuam, talis clauſu-
la nihil operetur, vnde iudex teneatur ap-
pellationi deferre; ita quod ſi faceret execu
tionem illa ſtatim reuocaretur;quod etiam
ex Lanfranc.deciſ.463.confirmat Lancelot.
de Attent.2.par.c.12.limit.8.n.21.huiuſmo
di clauſula,ſolum friuolas, non vero iuſtas
appellationes tollit,vt cẽſet Iaſſ. & quos ip
ſe congerit in l. 4. §. ſi is pro quo, ff. quod
quiſq. iur.nu.5.Menoch.de Arbitr.caſ.197.
ex num.2.

Quę opinio, quamuis dubia ſatis appa-
reat,quia videretur huiuſmodi clauſula fru
ſtratoria, cum aliàs, etiã ſine ea, appellatio
friuola remoueatur à iure,per tex.in c.cum
appellationibus de appellat.in 6.vt animad
uertunt etiã poſt alios,Marant.vbi ſup. nu.
337.contrarium tamen defendit Lancel. in
d.limit.8.nu.39.& 40.aſſerens,quod cum hu
iuſmodi clauſula apponatur potius de ſtilo
generali,quam de miniſterio ſpeciali, ſonat
potius in quandã monitionem, videlicet vt
nõ deferatur appellationi fruſtratoriæ, quã
43 quod in aliquo deroget iuri cõmuni. Vnde
talis clauſula,tollit ſolum friuolas, non au-
tem legitimas appellationes, & à iure per-
miſſas.Similiter etiam,quando iudex datus
cum huiuſmodi clauſula (appellatione ſu-
blata)appellationi ab eo interpoſitę detulit
ex ignorantia iuris,vel ex propria volunta-
te,tunc cum abdicauerit à ſe omnem iuriſ-
dictionẽ,iuxta ea quę pulchre cõgerit Lan-
cel.in d c.12.limit.1.nu.67.& limit.8.nu.8.
& in limitat.21.num.28. Ant.Gom.tom.3.
cap.13.num.32.Rot. deciſ.774. ex princip.
in 1.p.in nou. recte poterit inhiberi à iudi-
ce ſeculari,ne procedat in cauſa,& ſimiliter
quando prędicta clauſula (appellatione re-
mota) eſſet de facto appoſita in commiſsio
ne,per inferiorem à Principe,qui nõ poteſt
illã ponere, niſi in ſententia interlocutoria,
Marant.de appell.nu.337.vnde eius appoſi
tio-

tio nullũ effectũ operari poteſt, vt pulchre
44 Lancel.in d.limit.8.ex num.15.Tum etiam, quando index datus etiã à Papa,cum dicta clauſula manifeſte grauaret,nã ſtante manifeſto,& notorio grauamine,per huiuſmodi clauſulam non cenſetur quis prohibitus appellare,Alex.conſ.77.vol.3.nu.17.Roland. conſ.29.vol.1.nu.37.Zerol.in praxi,2.p. §. appellatio,verſ.ſeptimo queritur;& multis deducit Lancel.d.limit.8.nu.24.ſubdens,ſtãte notorio grauamine, ceſſare clauſulam (appellatione remota) quemadmodũ etiã, quãdo clauſula (appellatione remota) eſſet appoſita in cõmiſsione ſubreptitia, quoniã tunc,vt ait Lancel.ſup.n.42.ſicut cõmiſsio, & breue ſubreptitiũ nullum effectũ producit,quia nullũ eſt,ita & clauſula (appellatione remota)in eo conſcripta, reſcriptũ etiã remouens appellationẽ,vel exceptionẽ,intelligitur de iniuſta exceptione, & appellatione,non de valida, Cuch.lib.1.inſtit. maior.tit.4.nu.55.Feli.in c.cauſamq.nu.21. de reſcrip.Si igitur in his, & alijs caſibus, pulchre relatis à Lancel.in d.limit.8.ex n.8. recte poteſt grauatus à iudice Eccleſiaſtico appellare, & huiuſmodi appellatio valet quoad vtrumq. effectũ,tam ſuſpenſiuũ,quã deuolutiuũ,vt ait Lancel.ſup.n.31.Infertur optime, quod in ipſis cauſis, recte poterit iudex Eccleſiaſticus inhiberi à ſeculari, nę procedat, nec aliquid attentare præſumat in grauamẽ appellantis, & pręiudiciũ iudicis,ad quẽ appellatur; ſicut etiã in ſimili dicit Borgn.in 2.p.deciſ.23.n.114.quod quãuis appellatio ſit prohibita in aliquibus cauſis,vel ab aliquibus iudicibus,poteſt nihilominus appellari ab exceſſu iuriſdictionis, vel ab inordinato proceſſu, & tunc aſſerit, quod ad vtrumq. effectum permittitur huiuſmodi appellatio. Vnde quidem in eo caſu iudex ſecularis recte poterit inhibere Eccleſiaſticum.

45 Ex quo pulchre infertur, quod quamuis à ſententia,qua quis profertur excommunicatus,non detur appellatio, nec ea ſuſpendatur per appellationem,ex tex. in c. is cui, §.fin.de ſenten.excom.in 6. Angel.in ſum.in verb.excommunicatio,el 3.num.10.Capel. Thol.deciſ.299.Io.Gracian.reg.173. Tho. Zerol.in prax.Epiſcop.2. par §. appellatio, verſ.nono quætitur,vbi in nu. 7. pulchram rationem aſsignat,Humad.l.21.tit.9. par.1. gloſ.1.ex prin.Abb.in c.ſæpe contingit,nu. 15.de appellat.Ruland.conſ.77.volu.2. nu. 22.Vnde appellatione pendente, poteſt iudex denunciare appellãtem excommunicatum,illumq.priuare fructibus beneficij,per tex.in cap.Paſtoralis, §. verum de appellat, & trad.Lancel.de Attent.2.par. c.12. limit. 21. ex princ. Gutier.lib.2. Canon. quæſt. c. 16.nu.23.Couar.in c.Alma mater.1.p.§.10. nu.4.verſ.& eſſe hanc opinionẽ,Capel Tholoſ.deciſ.300.vbi Aufred. id optime declarat.Cum regulariter verum ſit, quod in omnibus caſibus,in quibus non licet appellare, ipſa appellatione pendente,poſsit fieri executio:ex gloſ.in verb.caſibus,in c.non ſolũ, de Appellat.in 6.Innoc.in c.ab excommunicato,de reſcript.Marant.de ord.iud.6.p. in 1.act.nu.172.aſſerens,quod in omnibus caſibus,in quibus de iure appellare non licet,appellatio non ſuſpendit effectũ ſententię, & iudex à quo,exequendo, non dicitur attentare,neq. innouare.A ſententia tamen, qua quis declaratur excõmunicatus,aut in excõmunicationẽ incidiſſe,regulariter bene poteſt appellari;&in hoc caſu,appellatio ex iuſta cauſa interpoſita impedit denunciationẽ,ex Io.Gracian.in d.reg.173.Tho.Zerola 2.p.§.excõmunicatio,verſ.ſexto licet, pulchre Humad.in l.21.tit.9.p.1.ex nu.8. & optime in gloſ.5.nu.3.Nauar.in c.cum contingat,de reſcrip.in 15.cauſa,Felin.in c.Rodulphus n.43.de reſcrip.&in c.cum non ab homine.n.12.de iudic.Franc.in c.is cui,§.fi.n.2. verſ.tertio limita,de ſent.excom.in 6. Pute. deciſ.271.lib.3.Ant.Gab.in ſuis com.tit.de reg.iur.concl.3.n.59. optime Lancel.id declarans,quo pacto ſit intelligendũ; ideo omnino videndus,in d.limit.21.ex nu.21.&quę adduxi in 2.p.collect.42.n.2.vbi,quo pacto appellatio impediat denunciationẽ,optime explicatur.Vnde potentior eſt appellatio à
46 ſententia denunciationis,vel declarationis, quã illa,quæ interponitur ante ſententiã excõmunicationis,vt ex Card.in Clem.1. §.ſi quis,q.11.de ſequeſt.poſſ.& fruct.&ex aliis oſtendit Humada in d. gloſ.1.nu.10. vbi in glo.5.n.2.ait, idẽ eſſe in alijs cenſuris interdicti,& ſuſpenſionis, quæ licet nõ ſuſpendãtur per appellationẽ poſtea interpoſitã, tamen ſuſpenditur denunciatio per dictã appellationẽ. Vnde licet declaratus ſe ingerat diuinis,non efficitur irregularis;Felin.in d. num.43. circa med. verſ. idem ſi ſe ingerat diuinis, & plures Doctores ſupra allegati. Et quidem in eo caſu, quo prędicta appellatio impedit de iure denunciationẽ, poſſe iudi-

iudicem ſecularem concedere inhibitionē,
aduerſus iudicem Eccleſiaſticum, ne ipſum
denūciet, vt verius ſemper exiſtimaui, cum
iuſte appellanti, non eſſe denegandum auxi
lium brachij ſecularis, quo tutius liberetur
à violētia iudicis Eccleſiaſtici, per ſuperius
dicta, certiſsimi iuris ſit, officiumq. Regū
ſit, ſubditos tueri, vbicunque violentia re-
periatur; ad quod multa cumulat Aufredi
in Clem. 1. de offic. ordin. fallentia 31.

47 Ob quam etiam rationem, optime ſimi-
liter à ſeculari iudice inhiberi poteſt Eccle-
ſiaſticus, quando aduerſus laicum profert
ſententiam excommunicationis, non pu-
re, ſed in diem, & ſub conditione, ſi hoc
vel illud fecerit, ab huiuſmodiq. ſententia
fuerit appellatum, ante diei, vel conditio-
nis euentum; quam appellationem validam
eſſe affirmant Nauarr. in d. 14. cauſa in fin.
Lancellot. de Atten. 2. par. cap. 12. in præ-
fat. ex num. 101. & in limit. 21. ex numer. 30.
Couarr. in capit. alma mater 1. par. §. 10.
num. 4. verſ. imo licet Gutierrez lib. 1. Can.
quęſt. cap. 4. ex num. 24. Nauarr. in Manual.
cap. 27. num. 272. verſ. vndecimo quod, Pe
trus Bollo in œconomica Canonica. 3. claſ.
cap. 4. §. 5. pag. 442. verſ. quintus decimus,
qui omnes fatentur, huiuſmodi appellatio-
nem ante aduentum conditionis interpo-
ſitam, ſuſpendere ſententiam excommuni-
cationis prolatam. Si igitur ſuſpendit ſentē
tiam, Eccleſiaſticus procedere non poteſt;
& merito iudex ſecularis ipſum inhibet, ne
aduerſus ſic excommunicatum appellantē,
aliquid attentet.

48 Apud me profecto ſemper prȩualuit illo
rum iudicum ſecularium praxis, qui, vt ſupȩ
rius retuli, & in 2. par. collect. 17. numer. 3.
nunquam huiuſmodi inhibitiones concede
re ſolent aduerſus iudices Eccleſiaſticos,
quin prius ex meritis proceſſus ſibi conſtet,
iniuſte appellationes eſſe denegatas ab ip-
ſis Eccleſiaſticis; quæ aliàs de iure erant ad-
mittendȩ. Vt etiam cēſent Portol. in Schol.
ad Molin. in §. iudex num. 86. Couarr. in d.
num. 3. qua matura, & præuia diligentia ad-
hibita, quis audebit dicere, Eccleſiaſticos
Iudices à Regijs magiſtratibus in aliquo
offendi, & grauari? Ob hancq. rationem
in excommunicationem, & in pœnas Bullæ
in Cœna Domini eos incidere? Eo præſer-
tim, quod dicta inhibitio non dicitur radi-
care, & perpetuare iuriſdictionem iudicis
inhibentis, vt ex gloſ. in verb. finitur ad
med. in cap. præſenti de offic. legat. in 6.
not. Lancel. in d. 2. par. cap. 20. in prȩfat.
num. 106. Sed tantum ſuſpendit iuriſdi-
ctionem iudicis à quo, quouſquè ſuperior
ad quem eſt appellatum, cognoſcat de cau-
ſa, & eam remittat præfato iudici à quo, per
quam remiſsionem cenſetur ſublata inhi-
bitio; ex Mandoſ. de inhibition. quæſt. 36.
Lancelot. in d. cap. 20. limit. 3. ex prin.

49 Vnde hoc iure vtimur in hoc Regno, quod
eo in caſu, alter ex litigantibus, cui intereſt,
cōparet coram iudice ſeculari, qui conceſ-
ſit iuris firmā, & inhibitionē aduerſus Eccle
ſiaſticū, ne appellatione interpoſita proce-
deret in cauſa, & citata parte contraria, vel
ei⁹ procuratore pręſēte, probat per literas
narratiuas proceſſus appellationis à ſe pro
ductas, quod fatalia elapſa ſunt, aut quod ci
tra tēpus parti aduerſæ ad faciēdas debitas
diligentias prȩfixū, eadē pars aduerſa nullas
diligentias in cauſa fecit, nec appellationē
proſecuta fuit, vel etiā, quod iudex ad quē,
remiſsit cauſam iudici à quo. Et cū his ſup-
plicat iudici, vt tollat, & reuocet inhibitio-
nem iurisfirmæ, vt præfatus iudex à quo mā
det executioni ſententiā à ſe latam, & qui-
dem conſtita aliqua ex cauſis ſupradictis, iu
dex ſecularis ſtatim tollit inhibitionem, de
qua etiam praxi atteſtatur Portoles in §. ap
pellatio. num. 31.

Quamuis autem ex ſuperioribus, ſatis ap
pareat ſolutio ad argumenta, quę in princi
pio propoſitæ quæſtionis, in contrariū no-
ſtrȩ opinionis adducta fuerunt, quia tamē
ipſius capitale fundamentū conſiſtit, in illa
deciſione Dominorum de Rota; ideo circa
eius intellectum aliquantulū inſiſtam, & li-
cet negare non poſsim, magnā eſſe prȩſum-
50 ptionē pro opinione, quę Senatui Rotę pla
cet, cum præter numerū, in ea ſedere ſoleāt
Iuriſconſulti doctrina, eruditione, & inte-
gritate prȩſtantiſsimi, ita vt dicantur conſti
tuere cōmunē opinionē, vt ſcripſerūt Imol.
& Barbat. in c. ſi olim de lit. conteſt. & quos
refert Vant. in tract. de nullita. tit. de nullit.
ſent. ex defect. iuriſd. deleg. nu. 20. plura, &
pulchre Martha. de tribun. vrbis, c. 5. per to
tū, imo prȩualet cōmuni opinioni Rotæ de
ciſio, Brunol. à Sole, in quȩſtio, legalibus, q.
24. n. 10. & 94. Treuiſ. deciſ. in præf. nu. 4. Ze
rol. in prax. Epiſ. 1. p. §. Rotę tribunal (corū
bona venia dicam) euenire aliquādo ſolet,
vt errore decepti labantur, quæmadmodū
Doctores à Neuizan. in lib. 5. ſiluæ nuptia.
num.

num.62.cōmemorati teſtātur ſic Petr.Mag-
dalen.in tract.de num.teſt.in teſtam.par.2.
cap.9.num.35.allegat illud prouerbiale di-
51 ctum. Rota Rotat, vel diuerſimode quan-
doquè iudicant, ſiquidem natura hominis
prona eſt ad diſſentiēdum, vt eſt videre no-
tabile exemplum, in l.penult. ff. de Acquir.
rerum Domin.inter Paulum, & Labeonem,
cuius variationis potiſsimas rationes pro-
ſequitur Theſaur. in præfat. deciſ. num.33.
Decian. in ſua Apologia, aduerſus Alciat.c.
10.num.10. & Hippol.Marſil.de colum.de
reddit. Eccleſ.cap.34.nu.2.vnde aitGemin.
in conſ.34.colu.2. in fin.deciſionibus Rotę
Romanæ tantum eſſe deferendum, quātum
ratio ipſa vrget. Excuſſandi tamen ſunt ipſi
Auditores, vt inquit Iacob.Menoch.lib.2.
præſumpt.71.num.15.tum ob negotiorum
multitudinē, tum quia, & ipſi homines ſunt,
vnus enim ſolus Deus, vel cui Deus ipſe ſua
ſingulari gratia conceſsit, errare nō poteſt,
vnde licet deciſiones Rotę probabiles ſint,
non tamen ad deciſiones cauſarum ſunt ne
ceſſarię, nec ſunt iura, vt plura referens tra-
dit Maſcard.deciſ.484. per tot. & quamuis
prima facie dici poteſt, eam Rotę deciſio-
nem in contrarium allegatam, iuridicam
eſſe, quia forſan ille Paulus de quo loqui-
tur, habuit recurſum ad Iudices ſeculares, in
caſu non ſibi licito, & in quo appellare non
poterat, inde tamen nō recte infertur, quod
omnis recurſus ad Iudices ſeculares, à ſent.
Eccleſiaſtici Iudicis, ſit iniuſtus, & impro-
bus, nec id ex dicta deciſione caueri poteſt.
52 Præterea dici poteſt, ex ipſius deciſionis
tenore ſatis apparere, præfatos Dominos
de Rota, aliter ſenſiſſe de hoc recurſu, quam
praxis noſtra ſe habet; vnde dicta deciſio
(ni fallor) patitur magnam difficultatem, di
citur namquè in ea, ideo præfatum Paulum
excommunicatum eſſe, ob recurſum quem
habuit ad Iudices ſeculares, quia præbuit
cauſam, vt immunitas Eccleſiaſtica violare
53 tur. Quę ratio (ni fallor) non multum vrget,
quamplurimi ſiquidem reperiūtur caſus, in
quibus Eccleſiaſticę perſonę, eorumquè bo
na, Regiæ iuriſdictioni optimo iure ſubij-
ciuntur, abſq; vllo cenſurarum incurſu, nec
immunitatis Eccleſiaſticę violatione. Quos
videre licet in 1.par.Collectan.37. ex num.
2. & proſequitur latiſsime Bouadilla lib.2.
cap.18.ex nu.50. Chaſſen.in Conſ. Burgun.
Rubr.1. §.5. ex num.47.colum.192. refert
aliquos Rodriguez, in addit. ad Bul.Cruc.
§.9.ex num.82.non ergo ex huiuſmodi re-
curſu in caſu licito, vt apud nos eſt in vſu,
violatur immunitas Eccleſiaſtica; imo di-
cendum videtur, quod quemadmodum in
ipſis caſibus, lege, vel conſuetudine legiti-
me pręſcripta obtentum eſt; vt iuſte pro-
cedat iudex ſecularis, aduerſus Eccleſiaſti-
cos, & eorum bona; pari etiam ratione, in
hoc caſu, vbi fauor publicus verſatur, fa-
tendum videtur, poſſe ipſum procedere
abſquè vllo cenſurarum incurſu, nec li-
bertatis Eccleſiaſticæ violatione. Eo præ-
ſertim (quia vt alibi latius refero) deciſio il-
54 lorum iurium, quibus cauetur, Iudices lai-
cos minime poſſe cognoſcere de cauſis Ec-
cleſiaſticis, nec Eccleſiaſticas perſonas co-
ram ipſis conueniri poſſe, vt habetur in cap.
decernimus, cap.quanto, cap. qualiter, &
quando, & in cap.nouit.de iudic.cap.1.cap.
2.cap.ſi diligenti, cap.ſignificaſti, cap propo
ſuiſti, de for.compet. & in cap.ſi Iudex lai-
cus, de ſentent.excōmun.in 6. in quibus, &
alijs iuribus, ea præfatæ deciſionis aſsigna-
tur ratio, quia ipſi laici incapaces ſunt de iu
re diuino, ad cognoſcendum de cauſis, per-
ſonis vè Eccleſiaſticis, Id tamen intelligen-
dum eſt in his, quæ vere, ac proprie ſpiritua
lia, & Eccleſiaſtica ſunt, vt ſi quæſtio ſit de
ordinibus, de gradibus, Sacramētis, & alijs
ſimilibus. Quoad cætera vero, nón iure di-
uino, ſed potius poſitiuo, & Canonico, Cle
rici, & eorum bona ſunt exempta à iuriſdi-
ctione Iudicum ſecularium, vt erudite pro-
bant Couar.in Pract.cap.31.n.2.verſ.Prima
concluſio, Morla 1.part.titul.2.quæſt.12.ex
num.7, Ceballos quæſt.739. num.2. Henri-
quez lib.7.cap.24. in princip.& ibi in gloſ.
lit.D. Farinac.in Quæſt. Criminal.quæſt.8.
55 numer.2.verſ. Limita primo, latè Bouadilla
lib.2.cap.18.ex num.32.optime Ludou.Mo
lina de iuſt.& iur tractat.2. diſput.31. & ſic
vſque ad Concilium Renuenſe, celebratum
ſub Eugenio ſecundo, anno 829. quod ha-
betur inter decreta eiuſdem Eugenij, in 3.
tom. Conciliorum, laici Iudices cognoſce-
bāt de cauſis Ciuilibus, & Criminalibus cle
ricorum, vt refert Morla 1.par.tit.2.quęſt.
14.num.1. Ad quod etiam videndus eſt Bo
uadilla lib.2.cap.18.ex nu.23. Meſs.in Prag.
tax.pan.concl.5.num.55. afferentes, in Pri-
mitiua Eccleſia, Clericos, & eorum res, iu-
riſdictioni Regum, & Imperatorū ſubeſſe,
cui cōſonant tradita per Ioan. Garciam, de
nobilit. in gloſ.9. numer.9. in princip.& in
num.27.

Concil. Trid. & procedit capitulum Bullæ
Cœnæ Domini, in contrarium in princip.
propoſitę quæſtionis relatum, vt probatur
ex verbis ipſius Bullæ, ibi, ad ſe auocant, &
ibi, & ſe de illarum cognitione, tanquam Iu
dices intromittere. Secus vero, quãdo Rex,
vel ipſius Conſiliarij, procedunt ad præſtan
dam defenſionem ſpoliato, vel oppreſſo à
Iudice Eccleſiaſtico, ſi namquè iniuſte, tunc
exequenti licite etiam propria autoritate
poteſt reſiſti, vt ſuperius dictum eſt, vt pro-
bat l. prohibitum, l. defenſionis, C. de iure
fiſci, lib. 10. à fortiori, & cum minori ſcan-
dalo, poterit illum defendere Regia pote-
ſtas, quæ hoc facere officij ratione tenetur,
iuxt. tex. in cap. Regum officium, 23. quæſt.
5. non quidẽ in vim iuriſdictionis, ſed defen
ſionis, & etiam ſi licitum eſt Clericis, pro
ſua defenſione vti legibus ſecularibus, cap.
Si adiutorium, 10. diſtinct. ac etiam Epiſco-
pum percutere, Viuald. in explanatione Bul.
Cœnæ Domini, num. 104. multo fortius li-
cebit vti auctoritate Regia, ad tollendam
violentiam, cum Princeps ſit lex animata in
terris, vt in Authen. de conſulibus, §. omni-
bus, & ibi gloſſ.

61 Ex quibus infertur, quod excommunica-
tiò Bullæ Cœnę Domini inflicta contra Au
ditores, aut maiores Iudices Chancellaria-
rum, aut Parlamentorum, ad ſe trahentes
Clericos, & comparere mandantes, quod
non extenditur ad Chancellariam, ſeu Con
ſilium ſupremi Regis, ſed tantummodo cõ
tra illos Auditores, vel Magiſtratus, qui eos
mandant comparere, exercẽdo poteſtatem
iuriſdictionalem, cum hoc præter ius, imo
contra ius fiat, vt pulchre contra alios adno
tauit Humada l. 65. tit. 5. part. 1. gloſ. 8. nu. 3.
quamuis enim Reges nõ habeant ditionem
contentioſam, & iudicialem contra Cleri-
cos, & Eccleſiaſticas perſonas, habent tamẽ
ditionem æconomicam, & politicam, Auen
dan. de exeq. lib. 2. cap. 6. num. 12. Ob cuius
rationem, Clericus ſi turbat Rempublicam,
& eius pacem, recte poterit Rex, & Supre-
mum eius Conſilium, eum punire in bonis
ſuis patrimonialibus, & à Regno eum eijce
re. Dominus Ioſephus de Seſe, in tractat. in-
hibit. cap. 8. §. 3. num. 201. ex Paul. de Caſtr.
in l. addictos numer. 6. C. de Epiſcop. aud.
Hieronym. Porroles ad Molinum, in §. ap-
pellitus manifeſtationis, ex num. 10. Huma
da l 65. tit. 5. part. 1. gloſ. 8. num. 7. Iul. Clar.
lib. 5. §. 36. numer. 24. Salzedo in praxi cap.
102, in lit. A. Bouadilla lib. 2. cap. 18. nu. 67.
ſubdens, non ſolum Regem, ſed etiam Do-
minos vaſallorum, id poſſe in eorum diſtri-
ctu, & territorio. Non tamen ex hoc intelli
gas, hoc ius tollendi huiuſmodi violentias,
habere Duces, Marchiones, & alios Domi-
nos temporales, recognoſcentes ſuperiores
in eorum ditionibus, quoniam quamuis hęc
conſuetudo tollendi has violentias vigeat,
& tolleretur in perſona Regis, & ſuorum ſu
premorum Iudicum, non videtur habere lo
cum in Ducibus, & Marchionibus, aut alijs
inferioribus Dominis, aut Iudicibus, per ea
quæ trad. Auend. lib. 1. de exeq. mand. cap. 1.
num. 32. verſ. Et cum hæc conſuetudo, Bo-
uadilla d. lib. 2. cap. 16. num. 90.

62 Non tamen inelegans quæſtio hic poteſt
agitari, an eo caſu, quo per modum violen-
tiæ, Princeps inter Eccleſiaſticos cognoſcit,
condemnare poſsit in tali articulo vim fa-
cientem in expenſis? & quidem videtur di-
cendum, quod non procedatur in hoc caſu,
per modum iudiciariæ poteſtatis, ſed pro-
uidetur per modũ extraiudicialis defenſiõ-
nis ſpoliato, vel violẽter oppreſſo, vt refert
Afflict. in dict. deciſ. 24. & alij ſupra relati, &
condemnare in expenſis, eſt iudiciale, vt in
cap. calumniam, de pen. l. ſancimus, C. de iu
dic. ſed contrarium tenendum eſt, quod in
hoc articulo violentiæ, poſsit Senatur Re-
gius condemnare in expenſis, vim facientẽ,
quia hoc eſt conſecutiuum illius extraiudi-
cialis. Cætera quæ in hac quæſtione deſide-
rari poſſunt, vide apud ſapientiſsimum, &
præclariſsimum Iuriſconſultum, Doctorem
Ieſephum à Seſe, meritiſsimum Regentem
Chancellarię Regni Aragonum, & Sanctiſ-
ſimi Prætorij Inquiſitionis Conſultorẽ pru
dentiſsimum, in ſuo eleganti tractatu Inhi-
bitionũ, & Magiſtratus Iuſtitiæ Aragonum,
cap. 8. §. tertio. Omnia tamen à me ſcripta,
& præſertim in hac difficili quæſtione,
ſub correctione Sacroſanctæ Matris
Eccleſiæ dicta eſſe volo, cui
me humiliter ſu-
bijcio.

FRATER

Digitized by Google

FRATRIS IOANNIS HIERONYMI CENEDO, ORDINIS PRÆDICATORVM. S.T.ET. I.P.D.

Ad Lectorem Præfaciuncula.

CVM Fratris mei (candide Lector) quæſtiones practicas typis tradere decreuiſſem, hinc euenit vt varias ipſius lucubrationes perlegerim, inter quas, tractatum, in quo plures iuridicæ dictiones exponebantur, reperij, quod adhuc informe iacebat, cumquè legentibus non modicum commodum allaturum iudicauerim, qua potui diligentia, ipſum in ordinem redegi, & aliquibus à me dictionibus additis, vſquè ad centuriam auxi; quia tamen, opus hoc tale non eſt, vt eo ſolo, integer codex fieri poſſit, practicis quęſtionibus adiungendũ exiſtimaui. Beneuole igitur, & fronte ſerena opuſculum hoc (Lector) accipias, hanc enim vnicam laboris mercedem volo. Vale.

CENTVRIA

CENTVRIA SINGVLARIVM IVRIS,

CIRCA PROPRIAM INTERPRETAtionem,& verum intellectum, quamplurium præpoſitionum, aduerbiorum,& dictionum,in iure Canonico,& Ciuili varias continentium ſignificationes. quæ maxime conducunt ad quamplurima iuris dubia exactè explicanda, tam in forenſibus concertationibus, quam in ſcholis diutiſſime ventilata.

Auctore Petro Cenedo Decretorum Doctore, & Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Pilari Priore, & Canonico.

Singulare primum, de natura & ſignificatione iſtius præpoſitionis: A.

SVMMARIVM.

1 *PRæpoſitio, A, quando ponitur in diſpoſitione, quæ terminum, ſeu tempus ſtatuit, excluſiue ponitur.*

2 *Quando dictio, A, incluſiue ponatur.*

3 *Siue ponatur dictio, ex, ſiue dictio, A, tempus currit de momento ad momentum, ſecundum Bartolum.*

4 *Si dictio, A, exprimitur a lege, tūc ſumitur iuxta intellectum, qui magis iuribus aplaudet.*

5 *Quādo intellectus, quod ſtet excluſiue, plus amicatur alijs iuribus, tunc ſumetur incluſiue.*

6 *Quando non apparet quis intellectus magis amicabilis ſit alijs iuribus, ſumendus eſt intellectus, qui conſtat ex verbis legis.*

7 *Caſus legis cum eſt expreſſus, nihil eſt quod amplius dubitare debeamus.*

8 *Quando lex non exprimit, qualiter velit ſumi, ſi apparet de mente legis per verba ſequentia, mēs illa ſeruabitur.*

9. *Mens legis cum de ea apparet ſemper eſt ſequēda, neglecta verborum proprietate.*

10 *Quando non apparet de mente legis, ſi ſumus in odioſis, dictio A, ſumitur excluſiue, in fauorabilibus vero ſumitur incluſiue, & ſic in alijs dictionibus dubijs dicendum eſt, num. 13.*

11 *Dies termini quando computetur in termino.*

12 *Dies termini computabitur, vel non computabitur in termino, prout fauor, vel odium ſuadebit, vel diſuadebit.*

13 *Dictiones dubiæ ſunt intelligendæ, vel excluſiue, vel incluſiue, prout conſtitutiones ſunt odioſæ, vel fauorabiles.*

14 *Dictio, A, accipienda eſt incluſiue, ſi alias ſequeretur*

uet.de antiq.temp.parr.3.num.28.nam ſi re-
medium hoc, ac veluti fortiſsimum ſcutũ,
vt dicit Salced.vbi ſupra,in verſ.idem,pag.
355.aduerſus Eccleſiaſticos iudices, lõge à
Romana Curia iudicãtes,nõ adhiberetur à
Regijs magiſtratibus,poſſent equidem pro
libito ſuo, quem vellent excommunicare,
& excommunicatum denũciare, & quibus
vellent locis, interdicere ſine aliquo iuris
remedio,quã quod à Romana Curia, poſt
longam vexationem,cum maximiſq; expẽ-
ſis, quod graue eſſet inconueniens,tradere
tur Vnde quidem longinquiras,& diſtãtia,
quæ eſt inter hæc regna, & Curiam Roma-
nã,cam etiam praxim adiuuare videtur, cũ
longinquitas in cauſa eſſe ſoleat, vt huiuſ-
modi remedijs vtendum ſit, arg.cap. Cum
longe 63.diſt.& in cap Nihil, de elect.l.me
diterraneç Ciuitatis C.de Ann.& rribu.lib.
10.per que iura,ita tenet Nauarr.in d.c.Cũ
contingat in primo remedio. fol.147. verſ.
ſecundo facit,prçſertim quando inſtat gra-
uamen vix reparabile, vt plura allegando
optime proſequitur Henriq.lib.14.cap.12.
num.6. in gloſ.in litera S. Cacher.deciſ.30.
num.14.Cui adde, quod dum remedium à
Romano Pontifice adhiberetur,quot fide-
les periclitarentur, & ſcandalum ſubirent,
dum ſe, vel vicinos, vel amicos viderent
excommunicatos. Vnde dicebat pulchre
Didac. Perez in lib.3. tit.13.l.6. pag.716.
quod Princeps, & eius ſacrum Cõſilium,
34 ſupplet iuſtitiæ defectum, inferiorum to-
tius Regni, ſiue ſint ſuperiores vim, ac in-
iuſtitiam intetentes domini temporales, ſi-
ue Eccleſiaſtici,cum non adeò celeriter, ſit
aditus ad Papam pro iniuſtitia repellenda.
Et ſi interim de vi, ac violentia, Rex non
cognouiſſet, ac opportune, provt ſolet,pro-
uidiſſet, plura mala,& ſcandala,ac vexatio-
nes partium oppreſſarum ſequerentur. Et
ideo ne vis fiat, dicit, ſemper recurrendũ
eſſe ad Curiam Principis, aliàs enim pro-
culdubio lites eſſent immortales, & virç ho
minum modum excederent, contra l. Pro-
ponendum, C.de iudic. partes deniquè
vltra modum,laboribus, & expenſis graua-
rentur,contra tex.in cap. finem litibus, de
dol.& contum.cap iurgantium,de re iudic.
Vnde profecto experientia docet (quæ eſt
rerum magiſtra) vt aſſerunt Did. Perez lib.
2.tit.22.l.3.in gloſ.*Hombres expertos*, Porto-
les ad Molin. in §.inſtrumenrum, nu. 120.
Iod.Damhouder.de ſubhaſtation. cap.1.ex
nu.3.Roland.conſ.89.vol.3. nu.11. per tot.
cap.quam ſit de elect.in 6.cap. ſtatutum de
reſcrip.in 6.& in l.2. C. vt in poſſeſſ. legat.
ad rectum vtriuſq; ſpiritualis, & tempora-
lis iuriſdictionis vſum, & compendium, &
35 Reipublice vtilitatem,& commodum ſalu-
berrimum eſſe,Regios iudices adiri,vt vim
auferant, & compellant iudices Eccleſiaſti-
cos ceſſare à grauaminibus inferendis, do-
nec ab ipſis compertum ſit, an appellatio
interpoſita friuola, an vero admittenda
declaretur.

Quod ſi quis contendat à Principibus ſe
cularibus hanc tollere poteſtatem, ex ſentẽ
tia Couart.in dict.c.35.n.3.in verſ. quinto,
non ſero,ſed ſtatim competiet experimen-
to manifeſtiſsimo,quantum calamitatis Rei
publicæ Chriſtianæ inuexerit, & intulerit.
Et idem etiã aſſeuerat Azebed. in lib.1. tit.
6.l.2.in verſ.præſertim,pag.145. Vnde quã
uis à viris ſapiẽtiſsimis optatum eſt,vt ſum-
ma Eccleſię poteſtas,ideſt, ſummus Põtifex,
audita hac Regum praxi,& ratione, deter-
minet opportunum remedium pro commu
ni pace,& bona gubernatione, vt inquiunt
Nauar.in man.cap.27.nu.69. & quos refert
Henrriq.lib.14.cap.12.nu,6.in gloſ.1. aſſe-
36 rit tamen,quod nullum hactenus inuentum
eſt aptius remedium, quam vt praxis hæc,
immemoriali conſuetudine confirmata,con
ſeruetur.Sic licet ex nouo caſu Bullæ Cęnæ
Domini inſerto, in epiſtola miſſa per Nun-
ciũ Apoſtolicum,de mandato Summi Pon-
tificis, ad Capitula Eccleſiarum Cathedra-
lium Hiſpanię,prohibetur dictus recurſus,
interim tamen dum pendet cauſa in gradu
ſupplicationis,vtimur dicto recurſu ad Re-
gia Tribunalia. Vt optime aduertit Motla
1.par.tit.2.q.14.nu.8.in fin. ſubdens, etiam
in nu. 10. quod huiuſmodi ſupplicatio de
iure Canonico operatur effectũ ſuſpẽſiuum:
vnde ea interpoſita, recte poſſum⁹ eo recur
ſu vti,præſertim vbi timetur ſcãdalum, vel
aliud graue inconueniens,ſi id ita nõ fieret;
vt eueniret in tota Hiſpania, ſi hæc antiqua
conſuetudo, ad propulſandas dictas iudicũ
Eccleſiaſticorũ iniurias,nõ eſſet in praxi. Id
circo ob præfatũ recurſum, quod Eccleſia-
ſtici habent ad prçfatos iudices ſeculares,
eos puniri non poſſe à iudicibus Eccleſiaſti
cis,probat Bouadilla lib.2.c.18.nu.140.
37 Prædicta tamen inhibitio(quam nos iu-
ris firmam appellamus) à iudicibus ſecula-
ribus concedi debet,ſiue admiſſa,ſiue reie-
cta

& ſa fuerit appellatio à iudice Eccleſiaſtico,ſi ipſe iudex ſecularis compertũ habeat, fuiſſe appellatum à ſententia iudicis Eccleſiaſtici, & appellationẽ ab eo non fuiſſe admiſſam, quæ aliàs de iure admittenda erat, iux. not. in cap.ſæpe de Appellat.& ab huiuſmodi denegatione appellationis,appellatum fuerit, pro vt requiritur de iure, ſecundum Card. in Clem.1.de dol.& contum.nu.9.quem ſequitur Salced.in prax.c.151.n.18.verſ.quod ſi iudex,& dixi in 2.p.Collect.17.n.3. adhuc enim in eo caſu, iudex ſecularis poterit inhibere Eccleſiaſticũ,ne vlterius procedat pẽdente appellatione, vel ſuũ auxiliũ impartire,iudici Eccleſiaſtico petẽti, minime tenebitur ſecularis, Mich. Agia concluſ. 8. in 6. caſu.

Prius tamen conſtare debet per inſtrumẽtum,ipſi iudici ſeculari, antequam iuridice inhibeat,vel deneget auxilium,de interpoſitione appellationis ad ſuperiorem emiſſæ, ac inſuper eam denegatã fuiſſe, in caſu à iure admiſſo;ex Vital.in tract.clauſul. in clauſula nihil innouari appellatione pendente, nu.23.Abb.in c.dilectus filius,el 2.n.7.& ibi Felin.nu.14.de reſcrip.poteſt enim eſſe,appellationẽ in caſu à iure prohibito interpoſitam fuiſſe, vel iuriſdictionẽ iudicis a quo, non ſuſpendi per appellationẽ.Quare antequã ipſe iudex concedat iuris firmã, & inhibitionem,de ea hac debet habere aliquã cognitionẽ; prout nec iudex appellationis, in terminis iuris inhibitionẽ concedit, nec reuocat attentata,niſi prius aliqualiter cognouerit appellationẽ interpoſitam,iuriſdictionem iudicis à quo ſuſpẽdiſſe; vt probat tex. in c.Romana,§.quod ſi,& in §. ſi autẽ poſt ſententiam,de appellat. in 6. & tradunt Dominic.in c.non ſolũ,col.fin.in glo. verb.caſibus,de appellat.in 6.Caſſador. deciſ.10. de reſcrip.nu.4.Couar.in pract.c.24.n.23. optime Abb.in c.dilectus filius,el 2. nn.7. & ibi addit.& Felin.nu.14. de reſcrip. Portol. in Schol.ad Molin.in §.iudex nu.85.& 86.Hercul.in tract.de Attent.c.18. ex nu.3. & 10. fol.90.late Lancel.2.p.c.20.in præfat.ex nu. 116 Octau.Veſt.in pract.lib.8 c.4.n.11.ſub
38 dens,nõ ſatis iuſte facere iudices,qui ſtatim non cognita qualitate appellationis, inhibẽt, etiam vbi ex inſpectione appellationis apparet,fuiſſe interpoſitã in caſu à iure prohibito;quod facere non debẽt,nec poſſunt, niſi præcedat ſummaria cognitio,an appellatio veniat recipienda nec ne?

Quamobrem exiſtimo,iuris firmas,& inhibitiones prouiſas abſque huiuſmodi cauſæ cognitione,non iuridice conceſſas fuiſſe, quamuis pro validitate illarũ, allegari poſſit doctrina Felin.in c. G perpetuus nn. 10. in fin.de fid.inſtrum.aſſerentis,appellantem non teneri fidem facere de ſententia contra ſe lata,ſed ſufficere ſi aſſerat ſententiam cõtra ſe latam extitiſſe. Contraria namq. opinio verior mihi videtur,per ea quæ referũt Caſſador. & alij vbi ſupra, & ex his, quæ (poſt Rot.deciſ.190.incipit. Quo ad reuocationem,de appellat.in nou.)trad.Aymon Crauet.de antiq. temp. 1.par. §. ampliatur nunc,nu.2 aſſerens,non ſufficere confeſſionem & aſſertionem appellantis,dicentis ſe appellatum fuiſſe, niſi oſtendat fuiſſe appellatum intra decem dies,& per habentem poteſtatem interponendi ipſam appellationẽ. Fateor tamen,quod vbi de ſtilo, & conſuetudine introductum eſſet, huiuſmodi inhibitiones, & iuris firmas concedi abſq. vlla inſtrumenti appellationis præſentatione, ſtillus, & conſuetudo illa obſeruari poſſet, prout de ſtillo Cameræ Imperialis obſeruatur,quod ſufficiet,vt de ſententiã,& appellatione ipſius,ex ſola narratione appellantis conſtet,ad hoc,vt iudex à quo, iudicem ad quem inhibeat,vt probat Lancel.de attent. 2.par.cap.70.in præfat.ex num.141. & 169. Portol.in dict.§.iudex,nu.88. volu. 4.com. opin.pag.103.verſ.tamen in Regno.

39 Contrarium tamen(vt dixi)de iure procedit; præualuit tamen conſuetudo, & praxis aliquarum Prouinciarum, vt affirmat Couarr.in pract. cap.35. num.3. verſ. cæterum,poſt medium, quod ex ſimplici querella,qua reus conqueritur coram Regijs Auditoribus,ex eo quod ei non deferatur appellationi, quam ad Sedem Apoſtolicam propoſuerat,tunc ſane ſtatim ei conceduntur literæ Regiæ, quibus præcipitur tabellioni,ſub certa pœna, quod intra breue tempus mittat ad curiam proceſſum, vt ex eo appareat, an iuſte ille iudex deferre noluerit appellationi? Et denique ſi ex eo compertũ fuerit,appellationẽ eſſe friuolam, cauſa ad eundẽ iudicẽ remittitur,vt exequatur ſententiã,ſi autem iuſta viſſa fuerit appellatio, tollitur per Regios iudices illa vis, & iniuria,quæ aduerſus ſacros Canones,& auctoritatem Sedis Apoſtolicæ, fit appellanti ad eandem, & præcipitur illi iudici, quod appellationi deferat, & abſoluat appellan-

tem, ſi forte ipſum excõmunicauit, omniaq. acta poſt appellationem retractet, ac reducat in eum ſtatum, in quo erant tempore appellationis, & ſententiæ, ſub pœna amiſſionis rerum temporalium, quas in ipſis Regnis obtinent, & ſub alijs etiam pœnis ſuperius relatis. Circa quam praxim, poſt alios videndus eſt Gutierrez in pract. lib. 1. q. 20. num. 7. & Bouadilla lib. 2. cap. 18. num. 139. vbi referunt legem Caſtellæ, ad hoc conditam.

Eleganter tamen in dubium reuocatur, an huiuſmodi inhibitio, & auxilium brachij ſecularis, impartiri poſsit aduerſus iudicem Eccleſiaſticum, non tantum quotieſcunquè competiũ ſibi eſt, appellationẽ potuiſſe de iure interponi, eamq. operari effectum deuolutiuũ, & ſuſpenſiuum, quoniam tunc, iudex à quo, grauaret, & vim inferret exequẽdo; ad quam propulſandã, merito ex generali orbis Chriſtiani conſuetudine, ſuperiores inhibitiones, & facultates à iudicibus ſe-

40 cularibus conceſſæ, introductæ ſunt. Sed quid, quando appellatio nõ potuit interponi, quia iudex Eccleſiaſticus habuit in mandatis, quod procederet (appellatione remota) vnde interpoſita, cum non videatur habere effectum ſuſpenſiuũ, quia per huiuſmodi clauſulam perdit iudex effectum ſuſpenſiuum iuriſdictionis, vt not. DD. in cap. Paſtoralis, §. præterea de offic. deleg. gloſ. in verb. caſibus, in cap. non ſolum de appell. in 6. & tunc iudex non videatur grauare, neq. vim inferre exequẽdo ſententiã, non obſtãte, quod ab ipſa fuerit appellatum; & in eo caſu ceſſat ratio, cur iudices ſeculares poſſunt inhibitiones concedere.

41 Reſpondetur ſiquidem, quod quamuis regulariter verum ſit de iure, à iudice Eccleſiaſtico habente in mandatis clauſulã (appellatione remota) appellari non poſſe, appellationemq. ab eo interpoſitam minime impedire ſententiæ executionem, vt trad. Marant. de Appell. nu. 336. & dixi in 2. par. Collect. 17. n. 3. verſ. hęc tamen omnia cum omnes effectus ab appellatione proficiſcentes cenſeantur ſublati per huiuſmodi clauſulã, tam deuolutionis, quã ſuſpenſionis, ex Dec. in rubr. de Appellat. nu. 19. & optime poſt alios Port. Imolen. conſ. 59. num. 2. lib. 2. & conſ. 120. num. 2. lib. 3 Roland. conſ. 77. vol. 2. n. 17. Couar. in pract. c. 23. n. 4. verſ. ſexto eſt omnino; & ita inuenies deciſum in Rot. in vna Romana de Matthæis coram Robuſterio, 3. Iunij 1567. Multi tamen in iure reperiuntur caſus, in quibus valet appellatio à iudice, qui habet in mãdatis, vt procedat (appellatione remota) & tunc quidẽ poterit iudex ſecularis inhibere Eccleſiaſticum, ne procedat, nec vim inferat poſt appellationẽ interpoſitã ab eius ſententia; per hãc

42 ſiquidem clauſulam (appellatione remota), ſunt qui exiſtimant, nõ tolli appellationem à diffinitiua ſententia, ſed ab interlocutoria tãtum; in qua opinione fuit Specul. in tit. de ſenten. execut. §. 1. circa principium, vbi voluit, quod quoad diffinitiuam, talis clauſula nihil operetur, vnde iudex teneatur appellationi deferre; ita quod ſi faceret executionem illa ſtatim reuocaretur; quod etiam ex Lanfranc. deciſ. 463. confirmat Lancelot. de Attent. 2. par. c. 12. limit. 8. n. 21. huiuſmodi clauſula, ſolum friuolas, non vero iuſtas appellationes tollit, vt cẽſet Iaſ. & quos ipſe congerit in l. 4. §. ſi is pro quo, ff. quod quiſq. iur. nu. 5. Menoch. de Arbitr. caſ. 197. ex num. 2.

Quę opinio, quamuis dubia ſatis appareat, quia videretur huiuſmodi clauſula fruſtratoria, cum aliàs, etiã ſine ea, appellatio friuola remoueatur à iure, per tex. in c. cum appellationibus de appellat. in 6. vt animaduertunt etiã poſt alios, Marant. vbi ſup. nu. 337. contrarium tamen defendit Lancel. in d. limit. 8. nu. 39. & 40. aſſerens, quod cum huiuſmodi clauſula apponatur potius de ſtilo generali, quam de miniſterio ſpeciali, ſonat potius in quandã monitionem, videlicet vt nõ deferatur appellationi fruſtratoriæ, quã

43 quod in aliquo deroget iuri cõmuni. Vnde talis clauſula, tollit ſolum friuolas, non autem legitimas appellationes, & à iure permiſſas. Similiter etiam, quando iudex datus cum huiuſmodi clauſula (appellatione ſublata) appellationi ab eo interpoſitę detulit ex ignorantia iuris, vel ex propria voluntate, tunc cum abdicauerit à ſe omnem iuriſdictionẽ, iuxta ea quę pulchre cõgerit Lancel. in d c. 12. limit. 1. nu. 67. & limit. 8. nu. 8. & in limitat. 21. num. 28. Ant. Gom. tom. 3. cap. 13. num. 32. Rot. deciſ. 774. ex princip. in 1. p. in nou. recte poterit inhiberi à iudice ſeculari, ne procedat in cauſa, & ſimiliter quando prędicta clauſula (appellatione remora) eſſet de facto appoſita in commiſsione, per inferiorem à Principe, qui nõ poteſt illã ponere, niſi in ſententia interlocutoria, Marant. de appell. nu. 337. vnde eius appoſitio.

tio nullũ effectũ operari poteſt, vt pulchre
44 Lancel.in d.limit.8.ex num.15.Tum etiam,
quando iudex datus etiã à Papa,cum dicta
clauſula manifeſte grauaret,nã ſtante mani
feſto,& notorio grauamine,per huiuſmodi
clauſulam non cenſetur quis prohibitus ap
pellare,Alex.conſ.77.vol.3.nu.17.Roland.
conſ.29.vol.1.nu.37.Zerol.in praxi,2.p. §.
appellatio,verſ.ſeptimo quęritur;& multis
deducit Lancel.d.limit.8.nu.24.ſubdens,ſtã
te notorio grauamine , ceſſare clauſulam
(appellatione remota) quemadmodũ etiã;
quãdo clauſula (appellatione remota) eſſet
appoſita in cõmiſsione ſubreptitia, quoniã
tunc,vt ait Lancel.ſup.n.42.ſicut cõmiſsio,
& breue ſubreptitiũ nullum effectũ produ-
cit,quia nullũ eſt,ita & clauſula (appellatio
ne remota)in eo conſcripta , reſcriptũ etiã
remouens appellationẽ,vel exceptionẽ,in-
telligitur de iniuſta exceptione, & appella-
tione,non de valida, Cuch.lib.1.inſtit. ma-
ior.tit.4.nu.55.Feli.in c.cauſamq.nu.21. de
reſcrip.Si igitur in his, & alijs caſibus, pul-
chre relatis à Lancel.in d.limit.8.ex n.8. re
cte poteſt grauatus à indice Eccleſiaſtico
appellare , & huiuſmodi appellatio valet
quoad vtrumq. effectũ,tam ſuſpenſiuũ,quã
deuolutiuũ,vt ait Lancel.ſup.n.31.Infertur
optime , quod in ipſis cauſis , recte poterit
iudex Eccleſiaſticus inhiberi à ſeculari , ne
procedat , nec aliquid attentare præſumat
in grauamẽ appellantis, & pręiudiciũ iudi-
cis,ad quẽ appellatur; ſicut etiã in ſimili di-
cit Borgn.in 2.p.deciſ.23.n.114.quod quã-
uis appellatio ſit prohibita in aliquibus cau
ſis,vel ab aliquibus iudicibus,poteſt nihilo
minus appellari ab exceſſu iuriſdictionis,
vel ab inordinato proceſſu , & tunc aſſerit,
quod ad vtrumq. effectum permittitur hu-
iuſmodi appellatio. Vnde quidem in eo ca-
ſu iudex ſecularis recte poterit inhibere
Eccleſiaſticum.

Ex quo pulchre infertur , quod quamuis
45 à ſententia,qua quis profertur excommuni
catus,non detur appellatio , nec ea ſuſpen-
datur per appellationem,ex tex. in c. is cui,
§.fin.de ſenten.excom.in 6. Angel.in ſum.in
verb.excommunicatio,el 3.num.10.Capel.
Thol.deciſ.299.Io.Gracian.reg.173. Tho.
Zerol.in prax.Epiſcop.2. par §. appellatio,
verſ.nono quæritur,vbi in nu. 7. pulchram
rationem aſsignat,Humad.l.21.tit.9. par.1.
gloſ.1.ex prin.Abb.in c.ſæpe contingit,nu.
15.de appellat.Roland.conſ.77.volu.2. nu.
22.Vnde appellatione pendente, poteſt iu-
dex denunciare appellãtem excommunica-
tum,illumq.priuare fructibus beneficij,per
tex.in cap.Paſtoralis, §. verum de appellat,
& trad.Lancel.de Attent.2. par. c.12. limit.
21. ex princ. Gutier.lib.2. Canon. quæſt. c.
16.nu.23.Couar.in c.Alma mater.1.p.§.10.
nu.4.verſ.& eſſe hanc opinionẽ,Capel Tho
loſ.deciſ.300.vbi Aufred. id optime decla-
rat.Cum regulariter verum ſit, quod in om
nibus caſibus,in quibus non licet appellare,
ipſa appellatione pendente,poſsit fieri exe-
cutio:ex gloſ.in verb.caſibus,in c.non ſolũ,
de Appellat.in 6.Innoc.in c.ab excommuni
cato,de reſcript.Marant.de ord.iud.6.p. in
1.act.nu.172.aſſerens,quod in omnibus caſi
bus,in quibus de iure appellare non licet,ap
pellatio non ſuſpendit effectũ ſententię , &
iudex à quo,exequendo, non dicitur atten-
tare,neq. innouare. A ſententia tamen, qua
quis declaratur excõmunicatus,aut in excõ
municationẽ incidiſſe,regulariter bene po-
teſt appellari;& in hoc caſu,appellatio ex iu
ſta cauſa interpoſita impedit denunciatio-
nẽ,ex Io.Gracian.in d.reg.173.Tho.Zerola
2.p.§.excõmunicatio,verſ.ſexto licet , pul-
chre Humad.in l.21.tit.9.p.1.ex nu.8. & op
time in gloſ.5.nu.3.Nauar.in c.cum contin
gat,de reſcrip.in 15.cauſa,Felin.in c.Rodul
phus n.43.de reſcrip.& in c.cum non ab ho
mine.n.12.de iudic.Franc.in c.is cui,§.fi.n.2.
verſ.tertio limita,de ſent.excom.in 6. Pute.
deciſ.271.lib.3.Ant.Gab.in ſuis com.tit.de
reg.iur.concl.3.n.59. optime Lancel.id de-
clarans,quo pacto ſit intelligendũ; ideo om
nino videndus,in d.limit.21.ex nu.21.& quę
adduxi in 2.p.collect.42.n.2.vbi,quo pacto
appellatio impediat denunciationẽ,optime
explicatur.Vnde potentior eſt appellatio à
46 ſententia denunciationis,vel declarationis,
quã illa,quæ interponitur ante ſententiã ex
cõmunicationis,vt ex Card.in Clem.1. §.ſi
quis,q.11.de ſequeſt.poſſ.& fruct.& ex aliis
oſtendit Humada in d. gloſ.1.nu.10. vbi in
glo.5.n.2.ait, idẽ eſſe in alijs cenſuris inter-
dicti,& ſuſpenſionis, quæ licet nõ ſuſpendã
tur per appellationẽ poſtea interpoſitã, ta-
men ſuſpenditur denunciatio per dictã ap-
pellationẽ. Vnde licet declaratus ſe ingerat
diuinis,non efficitur irregularis;Felin.in d.
num.43. circa med. verſ. idem ſi ſe ingerat
diuinis, & plures Doctores ſupra allegati.
Et quidem in eo caſu , quo pędicta appel-
latio impedit de iure denunciationẽ, poſſe

iudicem ſecularem concedere inhibitionē, aduerſus iudicem Eccleſiaſticum, ne ipſum denūciet, vt verius ſemper exiſtimaui, cum iuſte appellanti, non eſſe denegandum auxilium brachij ſecularis, quo tutius liberetur à violētia iudicis Eccleſiaſtici, per ſuperius dicta, certiſsimi iuris ſit, officiumq. Regū ſit, ſubditos tueri, vbicunque violentia reperiatur; ad quod multa cumulat Aufredi in Clem. 1. de offic. ordin. fallentia 31.

47 Ob quam etiam rationem, optime ſimiliter à ſeculari iudice inhiberi poteſt Eccleſiaſticus, quando aduerſus laicum profert ſententiam excommunicationis, non purè, ſed in diem, & ſub conditione, ſi hoc vel illud fecerit, ab huiuſmodiq. ſententia fuerit appellatum, ante diē, vel conditionis euentum; quam appellationem validam eſſe affirmant Nauarr. in d. 14. cauſa in fin. Lancellot. de Atten. 2. par. cap. 12. in præfat. ex num. 101. & in limit. 21. ex numer. 30. Couarr. in capit. alma mater 1. par. §. 10. num. 4. verſ. imo licet Gutierrez lib. 1. Canr. queſt. cap. 4. ex num. 24. Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 272. verſ. vndecimo quod, Petrus Bollo in æconomica Canonica. 3. claſ. cap. 4. §. 5. pag. 442. verſ. quintus decimus, qui omnes fatentur, huiuſmodi appellationem ante aduentum conditionis interpoſitam, ſuſpendere ſententiam excommunicationis prolatam. Si igitur ſuſpendit ſentētiam, Eccleſiaſticus procedere non poteſt; & merito iudex ſecularis ipſum inhibet, ne aduerſus ſic excommunicatum appellantē, aliquid attentet.

48 Apud me profecto ſemper prēualuit illorum iudicum ſecularium praxis, qui, vt ſuperius retuli, & in 2. par. collect. 17. numer. 3. nunquam huiuſmodi inhibitiones concedere ſolent aduerſus iudices Eccleſiaſticos, quin prius ex meritis proceſſus ſibi conſtet, iniuſte appellationes eſſe denegatas ab ipſis Eccleſiaſticis; quæ aliàs de iure erant admittendę. Vt etiam cēſent Portol. in Schol. ad Molin. in §. iudex num. 86. Couarr. in d. num. 3. qua matura, & præuia diligentia adhibita, quis audebit dicere, Eccleſiaſticos Iudices à Regijs magiſtratibus in aliquo offendi, & grauati? Ob hancq. rationem in excommunicationem, & in pœnas Bullæ in Cœna Domini eos incidere? Eo præſertim, quod dicta inhibitio non dicitur radicare, & perpetuare iuriſdictionem iudicis inhibentis, vt ex gloſ. in verb. finitur ad med. in cap. præſenti de offic. legat. in 6. not. Lancel. in d. 2. par. cap. 20. in prēfat. num. 106. Sed tantum ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo, quouſquè ſuperior ad quem eſt appellatum, cognoſcat de cauſa, & eam remittat præfato iudici à quo, per quam remiſsionem cenſetur ſublata inhibitio; ex Mandoſ. de inhibition. quæſt. 36. Lancelot. in d. cap. 20. limit. 3. ex prin.

49 Vnde hoc iure vtimur in hoc Regno, quo in caſu, alter ex litigantibus, cui intereſt, cōparet coram iudice ſeculari, qui conceſſit iuris firmā, & inhibitionē aduerſus Eccleſiaſticū, ne appellatione interpoſita procederet in cauſa, & citata parte contraria, vel ei' procuratore preſēte, probat per literas narratiuas proceſſus appellationis à ſe productas, quod fatalia elapſa ſunt, aut quod citra tēpus parti aduerſæ ad faciēdas debitas diligentias prēfixū, eadē pars aduerſa nullas diligentias in cauſa fecit, nec appellationē proſecuta fuit, vel etiā, quod iudex ad quē, remiſsit cauſam iudici à quo. Et cū his ſupplicat iudici, vt tollat, & reuocet inhibitionem iurisfirmæ, vt præfatus iudex à quo mādet executioni ſententiā à ſe latam, & quidem conſtita aliqua ex cauſis ſupradictis, iudex ſecularis ſtatim tollit inhibitionem, de qua etiam praxi atteſtatur Portolēs in §. appellatio. num. 31.

Quamuis autem ex ſuperioribus, ſatis appareat ſolutio ad argumenta, quę in principio propoſitæ quæſtionis, in contrariū noſtrę opinionis adducta fuerunt, quia tamē ipſius capitale fundamentū conſiſtit, in illa deciſione Dominorum de Rota, ideo circa eius intellectum aliquantulū inſiſtam, & licet negare non poſsim, magnā eſſe prēſum-
50 ptionē pro opinione, quę Senatui Rotę placet, cum præter numerū, in ea ſedere ſoleāt Iuriſconſulti doctrina, eruditione, & integritate prēſtantiſsimi, ita vt dicantur conſtituere cōmunē opinionē, vt ſcripſerūt Imol. & Barbat. in c. ſi olim de lit. conteſt. & quos refert Vant. in tract. de nullita. tit. de nullit. ſent. ex defect. iuriſd. deleg. nu. 20. plura, & pulchre Martha. de tribun. vrbis, c. 5. per totū, imo prēualet cōmuni opinioni Rotæ deciſio, Brunol. à Sole, in quęſtio. legalibus, q. 24. n. 10. & 94. Treuiſ. deciſ. in præf. nu. 4. Zerol. in prax. Epiſ. 1. p. 5. Rotę tribunal (cotū bona venia dicam) euenire aliquādo ſolet, vt errore decepti labantur, quæmadmodū Doctores à Neuizan. in lib. 5. ſiluæ nuptia.

num.

Digitized by Google

num.62.cõmemorati teſtatur ſic Petr.Magdalen.in tract.de num.teſt.in teſtam.par.2. cap.9.num.35.allegat illud prouerbiale di-
51 ctum. Rota Rotat, vel diuerſimode quandoquè iudicant, ſiquidem natura hominis prona eſt ad diſſentiẽdum, vt eſt videre notabile exemplum, in l.penult. ff. de Acquir. rerum Domin.inter Paulum, & Labeonem, cuius variationis potiſsimas rationes proſequitur Theſaur. in præfat. deciſ. num.33. Decian.in ſua Apologia, aduerſus Alciat.c. 10.num.10. & Hippol.Marſil.de colum.de reddit. Eccleſ.cap.34.nu.2.vnde ait Gemin. in conſ.34.colu.2. in fin.deciſionibus Rotæ Romanæ tantum eſſe deferendum,quãtum ratio ipſa vrget. Excuſandi tamen ſunt ipſi Auditores, vt inquit Iacob.Menoch.lib.2, præſumpt.71.num.15.tum ob negotiorum multitudinẽ,tum quia,& ipſi homines ſunt, vnus enim ſolus Deus, vel cui Deus ipſe ſua ſingulari gratia conceſsit,errare nõ poteſt, vnde licet deciſiones Rotę probabiles ſint, non tamen ad deciſiones cauſarum ſunt neceſſariæ,nec ſunt iura, vt plura referens tradit Maſcard.deciſ.484. per tot. & quamuis prima facie dici poteſt, eam Rotę deciſionem in contrarium allegatam, iuridicam eſſe, quia forſan ille Paulus de quo loquitur,habuit recurſum ad Iudices ſeculares,in caſu non ſibi licito,& in quo appellare non poterat,inde tamen nõ rectè infertur,quod omnis recurſus ad Iudices ſeculares, à ſent. Eccleſiaſtici Iudicis, ſit iniuſtus, & improbus,nec id ex dicta deciſione caueri poteſt.

52 Præterea dici poteſt, ex ipſius deciſionis tenore ſatis apparere, præfatos Dominos de Rota,aliter ſenſiſſe de hoc recurſu,quam praxis noſtra ſe habet; vnde dicta deciſio (ni fallor)patitur magnam difficultatem,dicitur namquè in ea,ideo præfatum Paulum excommunicatum eſſe, ob recurſum quem habuit ad Iudices ſeculares, quia præbuit cauſam, vt immunitas Eccleſiaſtica violare
53 tur.Quę ratio(ni fallor)non multum vrget, quamplurimi ſiquidem reperiũtur caſus,in quibus Eccleſiaſticę perſonę,eorumquè bona, Regiæ iuriſdictioni optimo iure ſubijciuntur, abſq; vllo cenſurarum incurſu,nec immunitatis Eccleſiaſticę violatione.Quos videre licet in 1.par.Collectan.37. ex num. 2. & proſequitur latiſsime Bouadilla lib.2. cap.18.ex nu.50. Chaſſen.in Conſ.Burgun. Rubr.1. §.5. ex num.47.colum.192. refert aliquos Rodriguez, in addit. ad Bul.Cruc. §.9.ex num.82.non ergo ex huiuſmodi recurſu in caſu licito, vt apud nos eſt in vſu, violatur immunitas Eccleſiaſtica; imo dicendum videtur, quod quemadmodum in ipſis caſibus, lege, vel conſuetudine legitimè præſcripta obtentum eſt; vt iuſte procedat iudex ſecularis, aduerſus Eccleſiaſticos, & eorum bona; pari etiam ratione, in hoc caſu, vbi fauor publicus verſatur, fatendum videtur, poſſe ipſum procedere abſquè vllo cenſurarum incurſu, nec libertatis Eccleſiaſticæ violatione. Eo præſertim(quia vt alibi latius refero) deciſio il-
54 lorum iurium,quibus cauetur, Iudices laicos minime poſſe cognoſcere de cauſis Eccleſiaſticis, nec Eccleſiaſticas perſonas coram ipſis conueniri poſſe,vt habetur in cap. decernimus, cap.quanto, cap. qualiter, & quando,& in cap.nouit.de iudic.cap.1.cap. 2.cap.ſi diligenti,cap.ſignificaſti,cap.propoſuiſti, de for.compet. & in cap.ſi Iudex laicus, de ſentent.excõmun.in 6. in quibus,& alijs iuribus, ea præfatæ deciſionis aſsignatur ratio,quia ipſi laici incapaces ſunt de iure diuino,ad cognoſcendum de cauſis, perſonis vè Eccleſiaſticis.Id tamen intelligendum eſt in his,quæ vere,ac propriè ſpiritualia, & Eccleſiaſtica ſunt, vt ſi quæſtio ſit de ordinibus,de gradibus,Sacramẽtis, & alijs ſimilibus. Quoad cætera vero,non iure diuino,ſed potius poſitiuo, & Canonico,Clerici; & eorum bona ſunt exempta à iuriſdictione Iudicum ſecularium,vt erudite probant Couar.in Pract.cap.31.n.2.verſ.Prima concluſio, Morla 1.part.titul.2.quæſt.12.ex num.7,Ceballos quæſt.739.num.2. Henriquez lib.7.cap.24. in princip.& ibi in gloſ. lit.D. Farinac.in Quæſt. Criminal.quæſt.8.
55 numer.2.verſ. Limita primo,latè Bouadilla lib.2.cap.18.ex num.32.optime Ludou.Molina de iuſt.& iur tractat.2. diſput.31. & ſic vſque ad Concilium Renuenſe,celebratum ſub Eugenio ſecundo, anno 829. quod habetur inter decreta eiuſdem Eugenij, in 3. tom. Conciliorum, laici Iudices cognoſcebãt de cauſis Ciuilibus,& Criminalibus clericorum, vt refert Morla 1.par.tit.2.quæſt. 14.num.1. Ad quod etiam videndus eſt Bouadilla lib.2.cap.18.ex nu.23. Meſs.in Prag. tax.pan.concl.5.num.55. aſſerentes,in Primitiua Eccleſia, Clericos,& eorum res, iuriſdictioni Regum, & Imperatorũ ſubeſſe, cui cõſonant tradita per Ioan. Garciam, de nobilit. in gloſ.9. numer.9. in princip.& in num.27.

Digitized by Google

Concil. Trid. & procedit capitulum Bullæ Cœnæ Domini, in contrarium in princip. propoſitę quæſtionis relatum, vt probatur ex verbis ipſius Bullæ, ibi,ad ſe auocant,& ibi,& ſe de illarum cognitione,tanquam Iudices intromittere.Secus vero,quãdo Rex, vel ipſius Conſiliarij,procedunt ad præſtandam defenſionem ſpoliato, vel oppreſſo à Iudice Eccleſiaſtico,ſi namquè iniuſte,tunc exequenti licite etiam propria autoritate poteſt reſiſti,vt ſuperius dictum eſt,vt probat l. prohibitum, l. defenſionis, C. de iure fiſci, lib.10. à fortiori, & cum minori ſcandalo, poterit illum defendere Regia poteſtas,quæ hoc facere officij ratione tenetur, iuxt.tex.in cap. Regum officium, 23. quæſt. 5.non quidẽin vim iuriſdictionis,ſed defenſionis, & etiam ſi licitum eſt Clericis, pro ſua defenſione vti legibus ſecularibus, cap. Si adiutorium, 10.diſtinct.ac etiam Epiſcopum percutere, Viuald.in explanatione Bul. Cœnæ Domini,num.104. multo fortius licebit vti auctoritate Regia, ad tollendam violentiam,cum Princeps ſit lex animata in terris,vt in Authen.de conſulibus, §.omnibus,& ibi gloſſ.

61 Ex quibus infertur,quod excommunicatiõ Bullæ Cœnę Domini inflicta contra Auditores, aut maiores Iudices Chancellariarum, aut Parlamentorum, ad ſe trahentes Clericos, & comparere mandantes, quod non extenditur ad Chancellariam, ſeu Conſilium ſupremi Regis, ſed tantummodo cõtra illos Auditores,vel Magiſtratus,qui eos mandant comparere, exercẽdo poteſtatem iuriſdictionalem, cum hoc præter ius, imo contra ius fiat,vt pulchre contra alios adnotauit Humada l.65.tit.5.part.1.gloſ.8.nu.3. quamuis enim Reges nõ habeant ditionem contentioſam, & iudicialem contra Clericos,& Eccleſiaſticas perſonas,habent tamẽ ditionem œconomicam,& politicam, Auendan.de exeq. lib.2.cap.6.num.12. Ob cuius rationem,Clericus ſi turbat Rempublicam, & eius pacem,recte poterit Rex, & Supremum eius Conſilium, cum punire in bonis ſuis patrimonialibus,& à Regno eum eijcere.Dominus Ioſephus de Seſe,in tractat.inhibit.cap.8.§.3.num.201.ex Paul.de Caſtr. in l. addictos numer.6. C. de Epiſcop.aud. Hieronym. Portoles ad Molinum, in §.appellitus manifeſtationis,ex num. 10. Humada l 65.tit.5.part.1.gloſ.8.num.7. Iul.Clar. lib.5.§.36.numer.24.Salzedo in praxi cap. 102,in lit.A. Bouadilla lib.2.cap.18. nu.67. ſubdens,non ſolum Regem,ſed etiam Dominos vaſallorum,id poſſe in eorum diſtrictu,& territorio. Non tamen ex hoc intelligas, hoc ius tollendi huiuſmodi violentias, habere Duces, Marchiones, & alios Dominos temporales, recognoſcentes ſuperiores in eorum ditionibus,quoniam quamuis hęc conſuetudo tollendi has violentias vigeat, & tolleretur in perſona Regis,& ſuorum ſupremorum Iudicum,non videtur habere locum in Ducibus, & Marchionibus,aut alijs inferioribus Dominis,aut Iudicibus,per ea quæ trad. Auend.lib.1.de exeq.mand.cap.1. num.32.verſ. Et cum hæc conſuetudo, Bouadilla d.lib.2.cap.16.num.90.

62 Non tamen inelegans quæſtio hic poteſt agitari,an eo caſu,quo per modum violentiæ,Princeps inter Eccleſiaſticos cognoſcit, condemnare poſsit in tali articulo vim facientem in expenſis? & quidem videtur dicendum,quod non procedatur in hoc caſu, per modum iudiciariæ poteſtatis, ſed prouidetur per modũ extraiudicialis defenſiõnis ſpoliato,vel violẽter oppreſſo, vt refert Afflict.in dict.deciſ.24.& alij ſupra relati,& condemnare in expenſis, eſt iudiciale, vt in cap.calumniam, de pen.l.ſancimus,C.de iudic. ſed contrarium tenendum eſt, quod in hoc articulo violentiæ, poſsit Senatus Regius condemnare in expenſis,vim facientẽ, quia hoc eſt conſecutiuum illius extraiudicialis. Cætera quæ in hac quæſtione deſiderari poſſunt, vide apud ſapientiſsimum, & præclariſsimum Iuriſconſultum,Doctorem Ioſephum à Seſe, meritiſsimum Regentem Chancellarię Regni Aragonum, & Sanctiſsimi Prætorij Inquiſitionis Conſultorẽ prudentiſsimum,in ſuo eleganti tractatu Inhibitionũ,& Magiſtratus Iuſtitiæ Aragonum, cap.8. §.tertio. Omnia tamen à me ſcripta, & præſertim in hac difficili quæſtione, ſub correctione Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ dicta eſſe volo, cui me humiliter ſubijcio.

FRATER

CENTVRIA
SINGVLARIVM IVRIS,
CIRCA PROPRIAM INTERPRETAtionem,& verum intellectum, quamplurium præpoſitionum, aduerbiorum,& dictionum,in iure Canonico,& Ciuili varias continentium ſignificationes. quæ maxime conducunt ad quamplurima iuris dubia exactè explicanda, tam in forenſibus concertationibus, quam in ſcholis diutiſſime ventilata.

Auctore Petro Cenedo Decretorum Doctore,& Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Pilari Priore, & Canonico.

Singulare primum, de natura & ſignificatione iſtius præpoſitionis: A.

SVMMARIVM.

1 *PRæpoſitio, A, quando ponitur in diſpoſitione, quæ terminum, ſeu tempus ſtatuit, excluſiue ponitur.*

2 *Quando dictio, A, incluſiue ponatur.*

3 *Siue ponatur dictio, ex, ſiue dictio, A, tempus currit de momento ad momentum, ſecundum Bartolum.*

4 *Si dictio, A, exprimitur a lege, tūc ſumitur iuxta intellectum, qui magis iuribus aplaudet.*

5 *Quādo intellectus, quod ſtet excluſiue, plus amicatur alijs iuribus, tunc ſumetur incluſiue.*

6 *Quando non apparet quis intellectus magis amicabilis ſit alijs iuribus, ſumendus eſt intellectus, qui cõſtat ex verbis legis.*

7 *Caſus legis cum eſt expreſſus, nihil eſt quod amplius dubitare debeamus.*

8 *Quando lex non exprimit, qualiter velit ſumi, ſi apparet de mente legis per verba ſequentia, mēs illa ſeruabitur.*

9 *Mens legis cum de ea apparet ſemper eſt ſequēda, neglecta verborum proprietate.*

10 *Quando non apparet de mente legis, ſi ſumus in odioſis, dictio A, ſumitur excluſiue, in fauorabilibus vero ſumitur incluſiue, & ſic in alijs dictionibus dubijs dicendum eſt, num. 13.*

11 *Dies termini quando computetur in termino.*

12 *Dies termini computabitur, vel non computabitur in termino, prout fauor, vel odium ſuadebit, vel diſuadebit.*

13 *Dictiones dubiæ ſunt intelligendæ, vel excluſiue, vel incluſiue, prout conſtitutiones ſunt odioſæ, vel fauorabiles.*

14 *Dictio, A, accipienda eſt incluſiue, ſi alias ſe-*

queretur

queretur abſurdum.

15 *Quādo iſta dictio A, ponitur in diſpoſitione, qua ſtatuitur terminus ab actu, non vero a die, actus tunc ſtabit incluſiue.*

16 *Quādo lex diſponit de tempore reſpectu actus, incipit id tempus currere ſtatim ab illo actu, contrarium tenent multi.*

17 *Auctoris ſententia, ſed vbi materia in qua profertur eſt indiſerens, nec conſtat de mente proferentis, nec habet plus odij, quam fauoris, ſi refertur ad ipſum proferentem, tunc debet intelligi contra ipſum proferentem.*

18 *Intellectus ad l. Pater, §. ſexaginta, ff. ad l. Iul. de adulter.*

19 *Reſpondetur doctrinæ Baldi.*

20 *Iſta dictio A, quando ponitur in diſpoſitione, vbi iungitur actus cum tempore, tunc ſtat incluſiue.*

21 *Dictio A, ſtabit incluſiue, vel excluſiue, prout ſubiecta materia ſuadet.*

22 *Dictio A, in diſpoſitione hominis poſita, ſtat excluſiue, & incluſiue, ſicut in diſpoſitione legis.*

23 *Quando dictio A, tēpus, aut locum diuidit, ſignificat immediatum tempus, aut locum.*

24 *Dictio A, interdum ponitur pro poſt. & ponitur ſeparatiue.*

1 PRÆPOSITIO iſta (A) mirabiles, ac varios in iure amplectitur ſeſus; ideo pro eius plenioridilucidatione primo ſciendum eſt, quod quando iſta præpoſitio (A) ponitur in diſpoſitione, quæ terminum, ſeu tempus ſtatuit, tunc regulariter excluſiue ponitur. Verbi gratia, pone, quod lege, vel ſtatuto caueatur, quod appellās ſuam appellationem intra annum, à die interpoſitionis ipſius, proſequi, & finire teneatur; quæritur an illa dies in qua appellatur, in ipſo anno includatur? an vero minime in eodem anno numeretur? ita vt annus incipiat à ſequenti die currere, & cōputari? Et quoniam iſta dictio, A, regulariter excluſiue ponitur, ideo in pręfato anno, dies interpoſitionis appellationis non computatur, ſed apppellantis lucro cedit. Vt tenet gloſ. in Clem. ſicut, in verb. à die, & ibi Imol. num. 10. & Zabarel. num. 3. de Appel. & quod regulariter iſta prępoſitio, A, ponatur excluſiue, tenet gloſ. in cap. ſtatutum in verb. numerandum, paulo ante fin. ibi; tertium quod non ſit, de Præben. in 6. vbi Anchar. col. 2. in 5. notab. & Archid. num. 2. in verſ. à die, & ibi additio ad eum, Gemin. in cap. ſtatutum, num. 11. de prębend. in 6. Bal. conſ. 457. num. 3. vol. 1. Mandoſ. in reg. 19. quæſt. 18. num. 5. fol. 354. vol. 1. & probatur in l. 20. §. fin. de Act. empt. & in cap. de his, 28. diſ. vbi additio marginalis: idem etiam probatur in l. Anniculus, de verb. ſign. & in cap. in veteris fin. 77. diſt. & in alijs iuribus, vt per Archid. in d. cap. ſtatutum nu. 2. verſ. à die, vbi ad hoc allegat l. fin. C. de Poſtul. & & in l. fin. ff. Si quis caution. & alia ſimiliter allegat Archid. in cap. 1. nu. 5. in verſ. à die, de elect. in 6. & ibi ſequitur Gemin. in vlt. notab. idem etiam voluit Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de citationibus, §. viſo, verſ. pęn. & in tit. de dilation. §. dilationū, verſ. ſed pone, Angel. & Alexand. in l. Gallus in princip. de liber. & poſt. Alber. in l. vlt. ff. de Senator. & ibi Bald. notabiliter diſtinguit, Bal. in l. vlt. in prin. coll. 2. verſ. ſed illud non eſt, C. de tempor. appell. & in l. ſcire oportet, §. aliud. ff. de excuſ. tut. idem Bald. in l. eos, §. ſin autem, col. 2. verſ. quæro autem an dies, C. de appellat. & in l. ratio, §. ſi per venditorem, in vtraque lect. ff. de Act. empt. & in l. à caligato, verſ. Sed pone quod Index, C. de nupt. Panorm. in cap. ſuper eo, num. 2. & ibi Bal. colum. 1. & Alexander in 3. limit. & Dec. col. 5. verſ. Ita concluſio fallit, de appellat. Angel. conſ. 404. in fin. Archar. conſ. 413. in fin. Alex. conſ. 42. col. 2. verſ. teus, vol. 2. & conſ. 77. colu. vlt. vol. 7. Felin. in cap. 1. col. 2. verſ. & dū iſte textus, de pręſcrip. Ferdinan. Loazes in rep. Rubr. de iuſt. & iur. ex nu. 68. Bar. in l meminiſſe, de offic. Procon. gloſ. in verb. ab altero, & ibi Angel. Imol. & Aretin. in l. ſi ex duobus, in prin. ff. de duob. reis, Oldrad. conſ. 49. num. 1. Alexand. conſ. 114. numer. 2. volum. 5. & ibi Bald. conſil. 412. num. 1. & 2. vbi plenè, & pulchre plura exempla affert, & idem Bal. conſ. 457. col. 3. vol. 1. & conſ. 461. vol. 3. quæ conſilia repetita ſunt, & ſi nō ſit idem principium, idem etiam tenet Bal. conſ. 357. col. 2. verſ. ſequitur, volum. 5. Luc. de pen. in l. 1. ad fin. C. vt nemo ad ſuum patroc. lib. 11. Corn. conſil. 259. col. vlt. lib. 1. Bal. in l. militis codicillis, ff. de teſtam. milit. & in cap. excommunicatis, quod eſt penult. & ibi Barbat. in 2. notab. de offic. deleg. & Tiraquel. qui ſuo more plures congeſſit, de Retract. ling. §. 1. glo. 11. num. 51. & 52. qui eſt omnino videndus, & hoc ipſum tenet Bertran. conſ. 121. n. 29. vol. 7. gloſ. in pragm. Sanct. tit. de concl. Eccleſ. Gallic. in verb. à die datæ, ad fin. illius libri,

libri,fol.203. col.4.id etiam tenet Ronchegall. omnino videndus in l. ſi ex duobus ex num.16. ff. de duobus reis,fol. 795. afferens plura , pro , & contra; & hoc ipſum tradit Mandoſ. in regul. de inform. reſign. in 18. queſt.& Rebuf.in concord.in Rubr.de collat.§.præterea in verb.incluſiue,& Mandoſ. in gloſ.facultatum,in verb.à die illius vacationis fol. 170. qui inter alia in id citat tex. in l.2.§.quod ad magiſtratus ff. de orig.iur. vbi ita ſcribitur, & veluti ſecundum locum à Regibus obtineat,id eſt, vt annotauit Zaſius, poſt Reges , neque enim is Rex erat,& ſic dictio, A. ibi excludit, quem tex.ad hoc etiam ponderauit Tiraquel.in dict.tract.de Retract.linag.§. primo, gloſ.11. num.53.& Mandoſ.in regul.19.quęſtione 18.numet. 5. fol. 354.

2 Sed in contrarium, quod imo dictio,A. includat,tenet Archid.in cap.ſtatutum, nu. 2.verſ. à die de præben. in 6. & Zenzel. in Clement.ſicut,de appellat.Fulgoſ.in l.1.ff.ſi quis caut.& glo.in dict.Pragm.Sanct.in tit. de concluſ.Eccleſ. Gallic.in verb.à die, fol. 203.dum tenet,quod iſta dictio aliquando excluſiue , aliquando incluſiue ſumitur, & ad vtrunque nonnulla iura,& Doctores allegat, idem etiam facit Bertran.conſil.121. num.29.volum.7.vbi aſſerit,quod aliquando incluſiue , aliquando excluſiue ſumitur, & hoc ipſum aſſerit Ioan.Andr.in dict.cap. ſtatutum,num.1.in fin.& in num.2.de præbend.in 6.vbi iura de vtroq;allegat,& Mandoſ.in gloſ. facult.in verb. à die illius vacationis, Panorm.in cap.ſuper eo,el 2.nu.13. de appellat. & Paul. de Caſtr.in l.1. num.2. & 3.ff. ſi quis caution. & Ronchegall.in l.ſi ex duobus num.16.& 17.ff.de duobus reis, & probatur iſta opino, quod includat in c. anteriorum, & ibi gloſſ.in verb.dierum, 2. quęſt.6.& in l. à caligato milite, & ibi Cin. Bald.& Salic. C.de nupt.nam ſi ibi miles in ea diſpoſitione includitur,vt ibi per Doctores,maxime Bal.nu.1. & includit etiam in l. ſi.in fin.ff.de Senator.ibi(à Patricijs,& Conſulibus) & in l.poſt duos, C. de Aduo.diu. iud. & in cap.1. & in cap.fin.31. diſtinct.& in cap. à Subdiacono,93.diſtinct. & in l.1. §.quod dicimus,ff.de ſucceſ.edict.& eſt bo-

3 nus tex.in l.pater,§.ſexaginta,ff.ad l.Iul.de adulter.vbi ſic ſcribitur,ſexaginta dies à diuortio numerantur , in diebus autem ſexaginta, & ipſe ſexageſsimus dies eſt,vbi Bar. notat, quod ſiue ponatur dictio,ex,ſiue dictio,A, tempus currit de momento ad momentum,quia iſtę dictiones includūt,quod dicit eſſe notandum pro ſtatutis,& facit Leuitic. cap.23. à veſpere, vſque in veſperum celebrabitis Sabbata veſtra, quia intelligitur incluſiue,ex quo tex. ſecundum Mandoſ.in tractat.ſign.grat.ritul. de indulgen.in verb. in indulgentijs, apponi conſueuerunt, inoleuit vſus Romanæ Eccleſiæ concedendi in dulgentias , à veſperis , ad veſperas , & intelligitur à primis veſperis incluſiue,vt per ipſum Mandoſ. in gloſſ.facultatum in verb. à die , fol. 170. facit etiam pro ſupradicta opinione tex. in l.2.§.biduum, & ibi gloſſ. in verb.ſubtraxiſſe, ff. quando appellan.ſit, & tex. in cap. anteriorum , 2. quæſt.6. & in Authen.hodie,C.de appellat.vbi textus ait, hodie autem cuilibet tribuitur ſpatium decem dierum à ſententiæ recitatione numerandum,& gloſſ.in dict.§.biduum, & gloſſ. in dict.cap. anteriorum, in verb.dierum,& gloſſ.in cap.frequens, in verb. proponitur, in verſ. ſecus, de reſtir.ſpol.in 6.intelligunt eoſdem tex.& tradunt etiam Bal.& Angel. in dict. Authen.hodie, quod tempus appellandi ſtatim à lata ſententia currit , de momento ad momentum , quod etiam voluerunt multi, quos retulit Ioan. Anania conſ. 93.columna penultima, verſ. venio nunc,& ibi Bologn.in additionibus, verb. condeſcendo, & ſequitur Tiraquel.de Retract.linag.§.1. gloſſ.11.numer.22. & ibi ſequitur Archid.in cap. 1.numer.5. in verſ. à die, de elect. in 6. Ioan. Andr.in addit. ad Specul. tit.de citationibus,§.viſo, verſ.pœn.Guid. deciſ.436.num.34. & Franc.in cap.ex ratione , numer.1. de appellat. ex quibus patet, quod præpoſitio iſta, A, interdum incluſiue,interdum vero excluſiue ponitur, regulariter tamen , & ſuapte natura, (niſi aliud obſtet)excluſionem, & ſeparationem denotat, vt tradit expreſſe Tiraquel. in dict.tractat.de Retract.linag.§.1. gloſſ.11. numer, 52. Vt autem huius dictionis poſsit dilucida,& clara haberi doctrina,neceſſarium eſſe cenſeo,totam hanc materiam ſatis latam,& à Doctoribus admodum confuſe traditam, per ſequentes concluſiones,& diſtinctiones reſolutiue pertractare.

4 Prima concluſio ſit, aut iſta dictio, A, exprimitur à lege, vel ab homine, ſi exprimitur à lege, tunc ad cognoſcendum an ſtet incluſiue , vel excluſiue , debemus conſiderare illum intellectum,qui magis amicatur,

& aplaudet alijs iuribus, & iſto modo ſumetur, vnde ſi intellectus quod, A, ſtet incluſiue, magis aplaudet alijs iuribus, ſumetur incluſiue, & ſic accipitur in cap. fin. 31. diſtinct. nam ibi dicitur, quod à Subdiacono ſupra debeant abſtinere illa dictio, A, ibi includit Subdiaconum, quia per illa iura Subdiaconus debet continere, ita hoc in terminis declarat Dominic. in capit. ſtatutum, numer. 11. verſ. Ideo clarius, de Prębend. in 6. & ibi Franc. num. 5. Tiraquel. in dict. §. 1. gloſ. 11. numer. 38. & dicit Dominic. vbi ſupra, ita ſumi text. in cap. nunc autem, 77. diſtinct. ibi, à die Dominico Reſurrectionis, vſque in diem Pentecoſtes, non indicuntur ieiunia, illa namque dictio, A, ſtat incluſiue, quia per alia iura dies Dominica non ieiunatur, cap. 1. de obſeruat. ieiun. & generale eſt, vt iura ex alijs iuribus interpretationem mutuentur, etiam contra propriam verborum naturam, vt optime tradit Tiraquel. in l. ſi vnquam, verſ. reuertatur, num. 36. & 64. C. reu. don.

5 Secunda concluſio, quando intellectus quod ſtet excluſiue, plus amicatur alijs iuribus, tunc ſumetur excluſiue, vt patet in capit. in veteri, in fin. 77. diſtinct. iuncto capit. de his, 28. diſtinct. nam Leuita non poterat ordinari, niſi peregiſſet 25. annum, vt in dict. capit. de his, poſtea textus in dicto capit. in veteri dicens, quod ordinetur à 25. anno ſupra, intelligitur excluſiue annum 25. ponere, ita Dominic. in dict. cap. ſtatutum, numer. 11. & Tiraquel. in dict. §. 1. gloſſ. 11. num. 42.

6 Tertia concluſio, quando non apparet quis intellectus magis amicabilis ſit alijs iuribus, ſed ex verbis ipſius legis conſtat, qualiter ſummi vellit, tunc taliter ſummendus eſt, qualiter lex exprimit, vnde ſi ex verbis conſtitutionis appareat, velle diem computari, & iſtam dictionem, A, incluſiue poni, procuIdubio incluſiue ponetur, vt in cap. 1. 31. diſtinct. vbi dicitur, à præſenti die nullus Epiſcopus Subdiaconum facere præſumat, niſi qui ſe victurum caſte promiſſerit, nam ibi dies includitur ex verbis legis, ita declarat Dominic. vbi ſupra, colum. 3. verſ. aut non apparet, & ibi Franc. colum. 2. Tiraquel. de Retract. linag. in dict. §. 1. gloſ. 11. numer. 37. & huc referri poſſunt textus, in dict. l. 2. §. biduum, quando appellan. ſit, & in dict. Authen. hodie, C. de appellat. & in §. 1. in Authen. de appellat. & intra quę tempora, & in cap. Propter, 2. quæſt. 6. & ſuperius dicta ante primam concluſionem, quia in illis, ex quo expreſſe cauetur, vt dies termini includatur, ideo dicta dictio incluſiue accipitur, ſecundum Tiraquel. in dict. num. 37. dum ait, in dictis iuribus, diem termini computari in termino, quia ipſa iura hoc expreſsim volunt.

Sed certe ego perſpicuum non habeo, dictos textus velle, in eiſdem diem termini, ſeu iſtam dictionem, A, incluſiue poni, nec in eiſdem de hoc verbum aliquod ſit, ſed indefinite tradunt, terminum computari à die ſententię, nec textus declarant, an dies ipſe comprehendatur nec ne. Verum eſt tamen, quod gloſſæ, & Doctores ſuperius allegati, eoſdem textus, & iura declarando dicunt, in eiſdem tempus de momento ad momentum computari, vnde videtur pręfatos textus ad propoſitum nihil facere, maxime cum gloſſa in dict. l. 2. §. biduum, in verbo ſubſtraxiſſe, ff. quando appellan. ſit, illud, quod in dictis iuribus incluſiue accipiatur, attribuit fauori rei iudicatæ, & certè iudicio meo in illis iuribus prędicta dictio, non ideo incluſiue accipitur, quia illud dicta iura exprimunt, ſed quia in eiſdem iuribus, per illam dictionem ponitur, ſeu ſtatuitur terminus ab actu, & non à die actus, quo caſu, dies termini computatur in termino, & dictio iſta incluſiue ponitur, vt inferius dicetur, & ideo (ni fallor) dicta iura non recte fuerunt per Tiraquel. ad propoſitum allegata, cum in eiſdem alia ratio vigeat, vt dictum eſt, & latius infra dicetur, concluſio tamen in ſe veriſsima eſt, quia ſi iure cauetur, vt dictio iſta incluſiue accipiatur, procuIdubio ita accipietur, vt expreſſe voluerunt Dominic. Franc. & Tiraquel. de Retract. linag. in dict. §. 1. gloſſ. 11. numer. 30. & 31. & hoc etiam comprobant ea, quæ ſtatim ſubijciam.

7 Quarta concluſio, quando apparet ex ipſis iuribus, legem velle iſtam dictionem, A, ſtare excluſiue, tunc ſumetur excluſiue, vt in l. pater, §. ſexaginta, ff. ad l. Iul. de adulter. & in cap. frequens, de reſtit. ſpol. in 6. & in cap. Pia, verſ. ſi quis igitur, de except. in 6. cap. ſtatutum de Præbend. in 6. vbi Domin. & Franc. hoc expreſſe tradunt, & Bal. conſ. 457. colum. 3. verſ. dubitatur, volum. 1. Tiraquel. de retr. linag. §. 1. gloſſ. 11. num. 42. nam cum caſus legis eſt expreſſus, nihil eſt, quod amplius dubitare debeamus, l. ancillæ, &

læ,& ibi Bald.in 3.notab.C.de furt.cum ſi-
milibus, Aymon conſ.11.n.6: & conſ.317:
nu.1.Rolan.conſ.4.num.24.vol.2.

8 Quinta concluſio,quando lex non expri-
mit,qualiter velit ſummi,ſi apparet de men
te legis per verba ſequentia,mens illa ſerua
bitur, ſic in cap.à Subdiacono 93.diſt. quia
ibi dicitur à ſubdiacono infra, omnes obe-
diãt Diacono,apparet,quod ex illis verbis
ſequentibus, voluit includere Subdiaconũ,
ita tenet Domin.in d.cap. ſtatutum nu.12.
& facit tex. in cap. Capellanus de ferijs,ibi
(à tribus diebus Rogationum) & ibi per eũ
tex.not.Bal. & quod tradit Alberic.in l.vlt.
§.1. de Senator. & iſtius concluſionis ratio
manifeſtiſsima eſt , quia quando de mente
9 legis apparet,ſemper mens ſequenda eſt,ne
glecta verborum proprietate; optimus tex.
in l.non dubium, C.de legibus,& ibi gloſſ.
in verb.amplexus,late Bellon.conſ.21.num.
5.Alexan.conſ.28.num.6.vol.2.Riminal.in
princip.inſtitut. de donation.num.452.fol.
175.nam mens ſequenda eſt neglectis ver-
bis,etiam in materia ſtricta, etſi verba vul-
nerentur , vt latiſsime innumeros allegan-
do, tradit Franciſc.Piſcina, in ſua diſputat.
quando fœminæ ſtantibus maſcul.excludan
tur,à numero 119.

10 Sexta concluſio,ſi nõ poteſt apparere de
mente legis,qualiter iſtam dictionem ſum-
mi velit, tunc diſtinguendum eſt, quia aut
ſumus in odioſis, & tũc ſtabit excluſiue,aut
ſumus in fauorabilibus,& tunc ponetur in-
cluſiue,itaque,quando apparet odium ſi ſta
ret incluſiue , tunc non ſumetur incluſiue;
ſed potius excluſiue; ſi vero apparet fauor,
quando ſummeretur incluſiue,tunc accipio
tur incluſiue, argumento tex. in cap. ſtatu-
tum de elect.in 6. & cap.odia de reg.iur.in
6.& reg.in pœnis eodem lib.& argumento
gloſ.in cap.ſi propter tua debita de reſcrip.
in 6. dum tractat de die biſeſtili , an inclu-
datur in anno,vel non,diſtinguens inter fa-
uorabilia , & odioſa, vt per eam, & facit l.
pater, §. ſexaginta, de adulter, vbi ponitur
incluſiue , quia ſumus in odioſa accuſatio-
ne adulterij ; & tradunt etiam Dominic.in
d.cap.ſtatutum, & ibi Franc. de Præb.in 6.
Franc.in c.fœlicis,§.vlt.de pœn.in 6.Tiraq.
de Retract.linag. §.1. gloſſ.11. num.44. &
45.qui tamen in num.46. nonnulla affert in
contrarium.

Sed hæc concluſio poteſt comprobari ex
dict.l.pater, §.ſexaginta, vbi,quia ſumus in
accuſatione adulterij,& eſſet odioſum mu-
lieri, quod dies diuortij nõ computaretur,
ideo ibi , iſta dictio incluſiue ponitur, ſicut
etiam in l.biduum,§.dies, & ibi gl.in verb.
ſubtraxiſſe, ff.quãdo appell.ſit, dicit, quod
ideo ibi tempus de momento ad momen-
tum computatur , quia eſt fauor rei, etiam
comprobari poteſt ex tex.& gloſſ.in Clem.
ſicut,in verb.à die,de appellat.nam ille tex
tus ſtatuit., appellantem intra annum à die
interpoſitionis ipſius,teneri appellationem
proſequi,& finire,& gloſ.ibi,in verb.à die,
declarat diem , quo tempus ſtatuitur , ibi,
non computari in anno,ſed lucro appellan-
tis cedere , & eam gloſſam ſequuntur Gui-
lierm. de Monte, Laud. Imol. & Anton.de
Butrio ibidem, & Aretin.in l. ſi ex duobus,
colum.1. de duobus reis,Præpoſit.in cap.ſu
per eo,colum.4.verſ. ſed vnum tene menti,
de appell.Corne.conſ.279. colum.2.verſ.
poteſt autem pro concordia,lib.4.& per ſu
pradictam gloſſam, tenet Socin.in reg.91.
fallent.2. quod quotieſcunque magis inter
eſt eius,cui terminus ſtatuitur, vt dies,quo
ſtatuitur computetur in termino, quia for-
te eo die produxit, aut vult producere in-
ſtrumenta ſua,quibus producendis præfini-
11 tum tempus fuerat, tunc is dies computabi
tur,vt eo poſsit producere,& valeat produ
ctio,& ſequitur Tiraquel.de retr.linag.§.1.
gloſ.11.num.30. & hoc quoque voluit Bal.
in l.à caligato, colum.1.C.de nupt. vbi di-
cit,quod licet cum Iudex ſtatuit terminum
octo dierum ab hoc die,ad probandum,nõ
computetur hic dies in termino, ſed exclu-
ſiue ponatur , & præter hunc diem , etiam 12
alios octo dies habeat, valet tamen proba-
tio hac die facta; quia quod non computa-
tur,fit fauore illius, quod non debet in eius
odium retorqueri. Et hoc etiam ſequitur Fe
lin.in cap.1.colum.2.verſ.& dum iſte textus
de præſcript.& ſimile eſt,quod tradit idem
Bald.in l.vlt.colum.2,verſ.ex quo determi-
natur, C.de tempor.appellat.quod ſi ſtatu-
tum dicit,quod fiat concordia intra decem
dies, à die incohati proceſſus , præter eum
diem debent alij decem dies computari,va
let etiam concordia eo ipſo die facta, quia
cedit lucro concordantis,per gloſſ. in Cle-
ment.ſicut, in verb. à die de appellat.quam
dicit notabilem,laudabilem, & ſingularem
Barbat. in addition.ad ipſam, & Tiraquel.
de Retract.linag. §.1.gloſ.11.numer.30.&
31.qui alios citat.

12 Et facit etiam,quod per d.gloſ.in d.Cle. ſicut,tenent ibidē Guiller.de Monte,Laud, Ant.& Imol.quod dies termini computabitur,vel nō computabitur in termino,prout fauor, vel odium ſuadebit, vel diſſuadebit, vt etiam tradit Paul.Eleaz. in Clemen.cauſam, vbi etiam Imol.colum.8. verſ. Ab interpoſitione,& Barb.col.28.verſ.in gl.verb. de elect.Corn.conſ.279. col.2.verſ. poteſt autem,lib.4. Tiraq. de retr.lin.§.1.gloſ.11. nu.45.vbi ſubdit,quod etiam aliæ dictiones dubiæ,ſunt intelligendæ,vel excluſiue,vel in

13 cluſiue;prout cōſtitutiones ſunt odioſæ,vel fauorabiles,vt per gloſ.& DD.in l.id eſt,ff. de dol.Oldrad.conſ.49.col.2. Iacob.de Butri.in l.hoc ius, C. de Procur.vbi etiam eſt omnino videndus Alber.col.3.verſ.quid ergo,cum multis ſeqq. & Anchar.in cap.licet Canon col.1. verſ. item nota,quod cum,de elect.in 6. & facit etiam ,quod de ſubiecta materia inferius dicam.

14 Septima concluſio,quandocunq; ſequeretur abſurdum,niſi iſta dictio poneretur in cluſiue,tūc ſemper incluſiue accipienda eſt, & eo caſu, dies termini computatur in termino,gratia abſurditatis euitādæ,Bal.conſ. 457.colum.3.ibi,aut ſequeretur abſurdum, & iterum in verſ.ſecunda ratione,vol.1.vbi ponit exemplum abſurditatis, vt ibi videri poteſt, & per eundem Bal.conſ.461.vol.3. & conſ.412.vol.5.& facit quod tradit Tiraquel.in d.gloſ.11.nu.33.ad quod facit,quia dictio intelligi debet per eum modum , vt nō reſultet abſonus intellectus, Franc.in c. vt circa nu.4.de elect.in 6.fol.23.

15 Octaua concluſio,quando iſta dictio ponitur in diſpoſitione,qua ſtatuitur terminus ab actu,non vero à die actus,tunc ſtabit incluſiue, verbi gratia ,ſi ſtatuto caueatur, ꝙ conſanguineus admittatur ad retractum intra annum à venditione,ſiue à notificatione venditionis,tunc ponitur incluſiue, & computatur tēpus de momento ad momentum, cap. ex parte, & ibi Præpoſ. in 1.notab. de ſponſ. gloſ.ver.dierum,in cap.anteriorum, 2.quæſt.6 gloſ. in Clem.cauſam, in verb.ab interpoſitione,& ibi Imol.col.8.ſuper eam gloſſam,& ibi etiam Barb.col.11.verſ.nota quod dicit,& iterum col.28. ſuper eandem gloſ.de elect.Ioan.Andr.ad Specul.tit.de citatione,§. viſo, colū. vlt. verſ. item nota,& Rurſus,in tit.de dilation.§. dilationū, Bal. in l.cum anterioribus,col.2. verſ. ſed dubitatur, C.de temp.appell. Domin. colum.4. num.13.verſ.item ſi ſtatuitur terminus computandus ab actu,non à die actus,& Franc. colum.2.numer.5.verſ. & idem quando,in cap.frequens de reſtitut.ſpol.in 6. vbi id dicunt probari in dict. l. biduum , ff. quando appellan.ſit,& in cap.anteriorum,& in cap. Biduum,2.quæſt.6. Panor. in cap.ſuper eo, el 2.colum.4.& ibi Præpoſ.col.4. verſ.limitabis tertio, de appellat. Anan.conſ.93.col.

16 vlt. Tiraquel.in dict.gloſ.11.num.24. qnia quando lex diſponit de tempore reſpectu actus,incipit id tempus currere ſtatim ab illo actu,l.ait lex,ff.ad l. aquil,& l.annus,ff.de calum.l.maritus.§.ſex menſium,l.pater §.ſi. ad l.Iul.de adulter.l.1.§.dies ff. de liber.agnoſ.l.vlt.ff.de manu.teſtam. Signorol.conſ. 81,col.2.verſ.His ſic poſitis, Tiraq. de retr. lin.§.1.gloſ.10.num.115.& facit, quod tradit Ioan.Andr. in cap. cupientes, colum.1. in verſ.Poſt conſenſum,de election.vbi conſtituit differentiam, an dicatur poſt conſenſum ; an poſt diem conſenſus, vt primo caſu , dies computetur , minime vero in ſecundo.

Sed contrarium,quod imo,& ſi ponatur ab actu, & non à die actus , ponatur excluſiue,tenet Specul.in tit.de citation,§.viſſo, colum.vlt.& Bald.in l.ſcire oportet,§.aliud ff.de excuſ.tutor. vbi notat ex eo tex.quod iſta præpoſitio diuidit,& ideo inquit,ſi ſtatutum dicat,quod lis finiatur à tempore litis conteſtatæ ad tres menſes,dies litis conteſtationis nō computatur per illum tex. & l.ratio, §. vltim. de act. empt. & cap.ſtatutum de Præbend.in 6.& pro his facit tex.in l.Thais, §.hærede, de fideicomiſ. liber.qui quidem videtur nullam differentiam facere, ſiue dicas à die teſtamenti facti,ſiue à tempore teſtamenti facti , nam in eodem caſu, quod prius per vnum dixerat,mox per alterum dicit, tanquam nihil inter vtrunque interſit., & facit etiam tex. & quod ibi Bart. tradit, in l.pater, §. ſexaginta, ff. ad Iul.de adulter.vbi affirmat, nihil differre, an dicas ex die diuortij, vel ex diuortio,ſicut in l.1. §.acuſationem, ff. ad turpil. nam quod textus in l.mariti,§.ſex menſium,ff.ad l.Iul.de adulter. dixerat tempus computari à die diuortij , mox in l.pater, §.ſexaginta eodem titul. dixit computari à diuortio , quaſi nihil inter vtrunque interſit, & ſic inquit Bartolus videtur,quod in vtroque currit tempus de momento ad momentum, quod dicit eſſe notandum pro ſtatutis , & facit, quod

quod de dictione ex,infra dicetur,&ad pro
poſitum latius tradit Tiraquel.de Retr.lin.
§.1.gloſ.11.nu.55.& 56.vbi videtur tenere,
quod nihil interſit an ponatur ab actu,vel à
die actus, & hoc etiam videtur tenere Ti-
raquel.in dict.gloſ.11.num.25.

Ego vero à concluſione noſtra non exi-
ſtimo recedendum,quam credo cõmuniter
17 approbari, & video eſſe multorum DD.&
iurium auctoritate ſuffultam, & quam etiã
vltra prædictos, videtur tenere Bonifac.de
vitali.in Clem.ſicut nu.34. de appell.quem
citat,& ſequitur Mandoſ.in glo.facult.§.vo
lentes,in verb.à die vacationis,in fi.fol.171.
vbi quærit,an differat dicere à die vacatio-
nis, an à tempore vacationis? & ſe remittit
ad Bonifac. vbi ſup. quapropter cum com.
opinione cenſeo eſſe tenendum.

Nec obſtãt cõtraria ſuperius relata,quia
ex Doctoribus contrarium tenentibus ſupe
18 rius relatis,poteſt eiſdem reſpõderi, & præ
ſertim ad d.l.Pater,§. ſexaginta, reſponde-
tur, quod ille tex.non loquitur de die, quo
datur ipſe terminus,ſed loquitur de die vl-
timo termini,qui dies abſq;dubio compu-
tatur in termino,& incluſiue ponitur,vt ibi
probatur, & in l. 1. §. quod dicimus, ff.de
ſucceſ.edic.& in l.in omnib' temporalibus,
ff.de action.& oblig.l. ſi quis ſic dixerit,de
verb.ſign.& voluit Innoc.in cap.pia in ver,
computato,de except.in 6.Specul.in tit.de
appell.§.reſtat,verſ.ſed numquid dies,Bar.
in tract.de citation.in 8.quęſt.Iaſſ in l.1.ff.ſi
quis caut.Et quod ita intelligatur ille tex.pa
tet ex glo.verb.proponitur,in cap.frequẽs,
ad fin.de reſt.ſpol.in 6.& Tiraq.in d.glo.11.
nu.27.Vel aliter reſpondetur, quod in d.§.
ſexaginta, iſta dictio, non ideo ponitur in-
cluſiue,quia ponitur in diſpoſitione ſtatuen
te terminum ab actu,ſed quia ibi agitur de
accuſatione adulterij, quæ eſt odioſa mulie
ri, ideo ibi incluſiue ponitur, quia quando
tractatur de odio, ſemper iſta dictio,A, in-
cluſiue ponitur, vt dictum eſt in ſexta con-
cluſione.

Nec obſtat doctrina Bald.in dict.l. ſcire
19 oportet,§.aliud.ff.de excuſ.tutor.quia ipſe
Bal.tenuit contrarium in d.l.cum anteriori
bus, & plures DD. ſupra relati in prin. hu-
ius cõcluſionis,& ſic com.opinio debet præ
ualere.Nec ſimiliter obſtat doctrina Bar.in
d.l.pater,§.ſexaginta,quia Bar.fundatur ſu
per eod. §.ſexaginta,qui certe eius opinio-
nem non probat,vt mox retulimus,cum ibi
nõ agatur de die primo termini, ſed de vlti
mo die,vt clare ibi patet, ideo ex quo Bar.
caret lege, ſeu fundamento, videtur quod
de eius opinione contra cõmunem nõ mul-
tum curandum ſit.

Nona concluſio,quando iſta dictio poni
20 tur in diſpoſitione, vbi iungitur actus cum
tempore,quod eſt de initio ipſius,tunc ſtat
incluſiue,verbi gratia,ſi quis inſtituit nepo
tem,qui naſcetur intra decem menſes,à die
mortis filij,hoc caſu dies ille mortis cõpu-
tatur in illis decẽ menſibus,l.Gallus in prin
cip.ff.de liber.& poſt. & idem eſt in iureiu-
rando ita cõcepto, iuro ab hac die fidelem
eſſe,nam & dies huiuſmodi iuramenti cõti-
netur c.1.de nou.for.fidel.ita tradit Bal.cõſ.
457.col.3.vol.1.& conſ.412.vol.5. Tiraq.in
d.gloſ.11.num.34.Mandoſ.in reg.19.q.18.
num.6.vol.1.fol.375.

Decima concluſio,iſta dictio,À,ſtabit in
21 cluſiue,vel excluſiue, prout ſubiecta mate-
ria ſuadebit,nã quãdo ſubiecta materia oſ-
tẽdit,iſtam dictionem incluſiue ſtare,& tẽ-
pus ipſum primum includi,ac in termino cõ
putari,tunc incluſiue accipietur,exemplum
eſt,in cap. Capellanus de ferijs,vbi decidi-
tur, ne celebrentur nuptiæ à tribus diebus
Rogationum,vſq;ad octauũ diem poſt Pẽ-
tecoſtem,nec ſimiliter à ſeptuageſima,vſq;
ad ſeptem dies, &c. illic enim, illi tres dies
rogationum integri,atq;integra ſeptuageſi
ma includitur,ſcilicet propter ſubiacentem
materiam, vt ibi expreſſe notat Bal.qui ge-
neraliter tradit, quod an iſta dictio ſtet in-
cluſiue,vel excluſiue, vel dies termini pona
tur in termino,vel non, eſt determinandum
prout ſubiecta materia ſuadebit,& hoc ip-
ſum tenet Tiraq.de retr.lin.§.1.gloſ.11.nu.
35.& 60.nam generale eſt, vt ſubiecta ma-
teria ad ſe trahat ſignificationes interpreta
tioneſq;verborũ,& dictionum,etiam cõtra
vim, & propriam naturam earum,l. ſi vno,
in prin.& ibi gl.Bar.& Bal.ff. locat, Tiraq.
in l.ſi vnquam,in verſ.reuertatur n.37.C.de
reuoc.don. & ſuperius dictum eſt in prima
concluſione.

Hactenus actum eſt de hac dictione, A,
quando ponitur in diſpoſitione legis,vel ſta
tuti, nunc ſupereſt agendum quando poni-
tur in diſpoſitione ab homine, & tũc diſtin
guendum eſt,vt ſequitur.

22 Vndecima concluſio, quando iſta dictio
A,ponitur in diſpoſitione hominis, tunc in
omnibus caſibus, quibus dictum eſt ſupra,

quod ſtat incluſiue, vel excluſiue in diſpoſitione legis, ita etiam ſtabit in diſpoſitione hominis, ſed vbi materia in qua profertur eſt indiferens, & nõ poteſt conſtare de mẽte proferentis, nec habet plus odij quam fauoris, tunc ſi refertur ad ipſum proferentem, debemus aſſumere eum intellectum, qui eſt cõtra ipſum proferẽtem, ſiue ſit incluſiuus, ſiue excluſiuus, arg. cap. contra eum, de reg. iur. in 6. cum ſimilibus, ibi per glo. allegatis, quia aſſumere debemus eum intellectũ, qui contra eum facit, qui potuit legem apertius dicere; l. veteribus, ff. de pact. l. labeo, ff. de contr. empt. videmus namque, quod verba dubia ſunt contra ſtipulantẽ interpretanda, l. quicquid aſtringendæ, §. 1. de verb. obli. & §. 1. inſtit. eod. tit. cũ ſimilibus, vt per Tiraq. de retr. lin. §. 1. gloſ. 9. num. 210. & per iſtas rationes, pręfatam vndecimam concluſionẽ tenet in terminis Domin. in cap. ſtatutum, & ibi Franc. de præb. in 6. Corneus conſ. 279. col. 3. verſ. & ideo non immerito, volũ. 4. & Tiraq. de retr. lin. §. 1. glo. 11. n. 32. & 47.

23 Notandum etiam eſt, quod quando hæc dictio A, tempus, aut locum diuidit, ſignificat immediatum tempus, aut locum, vt ſi dicatur à die, à fundo Titij, l. pater, §. ſexaginta, ad l. Iul. de adulr. Tiraq. l. ſi vnquam, verſ. poſtea n. 20. C. de reu. don. Benuen. in tract. de aſſecur. gloſ. 12. n. 2. vnde Aretin conſ. 71. col. vlt. ait, illa verb. à prima hora noctis, ſignificari immediate finita prima hora, quib' adde Cott. in memorab. in lit. A.

24 Iſta etiam dictio A, interdũ ponitur pro poſt, & ponitur ſeparatiuè, l. datio, §. ſi per venditorem, ff. de act. empt. Bar. in l. meminiſſe, ff. de offi. Proc. in princ. Ronchegall. in l. ſi ex duobus nu. 16. de duob. reis, Benben. in tract. de aſſecurat. gloſ. 12. num. 2. vbi per hoc tenet, quod ſi promittatur aſſecuratio à portu Anchonæ, vſq; ad portum Conſtantinopolis, quod ſi damnum, vel caſus cõtingat in ipſo portu Anchonę, non ſubiacet periculo promittentis, quia dicto A, ſtat ſeparatiuè, & ſumetur pro, poſt, ita vt cenſeatur promiſiſſe, poſtquam cæperit exire à portu Anchonę. Idem etiã probatur in l. 2. §. quod ad magiſtratus, ff. de orig. iur. ibi, & veluti ſecundum locum à Regibus obtinebat, id eſt, vt annotauit Zaſ. poſt Reges, neq; enim is Rex erat, ita tenet Tiraq. de retr. lin. §. 1. gloſ. 11. num. 53. & Benben. in dict. tract. de aſſecur. gloſ. 12. num. 2. & gloſ. 1. in l. neminem, de Decurion. lib. 10. C. exponit hanc dictionem pro, poſt, ibi ab initio, id eſt, poſt initium, quia poſt, & A, fere eandem ſignificationem habent, vt per Tiraquel. in l. ſi vnquam, in verb. poſtea, num. 21. C. de reu. don. & Benben. in dict. num. 2.

Singulare II. de præpoſitione Abſque.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Abſque, eſt negatiua, & excluſiua.*

2 *Aliquando incluſiue ponitur, ſecundum ſubiectam materiam, num. 4.*

3 *Ad euitandum quodcunque malum, non debet quis ſe ipſum interficere.*

4 *Dictio, Abſque, ſecundum ſubiectam materiam accipienda eſt.*

5 *Quando dictionem, Abſque, præcedit negatiua, tunc ſtat incluſiue, ſi vero iſta dictio ponitur ſimpliciter, & nõ præcedit negatiua, ſtat excluſiue.*

ISTA prępoſitio eſt negatiua,
1 & excluſiua; verbi gratia ſi dicas, filius familias poteſt eſſe procurator abſq; conſenſu patris, iſta dictio ſtat excluſiue, & excludit cõſenſum patris, quia de natura huius dictionis eſt, vt ponatur excluſiue, ex tex. in c. qui generaliter, de procur. in 6. vbi Archid. nu. 3. in verſ. abſque, & ibi Io. Andr. n. 1. vbi etiam Domin. in verſ. quæro quæ ſit natura huius dictionis, abſque, Mandoſ. in glo. facult. in proh. in ver. abſque, fol. 50. col. 1. & probatur in cap. quia præſulatus, 1. q. 4. & in c. diffiniuit, 17. q. 4. & cap. Pſalmiſta 23. diſ. c. licet §. fi. de ſepult. in 6. cap. ſi pater de teſtam. in 6. c. non minus, de immũ. Eccl. in 6. & c. cum quis, & c. ſi Iudex laicus, & ibi Arch. n. 1. in verſ. abſque, de ſent. excõ. nu. 6. c. quoniã de priuil. in 6. cap. 1. de conſu. in 6. cap. ſane, 16. q. 2. c. tanta de exc. Pręl. in 6. in verſ. licet autẽ, & tenet gloſ. verſ. abſque, in Prag. Sanct. tit. de collat. §. item inſuper, & prob. tex. in l. omnis nouatione, C. de ſacroſanct. Eccleſ. auth. ſed & ſi quis, C. de ſecun. nup. & probatur etiam ex Sacra Scriptura, Prouerb. cap. 25. in fi. ibi, ſicut vrbs patens, & abſq; murorum ambitu, & Deuter. c. 32. gens abſq; conſilio eſt, & Eſaiæ c. 1. in fi. ibi, & velut ortus abſque aqua, & cap. 6. donec deſolentur Ciuitates abſque habitatore: & tenet Oldrad. conſ. 49. num. 10. verſ. abſq;, Cin. & Bar. in l. actor, C. de probat. Bald. in Authen.

Auth.principales, §. quod obſeruari col.4.
verſ.tudic,C.de iuram.calum.idem Bal.de-
clarãs, quot modis accipiatur,in l.data ope
ra col.pen.nu.96. C. qui accuſ.non poſſ.vbi
etiam ſubdit,quod aliquando non includit,
ad quod vide Alber.in diction.verſ.abſquè,
& Mandoſ.in d.glo.facultatum, §.ac etiam,
in verb.abſque,fol.253.& quod trad.Tiraq.
de retr.lin.§.1.gloſ.11.num.79.

2 Aliquãdo etiam iſta dictio denotat inclu
ſionem,vt in cap.2.de decim.in 6.& ibi no-
tat Archid.num.1.in verſ.abſquè,& gloſ.in
ver.abſq; in prag.Sanct.tit.de collat.§.inſu
per, & ex tex.in cap. Romana, in 1.reſp.de
for.comp.in 6. & eſt opt.tex.in cap.non eſt
noſtrũ,23.quæſt.5.vbi optima gloſ.ad pro-
poſitum,in verb.abſquè, quę tradit dictio-
nem abſque in eo tex.poni incluſiue,ſicut &
in Sacra Scriptura,in Canticis Cant. cap.4.
Quam pulchra es amicamea,quam pulchra,
oculi tui columbarum,abſque, eo quod in-
trinſecus latet.Et aduerte,quod dicta gloſa
ad hoc allegat quædam iura, in quib9 dicit,
dictionem,abſque,ſtare incluſiue, ſed certe
illa iura nõ loquuntur de dictione abſque,
nam tex.in cap.progeniem 35.quęſt.3.loqui
tur de dictione vſque,& tex.in cap.Ebron,
13.q.2.loquitur de dictione(præter) & l.1.
in fin. de pign.act. ſimiliter loquitut de di-
ctione(præter.)

Eſt tamen notandum id,quod dicit gloſ.
quod in dict.tex.in cap.nõ eſt noſtrum,23.
quęſt.5.dictio abſque,ſtat incluſiue,nam ex
ſententia D. Hieronymi in Ionam Prophe-
tam,cap.1. non longe à fine,dicitur nõ eſſe
noſtrum mortem arripere, nec nobis licere
propria manu perire abſque eo,vbi caſtitas
periclitatur,ſi literam illam volumus inter-
pretari iuxta propriam ſignificationem di-
ctionis abſque,vt excludat,concludemus li
citum eſſe cuiq;ſibi ipſi mortem inferre,ad
euitandum caſtitatis,ſeu fidei periculum,&
ſic nõ improbabimus mulieres, quæ hoc ali
quando fecerunt. Contrarium tamen ſentit
3 D.Auguſt.dum Donatum Presbyterum con
uincit,vt habemus textum in cap. diſplicet
§.noli ergo 23.q.4. vbi concluditur, quod
etſi ad quodcunq; malum quis impellatur,
ſeu cogatur, nõ ideo debet ſe ipſum ſponte
interficere, propterea gloſſa in prællegato
cap.nõ eſt noſtrum, docet recte dictionem
abſque,ibi incluſiue accipiẽdam eſſe,vt ſen-
ſus ſit,non eſſe licitum ſe interficere , etiam
ſi caſtitas periclitetur. Cum qua gloſſa tran-
ſit ibi Archid. & Luc.de pen.in l.ſi conſor-
tium ante fi.de Fabricẽſib.lib.12. C.& Bal.
in l.data opera, num.96. C. qui accuſ. non
poſſ.& Mandoſ.in d.gloſ.faculr.§.ac etiam,
4 in verb.abſque.Quare videtur ex prædictis
huiuſmodi dictionem,abſque,ſecũdum ſub
iectam materiã accipiẽdam eſſe, prout aliàs
ſępe alię dictiones accipiuntur,vt in ſuis lo
cis dicetur.

5 Illud etiam notandum eſt, quod quando
dictionem abſque, præcedit negatiua, tunc
ſtat incluſiue,ſi vero iſta dictio ponitur ſim
pliciter,& non præcedit negatiua, tunc ſtat
excluſiue;verbi gratia ſi dicatur,non poſſit
Epiſcopus collationem facere abſque patro
no , vel ita , non poteſt eligere abſque Ca-
pitulo , tunc quia iſtam dictionem abſque,
præcedit negatiuũ non,certe eſt,quod inclu
dit patronum,vel Capitulum, quam diſtin-
ctionem ſentire videtur Archid. in capit.7.
numer.3.de procurator.lib.6.&.ſatis com-
probari videtur ex his, quæ de dictione ni-
ſi, tradunt Bart.Bald.Paul.Alexander, Iaſſ.
& Dec.in l.actione, C. de tranſact. & nos
dicemus infra in ſingulari(niſi.)

¶ Singulare III. de dictione Alioquin.

SVMMARIVM.

1 *Dictio alioquin, ſiue alioqui, includit condi-
tionem contrariam pręcedenti diſpoſitioni,
& ponitur aduerſatiue ad precedentia.*

2 *Dictio alioquin,eſt mirabilis, quia nihil ponit in
eſſe,nec diſponit.*

3 *Dictio alioquin , eſt reſolutiua eius diſpoſitionis
in qua profertur,ſi non concurrant in actu om-
nes qualitates pracedentis diſpoſitionis.*

4 *Iſta dictio alioqui , relatiua eſt, & refertur ad
omnes qualitates expreſſas in pręcedentibus.*

5 *Dictio alioquin, cum ſit relatiua , debet inferri
ad qualitates expreſſas, & non ad alias non ex
preſſas.*

6 *Dictio,alioquin,ſumitur etiam alijs modis.*

ALIOQVIN, Siue,alioqui, 1
dictio iſta mirabilis eſt, nam
nõ ſolum facit orationẽ cõdi
tionalem , ſed in ſe ipſa ora-
tionem continet , & inducit
conditionem contrariam præcedenti diſpo
ſitioni,& ponitur aduerſatiuè ad præceden
tia, exponitur enim alioquin, id eſt, ſi non

fuerint prædicta,l.ſi finita.§.ex hoc ędicto,
& ibi gloſ.in verb.alioquin, ff.de damn.in-
fec. & l.eleganter, §.ſi dolo,qui eſt penult.
& ibi gloſ.ff.de dol.l.omnino,& ibi gloſ.ff.
de impens,l.ſi cui, & ibi gloſ.de fideicom.
liber.l.lucius §.lucius el 2.de leg.2.l.ſi ſeruus
legatus, §.ſi ſeruus de leg.1.cap.conſtitutus
in verb. alioquin,& ibi Doctores de teſtib.
tradit Bart.in l.1.nu.11.ff.de cond.& dem.
Iaſſ.§.in perſona,numer.8.inſtit.de action.
Mandoſ. in reg.34. quæſt.81. num.1.vol.1.
fol.218.pan.in cap.quoniá ad fin.de decim.
Alber.in diction.in verb.alioquin,Roman.
& Salicet. late, & ibi Dec.in l.2 .num.5. de
reb.cred.in 1.lect.& in 2.lect.num.4.& in 3.
lect.nu.7. & idem Dec.in 2.lect.nu.7.addit.
ad Franc.in cap.mandato nu.3. de præben.
in 6. & Rebuff. qui plures citat in concord.
in rubr.de reg.nomin.5.Monaſterijs,in ver.
alioquin, fol.194. Socin.conſ.51. numer.9.
volum.1.Mandoſ.reg.22.quæſt.6.num.5.&
regul.34.quęſt.81.num.1.Oſaſc.qui multos
citat decif.145.num.5. Tiraquel.late de re-
tract.lineg.§ 8.gloſ.6.num.1.& 2.Gomez in
§.in perſona, num.12.inſtitut.de action. &
quod dictio iſta alioquin, aduerſatiua ſit,vl
tra prędictos textus,probatur in l.miliſtis de
cuſtod.reor.& in l.alioquin,de contr.empt.
& in l. qui poſthumus ad ſyllanian.l.qui ne
gotia, ff. mandat.l.vn. C.ex delict.defunct.
gloſ.verb. alioquin, in cap. frequens, & ibi
Archid. num.1. & Ioan.Andr. de reſt.ſpol.
in 6.gloſ.verſ. Alioquin,in cap.vt circa, ad
med.de elect.in 6.Dec.in l.mutuum num.5.
de reb. cred.& in l.2.in 2.lect. eodem titul.
nu.7.vbi ex eo tex.notat,quod dictio alio-
quin, aduerſatiue ponitur, & in effectu im-
portat conditionem, ſi non fuerit quod di-
ctum eſt.

2 Dicitur autē iſta dictio mirabilis,ex eo,
quod cum conditio nihil ponat in eſſe, atq;
ita nihil diſponat, §.ex conditionali,inſtit.
de verb.oblig.l.ſi quis dandorum decem,ff.
ſi quis omis. ca.teſtam. Bart.in l. ita ſtipula-
tus de verb. oblig. ſiue tacita, ſiue expreſſa
ſit conditio,Bart.in l.item quia.§.1.num.1.
ff de pact. tamen ex natura iſtius dictionis,
quæ in conditionem reſoluitur,cōditio illa
diſponit,& vno eodemque tempore,& cō-
ditionem, & diſpoſitionem operatur,& ad
uerſatur pręcedentibus;vt ex iuribus ſupra
allegatis manifeſte colligitur, & tradit poſt
alios hác rationem Gomez in dict.§.in per
ſona, num.12. inſtitut.de action.

3 Ex prędictis conſtat verum eſſe,quod de
hac dictione alioquin,tradit Domin.in cap.
vt circa,§.alioquin,nu.4.& ibi Philip.Fran
cus col.1.per gloſ.in eodem verb. alioquin,
de elect.in 6.vbi dicit,quod iſta dictio alio
quin,eſt reſolutiua eius diſpoſitionis in qua
profertur , ſi non concurrant in actu omnes
qualitates præcedentes , quod dicunt eſſe
notādum pro ſtatutis,& priuilegijs,vbi hęc
dictio poneretur , & iſtud ſequitur Tiraq.
4 de retr.lign.§.8.gloſ.6.num.2.

Præterea iſta dictio alioquin,relatiua eſt,
& refertur ad omnes qualitates expreſſas in
pręcedentibus,vt ſentit gloſ.verſ.alioquin,
in dict.cap.Vt circa,de elect.in 6.& ibi Ar-
chid.num.4.in verſ.alioquin,& ibi Domin.
quia non ſufficit vnam ex qualitatibus con-
currere, ſed requiritur, quod omnes quali-
tates præcedentes concurrant , ſecundum
gloſ. & DD. mox allegatos,exemplum po-
teſt eſſe illud, quod traditur in dict.cap.Vt
circa,§.alioquin,vbi datur certa forma ſer-
uanda ab illis,qui appellant ab electione,&
poſtulatione,ſeu prouiſſione,vt omnia quę
intendunt obijcere contra perſonam electi
vel formam electionis, teneantur exprime-
re,& iurare, quod illa credunt vera eſſe, &
ſe poſſe probare, alioquin, opponentes ad
obijciēdū non admittuntur,& gloſ.in verſ.
alioquin,in d.cap.vt circa, & ibi Archid.n.
4. & Domin. tenent , per iſtam dictionem,
quod omnes qualitates pręcedentes debent
concurrere,& quod ſi aliquam omittant ap
pellātes,nulla erit appellatio,per cap.is qui
de elect.in 6. & Clem.conſtitutionem in fi.
de elect.nam omnia, & ſingula, quæ inten-
dunt probare,tenentur exprimere,ac etiam
iurare,vt ibidem dicitur,itaq; nō ſufficeret
iurare ; ſed requiritur quod omnia , & ſin-
5 gula exprimantur.

Habet etiam aliam naturam iſta dictio
alioquin, quia ex quo eſt relatiua, debet re
ferri ad qualitates expreſſas,& non ad alias
non expreſſas , exempli gratia , ſi Summus
Pontifex dicat , prouideas tali de beneficio
ad tuā,alioquin ad cuiuſcūque collationem
ſpectante,certe quia hic non exprimitur de
vacatione,ſed collatione,illud verbum alio
quin, non poteſt reſpicere vacationem,ſed
collationem ; ſecus quando exprimitur de
vacatione,puta ſi dicat,prouideas de bene-
ficio primo vacaturo ad tuam , alioquin ad
cuiuſcunque collationem pertinenti , quia
hoc caſu dictio alioquin,refertur ad vacatio-
nem,

nem, ex quo expreſſum de ea fuit in præcedenti, & ſic Summus Pontifex videtur vele per iſta verba, ſeu per iſtam dictionem, vt ſi non vacet ad tuam collationem, prouideas de vacante ad collationem alterius; ex quo de vacatione mentionem fecit, & ex quo dictio alioquin, debet determinare principaliter ſimul ſuum antecedens qualificatũ, non autem qualitatem adiectam antecedenti, ne diuidatur ſubiectũ à qualitate, argum. cap. Ab eo, de elect. & ex quo, dictio alioquin, refertur ad omnes qualitates præcedẽtes, iuxta gloſ. verſ. alioquin, in dict. cap. Vt circa de elect. in 6. & alios ſuperius relatos, & ita, quod iſta dictio alioquin, referatur ad qualitates expreſſas, & non ad ad alias, tenet pulchre Domin. in c. Mandato, col. 2. verſ. cõtra dictum, de præben. in 6. licet Io. Andr. & Compos. & Io. de Ligna. videantur
tenere contrarium, quos ibi Domin. reprehendit, & Franc. num. 3.

6 Summitur etiam alijs modis iſta dictio alioquin, vt patet ex l. damni, §. non ſolũ de damn. infec. vbi non aduerſatur, & in l. fluminum, §. aqua eod. tit. & ibi gloſ. in verb. alioquin, quæ exponit, ideſt alias, & in l. quotiens, C. de iudic. & ibi gloſ. in verb. alioquin, & in cap. Inquiſitionis, in gloſ. verb. alioquin, de acuſat. & tradit Bart. in l. 1. ex num. 11. ff. de cond. & demonſt. vbi oſtendit iſtam dictionem multis modis capi poſſe, ac etiam Rebuf. in concord. in rubric. de Regia ad Prælat. nomin. §. monaſterijs, in verb. alioqui, pag. 210.

Singulare quartũ, de dictione Alius.

SVMMARIVM.

1 *Relatiuum, alius, implicat, & ſimilitudinem denotat; & eſt repetitiuum ſimilium, & facit poſitionem eiuſdem qualitatis ad præcedentia.*

2 *Refertur iſta dictio ad ſimilia, etiam in qualitate.*

3 *Eſt relatiua, & repreſentatiua qualitatis præcedentis.*

4 *Quod procedit, etiam ſi apponatur verbum qui buſcumque.*

5 *Quando additur aliquod verbum generale, vt verbum quibuſcumque alij veniunt maiora expreſſis, ac etiam ſimila, & nu. 15.*

6 *Si reſultaret abſurdum, tunc verbum quibuſcumque alijs, non comprehenderet maiora expreſſis.*

7 *In materia vero fauorabili, tunc dictio quibuſcumque alij, maiora expreſſis comprehendit.*

8 *Dictio, alius, quãuis referat diuerſum in ſuppoſito, refert tamen idem in ſubſtantia, vel qualitate.*

9 *Aliquando vero non refert qualitates præcedẽtes, ſed quandoque denotat diuerſitatem, in ſubſtantia, vel qualitate.*

10 *Dictio, alius, aliquando exponitur (ideſt contrarius.)*

11 *Alius, ideſt diuerſus.*

12 *Dictio, alius, intelligitur de tribus, vel pluribus.*

13 *Dictio, alius, includit diuerſa ab expreſſis, ſeu excludit nominata, & includit alia omiſſa in præcedenti diſpoſitione.*

14 *Dictio, aliorum, eſt apta comprehendere omnia in infinitum.*

15 *Dictio, alius, diuerſitatem, & vniuerſalitatem deſignat, termino vniuerſali adiecto.*

1 RELATIVVM hoc, Alius, varias cõtinet ſignificationes & primo, & regulariter implicat, & ſimilitudinẽ denotat, eſtque repetitiuum ſimilium, & facit poſitionem eiuſdem qualitatis ad præcedentia, l. quidam relegatus & ibi Bar. & Socin. per illum tex. de reb. dub. Mandoſ. in reg. 3. queſt. 8. nu. 2. Villalob. in ſuis cõm. opin. in verſ. alius, verſ. 99. dicens hanc eſſe com. opinionẽ. cap. Sedes & ibi glo. in verb maiores, & ibi Felin. num. 6. de reſcript. & ibi lata additio ad Panor. num. 13. in verſ. alius, & Domin. qui plene diſtinguit in cap. Deinde, colu. 2. diſt. 6. glo. in l. 1. verb. alioquocunque modo, ff. mandat. gloſ. in l. 1. §. 1. in verb. ob aliam iuſtam cauſam, ff. de pollicitat. tex. in cap. 5. §. in alijs vero, vt lit. non conteſt. l. Barbarius, in verb. alio iure, ff. de offic. præſid. c. cum non ab homine, in verb. alio crimine, de iudic. tex. in princip. & ibi gloſ. in Auth. de mandat. Princ. & ibi Bart. & add. ad eum, num. 4. in verſ. alium caſum, gloſ. verb. alia, in l. fugitiui, C. de ſeru. fugit. & ibi late additio ad Bart. per Alexan. Pomat. & Pariſ & ibi etiam Dec. numer. 33. & tradunt Oldrad. conſ. 287. Calder. conſ. 2. de arbitr. Dec. in l. quicumque nu 15. C. qui admit. Iaſſon. in l. ſi vnus ex argentarijs, in princ. nu. 9. ff, de pact. Pariſ. conſ. 64. nu. 32. & conſ. 9. num. 41. vol. 2. Tiraquel. in legib. conn. gloſ. 5. nu. 48. ad fi. Farinac. de delict. queſt.

quęſt.17.num.51. Menoch.conſ.183. num.
19. Menoch. de retin.poſſ.remed.9.nu.256.
vbi plures citat, Gomeſ.in cap.Com in mul
tis ex numer.60.de reſcrip. in 6. Gutierrez
lib.2. Can.quæſt.c.15. ex nu.88.Surd.deciſ.
274.num.4.Nat.conſ.590.num.13.Alexan.
conſ.119.num.6.vol.2.& conſ.204. num.4.
Oſaſc.qui plures refert,deciſ.167.numer.7.
Io.Lecir.de primog.lib.2.quæſt.4.art.2.nu.
26.Ruin.conſ.92.num.22.vol.3. & conſ.13.
num.4.vol.1.& conſ.68.nu.3.vol.5.& conſ.
130.num.1.vol.3.Cephal. conſ.53. num.66.
vol.1.gloſ.in pragm.ſanct.tit. de collation.
§. ordinat. verſ. & quotiens, in verb. alio,
Mandoſ in gl.facult.in §.habita, verb. alijs,
& in §.proprium,in verb.alijs, vnde hęc di
ctio eſt repetitiua ſimilium,non autem ma-
iorum,vt volunt quamplurimi Doctores ſu
perius allegati,& tradunt etiam Siluan.con
ſil.45.num.45. & Mandoſ. reg.14. quæſt.4.
num.5.vol.1.Ruin.conſ.3.nu.5.vol.3.

2 Refertur etiam iſta dictio ad ſimilia etiã
in qualitate, Mandoſ.reg.12. quęſt.6.nu.2.
Pariſ.conſ.145.ex nu.25. vol.4. per l.fin. §.
cui dulcia,ff.de vino,trit.oleoq.leg.& tenet
Ruin.conſ.181.nu.2.vol.2. Cephal. conſ.13.
num.11.vol.1.Bermon.in tit.de publ. con-
cub.in verb.pœnis alijs nu.1.fol.132.Oſaſc.
deciſ.52.num.13.Ruin.conſ.92.nu.22.vol.3.
Riminal.in rubr.inſtit.de donat. nu.31.fol.
17.vbi alios in id citat,ex quo infert, quod
ex quo lex ait , quod non fiat donatio , vel
alius contractus , quod denotat dona-
3 tionem contractum eſſe , ex eo quod di-
ctio, alius, refert qualitatem pręcedentem,
ſeu eſt relatiua, & repreſentatiua qualitatis
præcedentis,quod in tantum verum eſt,hu-
iuſmodi dictionem referri ad ſimilia, ac ad
qualitates præcedentes, quod propter natu
ram huius dictionis cẽſeat Barbat.conſ.33.
ex num.26. volum.2. quod ſi teſtator man-
dauit celebrari tot Miſſas in hebdomada
per Petrum,vel alium Sacerdotem , neceſſe
erat,quod Petrus eſſet actu Sacerdos , non
vero ſufficeret habitu Sacerdotem eſſe,quã
etiam doctrinam ſequitur Mandoſ. in d.§.
proprium,in verb.alijs,fol.326.

Et vſque adcò verũ eſt , quod iſta dictio
4 ſit relatiua,& repreſentatiua ſimiliũ, & qua
litatum pręcedentium,quod hoc etiam pro
cedit, etiam ſi apponatur verbum, quibuſ-
cunque, nam etſi hoc verbum,quibuſcunq;
alijs adhibeatur.adhuc intelligetur,ideſt,ſi-
milibus, neq. vniuerſale iſtud , quibuſcun-
què, alterabit naturam dictionis, alijs, quæ
vt dictum eſt,relatiua eſt ſimilium, non au-
tem maiorum, Oldrad. conſ.287. Calder.
conſ.2.de arbitr. Bart. in l.quidam relega-
tus de reb.dub. Roman. conſ.40. Dec.in l.
quicunque,num.15.C.qui admit. Iaſſ.in l.ſi
vnus ex argentarijs,num.10.ff.de pact.& in
d.l.quicunque numer.3. in id citat Oldrad.
conſ.8.decidentem,ſi teſtator iuſſerit ſolue
re certis creditoribus eiuſdem ciuitatis , &
quibuſcunque alijs habere debentibus , il-
lud,quibuſcunque, intelligitur ſcilicet eiuſ-
dẽ ciuitatis,& dicit hoc ipſum tenere Ant.
de Butr.in cap.Cum dilecti de donat.col.1.
& ſimile eſſe,quod tradit Roman.in l.damni,
§.is qui vicinas,ff.de damn. inf. vbi aſſe-
rit,quod ſi conſtituo procuratorem ad ta-
lem litem , quam habeo cum Titio , & ad
quaſcunque alias, intelligitur ,ſcilicet quas
habeo cũ Titio, vt dictio,alias, ſit repetiti-
ua ſimilium;pro quibus facit gloſ in l.illud,
§.fin.in verb.quacunque alia cauſa,C.de ſa-
croſanct.Eccleſ.& gloſ.in Clem.1.verb.qua
uis alia,de re iud.& gloſ.in l.1.C.de ſeru.fu
git.alios etiam caſus ijs ſimiles recenſet Fe
lin.in cap.Sedes,num.6.de reſctip.quos per
te poteris videre.

5 Sed contrarium,quod quando addijcitur
verbum aliquod generale, vt verbum, qui-
buſcunque alijs , vel quibuſuis alijs , quod
tunc veniãt maiora expreſsis, ac etiam diſ-
ſimilia,tenet Iaſſ.in dict.l.quicunque per il-
lum tex.nu.2.poſt Aretin.ibi, C.qui admit.
& per tex.in c.ſi tibi abſenti, in verb. alius,
de præben.in 6.& l.1. §.debitum,in fin.ff.de
conſt.pec.& per gloſ.in Clem.1.in verb.aut
earum parte,de for.compet.Couarr.in pra
ctic.cap.25.nu.3.in princ.Roland. conſ.61.
vol.1.ex nu.41.& in conſ.27.vol.4.nu.18.&
hoc ipſum tenẽt Barba.conſ.34.n.22.vol.2.
& conſ.28.in 1.dubio volum.1.& conſ.44.
colum.4.verſ.quarto in dicto ſtatuto vol.3.
qui dicit,hoc expreſſe tenere glo.ſingularẽ.
in Clem.1.de re iud.& ibi Imol.qui dictam
gloſam ſingularem appellat, & tenet idem
Barba.in rep.l.cum acutiſsimi , col.12 C.de
fideicom.& Dec. in l.1.num.34.C. de ſeru.
fugit.Mandoſ.in reg.27.queſt.5.& eſt tex.in
Clem.1.iunct. gloſ.in verb. quouis modo,
de reb.Eccl.nõ alien.& in Clem.fin.in verb
quouis modo, de ſent.exc.& probat Clem.
1.iunct.gloſ. verſ.quamuis,de re iudic. quæ
generaliter exponit, quod illa verba inclu-
dũt etiam cauſas ſpirituales, & criminales;
& hoc

& hoc ipſum tenet Rot.deciſ.612.in antiq.
vbi agit de clauſula,quouis alio modo,& te
nent Alex.conſ.30.nu.14.verſ. in dicta con
ceſsione,vol.5.Nat. conſ.410.num.7.Man-
dos.in prax.commiſſ.in 2.form.in verb. vel
alij quęuis,Fel.in tract.quand.Liter.Apoſt.
in 4.amplia. verſ.ſed profecto, Mandoſ. in
gloſ.facult.§. & proprium in verſ. alijs fol.
326. Gomes. in reg. de trienn.poſſ.queſt.2.
fol.333. verſ.tandem.Belmond.in tit.de pu
blic.cócu.in verſ.pœnis alijs,nu.2.fol.232.&
iſta vltima opinio cõmunis ,& verior mihi
videtur.
6 Tripliciter tamẽ prædictę duę opiniones
reduci poſſunt ad concordiam , videlicet
quod prima procedat,quãdo reſultaret ab-
ſurdum,ſi verba quibuſcumquè alijs, deno
tarent & comprehenderent maiora expreſ-
ſis,vnde dicit Pau.de Caſtr. in l.fin.num.3.
C. de tempor. in integ. reſt. quod dictio
alius,non facit relationem, quando faciẽdo
reſultaret abſurditas. Vel etiam vt proce-
dat dicta prima opinio,quando eſſemus in
materia odioſa,vel ſtricta , ſecus vero ſi ſu-
7 mus in materia fauorabili,quo caſu proce-
dit ſecunda opinio, & Ita intelligitur gloſ.
in dict.Clem.1.in verb. aliquatenus , de re
iud.vt tradunt Socin. in l. quidã relegatus,
in verſ.quinta cõcluſio,de reb.dub. Decius
in l.1.num.34. C.de ſeru.fugit. & in l. qui-
cunque, num. 15. C.qui admir.Ruin.conſ.
103.vol.3.num.9. & Rolan.conſ. 5. volu.1.
ex nu.45. ſubdens, in his caſibus maiora ex-
preſsis comprehendi,& ideo, quod ſi Prin-
ceps concedit feudum alicui,& quibuſcun-
què alijs ſuis hæredibus, quod includuntur
etiam extranei,qui aliàs non includerentur.
Vel tertio reſpondetur,quod non obſtante
illa dictione,alijs,verbum vniuerſale,quod
illi adijcitur,debet capi vniuerſaliter, & ſi-
ne aliqua reſtrictione,quando profertur ab
homine, per not. à Bart. in l. generaliter,§.
vxori,ff.de vſufr.leg.dum vult,quod verba,
quæ ſimpliciter prolata ſunt, reſtrictiue , &
limitatiue non reſtringuntur,ſi illis adijcia-
tur verbum vniuerſale ; pari ergo ratione
dicendum videtur,dictionem, alijs , prola-
tam ab homine, non operari reſtrictionem,
quando coniungitur cum ſigno vniuerſali,
vt tradunt Ruin.conſ.20.vol.1.num.4.Ro-
land.conſ.5.volum.1.num.47.verſ.ſecundo
reſpondetur.
8 Secundo iſta dictio, alius, quamuis refe-
rat diuerſum in ſuppoſito,refert tamen idẽ,
vel conſimile in ſubſtantia,vel in qualitate,
l.fugitiuus cum gloſ.fin.C.de ſeru.fug. cap.
Sedes de reſcrip. Bart. in l. ſed & ſi quis, §.
quæſitum,num.2.ff.ſi quis caut.Socin.conſ.
104.num.1.volum.3.optime Rot.ant.839.
num.2.de reſcrip.Mandoſ.in gloſ. facult.§.
ac etiam, in verb.alijs,fol.304. colu.1.& in
§.volentes,in verb.alios quam Cardinales,
fol.150. Dec.in cap.ſedes de reſcript.num.
50.& ibi add.in lit. A,& Abb.in nu.13.Ve-
9 rum tamen eſt,quod hęc dictio, alius,quan
doq; non refert qualitates præcedentes, vt
in cap.officij,& ibi Pan.num.2.de pœnit.di
cens,quod quandoq. denotat diuerſitatem
in ſubſtantia,& qualitate, vt per gloſ. verb.
maiores,ad fin.in dict.cap. Sedes,tradit ibi
Panor.in fin.& Imol.in Clem.1. num. 7. de
reſcrip.Mandoſ.in glo.facult.§.ac etiã verb.
alijs,fol.304.& probat tex.in l. ſed & repro
bari,§.cum ad alium famulatum,& ibi not.
Bar.num.6.ff.de excu.tut. nam eſſe militem
non eſt famulatus,l.1. de mil. teſt. quod ta-
mẽ illa lex videbatur implicare in ver.alius,
& ideo verbum alius, & in dict. l. ſed & re-
probari,non implicat ſecundum Bart.ibid.
num.6.ſicut nec refert qualitates in prin. in
Auth.vt defunct.ſeu func.& ibi gloſ. in ver.
ſeruos alios,& In l.ſi quis poſthumus,§.ſi fi-
lium,ibi, alium hęredem,& ibi etiam notat
Iaſſ.num.1.ff.de lib.& poſt. & gloſ.in l. non
ſolum, §. quęritur, in verb. creditores , de
procurat. quæ in id citat illud Euangelij,
crucifixus eſt Chriſtus, & cum eo alij duo
nequam;vbi omnino impropriatur illa di-
ctio,alij,nec importat ſimilem qualitatem,
vt etiam notat Roch. de viſitat. in verb. &
alia quęcunque,ad fin.pag.53.& Curt.Iun.
conſ.38.num.7.qui tenet, quod dictio,alia,
referri poteſt ad non ſimilia, vt etiam tenet
Neapodemus,in conſu. Neapolit. in §. ſed
ſi morienti,in verb.alijs,num.291.fol.157.
vbi inter alia dicit,quod quando reſultaret
falſus intellectus,tunc dictio,alius, non im-
plicat,vt in Auth.de litig.§.ſi vero prępoſi-
tis, & ſimiliter ſi ſubiecta materia aliud in-
dicaret, Dec.cap.Sedes,de reſcrip.nu.51.
Tertio iſta dictio,alius, exponitur,ideſt,
10 contrarius; iuxta tex.in cap. Cum beatiſsi-
mus ad fin.iunct.gloſ.24. quæſt.1. & tradũt
Luc. de Penn. in l.3. C. qui mun. vel pręſt.
nemini licere ſe excu. col.fin.in verſ. aliarũ,
lib.10.Mandoſ.in gloſ.facult.in §.volentes,
in verb.alios,fol.150.
11 Quarto exponitur, alius,ideſt,diuerſus,
vt

Digitized by Google

vt in §.fin.inſt.de rer.diuiſ. & in l. in negotijs,ff.de reg.iur.& in cap.alia cauſa eſt monachi,16.quæſt.1.

Quinto dictio alius, intelligitur de tri-
12 bus, vel pluribus, alter, vero in duobus verificatur, vt notat Felin.in cap. Sedes num. 6.de reſcrip Rebuf. in concor. tit.de collation.§.ſi quis vero,in verſ. preterea, pagin. 358.Alex.in l.cum ex filio §.quidam nu. 2. & 3.ff. de vulgar.

13 Sexto iſta dictio alius, includit diuerſa ab expreſsis,ſeu excludit nominata, & includit alia omiſſa in præcedenti diſpoſitione; Socin. iun. conſil.107.numer.45.& 47. volum.3.Pariſ. conſ.78. num.21. volum. 2. & conſil.92. numer.5.volum.1.Siluan.conſ. 40.num.31.Caual.de vſufru.cap.1.num.63. Duran. de arte teſtam. tit. de hæred. inſtit.
14 cautel.4.num.2. Ferrar.caut.32.nu.2.

Septimo dictio, aliorum, eſt apta comprehendere omnia in infinitū,Domin.conſ. 13.num.2.maxime quādo non iungitur termino reſtrictiuo pracedenti, Staph.de lit.
15 gratiæ,& iuſt.fol.252.nu.10.

Octauo dictio, alius, diuerſitatem, & vniuerſalitatem deſignat, termino vniuerſali adiecto,Mandoſ.in reg.de non iudi.iux. form.ſupl.queſt.5.num.5.

Singulare V. de dictionibus, Aliquid,& aliquis.

SVMMARIVM.

1 *Dictio aliquid,verificatur in minimo, & importat,quod dictio,quicquam.*
2 *Non tamen ſemper in minimo verificatur.*
3 *Dictio, aliquid,accipienda eſt ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum ipſam aliquando verificatur in minimo aliquando vero non.*
4 *Dictio aliquid., incertam perſonam, ſeu in certam rem ſignificat.*
5 *Aliquando non partem,ſed totum ſignificat.*
6 *Aliquis denotat ſingularitatem.*
7 *Dictio,aliquis,eſt diſtributiua, & diuerſitatem ſupponit.*
8 *Dictio,aliquis,ſi ponatur affirmatiue,non ponit totum de genere.*
9 *Si ponatur negatiue totum dicit, & æquipolet vniuerſali negatiue.*
10 *Dictio,aliquis, comprehendit maſculinum, & fœmininum.*

1 DICTIO iſta aliquid, varias continet ſignificationes, primo namque & regulariter verificatur in minimo,gloſ..cōmunis in Clem.1. ver. earum parte, de for.comp.& tex & ibi not. Bar.in l.ſi ſeruus §. ait prætor de acq. hæred. vbi Angel. infert.ad notabilem quæſtionem,de qua per eum, tex. in l. eum qui, & ibi not. Iaſſ.num.2.ff.de iur. omn.iud.Dec. in l.hoc edictum, §.ſi quis num.3.ff.quod quiſq. iur. & per eum tex.Bal.in l.1.C.de inoffi.donat Bald.& Dec.per tex,ibi in cap.quoniam de teſtib.Iaſ.in auth.ex cauſa col.4.C.de liber. preter. Dec.in l. cumquid, in 1.lect.nu.1.& in 2.lect.nu.1.ff.ſicer.pet. qui alia iura allegat ad propoſitum, & idem Dec.in l.conditiones ex nu. 9.C.de pact. & ibi etiam Iaſſ. num.7.Aretin.conſ.3.in fin. Dec. & in l.fenium num.26.C.qui teſt.fac.poſ.& in l.hoc edictum §.ſi quis, num.3.ff.quod quiſq.iuris.Panor. in cap.Paſtoralis num.9. per illū tex.in verſ.ſine aliqua cohertione,de off.de leg.& ibi add.ad eū,& Feli col.3.late Tiraq. in l.ſi vnquam in verb.omnia, vel partē aliquam,num.5 & 14 C.de reu.donat. Aymō. de antiq.4.par.§.tranſeo nunc ad quartam partem,nu.154.Couarr.lib.2.var.reſol.cap. 16.num.5.verſ.ſed quod locutio, Dec. in l. is apud quem, numer. 46. C. de edend. Grat.conſ.114.vol.1.n.20. Mandoſ.in reg. de non iudic.iux.form.ſupl.queſt.4.num.5. vol.2.fol.52.vbi plures citat,& Aymō.cōſ: 135 num.29. & conſ.308. num.4. Menoch. de recup.poſſ. remed.14.num. 8.Dec. conſil. 455.numer.6.& conſ.375.numer.4.Menoch.conſ.4.n.18. & conſ.32.nu.9 & conſ. 17.Ruin.conſ.60.n.3.Gutierrez lib.2. Can. quæſt.cap.13.num.2.Menoch. conſ.17. nu. 29. Domin.conſ.6.num.6. Benuenut. tract. de mercat.par.1.num.82.Gom.late in §.pęnales,num.3.& 4.inſtit.de action. vbi inter alios citat Signorol. conſ.115. & conſ. 171. colu.penul.qui loquitur in notab.caſu,& Socin.conſil.225.colum.2. circa fin. volu.2. & tenet Nat.conſ.125.num.6.volum.1.& conſil.481.num.11.& conſ.525.num.6.& conſ. 125.nu.6.Rebuf.in compen.alien.rer.Eccl. num.58.vbi etiam dicit cum Tiraq.in dict. l.ſi vnquam,in verb. omnia, num.17. quod tantum importat dictio aliquid, quantum dictio quicquam,vbi in nu.16.dicit aliquid ſignificare minus quippiam, quod non longe à nihilo diſtat.

Sed

Sed tamen non ſemper, iſta dictio ali-
2 quid, verificatur in minimo, vt patet in l.
Gallus, §. in omnibus, & ibi Aretin. ponde-
rat. de liber. & poſth. quam etiam ad hoc
ponderat Iaſ. in l. 1. colum. 2. C. de pact. &
patet etiam in l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis for-
te, ff. de verb. oblig. & probatur in l. mino-
ribus, 25. annis, ff. de minor. iuncta l. Sæio, ff.
de reſt. in integr. nam minoribus datur re-
ſtitutio, cum paſsi ſunt aliquid damni, vt di
citur in dict. l. minoribus, & tamen pro mo
dico damno non datur reſtitutio, vt dici-
tur in dict. l. Sęio, de reſtit. in integr. & ita
in dicta l. verbum aliquid, non verificatur
in minimo, ita iſta duo iura ad hoc ponde-
rat Dec. in l. 1. §. ſi quis, nu. 3. ff. quod quiſq.
iur. & in l cum quid, in 1. lect. num. 1. & in 2.
lect. etiam num. 1. ff. ſi cert, pet. & idem Dec.
in l. is apud quem, num. 46. C. de edend. &
tradit Tiraquel. in l. ſi vnquam, verb. omnia
vel partem, num. 15. iuxta med. C. reu. don.
His tamen iuribus pro hac ſecunda opi-
3 nione allegatis, ſi placet poteris reſponde-
re, vt per Gomes. in dict. §. pęnales, num. 3.
& 4. inſtit. de action. Sed tamen non obſtan
te reſponſione Gomeſij, Ego vt verius cre-
do, iſtam dictionem, aliquid, accipiendam
eſſe ſecundum ſubiectam materiam, vt ſecũ
dum ipſam aliquando verificetur in mini-
mo, aliquando vero ſecundum quod ſubie-
cta materia dictauerit, vt expreſſe tradit
Aretin. in l. Gallus, §. in omnibus per eum
tex. ff. de liber. & poſth. Bald. in l. 1. col. pe-
nult. C. de inoffic. donat. Alexand. conſ. 71.
col. fin. volum. 4. Dec. in l. 1. §. ſi quis, nu. 3.
ff. quod quiſque iur. & in l. is apud quem,
num. 46. C. de edend. & in l. cum quid, in 1.
lect. num. 1. ff. de reb. cred. & idem Dec. in l.
conditionis quæ eſt, 1. num. 10. C. de pact.
Secundo dictio iſta, aliquid, in certã per-
4 ſonam, ſeu incertam rem ſignificat, vt ſi di-
cas, aliquis homo eſt albus, aliquis amicus,
aliqua commiſsio, Amon. ſup. Ariſtotil. de
interpret. circa princ. ſect. 2. & poſtea dum
tractat de propoſitionibus ex ſubiecto tan
tum, & prædicato, l. 1. §. id vero; quod hu-
mani iuris plerumque in alicuius bonis eſt,
ff. de rerum diuiſ. l. 1. §. item ſolent, ibi, vel
non idoneus tutor alicui daretur, ff. de offi.
pręf. vrb. l. ius ſanguinis, & in l. in ciuile, ff.
de legib. l. obſeruare, §. antequam, ff. de offi.
procon. l. in tantum, ver. ideo, & libertas, ff.
de re iud. & probat illud Lucæ, cap. 9. ſunt
aliqui hic ſtantes, qui non guſtabunt mor-
tem; & tradit Mandoſ. in glo. facult. §. &
proprium, in verb. alicuius, fol. 323.
Tertio dictio iſta, aliquid, quandoq. non
5 partem, ſed totum ſignificat, vt not. addit.
margin. ad Panot. in cap. Paſtoralis, num. 9.
de offic. deleg. in litera E. in fin. quę allegat
gloſ. in l. vxori, in verb. cum familia, & ibi
Bart. deleg. 3. & ſimiliter alia iura.
6 Quarto, aliquis, denotat ſingularitatẽ, &
non pluralitatem, & ita aliqui fecerunt, de-
notat quod non omnes, Panot. in cap. Re-
latum, el 2. num. 3. de teſtam.
Quinto hæc dictio, aliquis, diſtributiua
7 eſt, & diuerſitatem ſupponit, gloſ. in Clem.
1. §. ad hoc, in verb. incerta, poſt med. ibi cũ
illud in aliquo de pręben. cum qua tranſit,
ibi Cardin. quæſt. 8. num. 9. & ſic ſub illa cõ-
ſtitutione caſus diuerſi comprehenduntur,
Rota deciſ. 216. in nou. poſt princ. & Felin.
in cap. in noſtra, corrol. 24. num. 23. de reſ-
crip. Mandoſ. in reg. de non iud. iux. form.
ſuppl. quęſt. 4. nu. 4.
8 Sexto quamuis dictio, aliquis, ſit per ſe
dictio particularis, tamen plurimum refert,
an ponatur affirmatiue, vel negatiue, nam
ſi ponitur affirmatiue, non ponit totum de
genere, vnde ſi dicatur aliquis Scholaris le-
9 git intelligitur, quod non omnis ſcholaris
legit, ſin autem ponitur negatiue, veluti nõ
aliquis ſcholaris legit, tunc totũ dicit, æqui-
polet tunc vniuerſali negatiuę, & per inde
eſt, ac ſi dicatur nullus ſcholaris legit, vt op-
time probat allegando iura, & Doctores,
Nat. conſ. 525. num. 7.
10 Septimo dictio, aliquid, comprehendit
etiam fœminam, cum regulariter verum ſit,
maſculinum comprehendere etiam fœmini
num, non ſolum in fauorabilibus, ſed & in
odioſis, & in ſtatutis, & vltimis voluntati-
bus, vt proſequitur late Tiraq. de retr. lin.
§. 1. gloſ. 9. ex num. 180. Caballin. in ægid.
conſtit. lib. 4. cap. 55. in gloſ. A. Anton. Ga-
briel. lib. 6. commun. opin. tit. de verbor. ſi-
gnif. concluſ. 6. Ioan. Matienz. lib. 5. recoll.
tit. 11. l. 8. gloſ. 2. & in tit. 14. l. 2. in gloſ. 3.
latiſsime Ioan. Gracian. in reg. 209. pulchre
Roland. conſ. 82. volum. 3. per tot. latiſsime
Ant. Gabriel. lib. 6. commun. opin. tit. de
verb. ſignifi. concluſ. 6. ex princ. Dec. conſil.
338. num. 1. & conſ. 391. num. 4. & conſ. 570.
num. 3. & conſ. 507. num. 1. Surd. de alimen.
tit. 1. quęſt. 31. nu. 18. Abiles cap. 1. Pręror. in
gloſ. *De ninguna perſona*, num. 8. vbi in num. 9.
differit; An fœmeninum ſimiliter concipiat
maſcu-

maſculinum? pro quo recurrendum eſt ad textum, & quę ibi notantur, in cap. quoniã, de ſimonia, & in capit. ſi quis ſuadente, 17. quæſt. 4. vbi dixi in 1. par. Collect. 24. num. 2. & tradit Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. quæſt. 77. nu. 14 Cardin. in Clem. attendentes, nu. 1. in fin. de ſtat. Monach. Surd. de alimen. tit. 1. queſt. 31. num. 19. Dec. in l. ſi quis id quod num. 3. ff. de iur. omn. iud.

Singulare VI. de dictione, Aut.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, aut, eſt aduerſatiua, & ponitur inter diuerſa.*

2 *Dictio, aut, eſt diſiunctiua, ſeu alternatiua, & diſiungit verbum, atque effectum, & ad verificationem ſufficit, alteram partem eſſe verum.*

3 *Quod vltimum procedit, ſiue diſpoſitio ſit affirmatiua, ſiue negatiua.*

4 *De natura iſtius dictionis eſt, vt ſit alternatiua ordinis, non vero electionis.*

5 *Dictio, aut, accipitur expoſitiue pro, ideſt.*

6 *Iſta dictio accipitur pro, ſicut.*

7 *Dictio, aut, accipitur pro, &, copulatiue, ſeu coniunctiue, & requirit concurſum vtriuſq;.*

8 *Iſta dictio, aut, quando ſumi debeat copulatiue, vel diſiunctiue.*

9 *Dictio, aut, regulariter eſt alternatiua, ſeu diſiunctiua.*

10 *Dictio, aut, quando ponitur inter perſonas, inter quas ſubeſt ordinata affectio, cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, & non ſimul.*

11 *Quando dictio, aut, ponitur inter perſonas honoratas, inter quas non adeſt ordo charitatis, & affectionis, tunc reſoluitur in coniunctiuam, & ponitur, vel accipitur pro (&)*

12 *Limitatur quando dictio, aut, ponitur, inter perſonas, inter quas actus valere non poteſt, pro vt geritur, nam valebit eo meliori modo, quo valere poteſt, & num. 15.*

13 *Si quis ſtipulatur ſibi, aut Titio decem dari, talis ſtipulatio valet in omnibus decem.*

14 *In contractibus ius accreſcendi locum non habet.*

15 *Dictio, aut, non reſoluitur in coniunctam, &.*

16 *Dictio, aut, quando ponitur inter perſonas honoratas, ſeu vocatas, reſoluitur in coniunctam, cum limitatione, quando aliud conſtat, de mente diſponentis expreſſe.*

17 *Primo ſcriptus cenſetur primo vocatus.*

18 *Dictio, aut, quando ponitur inter perſonas grauatas, ſeu ad onus vocatas, tunc ſtat in natura propria alternatiuæ, ſiue diſiunctionis.*

19 *Dictio, aut, quando ponitur inter perſonas, & in caſu ſempliciter odioſo, tunc non ponitur coniunctiue.*

20 *Dictio, aut, quando ponitur inter contractus vnius perſonæ, ponitur contra proferentem, qui potuit apertius dicere.*

21 *Dictio, aut, ſi ponitur, non inter perſonas, ſed inter res, ſtat in propria natura diſiunctionis, & alternatiuę.*

22 *Dictio, aut, quando ponitur in conditionibus poteſtatiuis, vel caſualibus ſtat alternatiue.*

23 *In delictis accipitur coniunctiue, & diſiunctiue.*

24 *In his, quæ arbitrio alicuius committuntur ſtat diſiunctiue, ſeu alternatiue.*

1 DICTIO iſta, aut, varie ſumitur in iure, & Primo iſta dictio eſt aduerſatiua, & ponitur inter diuerſa, l. iter ſi ſuſceperit, cum quatuor ſequentibus. ff. de procurat. l. aut facta. ff. de pœn. l. 3. cum duabus ſequẽtibus. ff. de donat. cauſa mort. l. aut ſi aute. ff. de rei vendic. Bar. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum, de reb. dub. l. filiæ & ibi Bal. in 1. oppoſit. C. de collat. Cardin. in Clem. 2. quæſt. 2. de ætat. & qual. Roland. conſ. 99. vol. 4. ex nu. 56. Mandoſ. in gloſ. facult. §. & proprium in ver. aut, fol. 41. & in reg. 1. quæſt. 10. num. 10. vol. 1. fol. 17.

2 Secundo iſta dictio, aut, eſt diſiunctiua, ſeu alternatiua, & diſiungit verbum atquè effectum, & ad verificationem ſufficit alteram partem eſſe veram, l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem, in fin. de verb. oblig. & ibi Alex. l. plerunq. §. fin. de iure dot. l. græce. §. fin. de fideiuſ. l. pœn. & l. fin. de verb. ſign. l. cum qui ita, §. qui ſibi, aut filio, de verb. oblig. & ibi not. Iaſ. num. 2. Clem. 1. ad fin. & ibi gloſ. in verb. aut, de conceſ. pręben. cap. ſi quis viduam, 34. diſ. Iaſ. in l. cum quidam num. 1. C. de verb. ſignifi.

3 Et quod dictum eſt, quod ad verificationem eius, ſufficit alteram partem eſſe veram procedit, ſiue diſpoſitio ſit affirmatiua, ſiue negatiua, vt poſt Din. in c. in alternatiuis, de reg. iur. in 6. tenet Felin. nu. 29. & Dec. in cap. inter cæteras nu. 9. col. 3. de reſcrip. qui ibi reprobat Panor. & Ant. de Butr. contrarium tenentes, & idem tenet eoſdem, reproban-

probando ipſe Dec. in l. generaliter num. 2. C. de inſtitut. & vltra prædictos, quod iſta dictio ſit vera, & propria, & naturalis alternatiua, ſeu diſiunctiua (quod idẽ eſt) & quod ad eius verificationem ſufficiat alteram partem veram eſſe, tenet Bar. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum poſt princip. de reb. dub. Bal. in l. ea lege num. 19. verſ. vltimò quæritur circa alternatiuam, C. de cond. ob cãm. opt. Portoles tract. de Conſortib. cap. 1. nu. 7. verſ. diximus autem, Mandoſ. in gloſ. facult. §. ac etiam in ver. aut fol. 260. colum. 1. & gloſ. 1. in cap. cum plures, de offi. deleg. in 6. quæ dicit, quod iſta alternatiua attribuit actum cuilibet in ſolidum, quam ſequuntur ibi Archid. Ioan. Andr. Domin. & Franc. vnde dicit Felin. nu. 29. & Dec. num. 9. in cap. inter cæteras de reſcrip. quod ſi teſtator dicat, lego vina, quę Bononiæ habeo, aut Romæ, vtrũq. non includetur, quia iſta dictio, aut, ex ſua propria natura eſt alternatiua, & probat, & ſequitur Euerard. in ſua Centur. loc. 49. à natura alternatiuorum & Benne. in tract. de adiecto 4. par. in princ. num. 5.

4 Notandum tamen eſt, quod licet iſta dictio ſit alternatiua, & ſufficiat (vt dictũ eſt) ad eius verificationem alteram partem eſſe veram, tamen natura huius dictionis eſt, vt ſit alternatiua ordinis, non vero electionis, & ideo ſi ſtatuto cauetur, vt quis ſit citandus in facie, aut in domo, requiritur, quod in primis citetur in facie, ſi reperiri poteſt, ſin autem ad domum, ita poſt alios quos citat, tenet Rebuf. in concord. tit. de collation. §. ſtatuimus, in verb. aut, fol. 438. tamen ſi aliquando iſta alternatina, aut, denotat, quod eſt alternatiua electionis, & non ordinis; vt tenet gloſ. 1. in fin. in cap. cum plures, & ibi Domin. in prin. in 4. notab. de offic. deleg. in 6. vbi ait, iſtam alternatiuam, non ſemper eſſe alternatiuam ordinis, nec denotare, vt primo propoſitum negotium intelligatur, primo debere expediri, glo. tamen in verb. ſunt tamen quędam in reg. in alternatiuis de reg. iuris in 6. tenet iſtam eſſe alternatiuam ordinis, vt ibi declarat per l. cum pater, §. pæn. de legar. 2. vbi etiam tenet gloſ. in verb. ordine, & facit, l. pen. C. de verb. ſign. & l. ſcire oportet, §. qui tamen, ff. de excuſ. tutot. & l. 1. §. 1. ff. de libet. agnoſc.

5 Tertio accipitur iſta dictio, aut, expoſitiue, pro, ideſt, Abb. antiq. in cap. Paſtoralis, colum. 3. de cauſa poſſ. & propt. Pariſ. conſ. 110. num. 18. vol. 3. Mandoſ. in gloſ. facult. §. ſane, in verb. aut, in fin. fol. 74. textus in l. ſi ſeruus, iunct. gloſ. 1. in princ. ff. de bon. auth. iudic. poſſ. Mandoſ. ſup. in §. & proprium, in verb. aut, in fin. fol. 323. Bald. in c. Paſtoralis, poſt num. 3. de cauſ. poſſ. Felin. in cap. Cum dilectus, poſt num. 30. de fid. inſtrum. Mandoſ. in gloſ. facult. in §. ac tam in verb. vel, fol. 311. col. 2.

6 Quarto hęc dictio, aut, accipitur pro ſicut. l. debitoribus, cum gloſ. verb. aut, ff. de te iudic. Mandoſ. in glo. facult. §. & propriũ, in verb. aut, in fin. fol. 323.

7 Quinto dictio, aut, accipitur pro &, & accipitur copulatiue, ſeu coniunctiue, & requirit concurſum vtriuſque, vt in cap. omnibus vobis, in fin. & ibi gloſ. verb. aut, 2. q. 4. tex. in iunct. glo. ver. aut calumniæ, in cap. 2. de confeſſ. in 6. tex. & gloſ. ver. quæ vxoris, in l. Quintus, §. plane, de aur. & argẽ. leg. tex. & gloſ. verb. aut, quę allegat alia ſimilia iura, & ibi Bald. in l. 2. C. de obſeq. patr. præſtan. l. ſępe, ff. de verb. ſign. l. ſi is qui ducenta, §. vtrum, & ibi Bart. num. 1. in princ. de reb. dub. & ibi Alexan. in addition. ad Bat. in l. fundi venditor, ibi; aut non prohibentibus hęredibus, iunct. gloſ. in verb. aut, iuxta primam expoſitionem, ff. de acquir. poſſ. l. fin. iunct. gloſ. in verb. aut, ff. de vſucap. l. 1. iunct. glo. in verb. conſtituendus, poſt med. ff. de cur. bon. dam. l. is qui, §. hoc interdictũ, ff. quod vi aut clam, iunct. gloſ. in verb. ſufficiat, quæ intepretatur, quod vi aut clã, ideſt, quod vi, & clam, & probatur Thobiæ 5. & Iudic. 10. Vnde venis, aut quo vadis, & eſt tex. expreſſus vbi omnes, maxime Iaſſ. num. 1. in l. cum quidam, C. de verb. ſigni. Mandoſ. in gloſ. facult. §. ſane, in verb. aut, fol. 74. qui in id citat tex. in l. ſi finita, §. eleganter, iuxta primum intellectum gloſæ, in verb. aut, ff. de damn. infect. l. ſi Titio, aut Sęio, cum glo. 1. ff. de leg. 2. & l. vxori, iunct. gloſ. in verb. aut, in fin. de vſu, & vſufru. legat. & gloſ. in l. & ideo, ff. de legib. & tenet idem Mandoſ. in eadem gloſ. facult. in §. ac etiam in verb. aut, fol. 259. & in §. & proprium, in verb. aut, fol. 323.

8 Sed quoniam magna difficultas, ſimul ac magna vtilitas pẽdet ex cognitione; An & quando iſta dictio, aut, ſumi debeat alternatiue, & diſiunctiue, an vero quando accipi debeat copulatiue, & coniunctiue, vt patet ex l. cum quidam, C. de verb. ſignif. & ibi DD. ideo vt aperta notitia haberi poſſit huius rei, & vt in re admodum difficili, & confu-

confuſa, vera, & clara reſolutio habeatur ſequentes concluſiones conſtituendas eſſe cenſeo.

9 Prima concluſio, dictio, aut, regulariter eſt propria, vera, & naturalis alternatiua, ſeu diſiunctiua, & ad eius verificationē ſufficit alteram partem eſſe veram, Bart. in l. ſi is qui ducenta, §. vtrum in princ. de reb. dub. Bald. in l. ea lege, nu. 19. verſ. vltimo quęro, circa alternatiuam, C. de condi. ob cauſam, Mandoſ. in gloſ. facult. §. ac etiam, in verb. aut, fol. 260. col. 1. & tenent ſuperius in princip. allegati.

10 Secunda concluſio, quando iſta dictio, aut, ponitur inter perſonas, inter quas ſubeſt ordinata affectio, ſiue inter eas concurrat neceſsitas inſtituendi, ſiue non, cēſentur vocati ordine ſucceſsiuo, & non ſimul, puta inſtituo Titium fratrem, aut eius filios, cenſentur vocati ordine ſucceſsiuo, & non ſimul; ita vt prius admittatur Titius, & deinde eius filij, per fideicommiſſum, vt pulchre probat Dec. conſ. 95. numer. 3. & ex num. 4. in fin & probatur in l. cum pater, §. pęn. de leg. 2. vbi diſpoſitio teſtatoris collata alternatiue in liberos propinquos, aut libertos alienius interpretatur ſucceſſiue; quod ex nominatis vnus poſt alterū iure fideicommiſsi admittatur, & Bart. ibi per illum tex. dicit, quod diſiunctiuà poſita inter perſonas, interquas cadit affectio ordinata, non reſoluitur in coniunctā, & idem allegando illum tex. dicit Bald. in l. pen. C. de verb. ſignif. & in l. Gallus, §. quidam recte, col. 2. de liber. & poſth. in qua opinione omnes DD. conueniunt, vt ait Iul. Clar. §. teſtamētum, quęſt. 80. nu. 5. & tradunt Nat. conſil. 470. num. 8. Rebuf. conſ. 175. verſ. alius caſus, Iacob. Cancer. lib 1. var. reſol. cap. 1. nu. 51. iſto enim caſu, alternatiua retinet vim ſuam, & propriam naturam, nec cōuertitur in copulam, etenim vbicunque alternatiua eſt poſita inter perſonas, interquas cadit ordo charitatis, & affectionis, intelligitur ordine ſucceſsiuo, Bald. in l. Caius, ff. ſol. matr. & Iaſſ. in dict. §. quidam recte, num. 24. ad fin. Marian. Socin. in commun. opinionibus verb. dictio diſiunctiua, de qua in volum. 1. commun. pag 411.

11 Tertia concluſio, quando iſta dictio, aut, ponitur inter perſonas honoratas, interquas non adeſt ordo charitatis, & affectionis, tunc reſoluitur in coniunctam, & accipitur pro &, & hoc tam in vltimis voluntatibus, legatis, libertatibus, & tutelis, quam etiam in contractibus, in quibus omnibus dictio iſta poſita inter perſonas honoratas, ſeu vocatas, vel inuitatas ad commodum, ponitur pro coniunctiua, &, & cōmodum tunc diuiditur æqualiter inter vocatos, ſeu vocati æqualiter admittuntur ad illud, verbi gratia, ſi teſtator dicat, Titius, aut Seius mihi hæres eſto, vel dicat, Sempronio, aut Caio lego decem, vel dicat, Stichum, aut Pamphilum liberum eſſe volo, vel dicat, frater meus, aut auus meus ſit tutor filiorum meorū, his omnibus caſibus, dictio, aut, ex quo poſita eſt inter perſonas honoratas, ſeu vocatas, accipitur pro, &, copulatiue, ita vt primam perſonam inducat, & ſecundam nō repellat, itaquè ambo veniunt ęqua lance ad hæreditatem, ambo legata ſimiliter accipiunt, & fideicommiſſum inter vtrumquè diuiditur, libertas vtrumquè capit, tutoris ambo fungūtur officio, ita eſt textus expreſſus in l. cum quidam, C. de verb. ſign. vbi gl. Bar. Bal. Salic. & Iaſſ. num. 1. latius tradunt Neapod.mus, in conſue. Neapolit. in §. ſi quis, vel ſi qua num 159. de ſucceſ. ab inteſt. fol. 119. Fontanus in addit. marginali ad tex. in cap. Cum plures de offic. deleg. in 6. Iaſſ. in l. eum qui ita, §. qui ſibi, num. 4. de verb. oblig. poſt Bart. & Cuman. ibi, & Bar. in l. Gaius in vl. oppoſ. ſolu. matr. & in l. item ſi ſeruus, §. ſed ſi cum duos, ff. de Stipul. ſeru. Bal. in cap. Inter cæteras de reſcrip. Bēuenu. in tract. de abiecto, par. 1. num. 21. cum ſequentibus, & in 3 par. ex num. 127. vſquè ad 130. qui etiam loquuntur in contractibus, prout etiam textus expreſsus in d. l. cū quidam, in fi. & ibi Bal. Iaſſ. & omnes tradunt C. de verb. ſign. Cancer lib. 1. variar. capit. 1. ex num. 52.

12 Iſta tamen tertia concluſio aliquibus modis limitatur per Iaſ. in d. l. cum quidam n. 1. C. de verb. ſign. vbi limitat eam octo modis, quos vide tamen inter alios, ille eſt mēti tenendus, quem refert ibi Iaſ. in 4. limit. videlicet, quod licet regula ſit, quod dictio, aut, poſita inter perſonas honoratas, reſoluatur in coniunctam, &, tamen hoc fallit, quando iſta dictio alternatiua cadit inter perſonas, interquas actus valere non poteſt prout geritur, nam valebit eo meliori modo, quo poteſt in perſona alterius tantum, nec tunc reſoluitur in coniunctam, etſi ponatur inter perſonas honoratas, l. eum qui ita, §. qui ſibi, de verbor. obligat. citat Bart. & alios

& alios in l. Caius,ff.ſol. matrim.& ſequitur
Benuenut.tract.de adiect.1.par.num.21. &
22.fol. 163. & efficaciter probatur in d. l.
13 cum qui ita,§.qui ſibi,ff.de verb.oblig. Vbi
ſi quis ſtipulator ſibi aut Titio decem dari,
talis ſtipulatio valet, & tenet in omnibus
decem,& ille Titius cenſetur adiectus ſolu-
tioni recipiendæ,vt ibi tenet Bart.Imol.Cu
man.& Caſtren.& ibi dictio,aut,non reſol-
uitur in copulatiuam.& quia ſi reſolueretur
non valeret ſtipulatio, niſi in quinque tan-
tum, quia quando quis ſtipulatur ſibi & Ti
tio decem,per coniunctiuam,&, natura hu
ius dictionis, &, copulatiue eſt, vt diuidat
ſummam vnicuique in viriles,l.reos,§.cum
in tabulis,ff.de duob. reis,& ibi Doctores,
& in l. 1. & 2. C. ſi plures vna ſenten. Ben-
uenut. de adiecto,1.par. num.19.fol. 163.
& ſtipulatio eo caſu tenet in quinque, in
perſona ſtipulatoris,in perſona vero Titij,
nihil valet; vt in l. cum qui ita, in princip.
& ibi gloſ. in verb. & Titio, de verbor.
oblig.quam ſequitur ibi Iaſſon ad Bart.Cu
man. & Caſtrenſ. & Benuenut. in d.1. par.
num.19.

Et ratio ea eſt, quia alteri ſtipulari nemo
poteſt,ſi non intereſt,l.ſtipulatio iſta, §. al-
teri,vbi Bart. Paul. Alexand.& Iaſſ. late, ff.
de verb.oblig.plene Tiraquel. de conſtitu-
to,in 30.limit. & tex.etiam in §. ſi quis alij
inſtit. de inutil. ſtipul. vbi in verb. quod ſi
quis, probatur, quod nec alia quinque in
perſona Titij diuiſa vi copulæ accreſcunt
ſtipulatori: quia in contractibus ius accreſcē
14 di locum non habet, l. ſi mihi & Titio, de
verb.oblig. Bart. Iaſſ. Crot. & Rip. in l. re
coniuncti,de leg.3. ideo cum in dict.l. cum
qui ita, §.qui ſibi,ff.de verb.oblig. decida-
tur,quod ſi ſtipuletur quis ſibi,aut Titio de
cem dari, quod valet ſtipulatio in tota ſum
ma, vt ibi tenet Iaſſ. num. 2. & alij, & pre-
ſuponit Benuenut. in dict. tract. de adiect.
par.1.num.26.& par.3.num.2. & 67.& ſeq.
& num.81. vbi allegat, l. cum decem, ff. de
ſolut. vbi probatur, quod tota ſumma de-
betur, quando ſtipulor mihi,aut Titio de-
cem dari.

15 Cum igitur in dict. l. cum qui ita, §. qui
ſibi, decidatur, quod tota ſumma debetur;
conſtat, quod ibi dictio, aut, non reſolui-
tur in coniunctam, &, quia ſi reſolueretur,
nō deberetur tota ſumma, ſed dimidia eius
pars,vt ſupradictum eſt, ideo autem ibi nō
reſoluitur in coniunctam; etſi ponatur in-
ter perſonas honoratas, quia cadit inter
perſonas,inter quas actus valere nō poteſt,
prout geritur,quia alteri ſtipulari nemo po
teſt, ideo valet eo meliori modo, quo po-
teſt in perſona alterius tantum, & cenſetur
ille tertius adiectus ad ſolutionem recipien
dam, tanquam ſi eſſet conſtitutus procura-
tor. Ita iſtam rationem ad eum textum in
propoſito affert Iaſſ.in d.l. cum quidam, in
4.limit.C.de verb.ſign.poſt Bart.in l.Caius,
ſol.matr.& ſequitur Benuen.in tract.de ad-
iecto,p.1.nu.21.& 22.& 26. vbi poſt Iaſ.in
d.l.cum qui ita,§.qui ſibi,nu.2.aliā affert ra
tionē,quę ferè eſt eandem cum ſupradicta.

16 Non etiam omittendā cenſeo,aliam no-
tabilem limitationem ad prædictam tertiā
concluſionem, videlicet, quod licet regula
ſit,quod dictio, aut, poſita inter perſonas
honoratas,ſeu vocatas,reſoluitur in coniū-
ctam, &, tamen hoc non procedit quando
contrahentium,vel diſponentium mens, &
intētio refragatur,quia tunc iſta dictio,aut,
remanebit in ſua natura alternatiuæ, nec
reſoluetur in coniunctam, vt tenet Alber.
in l. cum quidam,ante num. 10. C.de verb.
ſign.vbi in verſ. ſed ponamus, affert talem
ſpeciem ſatis quotidianam.

Profecturus ad longinquas regiones,de-
poſuit libros pęnes monachos Diui Fran-
ciſci, & eiſdem dixit,libros Męuio, aut Ti-
tio,aut mihi reſtituetis, num reſtitutio om-
nibus fieri debeat, ſeu magis vni recte fiat;
& ait,ſi acceperimus diſiunctiuam pro con
iuncta,omnibus reſtitutio fienda eſſet, ſed
quia hæc non videtur, quod fuerit intentio
loquentis, vni tantum poterit reſtitui, ſe-
cundum Iacob.Raben.argumento.l.dona-
tionis,§.pęn.ff.de donat. l.Publia,ff. depo-
ſiti.l. creditor.§.duobus,ff.mandat. refert ac
probat Iaſſ.in d.l.cum quidam,in 8.limit C.
de verb.ſig.ſequitur etiā Benuenu. in tract.
de adiecto,3.p.ex nu.129.fol.231.

Et pro iſta limitatione facit,quod tradit
Fontan.in addit.marginal.ad cap.cum plu-
res de offic. deleg. in 6. vbi ait, quod licet
regula ſit, quod dictio, aut, alternatiua pō
ſita inter perſonas honoratas, reſoluitur
in coniunctam, tamen hoc fallit, quando
aliud conſtaret de mente diſponentis ex-
preſſe, vt in l. Titio, aut Seio, ff. de leg.
1. vel etiam quando tacite conſtaret de
contraria mente diſponentis, vt in l. cum
pater, §. pęn. de legat. 1. vbi teſtator di-
xit, peto, vt prædia liberis tuis relinquas;

& ſi eos non habueris, tuis, ſine meis propinquis, aut etiam noſtris libertis, ex text. ibi dicit, non eſſe datam electionem, ſed ordine ſcripturę factam fuiſſe ſubſtitutionem, vbi gloſ. in verb. ordine, ait, in eo tex. dictionem, vel, & aut, non accipi coniunctiuè pro, &, itaque ſimul non admittuntur, quia in eo textu, & ſermonis conceptione, & perſonarum affectione, conſtat illa verba aliter intelligi, & ſummi debere.

17 Quia primo ſcriptus, cenſetur primo vocatus, & ſic patet ibi, quod quando ex coniecturis colligitur contraria mens diſponentis, dicto, aut, non ponitur coniunctiue, vt etiam tenet gloſ. in dict. cap. cum plures, in verb. forma ad medium, de offic. de leg. in 6. per tex in dict. l. cum patet, §. penult. de legat. 2. & l hæres mei, §. fin. ad Trebellian. & cap. mandaro, de pręben. in 6. cap. penul. de elect. in 6. & tenet gloſ. in l. cum quidā, in verb. in perſonas, C. de verbor. ſignific. vbi etiam Doctores, & textus in l. generaliter, vbi poſt alios Iaſſ. & Dec. num. 1. C. de inſtitution. illud affirmant allegando Socin. conſ. 52. col. 5. vol. 1.

18 Quarta concluſio, quando dictio, aut, ponitur inter perſonas grauatas, ſeu ad onus vocatas, tunc ſtat in natura propria alternatiuæ, ſiue diſiunctionis, vt Lucius hæres meus, aut Titius hæres meus, Sęio centum dato, nam ſunt duo rei debendi, & quilibet tenetur in ſolidum, & vno ſoluente, alter liberatur, l. ſi ex toto, §. 1. de leg. 1. ita per eum tex. tenet in propoſito hanc concluſionem, Neapodemus in conſuet. ſi quis, vel ſi qua, num. 159. in 2. regu. fol. 119. & eandem tenet Fontanus in addit. marginali ad dict. cap. cum plures, de offic. de leg. in 6. ad quod etiam allegat ipſum met textum in dict. cap. cum plures, quia ibi, vt ait, dictio, aut, alternatiue accipitur, quia ponitur inter perſonas grauatas, ſeu ad onus vocatas, quia iudicatura onus eſt, & grauamen, l. vltim. §. iudicandi, ff. de muner. & honor. & cap. Paſtoralis, de offic. de leg. ibi exonetare, &c. & gloſ. in c. ſi contra vnum, in verb. probari, poſt med. de offic. de leg. in 6.

19 Quinta concluſio, quando ponitur iſta dictio, aut, inter perſonas, & in caſu ſimpliciter odioſo, vt condemno ad mortem Titium, aut Sempronium, tunc, non ponitur coniunctiuè, cum forte nullus veniat damnandus, argumento, l. præſes, ff. de pæn. Neapod. in conſuet. ſi quis, num. 159. in 3. reg. fol. 119. de ſucceſ. ab inteſt.

Sexta concluſio, quando ponitur inter
20 contractus vnius perſonæ, ponitur contra proferentem, qui potuit apertius dicere, vt puta ſi dicat, dedi, aut donaui, quia hoc caſu, pro coniuncta accipitur, & interpretabitur contra proferentem, l. ſępe, §. 1. de verb. ſignif. Neapod. in conſuet. ſi quis, numer. 159. in 4. regul. de ſucceſ. ab inteſt. fol. 119.

21 Septima concluſio, quādo dictio, aut, ponitur nō inter perſonas, ſed inter res, ſtat in propria natura alternatiuę, vt ſi dicatur; lego filio meo domum meam, aut hortum meum, vel dicatur, illam aut illam rem tali relinquo, quia hoc caſu, ex quo iſta dictio poſita eſt inter res, ſtabit in propria natura alternatiuę; textus expreſſus, in l. cum quidam, ad fin. verſ. ſed hoc, C. de verbor. ſignif. & ibi gloſ. in verb. incorrupta, vbi etiam Doctores, l. Lucio, de leg. 2. l. plerumque, ff. de iur. dot. Neapod. in conſuet. ſi quis, num. 159. in quinta regul. de ſucceſ. ab inteſtat. fol. 119. & hoc caſu, hæredis, vel debitoris erit electio, l. ſi in emptione, §. pæn. & l. ſi ita, ff. de contr. empt. l. plerumquè, in fin. de iure dot. & §. huic autem, inſtit. de actionib. vbi Iaſſ. num. 6. & 10. late tradit, l. ſi quis, C de condic. indob. gloſ. in dict. l. cum quidam, in verb. incorrupta, C. de verb. ſignif. gloſ. Din. Anchar. & omnes in reg. in alternatiuis, de reg. iur. in 6. quia in alternatiuis illius electio eſt, ad quem verba diriguntur, l. 3. ff. de eo quod cert. loc. Abb. in cap. inter cæteras de reſcript. Rebuf. in concord. in rub. de elect. §. 1. in verb. quique bis, Mandoſ. in gloſ. facult. §. ac etiam in verſ. aut, fol. 260. colum. 2. ad principium, Chaſſeneus in couſuet. Burgund. rubr. 9. §. 21. in ver. *Aut choiz*, num. 1. & 2. Decius conſ. 12. verſ. ſecundo probatur, Neguſan. de pignor. 5. par. prin. num. 7. Benuenut. in tract. de aſſecuration. in præfat. num 63. fol. 33. Iaſſ. in §. huic autem, ex nu. 10. inſtit. de actionib.

Octaua concluſio, quando ponitur in
22 conditionibus poteſtatiuis, vel caſualibus, tunc, alternatiua ſtat in propria natura diſiunctionis, & alternatiuæ, l. cum pupillus, ff. de conditio. & demonſtrat. l. ſi hæredi, ff. de cond. inſtit. ſed fallit quando ex intellectu diſiuncto reſultaret iniquitas, l. generaliter, C. de inſtitut. & ſubſtitution. & tradit Neapo-

Digitized by Google

Neapodemus in conſuet. Neapol. in d. conſuet. ſi quis, nu. 159. in 6. reg. fol. 119.

23 Nona concluſio, in delictis accipitur coniunctiuè, & diſiunctiuè, l. is qui in puteum, §. hoc interdictum, iun. & gloſ. in verb. ſufficiat, ff. quod vi aut clam, l. fin. C. de vend. rebus ciuit. Neapod. in dict. conſuet. ſi quis, num. 159. in 7. regul. de ſucceſ. ab inteſtat. fol. 119.

24 Decima concluſio, in arbitrarijs, ideſt, in his, quæ arbitrio alicuius diſiunctiue committuntur, ſtat in propria natura diſiunctionis, ſeu alternatiuę, l. 1. ff. de cuſtod. reor. Neapod. in dict. conſuet. ſi quis, num. 159. in 8. reg. de ſucceſ. ab inteſt. fol. 119.

Vndecima concluſio, vbi dictio, aut, ponitur inter ea, quæ ſimul eſſe non poſſunt, ſemper ſtat in propria natura diſiunctionis, ſeu alternatiuæ, vt dies eſt, aut nox, l. hæc verba, 124. ff. de verb. ſignif. Neapodem. in dict. conſuet. ſi quis, nu. 159. in 9. reg. de ſucceſ. ab inteſt. fol. 119.

¶ Singulare VII. de dictione, Autem.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Autem, aduerſatur, in iure, & in facto.*

2 *Quando dictionem autem, non præcedit aliquid cui aduerſetur ponitur inceptiue, ſeu declaratiue.*

3 *Quando iſta dictio, autem, ponitur in diſpoſitione, in qua ipſam præcedit genus, aduerſatur, & ſtricte intelligitur.*

4 *Quando ſunt enumerati aliqui caſus, ante dictionem autem, & quod ſequitur habet diuerſam rationem, ponitur aduerſatiue, ad ius, & ad factum.*

5 *Eſt aduerſatiua ad proxime præcedentia.*

6 *Licet ſit aduerſatiua, tamen repetit qualitates caſus precedentis in ſequenti, exceptis ijs, in quibus expreſſe aduerſatur.*

7 *Aduerſatur ex ſui natura ijs, quæ ſunt eiuſdem generis, & qualitatis.*

8 *Repetit qualitates præcedentes, non tamen ſemper.*

9 *Eſt diuerſificatiua, & aduerſatiua, & denotat diuerſum à caſu præcedenti.*

10 *Non eſt diuerſificatiua aliquando, ſed ponitur de conſuetudine notariorum.*

Accipitur pro, Quia, & pro, Certe.

DICTIO, autem, varias habet ſignificationes, ideo pro eius declaratione ſequētes cōſtituo concluſiones; quarum

1 Prima eſt, dictio iſta, autem, regulariter aduerſatur in iure, & in facto, tex. in l. hoc amplius, §. de his, & ibi glo in verb. autem, & Bart. nu. 1. ff. de damn. infec. l. ſed & ſi lege, §. quod autem, ff. de petit. hæred. l. fin, §. ſin autē, 1. & 2. C. cōmunia vtriuſq. iud. l. antiqui in ver. vbi autē, ff. ſi pars hæred. pet. cap. quoniam frequenter, §. in alijs, verſ. ſi autē, vt lit. non conteſt. c. reprehenſibilis, 26. §. ſi autem de appellat. tex. in cap. ſtatutū, in §. cum autē, & ibi glol. in verb. autem de reſcrip. in 6. & tex in cap. indemnitatibus, §. 1. ver. ſi autem, de elect in 6. Bart. in l. tranſigere, nu. 6. C. de tranſact. Archid. in cap. 1. 47. diſ. Socin. conſ. 278. col. penul. vol. 2. Iaſſ. in l. 1. §. ex contrario, nu. 5. ff. de acq. poſſ. Corne. conſ. 44. col. penul. vol. 3. Grat. conſ. 2. nu. 34. vol. 1. Pariſ. conſ. 111. nu. 27. vol. 1. & conſ. 44. nu. 2. vol. 2. Dec. conſ. 561. nu. 3. Aymon conſ. 208. nu. 5. Pariſ. conſ. 53. nu. 12. vol. 2. Bertran. conſ. 124. nu. 2. vol. 7. Oſaſc. deciſ. 108. nu. 13. Nat. conſ. 459. n. 2.

Hęc tamen concluſio fallit, quando di-
2 ctionem autem non pręcedit aliquid, cui aduerſetur, quia tunc ponitur inceptiue, ſeu declaratiue, l. quamquam autem, & in l. 1. §. 1. ff. de aqua pluu. arcen. & l. 1. in quatuor locis, & l. in cauſæ, §. hęc autem, l. ſed & hæ, §. non ſolum, l. omnium, & l. non ſolum, ff. de procurat. l. 2. ff. de iudic. l. 1. ff. de pact. l. argentarius, § edi. ff. de edend. cap. conquerente, verſ. nos autem, & verſ. tu autem, de offic. ordin. c. ſolitę, in 5. verſ. de maior. & obedien. cap. ex literis, & cap. veniens, verſic. 1. de tranſact. In quibus iuribus, iſta dictio, non aduerſatur, ſed declaratiue, vel inceptiue ponitur, quia ante eam non præcedit aliquid, cui aduerſetur, & hāc opinionem videtur tenere Neapodem. in conſuet. quod autem in litera A. de ſucceſ. ab inteſt. fol. 156. vbi ait, quod dictio, autem, aliquando inceptiue ponitur, vt ibi, & in l. 4. §. poſt litem, fin. regun. & tenet Mandoſ. in gloſ. facult. §. habita, in verb. ſed ad fin. fol. 225. vbi ait, quod dictio, autem, eſt continuatiua, & inceptiua in principijs librorum, aut tractatuum ſupponentibus pręcedentes, vt notauit Philoponus ſuper libro de generatione, qui incipit, de generatione autem.

Secunda concluſio, quando iſta dictio,
3 autem, ponitur in diſpoſitione, in qua ipſā
dictionem, autem, præcedit genus, tunc iſta
dictio aduerſatur, & genus ſtricte intelligi-
tur, vt eſt exemplum, in l. tranſigere, C. de
tranſact. & ibi declarat Bar. num. 6. & Ber-
trand, conſ. 124. num. 2. vol. 7.

Tertia concluſio, quando iſta dictio, au-
4 tem, ponitur in diſpoſitione, in qua ipſam
dictionem, autem, non præcedit genus, ſed
ſunt enumerati aliqui caſus, & poſtea ſubdi
tur dictio, autem, ſi illud quod ſequitur, ha
bet diuerſam rationem, tunc dictio, autem,
ponitur aduerſatiue ad ius, & ad factum, ita
probat tex. in l. hoc amplius, §. de his, ff. de
damn. infect. & ibi hoc tenet Bar. per eum
textum quem ſic dicit procedere, ſi vero
illud quod ſequitur poſt dictionem, autem,
habet eandem rationem, tunc ponitur cor-
rectiue, vt probatur in verſ. neratius eiuſd.
legis, & declarat Bar. in d. l. hoc amplius, in
§. de his.

5 Quarta concluſio, iſta dictio, autem, eſt
aduerſatiua, & aduerſatur ad proxime præ-
cedentia, Pariſ. conſ. 44. num. 10. vol. 2. & la-
te in conſ. 53. num. 121. in eod. vol. Deci-
us conſ. 561. n. 3. Pariſ. conſ. 111. n. 17. vol. 1.

6 Quinta concluſio, iſta dictio, autem, licet
ſit aduerſatiua, tamen repetit qualitates ca
ſus præcedentis in ſequenti, exceptis his in
quibus expreſſe aduerſatur, tex. in l. mariti,
§. fin. & ibi gloſ. & Bar. num. 1. ff. ad l. Iul. de
adult. Aymon conſ. 208. num. 5. quia aduer
ſatur ferentis eiſdem terminis, Grat. conſ.
2. nu. 33. vol. 1. Corn. conſ. 286. nu. 10. verſ.
ſuadet, vol. 1. Nam propria natura huius di
ctionis eſt aduerſari his, quę ſunt eiuſdem
generis, & qualitatis, vnde ſi dico, ſchola-
7 res ſtudent, Petrus autem ludit, intelligitur
Petrus ſcilicet ſcholaris, vt aduerſetur his,
quę ſunt eiuſdem generis, Bar. in d. l. mariti
§. fin. num. 1. ff. ad leg. Iul. de adult. Riminal.
qui ad hoc plures citat, in §. 2. nu. 32. inſtit.
quibus alien. non licet fol. 577. quem omni-
no vide, & Aymon. conſ. 208. num. 5. Corn.
in d. conſ. 286. nu. 10. verſ. & ſuadet natura
aduerſatiue autem, vol. 1.

8 Hinc eſt, quod propter iſtam dictionem,
cuius natura eſt, vt ait Nat. conſ. 570. nu. 8.
repetere qualitates præcedentes, ait Bal. in
l. omnes populi, verſ tertio modo, ff. de iuſt.
& iur. Quod ſi ſtatuto caueatur quod exiſtē
tibus maſculis fœminæ non ſuccedant ab in
teſtato, niſi in dote, facto autem teſtamēto,
non ſuccedant, niſi quatenus teſtator dixe-
rit eis relinquendum, debet intelligi facto
teſtamento, & maſculis exiſtentibus, quia
iſta dictio, autem, repetit qualitates præ-
cedentes, & quia omnis aduerſatiua habet
vim copulæ, ſecundum Doctores, in l. 1. ff. ne
quis eum qui in ius, & allegat glo. in §. item
lapilli inſtit. de rer. diuiſ. & Bald. ſequitur
Alex. in l. filius à patre, & ibi Iaſſ. nu. num. 7.
ff. de vulgar. Ancharr. in cap. Canonum ſta-
tuta, verſ. quærit etiā, Bald. de conſtitution.
Iaſſon in l. 1. §. ex contrario, num. 6. ff. de ac-
quir. poſſ. idem Iaſſ. in l. 1. ex num. 12. ff. ne
quis eum qui in ius.

Iſta tamen quinta concluſio limitatur, vt
nō procedat, quoad omnes qualitates, quia
iſta dictio, autem, non repetit omnes quali
tates pręcedentes, vt tradit Iaſſ. in l. nam, &
poſtea, §. ſed & ſi quis, num. 9. ff. de iure iu-
ran. per illum textum, per quem dicit eſſe
limitandam prædictam concluſionem.

Limitatur etiam prædicta quinta conclu
ſio, vt non ſemper iſta dictio, autem, repe-
tat qualitates præcedentes, vt patet in l. fin.
ff. de ferijs. & in l. plane, §. quod ſi rem, de-
leg. 1. & in l. filius à patre, vbi notat Iaſſ. nu.
23. ff. de vulgar. vbi per eum tex dicit, quod
non ſemper dictio aduerſatiua, autem, repe
tit qualitates præcedentes.

9 Sexta concluſio, iſta dictio, autem, eſt di-
uerſificatiua, & aduerſatiua, & denotat di-
uerſum à caſu præcedenti, Bar. in l. pater fi-
lium, §. quindecim, de leg. 3. gloſ. & Bart. in
l. mariti, §. cum autem, ff. ad l. Iul. de adult.
gloſ. & Bart. in l. hoc amplius, §. de his, nu. 5.
ff. de damn. infec. Alber. in diction. in verſ.
autem, Iaſſ. in l. 1. numer. 5. de acquir. poſſ.
Marzar. in epit. de fideicom. quęſ. 3. in prin.
& faciunt tradita in prin. Et hinc eſt, quod
ſi teſtator fecit aliqua prælegata ipſi hæredi
inſtituto, & poſtea dicat, in alijs autē bonis
hæredē meū inſtituo Titium filiū meum, &
poſt eius mortē, ſubſtituo Semproniū filiū
meū, ſeu grauo Titium hęredē meum, vt re
ſtituat bona mea Sēpronio filio meo, quod
per iſta verba, in alijs autem, quæ ſunt di-
uerſificatiua, hæres non tenetur reſtituere
bona ei prælegata, ſed tantum bona, in qui-
bus fuit inſtitutus, quia quando apponun-
tur in inſtitutione verba, in alijs autem, tūc
prælegata non comprehenduntur in fidei-
commiſſo vniuerſali ſubſequenti, Fulgoſ.
conſil. 99. columna. 2. verſic. iſtud namque
verbum, & in illo caſu, Cuman. conſil. 37.
cum

cum ſimilibus adductis per Pariſ. conſ. 63. num.22. lib. 3. Siluan. conſ. 49. num. 23. verſ. non obſtat, Barbac. conſ. 58. col. 4. verſ. quarto, vol. 3. Zabarel. conſ. 58. nu. 1. vbi ponderat dictionẽ, vero; aduerſatiuam, Dec. conſ. 653. nu. 6. vbi reprobat Paul. de Caſtro contrarium tenentem, Durand. de arte teſtand. tit. 4. cap. 4. nu. 2. Corn. conſ. 91. col. 3. verſ. inſuper, volu. 1. Iaſ. conſ. vlt. circa fin. verſ. tertio, vol. 4. Socin. iun. conſ. 107. n. 45. verſ. *In rati vera menti gliâtri mei beni*, lib. 3. vbi allegat Fulgoſ. Dec. & Pariſ. & in illo caſu conſuluit Mantuan. conſ. 216. nu. 1. Alciat. conſ. 480. num. 16. Emilian. conſ. 35. num. 1. verſ. quod etiam probatur, & conſ. 39. num. 26. verſ. poſſet, & conſ. 44. num. 6. verſ. de expreſſa.

Sed contrarium in facti ſpecie propoſita, quod imo veniant prelegata, non obſtantibus his verbis, tenet Butr. conſ. 69. verſ. niſi forte, Curt. iun. conſ. 13. in fin. Alexan. conſ. 25. nu. 12. ver. non obſtat, vol. 1. Ruin. conſ. 38. nu. 17. vol. 5. Pariſ. conſ. 79. nu. 23. vol. 4. Portius conſ. 6. nu. 28. Nat. conſ. 321. num. 1. verſ. non obſtat, Zanchus in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 373. verſ. amplia ſecundo, qui plures alios citat, & Marzar. in epit. de fideicom. q. 3. per totã, vbi plurimos affert, qui certe ad id mouentur non ex eo, quod

10 dictio, autẽ, non eſt diuerſificatiua, ſed quia illa dictio ſolet poni de conſuetudine notariorum, quæ potius per imperitiam dicta videntur, quam quod denotet iuris myſteriũ, mouentur etiam alijs rationibus, vt per ipſos.

11 Septima concluſio dictio, autem, aliquãdo accipitur pro, quia, item pro, certe, vt probat textus, iuncta glo. in l. Offidius, ver. ex diuerſo contradicebatur, ff. de leg. 3. & tradit Mandoſ. in gloſ. facult. in §. habita, in verb. ſed, in fine, fol. 225. & Pariſ. conſ. 53. num. 30. vol. 2.

Singul. VIII. de præpoſitione, Circa.

SVMMARIVM.

1 *Dictio iſta, Circa, accipitur pro erga, ſeu, quoad.*
2 *Accipitur pro, in.*
3 *Accipitur pro iuxta, ſeu, prope.*
4 *Modicum tempus, ſignificat paulò poſt, vel minus.*
5 *Non extenditur vltra ſex menſes, ſecundum aliquos.*
6 *Eſt incerta circa aliquod tempus, & nihil operatur, & nihil probat, quando tempus debet eſſe completum.*
7 *Hac dictio, quod circa ſubiectam materiam operari debeat, arbitrio iudicis relinquendum eſt, non tamen poteſt ipſe iudex vltra ſex menſes extendere ex auctoris ſententia.*
8 *Coniuncta rebus, non principalitatem, ſed acceſſionem denotat.*

1 PRIMO dictio, circa, accipitur pro, erga, ſeu, quoad, ſic in l. nec quicquam, §. circa aduocatos, ff. de offic. Procon. l. circa eum, ff. de probat. cap. vt circa, de elect. in 6. Mandoſ. in gloſ. facult. §. volentes, in verſ. circa, fol. 175.

2 Secundo accipitur pro, in, vt in l. circa, de inoff. teſtam. l. ſi cum dotem, §. fin. ff. ſol. matr. Mandoſ. in d. §. volẽtes, in verſ. circa, fol. 175. & Tiraq. de retr. linag. §. 1. gloſ. 11. num. 75. vbi allegat Bald. de hac dictione videndum in l. Rutilia pola, de contr. empt. & in cap. dilecto de teſtib.

3 Tertio accipitur pro, iuxta, ſeu prope, prout Numer. cap. 13. Cananeus vero moratur, iuxta mare, & circa fluenta Iordanis, & Iudic. c. 6. ibi, & nemus, quod circa aram eſt, ſuccide, & Quintil. lib. 6. cap. 13. Tabernæ autem erant circa forum, ſic & in l. 1. ff. de offic. præfec. vigil. verſ. erat autem familia publica circa portas, & muros diſpoſita, & in l. 1. in prin. de ripa muni. Mandoſ. in d. §. volentes, in verſ. circa, fol. 175 gloſ. prag. ſanct. in tit. de his qui temp. diu. offi. in ver. circa, fol. 168. col. 3. ibi, circa Eccleſiam, id eſt, vſque ad modicam diſtantiam ab Eccleſia.

4 Quarto accipitur pro, tempore, vt in cap. continebatur de deſponſ. impub. verſ. ſi autem fuerit ætati proxima; & quando accipitur in hac ſignificatione, eſt aduertendum, quod ſunt plures Doctorum opiniones, an iſta dictio operetur extenſionem vltra ſex menſes, aliqui namque tenent, quod ſi defectum ætatis patiens in reſcripto dicat iſti duodecimo, vel circa ſuę ætatis anno conſtitutus, quod etiã ſurreptitium reſcriptum, ſi in vndecimo anno, & duobus menſibus

ſit conſtitutus, quia per iſtam dictionem nõ
fiet extenſio vltra ſex menſes, ſed tantum ad
modicum tempus, vt per Alber. de Roſat. in
diction. verb. circa finem anni, Boſſ. in prax.
tit. de defenſ. reor. num. 28. fol. 221. dicens,
quod iſta dictio, circa, denotat modicum
poſt, vel modicum ante, & hoc ipſum tenet
Pariſ. conſ. 104. num. 13. vol. 1. vbi dicit, hãc
dictionem in modico verſari, & Alex. conſ.
120. num. 8. ait, iſtam dictionem ad modicũ
referri, & idem etiam aſſerit gloſ. in prag.
ſanct. in dicto tit. de his, qui temp. diu. off. in
verſ. circa, & pulchre Rebuf. in prax. tit. de
diſpen. ratione ætatis, in verb. ſeu circa, vbi
in n. 3. & 4. ait, quod iſta dictio denotat mo
dicũ tẽpus, paulò poſt, vel minus, ſed nõ vl-
tra ſex mẽſes; & ideo quod nõ valebit reſcri-
5 ptum huiuſmodi, & quod dictio circa, non
extenditur vltra ſex menſes, tradit Abb. in
cap. Atteſtationibus num. 4. & ibi gloſ. verſ.
circa de deſpon. impub. Guid. Pap. per eam
gloſ. ſingul. 436. Alij vero tenent, quod imò
validum ſit huiuſmodi reſcriptum, quia
dictio iſta, circa, non tantum ſex menſes, ſed
aliquid vltra operatur; iuxta tex. in §. quáta
igitur, in auth. quo modo oport. epiſc. ver.
& circa quinquaginta annos, & tradit Ang.
conſ. 117. poſt princi. Tertia opinio eſt; quã
6 do iſta dictio, circa, eſt incerta circa aliquid
tẽpus, nihil operatur, & nihil probat quãdo
tempus debet eſſe completum, & certum
Alex. conſ. 149. num. 17. Menoch. de arbitr.
caſ. 46. num. 1. & ideo aſſerit, quod quando
tempus debet eſſe completum, iſta dictio,
circa, annullat actum, vt puta ſi aliquis de-
beat ſtuduiſſe per quinq. annos completos,
non ſufficit, ſi teſtis dicat, quinque annos,
vel circa, vel pone exemplum in tempore
decem annorum requiſito ad præſcriptionẽ
quia non ſufficit, ſi dicat, ſe poſſediſſe inter
præſentes per tempus decem annorũ, vel cir
ca, quia iſta dictio, circa, eſt incerta, & nihil
probat, quando neceſſario tempus debet eſ-
ſe completum; vnde non eſt probata præſ-
criptio, Rebuf. in prax. tit. de diſpenſ. ratio-
ne ætat. in verb. ſeu circa, num. 5. & 6. Abb.
in cap. Tuæ nobis num. 3. de deſponſat. im-
pub. & ibi addit. margin. in litera D. Alex.
conſ. 217. volu. 7. num. 10. & conſ. 66. vol. 7.
nu. 6. Guid. in d. ſing. 436. Secus vero ſi teſtis
dicat, quod vidit poſſidere per vndecim an
nos, vel circa, quia tunc probata eſt præſcri-
ptio decem annorũ; quia dictio iſta, circa,
parũ detrahit de tempore antea dictio, &
teſtis ſatis deponit de tempore decẽ anno-
rum ad præſcriptionẽ requiſito, ex quo de-
ponit de vndecim annis, vel circa, ita decla
rat Bonius in tract. de ſtatu. vrb. præſ. gloſ.
24. nu. 10. verſ. ſi vero teſtis, fol. 187. vbi pro
hac dictione allegat Bar. in l. Celſus, & ibi
Claud. Seyſel, & Balb. nu. 149. de vſucap.
7 Quarta deniq. opinio eſt, quod remitta-
tũr arbitrio iudicis, quid circa ſubiectã ma-
teriam operari debeat hæc dictio, iux. gloſ.
verb. circa, in cap. 1. in fin. de offi. ord. in 6.
vbi DD. & tradunt gloſ. in prag. ſanct. tit. de
his qui temp. diu. offi. in verb. circa, in fi. Me
noch. caſ. 36. ex nu. 4. Ruin. conſ. 130. vol. 4.
nu. 5. dicit, quod importat modicũ, & incer
tum tempus, & ad arbitriũ iudicis illud re-
linquitur, Mandoſ. in glo. facult. §. volentes,
in ver. & circa, fol. 176. vbi ait, omnes iſtas
quatuor opiniones de facili defendi, & ſu-
ſtineri poſſe. Ego vero illã opinionẽ verio-
rem, & cõmuniorem eſſe puto, vt licet re-
mittatur arbitrio iudicis, quid iſta dictio
operari debeat, ipſe tamen iudex nõ poſſit
huiuſmodi dictionẽ vltra ſex menſes exten-
dere, quam opinionem ſequitur Rebuf. in
dicto tit. de diſpenſ. ratione ętat. verb. ſeu
circa, num. 3.
8 Quinto, dictio iſta rebus coniuncta, non
principalitatem, ſed acceſſionẽ denotat, vt
tradit Rebuf. in l. vni. in gloſ. in verb. prout,
nu. 153. C. de ſenten. quę pro eo, vbi etiam,
quod aliquãdo ponitur pro intra, & aliquã
do pro in, Tiraq. retr. lin. §. 1. glo. 11. nu. 75.

Singular. IX. de prępoſitione, Cum.

SVMMARIVM.

1 *Dictio iſta, cum, varijs modis in iure ſumitur.*

2 *Quando hac dictione, cum, vt aduerbio vtimur, tempus ſignificat.*

3 *Quando ponitur loco dictionis, ſi, inducit, vel denotat conditionem; & tantum valet, quantum dictio, ſi.*

4 *Quando ipſa vtimur loco copulæ, &, eſt copulatiua, & coniunctionem inducit.*

5 *Quando iſta dictio, cum, ponitur inter res, quarum vna alteri accedere poteſt; tunc coniungit æque principaliter, non autem acceſſorie, & nulla eſt differentia inter dictionem, &, dictionem, cum.*

Quan-

Digitized by Google

6 *Quando ponitur inter res, quarum vna erat acceſſoria ad aliam, tunc coniungit acceſſorie, & ſublata principali, corruit acceſſorium.*

7 *Quando ponitur inter perſonas, coniungit æque principaliter.*

8 *Iſta dictio, cum, magis coniungit quam dictio, &.*

CVM, in iure varijs modis ſum-
1 mitur, vt per Alber. in verb. cum, Bat. & Paul. & Iaſſ. nu. 1. in l. Titia textores, §. nihil, ff. de leg. 1. & Iaſſ. in l. ſi ancilla de leg. 1. ex num. 1. Luc. de Pen. in l. omnes, 1. colum. 15. verſ. de præpoſitione, cum, C. de decurion. lib. 10. & in l. milites, poſt princ. vbi gloſ. in verb. poſt, C. de re milit. lib. 12. Mandoſ. in gloſ. facult. §. habita, in verb. cum, Bar. in l. 1. ex num. 8. ff. de cond. & demonſt. Ioan. Andr. in l. nullus ex conſilio ex num. 10. de reg. iur.

Et preſtringendo varia in diuerſis locis,
2 de hac dictione tractata, ſic diſtinguendum puto per ſequentes concluſiones, quarum prima ſit, quando dictione, cum, vt aduerbio vtimur, tunc iſta dictio tempus ſignificat, ad not. in l. qui promiſsit, ff. de cond. indeb. & in l. quodcunq. §. fin. de verb. obli. Mandoſ. in gloſ. facultatem, §. habita, in ver. cum, fol. 133. col. 2. Iaſſ. in l. ſi ancilla ex nu. 1. de leg. 1. Grat. conſ. 103. num. 7. vol 2.

3 Secunda concluſio, quãdo dictione, cum, vtimur loco dictionis, ſi, tunc denotat & inducit conditionem, & tantum valet quantum dictio, ſi, vt eſt tex. in l. qui promiſsit, de cond. ind. l. quicunque, §. non ſolum, l. huiuſmodi ſtipulatio, de verb. oblig. Mandoſ. in gloſ. facult. §. habita, in ver. cum, fol. 133. colum. 1. & huc referri poteſt, Bar. in l. 1. ex num. 8. ff. de cond. & demon. & ibi addit. & Dec. conſ. 401. vbi alios citat, & Cephal. conſil. 22. nu. 4. vol. 1. Grat. conſ. 1. num. 94. vol. 1. Pariſ. conſ. 19. num. 12. volu. 2. qui tenent quod dictio iſta, cum, conditionem inducit, & Grat. conſil. 103. numer. 7. volum. 2. ait, quod iſta dictio, cum, principaliter denotat tempus, & ſecundario conditionem.

4 Tertia concluſio, quando dictione, cum, vtimur vt præpoſitione, & loco copulæ, &, tunc eſt copulatiua, & coniunctionem inducit, Bart. Paul. & Iaſſ. ex numer. 1. in l. Titia textatores, §. nihil. de leg. 1. & Iaſſon in l. ſi ancilla ex num. 1. & 2. de leg. 1. Mandoſ. in dict. gloſ. facult. §. habita, in verſic. cum, fol. 232. & 233. & in §. & in ipſa, in ver. cum, fol. 290. Chaſſen. in rubr. 2. §. 1. in verſ. *Il conſiſque*, numer. 1. Pan. in cap. cum Marthę, §. queſiuiſti num. 3. de celebr. miſſ. Ant. de Butr. in capit. in literis, colum. 1. de reſtit. ſpol. Ripp. lib. 1. reſponſ. cap. 3. num. 25. Abendan. de exeq. mand. lib. 1. cap. 19. num. 6. Benuenut. de adiecto, 4 par. quæſt. 4. num. 1 cum ſequentibus, vbi alios plures citat. Pariſ. conſ. 19. vol. 2. num. 12. Dec. conſ. 401. numer. 1. Abend. lib. 1. de exeq. mand. capit. 19. numer. 6. Ruin. conſil. 130. nu. 10.

Sed quoniam difficultas eſt; an & quando iſta dictio, cum, eſt copulatiua, an tunc copulet, & coniungat acceſſorie, an vero eque principaliter? Quia in hoc iura varie loquuntur, vt patet ex Bart. Paul. & Iaſſon num. 1. in dict. l. Titia textores, §. nihil, de leg. 1. & ex Iaſſ. in l. ſi ancilla, ex num. 1. eod. tit. & ex Mandoſ. in gloſ. facult. §. habita, in ver. cum, fol. 232. vbi allegat iura pro, & cõtra, ideo in hac difficultate diſtinguendum puto cum Iaſſ. num. 1. in d. l. ſi ancilla, vt di-
5 camus, quod quando iſta dictio, cum, ponitur inter res, quarũ vna alteri accedere non poteſt, vt lego domum cum vinea; tunc coniungit eque principaliter, non autem acceſſorie, & nulla eſt differentia inter dictionẽ &, & dictionem, cum, vt ex tex. in l. Titia textores, §. nihil, vbi DD. de leg. 1. & tenent Chaſſen. in rub. 2. §. 1. in ver. *Il conſiſque*, nu. 1. Dec. in authen. ingreſsi nu. 23. verſ. in gloſ.
6 C. de ſacroſanct. Eccl. Sed quãdo iſta dictio ponitur inter res, quarum vna erat acceſſoria ad aliam, tunc coniungit acceſſorie, & ſublata principali, corruit acceſſorium, l. ſi quis ancillas, vbi Iaſſ. declarat in num. 1. de leg. 1. l. 1. 2. & 3. de pecul. leg. l. ſi cui ſerui in princ. de leg. 1. & vtrobique Bart. cap. cum Marthę, §. queſiuiſti, & ibi Panorm. num. 3. de celebr. miſſ. & ibi addit. Bart. in Aut. ingreſsi, col. penul. & ibi Dec. num. 23. verſ. in glosa, C. de ſacroſanct. Eccl. vbi declarat Dec. quid differat dedicare ſe cum ſuis bo-
7 nis Eccleſiæ, vel ſe & ſua bona. Quando vero iſta dicto ponitur inter perſonas, tũc cõiũgit eque principaliter; Bal. conſ. 414. vol. 5. Socin. conſ. 40. n. 1. vol. 1. vbi dicit, quod iſta dictio, cum, poſita inter perſonas, operatur per modũ copulæ, & idẽ, quod copula, & ſic tantã poteſtatem attribuit vni ſic cõiuncto, quantã habet omnes alij, & Benuen. de adiect. 4. p. q. 4. n. 1. fol. 249. ait, quod dictio, cum, poſita inter perſonas habet eandem vim, quam dictio, &.

Illud tamen non eſt obliuioni tradendū,
8 quod iſta dictio, cum, magis coniungit, quā dictio, &, vnde aliud eſt dicere Tirius, & Meuius venerunt Romam, & Tirius cū Meuio venit Romam; primo enim caſu, nō eſt neceſſariū pro veritate propoſitionis, quod ſimul venerint; ſecus vero in ſecundo caſu, in quo etiam videtur demonſtrata qualitas temporis, ſicut & aliud eſt dicere, inſtituo filium cum nepote, pro quibus eſt vidēdus Lancel. pollit. in tract. ſubſtit. dum loquitur de vulgari, par. 2. num. 23. Mandoſ. in gloſ. facult. 5. & in ipſa, in ver. cum, fol. 291. DD. in l. Gallus, §. 1. de liber. & poſth.

Singulare X. de prępoſitione De.

SVMMARIVM.

1 *Dictio iſta, De, regulariter cauſam materialem ſignificat.*
2 *Denotat cauſam proximam, & immediatam.*
3 *Aliquando cauſam remotam ſignificat ſecundū ſubiectam materiam.*
4 *Denotat ſubſtantiam.*
5 *Aliquando ponitur taxatiue, non demōſtratiue.*
6 *De facto procedere eſt contra ius, vel manu Regia.*
7 *De conſilio procedere, & cum conſilio procedere differunt.*

1 PRIMO ſciendum eſt, dictionem iſtā, De, regulariter cauſam materialem ſignificare, ſicut ſi dicatur, cultellus eſt de ferro, & ſic cauſa materialis cultelli eſt ferrum, & tradit Bal. in l. ex arrali in prin. C. de act. empt. Dec. in rubr. de reb. cred. in 1. lect. num. 1. & in 2. lect. num. 4. Bald. in l. ex hoc iure, num. 14. de iuſt. & iur. & in l. ſi plures in fin. vers. tudic, C. de cond. inſt. Io. Franciſ. Pauin. de offic. & poteſt, capit. ſed. vac. in 1. prælud. nu. 1. Pariſ. conſ. 18. num. 37. volu. 3. & hoc quia eſt iuncta materia, nam dicitur de ferro; ſecus ſi iungatur loco, vt quia dicatur Baldus de Peruſio, quia denotat cauſam naturalem ſumptam de loco, & denotat originem, vt tradit Bald. in dict. l. ex arrali, & in dict. l. ſi plures, & in dict. l. ex hoc iure, & Dec. in rubr. de reb. cred. in 2. lect. num 4. Pauin. in dict. 1. prælud. numer. 1.

2 Secundo, iſta dictio de ſui natura denotat cauſam proximā, & immediatam; Paul. de Caſtr. in l. non dubium num. 11. & ibi Iaſ. num. 24. C. de legib. & eſt tex. in l. 1. §. nunc videamus. ff. de coniun. cum eman. lib. ibi non de bonis, ſed propter bona, & not. Bart. in l. 1. §. emancipatus, nu. 1. ff. eod. idē Bart. in l. 1. §. ſi plures, in 1. quæſt. in princ. nu. 4. de exerci. Bal. in l. de pecoribus, nu. 3. verſ. item de dictione, C. ad l. aquil. Dec. in rubr. ff. ſi cert. pet. in 1. lect. nu. 1. & 2. & in 2. lect, nu. 5. Ant. de Sola in conſtit. Sabau. 2. p. tit. de alien. bon. min. gloſ. 3. num. 47. Bar. in l. 1. §. ex incēdio, verſ. idem de dictione, de, ff. de incend. ruina, & naufr. Barbac. de præſtan. Cardin. 2. quæſt. par. 1. poſt n. 21. Tiraq. tract. ceſſ. cau. in 20. limit. num. 31. verſ. nam & dictio, de, vbi late, Pariſ. conſ. 9. num. 44. vol. 2. Iacob. de Sancto Georgio, in l. quotiens, nu. 4. de probat. Gomeſ. in reg. de infim. reſign. q. 11. verſ. & iſta opinio, fol. 84. colu. 2. Dec. conſ. 624. nu. 3. vbi notabilem caſum per iſtam dictionē decidit, Euerard. conſ. 142. in fin. Mandoſ. in gloſ. facult. in §. habita, in ver. de eorum, fol. 214. & melius per ipſum Mandoſ. in reg. cancell. 12. quæſt. 2. nu. 7. Boer. deciſ. 44. nu. 29. fol. 103.

Ex qua natura dictionis, de, inferunt Doctores, quod ſtante ſtatuto, quod pax fieri non poſsit de percuſsionibus ſanguinolentis, & ego impuli te ad terram, & colliſſo capite ad lapidem, exiuit ſanguis; quod non habebit locum ſtatutum, quia ſanguis non proceſsit immediate ex impulſione ad terram, ſed accidentaliter ex colliſsione lapidis; ita tenet Bald. in l. de pecoribus, n. 3. C. ad l. aquil. Dec. in rubr. ſi cert. pet. in 1. lect. num. 1. & in 2. num. 5. Iaſſ. in l. non dubium, num. 24. C. de legib. Dec. conſ. 624. num. 3. & addit. ad Panorm. in cap. inter dilectos, num. 4. in fin. verſ. dictio, iuxta med. de fid. inſtrumen. Et ſic, ſi ſtatutum ponat certam pęnam acuſato de homicidio, non habebit locum in eo, qui mandauit committi homicidium, quia dictio, de, ſignificat cauſam proximam, & immediatam, & mandans nō fuit cauſa proxima, & immediata; ita tenet Bald. in l. non dubium in 5. notab. & ibi Paul. de Caſtr. num. 11. & Iaſſ. num. 24. C. de legib. Dec. in rubr. ſi cert. pet. in 1. lect. numer. 2. Bald. in l. peremptorias, colum. 6. verſ. quæro quid ſi ſtatutū, C. ſenten. reſcin. nō poſſ. & in l. 1. in 4. oppoſ. C. ſi cert. exter.

& idem

Digitized by Google

& idem Bal in l.ex hoc iure,n.14.verſ. facit ſimiliter ad ſtatutum,ff.de iuſt.& iur.

3 Aliquando tamen iſta dictio,de, cauſam remotam ſignificat,ſecundũ ſubiectam materiam,quando alias cõſtaret de mente diſponentis, vt in l. ſi finita, §. deinde ,ff. de damn.infec.per quem tex.ootat ibi Bart.n. 1. quod iſta dictio denotat ratiooem remotam, quia ibi non de opere, ſed de damno futuro ex opere ſatis datur,& ibi etiam Alexand.in addit.Boer.deciſ.44.num.29. Dec. conſ.624.nu.3. & Mandoſ.in reg.12.quæſt. 2.num.8.Bart.in l.1.§. ex incendio num.1. de incen.ruina & naufr.idem Bart.in l.Prætor ait, §.quod de his, num.2. de bon.aut. iudic.poſſ.& Dec.in rubr.ff.ſi cert.pet.in 1. lect.num.2.

4 Tertio,iſta dictio,de,ſubſtantiam denotat,Socin.Iun.conſ.82.n.11.vol.3. Pabin.in tract.capit.ſed.vac.in 1.prȩlud.ex numer.1. Tiraq.tract.ceſſ. cauſa,in 20.limit.num.32. verſ.hæc enim dictio.

5 Quarto,iſta dictio,de,taxatiuè aliquãdo ponitur, nõ demonſtratiue,puta ſi dicatur, relinquo tali decem corbes frumẽti de fundo , ſeu agro meo, ſito in tali loco, quia ex quo dictio , de , ponitur taxatiue , ſi in eo agro non colligãtur tot corbes,non poterit legatarius peterȩ ſuplementum ex grano,ꝙ in alijs agris colligetur,l. Lucius, ff.de alim. leg.l.quidam teſtamento in princ. deleg.1. Paul.de Caſtr.conſ.338.numer.3. volum.1. Dec.conſ.500.nu.15.Ioan.de Amic.conſil. 46.Petr.Pechius de teſtamen.coniug.lib.5. cap.13.fol.190.Duran.de art.teſtand.tit.de legat.caut.49.ampla Apoſtil.ad Specular.in tit.de fructib.nu.9. Beninten.deciſ.64. Caualcan.tract.de vſufr.mulie.rel.cap.9.num. 167.fol.335.

6 Quinto,aliquãdo dicitur procedere quis de facto,id eſt, contra ius, vt tradit text.& ibi Bal.nu.5.in cap.niſi in fi.de offic.deleg. Angel.conſ.176. in princip.Deci.conſ.373. num.12. aliquando etiam interpretatur de facto, id eſt, manu Regia procedi poſſe, vt tradit Mandoſ.in 14 cõmiſ.io ver.de facto, fol.76.& fol.77.Bar.in extrau.ad reprimendum,in verb.videbitur, in ver.quid ſi dicitur in ſtatuto,Lap.alleg.128.nu.4.Bart.in l. ſtipulatio iſta, nu.4.de verb.obl.

7 Differunt autem,cum,& ,de,præpoſitiones , quia quando dicitur in commiſsione, vt quis procedat de conſilio,adeo cenſetur electa induſtria perſonæ, vt actus aliter geſtus nullus omnino ſit;quando vero dicitur in commiſsione,cum conſilio,vel ex conſilio, vel aliter indefioite, conſilio adhibito, non ita præciſſe quis arctatur ad conſilium ſequeodum,ſicut quando dicitur de conſilio,vt tradunt Ioan. Andr.in reg. nullus ex conſilio de reg.iur. in 6.ex num.10.Burſat. conſ.90.vol.1.ex num 42. vide omnino circa iſtam doctrinam Silueſt.in Summa,verb. conſilinm , numer. 2.

¶ Singulare XI.de dictione, Dummodo.

SVMMARIVM.

1 *ISTA dictio,Dummodo, denotat modum,non conditionem.*

2 *Quando iungitur rei imperfectæ in futurum,& ei quod implendum venit,importat cõditionem.*

3 *Concordia iſtarum opinionum, vt prima procedat,quando iungitur rei perfectæ, ſecunda vero quando rei imperfectæ.*

4 *Iſta dictio,ſiue faciat modum, ſiue conditionem, ſemper requiritur quod adimpleantur.*

5 *Differt a dictione,donec, & quouſque, & ſimilibus,quia dictio, Dummodo, denotat perpetuitatem, & perſeuerantiam,ſecus eſt in dictione, donec.*

6 *Iſta dictio, Dummodo, reſtringit, & modificat præcedentia.*

1 ISTA dictio, Dummodo, ex ſui propria natura denotat modum , non conditionem, Bart. in l. quibus diebus , §. vlt.nu.4.ff. de cond. & dem. verſ.quid de dictiooe dummodo,per l.cum ab eo, ff.de cont.empt. Neapodem in conſuet.ſi qua mulier,in ver dummodo,nu.14. Bal.in cap.dudum,el 2.num.27. verſ.& hæc faciunt ad quæſtionem , de elect. vbi dicit, eam non facerȩ conditionem, ſed obligare ad ſic faciendum, ſequitur Coro.conſ.130. col.3.verſ.poteſt, volum.3. Tiraq.de Retr. lin.§.8.glo 8.per tot.vbi agit late de natura huius dictionis , dũmodo, & ſequitur Dec. conſ.327.ou.3.Ruin.conſ.12. num.4.vol.3. Rebuf.in concord.in rubr.de reg.nom.§.fi. in ver.dummodo,Alexan.in l.1.colum.1.ad l.falcid. Blanc.in tract. de compromiſ.q.1. num.28.fol.48.Caualc.de vſufr.mulie.relic. cap.9.

cap.9.num.117. fol.182. Mandoſ. in regul. Cancell. 17. quæſt.2.nu.2.volum.1. fol.267. poſt Gomes, ibid. quæſt.1. Rebuff. in prax. tit.de diſpenſ.rat.ætat.in verb.prouiſsio,in fin.pag.406. Ror.deciſ.231.aliàs deciſ.1.de cond.appoſ.in nou.qui omnes tenent, quod huiuſmodi dictio dummodo, denotat modum,& nō reſoluit diſpoſitionem,ſed obligat ad ſic faciendum.

2 Quamuis autē regulariter importet modum, quando tamen iniungitur, rei imperfectę in futurum,& ei,quod implendum venit,importat conditionē,l. Thais,§. Srichū, ff.de fideicom. libert. & ita tenent Aymon conſ.10.num.14. Surd.deciſ.209. numer.4. Domin.in cap.non poteſt §.1.num.12.verſ. nota bene,de dictiōne,dummodo, de præbend.in 6. Bertran.conſ.201.num.5. vol.1. Guido conſ.205.verſ.Secundo eſt dictū. Rip.lib.2.reſponſ.cap.9.col.1.gloſſ.& DD. in cap.vt prætéritę de elect.in 6.Mandoſ.in reg.Cancell.31. quæſt.13. num.8.volum.2. fol.112.& in reg.17.quæſt.2.num.3.volum. 1.fol.267.Bal.in l.fin.col.fin.verſ. In gloſſa, C.de indict. viduit.Socin. conſ.148. nu.46. volum.1. Iaſſ.conſ.104. colum.4. volum.4. Beroi.quęſt.99.num.3.Rebuff.in prax.titul. de form. nouæ prouiſ. in verb. dummodo, num.5. & in titul.de diſpen.ratione ætat.in verb.prouiſſo,verſ.& ſic,dum citat Ripam, vbi ſupra,Tiraq.de Retract.linag.§.8.gloſ. 8.ad fin, Aymon conſ.11.nu.14.Socin.iun. conſ.18.volum.3.num.13.

3 Poſſunt tamen huiuſmodi opiniones reduci ad concordiam, vt prima procedat,& denotet modum,quando ponitur,& iungitur rei perfectæ,ſecunda vero, quod denotet cōditionem, quando iungitur rei imperfectę,& hanc opinionū conciliationem tradunt Tiraq.vbi ſup.Mandoſ.in reg.Cancel. 31.quęſt.13. numer.8.& pulchre Rebuff.in concord.in Rubr. de reg.ad Præl.nomin.§. fin.in verb.dummodo, fol.216.quem omnino vide,& Caualc.in tract.de vſufr.mulier. relict.cap.9.num.117.fol.282.vbi plures ad propoſitum adducit.

4 Omittendū tamen non eſt,quod ſiue iſta dictio faciat modum,ſiue conditionem, ſemper requiritur quod adimpleantur ea, quibus iſta dictio adiungitur, aliàs ſi non interueniunt actus corruit, nec conſequitur effectum, Alex. in l.1.in princip. num.7. ff.ad l. falcid. Benuenu. in tract. de mercat. tit. de mandato num.8. vbi alios citat hoc tenentes; quod etiam aſſerit Grat.conſ.86.num.1. vol.2.Socin. in d.conſ.148. num.46. Pariſ. conſ.95.num.44.vol.2.& quos citat Caualcan.tract.de vſufru. mul.rel. cap.9. nu.117. ad fin.& in nu.119. Anchar.conſ.169.nu.2. verſ.ſiue enim. Dec.conſ.661.num.12.verſ. ſecundo, Anchar.conſ.169.num.2.verſ.ſiue tamen contrariū, Alciat.conſ.211.n.3.

5 Illud tamen notandum eſt,quod iſta dictio,dummodo, differt à dictione,donec,& quouſquè, & ſimilibus, quia dictio dūmodo,facit,& donat perſeuerantiam, & perpetuitatem; ſecus eſt in dictione, donec, Exēplum eſt,ſi teſtator dicat, quod legat vxori ſuæ centum quolibet anno, donec caſte vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit; tunc ſi tranſeat ad ſecundas nuptias, non tenetur reſtituere fructus perceptos pro tēpore prę terito, quia licite eos percepit, & quia iſta dictio,donec,non denotat perpetuitatem, bene tamen ceſſabit legatum pro tempore futuro,ceſſante dicta conditione viduitatis, vt tenent Bar. & Paul. in l.fin.C. de ind.viduit.Alex.conſ.28.col.1. vol.4.Socin. conſ. 81.volum.3.num.7.Ruin.conſ.190.num.1. volum.2.& conſ.51.num.17.eodem volum. Pariſ.conſ.95.num.44.vol.2.Aymon.conſil. 300.num.5.& Caualc.de vſufr.muli.rel.cap. 9.num.115.fol.279.& dicetur in explicatione dictionis, donec, & tradit Iaſſ. in l.Fundum,ſub §.ſi pater, ex num.3.de leg.1.nam per dictionem,donec,& quouſque,& ſimiles,teſtator non prohibet,vt non nubat,ſed vult,quod habeat donec non nupſerit, poſt quam vero nupſerit,quod nō habeat etiam, quod mortuo marito reuerteretur ad viduitatem; vt late in propoſito conſuluit Deci. conſil.621.Ruin.conſil.65.ex numer.1.& 6. volum.2.Caualcan.vbi ſupra,num.117.poſt princip.fol.281.

Secus vero dicendum eſt, ſi teſtator vtatur dictione,dummodo, quia iſta dictio denotat perſeuerantiam,& perpetuitatem; vnde ſi vxor in caſu prędicto ſteterit vidua per triennium, & perceperit fructus triennales, & poſtea nupſerit,tenetur reſtituere fruct quos perceperit pro illo triennio,quo ſteterit in viduitate. Pariſ.conſ.95.num.44.vol. 2.ſentit Beroi.quęſt.99.nu.3.& tradit clare Caual.de vſufr.mul.rel.cap.9.num.117.per tot. vbi hoc dicitur probare, & ex nu.119. fol.281.vbi allegat Aymon conſ.201.num. 40.Pariſ.conſ.17.num.19.volum.1. vbi loquuntur ita,quod,& ita tamen, vt illis ſtantibus

tibus vxor teneatur reſtituere fructus perce
ptos,vt ibi per eum.
6 Vlterius iſta dictio, dummodo, reſtrin-
git,& modificat pręcedétia,Rebuf.in prax.
tit.de diſpen.ratione ęrat.in verb.prouiſio,
in princip.& probat l.Lucius,§.quæ habe-
bat,& l.ita tamen, ad Trebel. ſeu facit con-
tradictionem ad pręcedentia, Pariſs.conſil.
47.num.7. volum.3. & aliquando denotat
admonitionem,vel cominationem, gloſſ.in
cap.non poteſt,in verb.retinere circa fin.de
pręb.in 6.& ibi Ioan.Andr.& Rot.in deciſ.
1.de cond.appoſ.in nou.fol.267.

¶ Singulare XII. de dictione, Aſsidue.

SVMMARIVM.

1 *Dictio iſta, aſſidue, aliquando ſignificat idem quod omni tempore.*
2 *Aſſidue, & frequenter, pro eodem accipiuntur, aliquando, de ſui natura ſignificat frequentiã, nõ autem temporis continuitatem.*
3 *Iſta dictio ſignificat, quod horis competentibus, neque exigit omne momentum, & temporis continuationem.*
4 *Significat, ſape, aut crebro.*

ASSIDVE; dictio iſta aliquan-
1 do interpretatur,id eſt,omni
tempore, l.Filium, & ibi Bal.
ff.de his qui ſunt ſui, vel ali.l.
fin.in princ.ff.de ædil. edict.
cap.Diaconi,prope fin.99.diſt. & cap.1.de
reſtit.ſpol.in 6. ſic habetur Eſdrę cap.3.vbi
incendebant igni aſsiduo,& Eccleſ.cap.33.
ad fin.& ſeruum inclinant operationes aſsi-
duę, & cap.27. Sed cũ viro ſancto aſsiduus
eſto,& cap.Si laudabo nomen tuũ aſsidue,
& tradit Mandoſ.in gloſ.facult.§.volentes,
verſ.Aſsidue,fol.173.
2 Secundo,aſsidue,idem eſt,quod frequen
ter,& quandoq; aſsidue, & frequenter pro
eodẽ accipiũtur, imo iſta dictio, aſsidue,de
ſui propria natura denotat frequentiã, non
vero tẽporis continuationẽ,de primo ſcili-
cet,quod aſsidue,& frequẽter ponãtur pro
eodẽ,prob.tex.in l.ei qui,ff.de furt.l.quod ſi
nolit,§.qui aſsidua, ff.de edilit.edict.l.aſsi-
duis,C.qui por.in pign.& in proh.Clemen.
§.hęc ſane,verſ.accidit tamen occupatio,&
ibi Bonifac.de Vitalin.num.15.& Mandoſ.
in gloſ.facult.§.volentes in ver.aſsidue,&
de ſecundo, ſcilicet, quod iſta dictio, aſsi-
due,denotet frequentiam, non autem tem-
3 poris continuationem, & ſic,quod aſsidue
idem ſonet, quod horis competentibus, &
non omne momentum exigatur,eſt tex.in l.
ſi quis legauit,ff.de cond,& demonſ.& l.mę
uia, ff.de manumis.teſt. & ibi Alber.& tex.
& ibi gloſ.fin.in cap.de quibuſdam 37.diſt.
& in cap.Sacroſancta, & ibi gl.1.& Archid.
22.diſt.cap.frequens,& ibi Domin.54.diſt.
Felin.in prohem.Gregor.verb. Rex pacifi-
cus,poſt nu.3. verſ.idem ſi dicatur aſsidue,
gloſ.in pragm.ſanct.tit.de cauſis, in prin.in
verb. iugiter. Domin.in cap.1.in princip.in
2.notab.& ibi etiam Franc.de reſtit.ſpol.in
6. per illum tex. vbi notant, quod illud di-
citur eſſe aſsiduum,quod non ſit continua-
to tempore,ſed interpellato,dum tamẽ fiat
congruis temporibus, quia querella,de qua
in eo textu,nõ fiebat tempore dormitionis,
vel celebrationis diuinorum,& tamen tex.
ibi dicit aſsidua, vnde infert ibi Dominic.
quod probat teſtis, qui dicit, talis Prælatus
aſsidue contulit tale beneficium, quia per
hoc probaret, licet nõ omni die fecerit,ſed
caſu occurrẽte ſecundum eum, & quod iſta
dictio intelligatur congruis temporibus,&
non continuato tempore, tenet etiam Man
doſ.in glo.facult.§.volentes,in ver.aſsidue,
ex fol.173.in fin.& eſt tex. in cap.1.de offi.
4 Archipręſ.& ibi Hoſtien.exponit aſsidue,id
eſt,horis competentibus.
Tertio,aſsidue, aliquando exponitur,id
eſt,ſępe,vel crebro,vt in l.mæuia, §.vxore,
ff.de ann.legat.vbi etiam iuncta gloſ.in ver.
difficile, elicitur, quod aſsidue,& raro op-
ponuntur,Mandoſ.in glo.facul.§.volentes,
in verb.aſsidue, fol.174.colum.1.

Singul.XIII. de prępoſitione, Ante.

SVMMARIVM.

1 *Dictio iſta, ante, regulariter ſignificat tempus ante principium actus.*
2 *Aliquando denotat tẽpus poſt principium actus, & hoc fit ratione concordia teſtium diſcordantium.*
3 *Quãdo iſta dictio refertur ad actum, qui habet*
tractum

tractũ ſucceſſiuũ determinatũ, & cõcurrit fauor debitoris, tunc receditur ab illius proprietate.

4 *Dictio iſta, ante, incluſionem, & finem actus ſignificat, ſecundum aliquos.*

5 *Eandem vim habet quam dictio, poſt.*

6 *Denotat principium actus, ex ſui natura, ex auctoris ſententia.*

7 *Denotat, quod illud cui adijcitur, debet interuenire.*

8 *Poteſt ſignificare actum immediate ſequentem, & diſtantem.*

1 DICTIO iſta, ante, habet aliquas ſignificationes, & primo & regulariter, & de ſui propria natura dictio iſta, ante, ſignificat tempus ante principium actus, l. ſi quis id quod, verſ. quod ſi diſponi, ff. de iur. omn. iud. ibi; dum proponitur, vel ante propoſitionem, & cap. ante triennium 31. diſtinct. l fin. ff. de alb. ſcrib. & per iſta iura tradit Aretin. in cap. cum tu, colum. penult. de teſtibus, & in l. qui ante Kalendas, colum. 2. ff. de verb. oblig. Bal. in l. ex his, in verſ. opponitur, C. Quando dies leg. ced. vbi ait, quod proprie ante dicitur, quod eſt omnino ante, & omnia iſta tenet Dec. in l. 2. §. creditum, in 1. lect. num. 6. & 11. & in 2. lect. num. 13. & 23. ff de reb. cred. & idem Dec. conſ. 593. nu. 3. vbi etiam nu. 1. vide alia de natura huius dictionis.

2 Et licet ſupradicta ſit propria natura huius dictionis ante, ſcilicet ſignificare temp⁹ ante principium actus, tamen aliquando recedimus ab eius proprietate, & natura, denotatque tempus poſt principium actus, & hoc fit ratione cõcordiæ teſtium diſcordantium, exempli gratia, ſi vnus teſtis dicat, talem rem fuiſſe factam ante nuptias; alter vero teſtis diceret poſt nuptias, tunc gratia reductionis teſtium ad concordiam, interpretabimur dictionem ante nuptias, ſcilicet finitas, & verbũ poſt nuptias, ſcilicet incohatas, & hoc fit gratia cõcordandi teſtes, cum aliàs iſta dictio ante, ſignificaret tempus ante principium actus, & ſic ante nuptias, ſcilicet incohatas, & idem dicas, ſi teſtes ante guerram, & poſt guerram, quia reducuntur ad concordiam, interpretando ante guerrã, ſcilicet finitam, & poſt guerram incohatam, & ſic hoc caſu, recedimus à proprietate verbi, ante, fauore concordię teſtium, ita tradit Bar. in l. 2. §. creditum, ff. de reb. cred. & ibi Iaſſ. num. 8. & Dec. num. 5. in 1. lect. & nu. 9. in 2. lect. Et eodem etiam modo interpretabimur dictionem, ante, quando vni teſtes dicerent ante publicationem, & alij poſt publicationem, quia concordabimus ſi dixerimus, ante publicationem finitam, poſt publicationem vero incohatam, vt tradit Angel. conſ. 274. col. fin. Iaſſ. in d. §. creditum, num. 8. & ibi Dec. num. 5. in 1. lect. & num. 10. in 2. lect. & vide notata in dictione, poſt.

3 Item etiã recedimus à proprietate huius dictionis, ante, quando iſta dictio refertur ad actum, qui habet tractum ſucceſſiuum determinatum, & concurrit fauor debitoris; puta ſi dicamus, promitto tibi ſoluere ante vnum annum, vel ita, promitto tibi ſoluere ante Kalendas Auguſti, quia tũc dictio ante, reſpicit finem actus, & intelligitur ante Kalendas finitas, & ante annum finitum, nec debitor poterit cõueniri in ipſo die Kalendarum, ſed in altero ſequenti, l. qui ante Kalendas, & l. 14. ff. de verb. oblig. & ibi Bar. Alexan. & Aretin. & tex. in l. 56. cum qui ita, §. qui ita ſtipulatur ante, ff. de verb. oblig. ſecundum intellectum. Ioan. & Hugon. quem refert ibi gloſ. in verb. ante Kalendas, quæ interpretatur illa verba, ante Kalendas, ſcilicet finitas dare ſpõdes, quem intellectum ſequitur ibi Bart. Bal. Angel. Imol. Cuman. Alex. & Iaſſ. & Bar. & Alex. in l. 2. §. creditũ. de reb. cred. vbi Alex. atteſtatur illum intellectum eſſe cõmuniter approbatum.

Ex quo ibi infert, quod ſi promitto tibi ſoluere ante menſem Auguſti, quod intelligitur ante menſem ſcilicet finitum, & hoc videtur etiam ſequi Curt. Iun. conſ. 40. n. 4. fol. 55. & Oldrad. conſ. 49. ad fi. ratio autem quare in dict. l. qui ante Kalendas, iſta dictio non ſeruet ſuam proprietatem, & naturam, ſed interpretetur, vt reſpiciat finem actus, eſt quia quando adijcitur tempus gratia debitoris, tũc fauore debitoris reſpicit finem actus, ita Bolognet. ibi tradit, dicens communiter Doctores eam ſic intelligere, vel ideo ibi dictio, ante, non ſeruat ſuam naturam, quia loquitur in ſtipulatione, in qua interpretatio fieri debet contra ſtipulatorem, qui potuit legem apertius cõſcribere, l. quidquid aſtringendę, de verb. oblig. l. veteribus, ff. de pact. ac etiam, quia ibi concurrebat fauor debitoris, & has rationes refert Dec. in l. 2. §. creditum, in 2. lect. num. 23. ff. de reb. cred. nec omittendum in præſenti videtur deciſionem Alexan. ſuperius memoratam, reprobari à Dec. in dict. §. creditum, num. 23.

num.23. poſt Bal.in tit.de pace conſtant.in verb.opizone,qui tenent,quod ſi promiſsio fiat de menſe Maij , ante menſem Auguſti, quod intelligitnt inchoati,& quod alia opinio Alex.non conſonat auribus vulgi; præſertim,quia iſta dictio,ante, de ſui propria ſignificatione denotat tempus ante principium actus, vt per Deci. in dict.num.23.de quo etiam videndus eſt Curt.Iun.conſ.40. numer.4.

5 Sunt tamen aliqui , qui per dictam l. qui ante Kalendas,& per alia iura tenet,& aſſerunt dictionem ante,incluſionem,ſeu finem actus ſignificare,vt per Oldrad.conſ.49.ad fin. per l. cum ſtipulatus, de verb. oblig.& cap.Presbyter 88.diſt.& tenet expreſſe glo. in cap.anteriorum,in ver.dictum, 2.quæſt. 6.quę dicit,quod ſi lege caueatur, vt appellatio fieri debeat ante decem dies,quod poteſt appellari ipſo decimo die,allegat l.eum qui ita,§.qui ita, de verb.oblig.ſuperius allegatam,& videtur idem tenere Ioã.Andr. in cap.præterea,2.colum.2.verſ.intra viginti dies,de appell.& Alber.in Auth.hoc ius, colum.2. C. de Procurat. & in dictionar.in verb.ante, Tiraquel.de retr.linag.§.1.gloſſ. 11.numer.70.vbi etiam ſubdit,quod dictio iſta, ante, eandem vim, & naturam habet, quam dictio,poſt, ſeſeq; mutuo reſpiciunt, quod etiam notat Tiraquel.in dict.glo.11. num. 49. & in l. ſi vnquam, in verb.poſtea, num.14.C.de reu.donat.at dictio,poſt,proculdubio reſpicit finem actus , vt per Deci. in d.l.1.§.creditum,in 1.lect.n.6.& 11.& in 2.lect.nu.13. & 23.ff.de reb.cred.& dicetur infra in dictione,poſt.

6 Ego tamen , his non obſtantibus , teneo iſtam dictionem,ante,de ſui natura importare principium actus,illud namq; probant iura, & Doctores ſuperius allegati in principio, maxime Deci.in dict.§. creditum,in 2.lect.num.13. & 23.& in conſ.593.num.3. quem vide.

7 Secundo,dictio iſta,ante, proprie ſumpta,denotat , quod illud cui adijcitur debet interuenire, vt ſi dicã,ante acceptationem debes illud facere , ergo præſuponit , quod acceptatio debet interuenire . ita tenet Zabarel.cõſ.95.n.4.per iura ibi ab eo allegata, licet aliquãdo minus proprie ſumpta bene denotat,quod non interuenit, vt in cap.Ioſeph.de verb.ſignif.vt per Zabarel.in dicto conſ.95.num.4.

8 Tertio,hæc dictio,ante, poteſt significante actum immediate ſequentem , & diſtantem,Gomes in cap.Si annuni, §.ſi vero,numer.3.de iudic.in 6.fol.551.

Singulare XIIII. de dictione, Ex nunc,prout,ex tunc.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula iſta habet hunc effectum, vt actus poſtea factus,cenſeatur iam à principio factus,quia retrotrahitur.*

2 *Si ponatur in actu conditionali, non afficit ante aduentum conditionis , ſed ſuſpenditur effectus ipſius.*

3 *Quando apponitur in actu conditionali ,operatur a die adimplementi conditionis,non autem à die prolationis verborum , ideſt , non operatur ex tempore data , ſed ex tempora conditionis adimpletæ.*

4 *Ex nunc,prout, ex tunc, idem eſt, ac ſi dicatur ex tunc, prout, ex nunc , quia ſemper trahitur ad diem exiſtentis conditionis , quidquid dicat Felin.& num.6.*

5 *Appellatio interpoſita ante aduentum conditionis,vel diei,ſuſpendit ſententiam excõmunicationis, & nu.ſeq.cum limit. ibi poſita.*

6 *Tempus appellãdi à ſententia excõmunicationis, ſub conditione latę,incipit currere,non a die prolationis,ſed à die exiſtentis conditionis.*

1 CLAVSVLA Iſta (ex nunc, prout,ex tunc)habet hũc effectum , vt actus poſtea factus, cenſeatur iam à principio factus,quia retrotrahitur,gloſ. in Clem. nolentes, verb. ex tunc,de hæret. & ibi Zabarel.in 1.oppoſ.& Imol.in col.1. Bald.in Auth.contra rogatus,C.ad Trebel. colum.1.Angel. Paul. de Caſtr. & Alexan. num.2.in l. huiuſmodi 2. de verb.oblig. & Doctores in l.ſi ita ſtipulatus fuero, eodem tit. Bal.in l. lecta.colum.1.in vlt.notab.ff.ſi cer.per.& in cap.1.num.16. verſ. ſed pone Clericus, tit.de mil. vaſal.qui contu.Angel. in l.1.in fin.& ibi Alex. & Iaſ.num.4.C.de codicil.Angel.conſ.42.in fin. Alex.conſ.83. poſt num.8.verſ.confirmatur hoc, vol.2.& in conſ.111.ex num.26. verſ. ex prædictis, volu.6. Aretin.conſ.160. colum.4.verſ. ſed certe,Barb.conſ.64.col.antepen. volum.4. Guid.deciſ.218. Iaſ. conſ.147.col.9. verſ. ſecundo

ſecundo poſſet reſponderi,volum.2.Felin.
in cap.licet cauſam , poſt num.6. verſ.nota
ſexto , de probation. Rip.in l.1.num.5. de
pign. Chaſſan.conſ.53.col.1.verſ.14. & in
verſ.23.ad 4. & conſ.66.col.5. verſ.ad hoc,
Socin. Iun.conſ.106. n.28.vol.1. latiſsime
Tiraq.de retr.conuen.§.2.gloſ.vn.num.86.
& de iur.conſti.3.par.lim.2.num.16.Rimi-
nald.Iun.conſ.678.n.12.vol.6. Guid.deciſ.
588.Dec.conſ.247.col. vlt. Siluan.qui plu-
res citat,conſ.97.num.3.Pariſs.conſ.19.nu.
119.volum.2. Mandoſ. in prax. ſign. fol.4.
colum. 2.ad fin. vbi plures , Conſtantin.ad
conſtit.Gallic.art.62.fol.121.col.2.in verſ.
ex tunc,glo.in prag.ſanct.tit.de collat.§.vt
vero,in verb.prout ex tunc,Iofred.conſ 9.
ex num.13. Tiraq. de conſtit. part.3.limit.
2.num.16.

2 Sciendum tamen eſt,quod dictio iſta,ex
nunc,prout,ex tunc, poſsita in actu condi-
tionali , non afficit ante aduentum condi-
tionis, ſed ſuſpenditur effectus ipſius: gloſ.
verb.ex tunc,in Clemen.1. de iure patron.
gloſ.in Clem.1.in ver.ex tunc,& ibi Zabar.
in 1.oppoſ.de conceſ.pręben. Collectar.in
cap.præterea requiſiti, in verb. excommu-
nicatum,paulo ante fin.& ibi Bal.colum.3.
verſ.quæro nunquid,Pan.col.pen. verſ.ex-
tra gloſſam,& ibi Alexan.colum.3.& Deci.
colum.pen.verſ.extra gloſſam,de appellat.
Ioan.Andr. Dominic. & Franc. in cap.du-
dum , de præbend.in 6. Guid deciſ. 588.&
conſ.126. Felin.in cap.licet cauſam , col.4.
nu.6. verſ.nota ſexto, de probat. Tiraq.de
retr.conu.§.2. gloſ.vn.num.87. Pariſs.conſ.
82. num.17. volum.4. & pulchre Caſador.
deciſ.3.nu.15.de præben.& Gigan.reſpon.
23.num.13. qui dicunt , quod quando iſta
dictio,ex nunc,prout ex tunc,apponitur in
actu conditionali,tunc iſta dictio operatur
à die adimplementi conditionis, nõ autem
à die prolationis verborum , taliter quod
terminus conditionis implete atenditur nõ
ſermonis prolati , & ſic in gratia conditio-
nali,non operatur ex tempore datæ, ſed ex
3 tempore conditionis adimpletę,vt pulchre
per eos,vbi etiam dicit Caſador.ꝙ illud,ꝙ
dicitur per Alex.in l.1. C.de codicill.quod
clauſula,ex nunc prout ex tunc, operatur a
tempore præſenti, procedit quando appo-
nitur in diſpoſitione pura, ſecus autem eſt,
ſi poneretur in diſpoſitione conditionali,
quia operatur à tempore exiſtentis condi-
tionis, & quod nulla eſt differentia, an dica

tur , ex nunc prout ex tunc, an dicatur , ex
tunc prout ex nunc, & hoc vltimum tenet
gloſ.in pragm.ſanct.titul.de collation.§. vt
vero, in verb. prout ex tunc , vbi ait, quod
nulla eſt vis , an dicatur (ex nunc prout ex
tunc) vel è contra (ex tunc prout ex nunc)
quia ſemper trahitur ad diem exiſtentis cõ-
ditionis , vt etiam probat Tiraquel. de iur.
conſtit.3.par.limit.2.numer.16.Abb.in cap.
præterea, num.11. de appellat.el 2. optime
Bal.in cap.1.de milit.vaſſal. qui contum.eſt
num.16. & 17. ita Gutierrez lib.1. Canon.
Quæſt.cap.4.nu.20.& ratio eſt, vt ipſe ſub-
dit in nu.21. quia licet aduerbium ex nunc,
ſit pręſentis temporis,l.1 §.nunc tractemus,
4 ff.de tutel.Tiraquel.de retr.conu.§.2. gloſſ.
1.nu.86.in fin. futurum tamen denotat effe
ctũ,vt etiam tradit Rebuf. in l. mulieris ap-
pellatione, §.deſinere, verſ. præterea, pag.
126.ff. de verb. ſignif. maxima tamen vide-
tur eſſę differentia,ſi credimus Felin.in cap.
licet cauſam,de probat.n.6. vbi dicit,quod
dictio,ex nunc, ſignificat actum verbi pro-
lati, & illud verbum prout ex tũc, effectum
actus eſſe collatum in tempus futurum,vn-
de ſi dicitur,ſi hoc non feceris, excommuni
co te,exnunc prout ex tunc,eſt ac ſi dicerer,
declaro,quod ſi non ſatisfeceris in termino,
ſis excõmunicatus tunc,ſed quando dicitur
è contra,ex tunc prout ex nunc,videtur col
latus effectus in tempus præſens , hactenus
fallens.

Nihilominus tamen ego ſuperiori adhę-
reo ſententiæ per ſuperius adducta,nec nul
lam reperiri differentiam exiſtimo,quando
in diſpoſitione conditionali Iudex profert
ſententiam excommunicationis,ex nũc pro
tunc,vel ex tunc pro nunc,quia in nullo ho
rum caſuum videtur quis excommunicatus
à tempore ſententię , ſed tunc demum poſt
impletam conditionem , & ratio eſt , quia
tempore ſententię debitor non erat contu-
max,vnde illo tempore non poteſt intelligi
quod excõmunicatus ſit,vnde appellatio in
5 his caſibus ante aduentum conditionis, vel
diei interpoſita, ſuſpendit ſententiam excõ
municationis latam,per ea quæ tradunt Gu
tierrez in d.cap.4.ex nu.20.verſ.niſi, Spino
in Spec.teſtament.in gloſ.rubr.in 11.par.ex
num.19.Couarr.in cap.Alma mater,1.part.
§.10.num.4.verſ.imo licet,Tabienſ.in ſum.
verb.excomunicatio,el 2.num.16.verſ ſed
quid ſi Iudex, Lancelot. de atten. 2.p. cap.
12. limitat. 21. ex numer. 30. ex pag. 252.
ſubdens

ſubdens ex Bal.in cap. Paſtoralis, §.prætetea nu.10.de off.deleg. quod ſi quis probet ſententiam excommunicationis latam ſub conditione, & nõ probet implementum cõ-
6 ditionis, non dicitur probata excommunicatio, cum aliàs tempus appellandi à ſententia excommunicationis ſub conditione latæ, incipiat currere, non à die prolationis, ſicut in alijs ſententijs, ſed à die exiſtẽtis cõditionis, & ſic non retrotrahitur ad diem pronuntiationis, vt probat Gutierrez in d. cap.4.ex nu.32.& ſic ait Perr. Bollo in œconomi.Canon.3.claſ.cap.4.§.5.pag.442.verſ. quintus decimus, quod appellatio ante aduentum conditionis interpoſita, ſuſpendit ſententiam excõmunicationis prolatam cõditionaliter, vt puta ſi non ſatisfetis intra decem dies, de quo dixi in 2.p.Collect.36. num 3.& in Collecta.42.num.2. Quod ego limitarem, niſi quãdo pars tali ſententię cõſentit; tunc enim, ſi intra illum terminum nõ ſatisfecerit, ſtatim excommunicationem incurrit per rationes quas recenſent Couarr. in d §.10.num.4.verſ.illud vero.Gutierrez in d.etiam.cap.4. ex nu.16.Spin. in d.11.p. ex num.20.Nauarr. in man.cap.27.nu.272. verſ.12.quod.

Secundo ſupra dicta opinio confirmatur ex Rebuf. in l.mulieris appellatione, 13.§. deſinere ex verſ. ex quo infertur, de verb. ſign. vbi ait ex Imol. quod quamuis huiuſmodi dictiones (ex nunc pro vt ex tunc) interdum iunguntur, non tamen vt in eff. ctu reſpiciant tempus celebrati actus, ſed tempus conditionis extantis, & licet aduenientę conditione trahunt effectum diſpoſitionis retro, hoc tamen non procedit in excõmunicatione, in qua nõ fingitur retro, quia iudex non poteſt ante contummaciam excõmunicare, nec pro futura culpa, ex quibus certe ſatis colligitur aduerſus, Felin. nullam eſſe differentiam, nec vim, an dicatur in ſententia excommunicationis de qua ipſe loquitur, nunc pro tunc, vel ècõtra, tunc pro nunc, cum huiuſmodi verba ſemper trahantur ad diem exiſtẽtis conditionis, non vero ad diem celebrari actus.

Singulare XV. de dictione, Seu.

SVMMARIVM.

1 *Iſta dictio ſeu, ex ſua propria natura, & regulariter eſt diſiunctiua.*

2 *Hæc dictio non eſt diſiunctiua, vel alternatiua, ſed potius copulatiua, & augmentatiua ſecundum plures Doctores.*

3 *In legatis, & vltimis diſpoſitionibus fauore legatorum iſta dictio, ſeu, ſemper ponitur ampliatiue, & augmentatiue, & copulat potius quam diſiungit.*

4 *Iſta dictio, nec in legatis ſtat augmentatiue, ſed potius diſiunctiue, quia eſt propria illius natura vt accipiatur diſiunctim, vt tenẽt plures DD.*

5 *Iſta dictio, ſeu, ampliat moderate, vt dictio, Plus, quæ ad modicam ſummam referri ſolet.*

6 *Limitatur communis opinio, quando dictio ſeu, ponitur in legato concepto per verba pluralis numeri, ſecus autẽ ſi per verba numeri ſingularis.*

7 *Quãdo dictio ſeu, ponitur inter duo, quorũ vnũ, ſub altero continetur, habet vim copulatiuæ.*

8 *Quando iſta dictio ſeu, ponitur inter genus, & ſpeciem, inter totum, & partem ſubiectiuam. ſeu prędicamentalem, vim habet coniunctæ, & copulatiuæ.*

9 *Ponitur declaratiue, ſeu, expoſitiue pro, ideſt, quando ponitur inter genus, & ſpeciem, & ponitur ſpecies poſt genus.*

10 *Quando ponitur inter duas dictiones idem ſignificantes, ponitur declaratiue ad præcedentia, & expoſitiue, & proprie diſiungit verba, ſed coniungit ſignificatum.*

11 *Iſta dictio, ſeu, tribus modis accipitur alternatiue, ampliatiue, & declaratiue.*

12 *Diſcrimen eſt quando ponitur hæc dictio ſeu, inter perſonas, & quãdo ponitur inter res, & quid quando inter appellatiua nomina.*

1 ISTA dictio, ſeu, ex ſua propria natura, & regulariter eſt diſiunctiua, ex Bar. in l.ſi is qui ducenta.§. verum num.1. & ibi Soci. col.2.de reb.dub. Bar.in l.ſi quis ita, num.1.de aur.& arg.leg. Bal.& alij in l.cum quidam, C.de verb.ſign. & maxime ibi Iaſſ.nu.1. quem vide, Socin. conſ.63.nu.11.vol.1. Gomeſ.in §. ſed iſte, num.36.inſtit.de action. Aſtutia in conſtit. proſequentes num.70.de pugn.ſubl. fol.82. Panor.in cap.3.num.17.de poſtul.prel. Couarr.lib.2.var.cap.5.num.10.ad med.verſ. probatur. Bal.Fel.Dec.Socin.& Rip.in cap. Inter cæteras de reſcrip.per tex.in l.1.§.ſublata,ad Trebell.& l.generali, C. de ſacroſanct.Eccle.vbi etiam hoc tenet Bar.& tex. in cap.fin.circa fin.75.diſ.& in l.filiæ, & ibi Bal.in 1.oppoſ.C. de collat. Bar.in auth.vt omnes obed.iudi.num.11.cap.Si quis Preſbyterum

Digitized by Google

bytetum in prin. vbi Barb. & alij de reb. Eccleſ. non alien. Roman.conſ.65.ad fin.& conſ.179.num.8. Gemin. conſ.22. num.11. Alex.in l.ſi ſeruus,nu.2.de verb.obl & conſ. 50.num.13.vol.5.Mandoſ.in gloſ.facult.§. & proprium,in verſ.ſeu, fol.331.col.2 Neapodem.in conſu.ſi quis num.159.in prin.de ſucceſ.ab inteſt fol.119.Alex.conſ.79.nu.5. vol.5.Franc. in l.licet.nu.3. de eff.vic.in 6. vbi diſtinguit pulchre,& tres regulas facit, quem omnino vide, & Benuen. in tract. de adiecto in 4 par.in 1.queſt,ex num.4.quem etiam vide, & hanc ſententiā ſequitur Nat. conſ.650.numer.6.

Sed in contrarium, quod imo iſta dictio,
2 ſeu,non eſt diſiunctiua,vel alternatiua,ſed potius copulatiua, & augmentatiua, tenet Iaſſ.conſ.64.num.2. volu 1. vbi dicit,quod regulariter ita ſtat, & Aymon. Crau. conſ. 205.nu. 5. qui ait,quod in dubio natura huius dictionis eſt,quod ſtet ampliatiue,& loquitur in contractu; Corn. conſ. 18.col.3. verſ.quinimo, vol. 1.vbi dicit,quod iſta dictio,ſeu, plerumque expoſitiuè ponitur inter duas dictiones idem ſignificantes, & in re dubia propriam ſuam ſignificationem eſſe,vt diſiungat verba, & non ſenſum;idē Corn. conſ.198.vol.3. Cotta in memorab. in verb.ſeu, vbi etiam ait, quod eſt dictio ampliatiua,atquè alios ad hoc citat,& Dec. conſ.69. num.5.verſ. præterea, & ſecundo, vbi idē tenet quod ſit dictio ampliatiua, & hoc idem tenent gloſ. in prag. ſanct. tit. de collation.§.videlicet.in verb.ſeu,Rebuf. in tract.nominat.quæſt.14.nu.44.Grat. conſ. 153. num.22. & 57.vol.2. Dec. in l.petens num.11.per illum tex.C.de pact.Gomeſ. in cap.Statutum, nu.22.de reſcrip. in 6. Socin. conſ.63.num. 21.vol.1. qui omnes dicunt, quod dictio iſta, ſeu, eſt comentatiua, & ampliatiua, ad quod etiā eſt vidēdus Pariſ. conſ.22.num.64 & ex num.68.volum.3. & conſ.7. ex nu.38.volu.2. & addit. ad Neapodem.in prohem. Caroli nu.338. in verſ. ſeu, fol.61. in additione marginali. Camil. Salurnitani, & Cepol. conſ.2.num.5.in crimin. vbi dicit, quod, ſeu, proprie ponitur pro cōiuncta,& coniungit verba,& ſignificatum; Mandoſ in gloſ.facult.§. & propriū in verſ.ſeu, in princip. fol.331. vbi ad hoc allegat Bal. in l pen.C.de verb. ſign.& Bal. in cap. Quoniam de teſtib. per illum tex.& Bal.in cap.5.col.fin.in 2.lect.de iudic. Angel.in rubr.de interdic. quod maxime dicit procedere in diſpoſitionib' fauorabilibus, vt dictiones,ſeu,ſiue,aut,& ſimiles ampliatiue accipiantur,Roman.conſ.363.num.2. Clemen.ſi religioſus, & ibi Vitalin.num.7. de procurator.

3 In legatis autem,& in vltimis diſpoſitionibus,fauore legatorum iſta dictio,ſeu,ſemper ponitur ampliatiue,& augmentatiue,& copulat potius quā diſiūgit, & ex ea vtrūq. debetur, l. ſi quis ita legauerit, ff. de aur.& arg.legat. vbi textus ait,ſi teſtator dicat Titio; vina quæ in vrbe habeo, ſeu in portu, do,lego,omnia in legato veniunt,hoc enim verbum, ſeu, ampliandi legati cauſa poſitū eſt;ex quo tex.dicūt Doctores,quod ſi teſtator legat omnes libros,quos habet Paduę, ſeu Bononię, omnes libri veniunt, & quos Paduę,& quos Bononię haber; quia in vltimis voluntatibus fauore legatorum dictio, ſeu,ſtat ampliatiuè; ita tenent Bar. in d.l.ſi quis ita ff.de aur.arg.leg. & ibi Alber. Cin. & alij, præſertim Bal. in 9. oppoſ. Paul. de Caſtr.& Iaſſ.num.1.circa med.in l.cum quidam,C.de verbo.ſign. Alexand. conſ. 193. volumine ſecundo, numer.4. Natta conſil. 626.num.11.Cremen. ſingul. 57. lego,Roman. ſing.552. lego Titio,Bar. in l.ſi is qui ducenta in 6.oppoſ.ff.de reb.dub. Panor.in cap.Inter ceteras,num.4. verſ.Bart.de reſcript.gloſ.in cap.Ego Ludouicus, 63.diſ.in verb.ſeu,Bar.in l.cum quis decedens,§.vlt. de leg.3.Archid.in cap.Statutum,§.cum vo 10.col.1.de reſcrip.in 6. vbi etiam eſt videndus Gomeſ. num.22.fol.431. Iaſſ.conſ. 64. num.2.vol.1. Alciat. in l. ſepe,verſ.at cum, de verb.ſignific. Gomeſ. in §.ſed iſte num. 38. de action. quorum opinio cōmunis eſt ſecundū Socin in d.§. vtrum, col.2. & Couar.lib.2.var.cap.5.num.10 ad med.& Benuenu.in tract.de adiect.in 4.par.in 1.queſt. ex num.4. vbi hanc dicit eſſe communē opinionem,vt atteſtatur Dec.in cap.Inter ceteras num.9.de reſcrip.& tenet Euerard.in loco à natur.alternat.Cot.in verb.ſeu,Dec. conſ.69.num.51 & de communi etiam atteſtatur Caual.de vluſfr. mul.rel.cap. 9.nu.48. fol.201.

Contrarium tamen, quod imo nec in le-
4 gatis dictio,ſeu, ſtat augmentatiue,ſed potius accipienda eſt diſiunctiuè, quia propria vis,& natura huius dictionis eſt,vt accipiatur diſiunctim,quia per eam iungimus ea, quorum vnum, non vtrumque affirmamus l.1.§.ſublata, ad Trebell.l.generali,C.

de

de ſacroſanct. Eccleſ. ideo nullo modo po-
teſt ſtare augmentatiue, nec etiam in lega-
tis, quia non debet accipi impropriè, &
contra eius propriam ſignificationem, &
maxime contra hæredem, contra quem in
dubio non debet fieri interpretatio; ita per
iſtam, & alias rationes tenent, & à commu
ni opinione recedunt Bald. Deci. Marc.
Socin. & Rip. numer. 44. in cap. inter cæte-
ras, de reſcript. Fachineus lib. 5. controu.
iur. cap. 68. verſ. ſed contrarium, Couarr.
in dict. num. 10. à qua etiam recedere vide
tur Benuenut. de adiect. 4. par. quæſt. 1. nu-
mer. 9. & contra communem expreſſe tenet
Caual. de vſufruct. mul. rel. in dict. cap. 9. nu.
48. fol. 201. vbi ait, ſibi perſuadere nõ poſ-
ſe, quod ſi teſtator legat vxori vſumfructũ
fundi Semproniani, ſeu Corneliani, quod
vtrunque debeatur, quia hoc videtur eſſe
contra expreſſam mentem teſtatoris, qui
alterum tantum relinquere voluit, & ad d.
l. ſi quis ita, de aur. & argen. l. reſponde, vt
pulchre per Couarr. & Benuenut. in locis
his allegatis, & Fachineum vbi ſupra.

5 Quia tamen à communi opinione aliqui
bus recedere non videtur, ea tenenda, limi-
tari debet, vt dictio iſta, ſeu, ampliet, mode
rate tamen, vt dictio, plus, quæ ad modicã
ſummam referri ſolet; ita tradunt Iaſſ. in l.
cum quidam, num. 1. C. de verb. ſign. Cott.
in memor. in verb. ſeu, & Benuen. de adiect.
4. par. q. 1. n. 7. fol. 246. Item & 2. limita di-
6 ctam communem opinionem, vt procedat
quando dictio, ſeu, ponitur in legato con-
cepto, per verba pluralis numeri; ſecus au-
tẽ, ſi per verba numeri ſingularis. vnde ſi te
ſtator legat equum ſuum album, ſeu nigrum,
vnus tantum debetur; quia ex eo quod te-
ſtator vſus eſt ſingulari numero, apparet
vnicum equum legare voluiſſe, quia à nume-
ro eſt optimũ argumentũ, l. fin. ad Trebell.
ita tenet Bal. in cap. inter cæteras, col. fin. de
reſcrip. & Iaſ. refert in d. l. cum quidam, nu.
1. dicens tamen, eam eſſe dubiam, & pericu
loſam limitationem; ſed ipſam probare vi-
detur, Cott. in dict. verb. ſeu, & tradit pun-
ctim Euerard. in loco à vi numeri, ex num.
1. in fin. Maria. Socin. in dict. cap. inter cæ-
teras, & ibi etiam Dec. Sed ex alia ratione,
ſcilicet quia in limitatione Bal. dictio, ſeu,
ponitur inter diuerſa, quo caſu habet vim
alternatiuę, ſeu diſiunctiuę ſecundum eum,
& limitationem Bald. refert Benuenut. de
adiect. 4. par. quæſt. 1. num. 8. fol. 247. quam
non improbat, ſed Couar. lib. 2. variar. cap.
5. num. 10. poſt princ. verſ. nec refert, iſtam
limitationem reprobat, dicens, quod non
refert, concipiatur legatum per verba ſin-
gularis, an pluralis numeri, ex mẽte eorum,
qui communem opinionem ſequũtur, licet
Iaſſ. dubitauerit, in dict. l. cum quidam, om-
nes etenim frequentiſsime, dum commu-
nem opinionem exemplis explicant; vtun-
tur numero ſingulari, & rebus ita diſtinctis,
vt vna ſub altera minime contineatur; qua
re ſecundum Couarr. non eſt vis, an verba
concipiantur in numero plurali, vel ſingu-
lari.

Sciendum etiam eſt in hac materia, quod
7 quando dictio, ſeu, ponitur inter duo, quo-
rum vnum ſub altero continetur, habet
vim copulatiuę, & tunc non diſiungit, ſed
potius copulat, & ampliat, quia, vt aſſerunt
Doctores, quando ponitur inter ea, quæ
quodammodo idem ſunt, & inter ſe con-
uenientiam habent, ponitur pro, & ampliatiue,
ita Dec. in cap. inter cæteras, &
ibi Rip. numer. 44. de reſcript. & Benbe-
nut. de adiect. 4. par. quæſt. 1. numer. 9.
fol. 247. Couarr. lib. 2. variar. cap. 5. num.
6. verſ. non obſtat, quorum quilibet rem
iſtam late per exempla declarat.

Quando etiam iſta dictio, ſeu, poni-
8 tur inter genus & ſpeciem, inter totum
& partem, ſubiectiuam ſeu prædicamen-
talem, vim habet coniunctæ, & copula-
tiuæ, Bar. in l. 1. ff. de reb. dub. per tex.
in l. Quintus. ff. de aur. & argento legato,
& l. ſæpe §. cum vero. ff. de verbor. ſigni-
fic. Decius & Ripa num. 44. in d. cap. in-
ter cæteras, Benbenut. de adiect. 4. parte
quęſt. 1. num. 9. ad med. verſ. quibus ad-
des, & eſt cõmunis opinio vt atteſtatur Co
uarr. lib. 2. variar. cap. 5. num. 10. verſ. non
obſtat, ad med. licet contra hanc comunem
opinionem teneat Ludouic. Luſitanus in
rep. l. 1. de reb. dub. fol. pen. eam tamen
defendit Couarr. vbi ſupra, & eſt viden-
dus Mandoſ. in gloſ. facult. §. & proprium
in verſ. ſeu, fol. 331. colum. 2. ad fin. vbi
9 ait, quod dictio iſta, ſeu, ponitur decla-
ratiue, ſeu expoſitiue pro, id eſt, quan-
do ponitur inter genus & ſpeciem, & po-
nitur ſpecies poſt genus, vt probatur in c. 1.
& ibi not. Archid. de cogn. ſpirit. in 6. tex. &
ibi Archid. in c. 1. §. verum de ſtat. regul. in
6. & tradunt Zabar. in clem. 1. §. porro ante
n. 1. de Sũ. Trin. glo. in auth. vt omnes obed.

8 Illud tamen non eſt obliuioni tradendũ, quod iſta dictio, cum, magis coniungit, quã dictio, &, vnde aliud eſt dicere Titius, & Meuius venerunt Romam, & Titius cũ Meuio venit Romam; primo enim caſu, nõ eſt neceſſariũ pro veritate propoſitionis, quod ſimul venerint; ſecus vero in ſecundo caſu, in quo etiam videtur demonſtrata qualitas temporis, ſicut & aliud eſt dicere, inſtituo filium cum nepote, pro quibus eſt vidẽdus Lancel. pollit. in tract. ſubſtit. dum loquitur de vulgari, par. 2. num. 23. Mandoſ. in gloſ. facult. §. & in ipſa, in ver. cum, fol. 191. DD. in l. Gallus, §. 1. de liber. & poſth.

Singulare X. de præpoſitione De.

SVMMARIVM.

1 *Dictio iſta, De, regulariter cauſam materialem ſignificat.*
2 *Denotat cauſam proximam, & immediatam.*
3 *Aliquando cauſam remotam ſignificat ſecundũ ſubiectam materiam.*
4 *Denotat ſubſtantiam.*
5 *Aliquando ponitur taxatiue, non demõſtratiue.*
6 *De facto procedere eſt contra ius, vel manu Regia.*
7 *De conſilio procedere, & cum conſilio procedere differunt.*

1 PRIMO ſciendum eſt, dictionem iſtã, De, regulariter cauſam materialem ſignificare, ſicut ſi dicatur, cultellus eſt de ferro, & ſic cauſa materialis cultelli eſt ferrum, & tradit Bal. in l. ex arrali in prin. C. de act. empt. Dec. in rubr. de reb. cred. in 1. lect. num. 1. & in 2. lect. num. 4. Bald. in l. ex hoc iure, num. 14. de iuſt. & iur. & in l. ſi plures in fin. ver. tudic, C. de cond. inſt. Io. Franciſ. Pauin. de offic. & poteſt. capit. ſed. vac. in 1. prælud. nu. 1. Pariſ. conſ. 18. num. 37. volu. 3. & hoc quia eſt iuncta materia, nam dicitur de ferro; ſecus ſi iungatur loco, vt quia dicatur Baldus de Peruſio, quia denotat cauſam naturalem ſumptam de loco, & denotat originem, vt tradit Bald. in dict. l. ex arrali, & in dict. l. ſi plures, & in dict. l. ex hoc iure, & Dec. in rubr. de reb. cred. in 2. lect. num 4. Pauin. in dict. 1. prælud. numer. 1.

2 Secundo, iſta dictio de ſui natura denotat cauſam proximã, & immediatam; Paul. de Caſtr. in l. non dubium num. 11. & ibi Iaſ. num. 24. C. de legib. & eſt tex. in l. 1. §. nunc videamus. ff. de coniun. cum eman. lib. ibi non de bonis, ſed propter bona, & not. Bart. in l. 1. §. emancipatus, nu. 1. ff. eod. idẽ Bart. in l. 1. §. ſi plures, in 1. quæſt. in princ. nu. 4. de exerci. Bal. in l. de pecoribus, nu. 3. verſ. item de dictione, C. ad l. aquil. Dec. in rubr. ff. ſi cert. pet. in 1. lect. nu. 1. & 2. & in 2. lect, nu. 5. Ant. de Sola in conſtit. Sabau. 2. p. tit. de alien. bon. min. gloſ. 3. num. 47. Bar. in l. 1. §. ex incẽdio, verſ. idem de dictione, de, ff. de incend. ruina, & naufr. Barbac. de præſtan. Cardin. 2. quæſt. par. 1. poſt n. 21. Tiraq. tract. ceſſ. cau. in 20. limit. num. 31. verſ. nam & dictio, de, vbi late, Pariſ. conſ. 9. num. 44. vol. 2. Iacob. de Sancto Georgio, in l. quotiens, nu. 4. de probat. Gomeſ. in reg. de infim. reſign. q. 11. verſ. & iſta opinio, fol. 84. colu. 2. Dec. conſ. 624. nu. 3. vbi notabilem caſum per iſtam dictionẽ decidit, Euerard. conſ. 142. in fin. Mandoſ. in gloſ. facult. in §. habita, in ver. de eorum, fol. 214. & melius per ipſum Mandoſ. in reg. cancell. 12. quæſt. 2. nu. 7. Boer. deciſ. 44. nu. 19. fol. 103.

Ex qua natura dictionis, de, inferunt Doctores, quod ſtante ſtatuto, quod pax fieri non poſſit de percuſsionibus ſanguinolentis, & ego impuli te ad terram, & colliſſo capite ad lapidem, exiuit ſanguis; quod non habebit locum ſtatutum, quia ſanguis non proceſsit immediate ex impulſione ad terram, ſed accidentaliter ex colliſione lapidis; ita tenet Bald. in l. de pecoribus, n. 3. C. ad l. aquil. Dec. in rubr. ſi cert. pet. in 1. lect. num. 1. & in 2. num. 5. Iaſſ. in l. non dubium, num. 24. C. de legib. Dec. conſ. 624. num. 3. & addit. ad Panorm. in cap. inter dilectos, num. 4. in fin. verſ. dictio, iuxta med. de fid. inſtrumen. Et ſic, ſi ſtatutum ponat certam pœnam acuſato de homicidio, non habebit locum in eo, qui mandauit committi homicidium, quia dictio, de, ſignificat cauſam proximam, & immediatam, & mandans nõ fuit cauſa proximã, & immediata; ita tenet Bald. in l. non dubium in 5. notab. & ibi Paul. de Caſtr. num. 11. & Iaſſ. num. 24. C. de legib. Dec. in rubr. ſi cert. pet. in 1. lect. numer. 2. Bald. in l. peremptorias, colum. 6. verſ. quæro quid ſi ſtatutũ, C. ſenten. reſcin. nõ poſſ. & in l. 1. in 4. oppoſ. C. ſi cert. exter. & idem

& idem Bal in l.ex hoc iure,n.14.verſ. facit ſimiliter ad ſtatutum,ff.de iuſt.& iur.

3 Aliquando tamen iſta dictio,de, cauſam remotam ſignificat,ſecundũ ſubiectam materiam,quando alias cõſtaret de mente diſponentis, vt in l. ſi finita, §. deinde, ff. de damn.infec.per quem tex.notat ibi Bart.n.1.quod iſta dictio denotat rationem remotam, quia ibi non de opere, ſed de damno futuro ex opere ſatis datur,& ibi etiam Alexand.in addit.Boer.deciſ.44.num.29. Dec. conſ.624.nu.3. & Mandoſ.in reg.12.quæſt.2.num.8.Bart.in l.1.§. ex incendio num.1. de incen.ruina & naufr.idem Bart.in l.Prætor ait, §.quod de his, num.2. de bon.aut. iudic.poſſ.& Dec.in rubr.ff.ſi cert.pet.in 1.lect.num.2.

4 Tertio,iſta dictio,de,ſubſtantiam denotat,Socin.Iun.conſ.82.n.11.vol.3. Pabin.in tract.capit.ſed.vac.in 1.prelud.ex numer.1. Tiraq.tract ceſſ. cauſa,in 20.limit.num.32. verſ.hæc enim dictio.

5 Quarto,iſta dictio,de,taxatiuè aliquãdo ponitur, nõ demonſtratiue,puta ſi dicatur, relinquo tali decem corbes frumẽti de fundo, ſeu agro meo, ſito in tali loco, quia ex quo dictio, de, ponitur taxatiue, ſi in eo agro non colligãtur tot corbes,non poterit legatarius petere ſuplementum ex grano,ꝙ in alijs agris colligetur,l. Lucius, ff.de alim. leg.l.quidam teſtamento in princ. de leg.1. Paul.de Caſtr.conſ.338.numer.3. volum.1. Dec.conſ.500.nu.15.Ioan.de Amic.conſil.46.Petr.Pechins de teſtamen.coniug.lib.5. cap.13.fol.190.Duran.de art.teſtand.tit.de legat.caut.49.ampla Apoſtil.ad Speculat.in tit.de fructib.nu.9. Beninten.deciſ.64. Caualcan.tract.de vſufr.mulie.rel.cap.9.num.167.fol.335.

6 Quinto,aliquãdo dicitur procedere quis de facto,id eſt, contra ius, vt tradit text.& ibi Bal.nu.5.in cap.niſi in fi.de offic.deleg. Angel.conſ.176. in princip.Deci.conſ.373. num.12.aliquando etiam interpretatur de facto, id eſt, manu Regia procedi poſſe, vt tradit Mandoſ.in 14 cõmiſ.in ver.de facto, fol.76.& fol.77.Bar.in extrau.ad reprimendum,in verb.videbitur, in ver.quid ſi dicitur in ſtatuto,Lap.alleg.128.nu.4.Bart.in l. ſtipulatio iſta, nu.4.de verb.obl.

7 Differunt autem,cum,&,de,præpoſitiones, quia quando dicitur in commiſsione, vt quis procedat de conſilio,adeo cenſetur electa induſtria perſonæ, vt actus aliter geſtus nullus omnino ſit;quando vero dicitur in commiſsione,cum conſilio,vel ex conſilio, vel aliter indefinite, conſilio adhibito, non ita præciſſe quis arctatur ad conſilium ſequendum,ſicut quando dicitur de conſilio,vt tradunt Ioan. Andr.in reg. nullus ex conſilio de reg.iur. in 6.ex num.10.Burſat. conſ.90.vol.1.ex num 42. vide omnino circa iſtam doctrinam Silueſt.in Summa,verb. conſilium, numer.2.

¶ Singulare XI.de dictione, Dummodo.

SVMMARIVM.

1 *ISTA dictio,Dummodo, denotat modum,non conditionem.*

2 *Quando iungitur rei imperfectæ in futurum,& ei quod implendum venit,importat cõditionem.*

3 *Concordia iſtarum opinionum, vt prima procedat,quando iungitur rei perfectæ, ſecunda vero quando rei imperfectæ.*

4 *Iſta dictio,ſiue faciat modum, ſiue conditionem, ſemper requiritur quod adimpleatur.*

5 *Differt a dictione,donec, & quouſque, & ſimilibus,quia dictio, Dummodo, denotat perpetuitatem,& perſeuerantiam,ſecus eſt in dictione, donec.*

6 *Iſta dictio, Dummodo, reſtringit, & modificat præcedentia.*

ISTA dictio, Dummodo, ex
1 ſui propria natura denotat modum, non conditionem, Bart. in l. quibus diebus, §. vlt.nu.4.ff. de cond. & dem. verſ.quid de dictione dummodo,per l.cum ab eo, ff.de cont.empt. Neapodem in conſuet.ſi qua mulier,in ver dummodo,nu.14. Bal.in cap.dudum,el 2.num.27. verſ.& hæc faciunt ad quæſtionem, de elect. vbi dicit, eam non facere conditionem, ſed obligare ad ſic faciendum, ſequitur Corn.conſ.130. col.3.verſ.poteſt, volum.3. Tiraq.de Retr. lin.§.8.glo 8.per tot.vbi agit late de natura huius dictionis, dũmodo, & ſequitur Dec. conſ.327.nu.3.Ruin.conſ.12. num.4.vol.3. Rebuf.in concord.in rubr.de reg.nom.§.fi. in ver.dummodo,Alexan.in l.1.colum.1.ad l.falcid. Blanc.in tract. de compromiſ.q.1. num.28.fol.48.Caualc.de vſufr.mulie.relic. cap.9.

cap.9.num.117.fol.282. Mandoſ. in regul. Cancell.17.quæſt.2.nu.2.volum.1. fol.267. poſt Gomes, ibid. quæſt.1.Rebuff.in prax. tit.de diſpenſ.rat.ætat.in verb.prouiſsio,in fin.pag.406. Ror.deciſ.231.aliàs deciſ.1.de cond.appoſ.in non.qui omnes tenent,quod huiuſmodi dictio dummodo, denotat modum,& nõ reſoluit diſpoſitionem,ſed obligat ad ſic faciendum.

2 Quamuis autẽ regulariter importet modum, quando tamen iniungitur, rei imperfectę in futurum,& ei,quod implendum venit,importat conditionẽ,l. Thais,§.Stichũ, ff. de fideicom. libert. & ita tenent Aymon conſ.10.num.14. Surd.deciſ.209. numer.4. Domin.in cap.non poteſt §.1.num.12.verſ. nota bene,de dictione,dummodo, de præbend.in 6. Bertran.conſ.201.num.5. vol.1. Guido conſ.205.verſ.Secundo eſt dictũm. Rip.lib.2.reſponſ.cap.9.col.1.gloſſ.& DD. in cap.vt præteritię de elect.in 6.Mandoſ.in reg.Cancell.31. quæſt.13. num.8.volum.2. fol.112.& in reg.17.quæſt.2.num.3.volum. 1.fol.267.Bal.in l.fin.col.fin.verſ. In gloſſa, C.de indict.viduit.Socin.conſ.148.nu.46. volum.1. Iaſſ.conſ.104. colum.4. volum.4. Beroi.quęſt.99.num.3.Rebuff.in prax.titul. de form. nouæ prouiſ.in verb. dummodo, num.5. & in titul.de diſpen.ratione ætat.in verb.prouiſſo,verſ.& ſic,dum citat Ripam, vbi ſupra,Tiraq.de Retract.linag.§.8.gloſ. 8.ad fin, Aymon conſ.11.nu.14.Socin.Iun. conſ.18.volum.3.num.13.

3 Poſſunt tamen huiuſmodi opiniones reduci ad concordiam, vt prima procedat,& denotet modum,quando ponitur,& iungitur rei perfectæ,ſecunda vero, quod denotet cõditionem, quando iungitur rei imperfectę,& hanc opinionũ conciliationem tradunt Tiraq.vbi ſup.Mandoſ.in reg.Cancel. 31.quęſt.13. numer.8.& pulchre Rebuff.in concord.in Rubr. de reg.ad Præl.nomin.§. fin.in verb.dummodo, fol.216.quem omnino vide,& Caualc.in tract.de vſufr.mulier. relict.cap.9.num.117.fol.282.vbi plures ad propoſitum adducit.

4 Omittendũ tamen non eſt,quod ſiue iſta dictio faciat modum,ſiue conditionem,ſẽper requiritur quod adimpleantur ea, quibus iſta dictio adiungitur, aliàs ſi non interueniunt actus corruit, nec conſequitur effectum, Alex. in l.1.in princip. num.7.ff.ad l. falcid. Benuenu. in tract. du mercat. tit. de mandato num.8. vbi alios citat hoc tenentes; quod etiam aſſerit Grat.conſ.86.num.1. vol.2.Socin. in d.conſ.148. num.46. Pariſ. conſ.95.num.44.vol.2.& quos citat Caualcan.tract.de vſufru. mul.rel. cap.9. nu.117. ad fin.& in nu.119.Anchar.conſ.169.nu.2. verſ.ſiue enim. Dec.conſ.661.num.12.verſ. ſecundo, Anchar.conſ.169.num.2.verſ.ſiue tamen contrariũ, Alciat.conſ.211.n.3.

5 Illud tamen notandum eſt,quod iſta dictio,dummodo,differt à dictione,donec,& quouſquè, & ſimilibus, quia dictio dũmodo,facit,& donat perſeuerantiam,& perpetuitatem;ſecus eſt in dictione, donec, Exẽplum eſt,ſi teſtator dicat, quod legat vxori ſuæ centum quolibet anno, donec caſte vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit; tunc ſi tranſeat ad ſecundas nuptias, non tenetur reſtituere fructus perceptos pro tẽpore prę terito, quia licite eos percepit, & quia iſta dictio,donec,non denotat perpetuitatem, bene tamen ceſſabit legatum pro tempore futuro,ceſſante dicta conditione viduitatis, vt tenent Bar. & Paul. in l.fin.C. de ind.viduit.Alex.conſ.28.col.1. vol.4.Socin. conſ. 81.volum.3.num.7.Ruin.conſ.190.num.1. volum.2.& conſ.51.num.17.eodem volum. Pariſ.conſ.95.num.44.vol.2.Aymon.conſil. 300.num.5.& Caualc.de vſufr.muli.rel.cap. 9.num.115.fol.279.& dicetur in explicatione dictionis, donec, & tradit Iaſſ. in l.fundum,ſub §.ſi pater, ex num.3.de leg.1.nam per dictionem,donec,& quouſque,& ſimiles,teſtator non prohibet,vt non nubat,ſed vult,quod habeat donec non nupſerit, poſt quam vero nupſerit,quod nõ habeat etiam,

7 quod mortuo marito reuerteretur ad viduitatem; vt late in propoſito conſuluit Deci. conſil.621.Ruin.conſil.65.ex numer.1.& 6. volum.2.Caualcan.vbi ſupra,num.117.poſt princip.fol.281.

Secus vero dicendum eſt, ſi teſtator vtatur dictione,dummodo, quia iſta dictio denotat perſeuerantiam,& perpetuitatem; vnde ſi vxor in caſu prędicto ſteterit vidua per triẽnium, & perceperit fructus triennales, & poſtea nupſerit,tenetur reſtituere fruct⁹ quos perceperit pro illo triennio,quo ſtetetit in viduitate. Pariſ.conſ.95.num.44.vol. 2.ſentit Beroi.quæſt.99.nu.3.& tradit clare Caual.de vſufr.mul.rel.cap.9.num.117.per tot. vbi hoc dicitur probare, & ex nu.119. fol.281.vbi allegat Aymon conſ.201.num. 40.Pariſ.conſ.17.num.19.volum.1. vbi loquuntur ita,quod,& ita tamen, vt illis ſtantibus

tibus vxor teneatur reſtituere fructus perceptos,vt ibi per eum.

6 Vlterius iſta dictio, dummodo, reſtringit,& modificat præcedẽtia,Rebuf.in prax. tit.de diſpen.ratione ętat.in verb.prouiſio, in princip.& probar l.Lucius,§.quæ habebat,& l.ita tamen, ad Trebel.ſeu facit contradictionem ad præcedentia, Pariſs.conſil. 47.num.7, volum.3. & aliquando denotat admonitionem,vel cominationem, gloſſ.in cap.non poteſt,in verb.retinere circa fin.de preb.in 6.& ibi Ioan.Andr.& Rot.in deciſ. 1.de cond.appoſ.in nou.fol.267.

§ Singulare XII. de dictione, Aſsidue.

SVMMARIVM.

1 Dictio iſta,aſsidue, aliquando ſignificat idem quod omni tempore.

2 Aſsidue,& frequenter,pro eodem accipiuntur, aliquando,de ſui natura ſignificat frequentiã,nõ autem temporis continuitatem.

3 Iſta dictio ſignificat,quod horis competentibus, neque exigit omne momentum,& temporis continuationem.

4 Significat,ſæpe, aut crebro.

1 ASSIDVE ; dictio iſta aliquando interpretatur,id eſt,omni tempore, l.Filium , & ibi Bal. ff.de his qui ſunt ſui, vel ali.l. fin. in princ. ff.de ædil. edict. cap.Diaconi, prope fin.99.diſt. & cap.1.de teſtit.ſpol.in 6. ſic habetur Eſdrę cap.3.vbi incendebant igni aſsiduo,& Eccleſ.cap.33. ad fin.& ſeruum inclinant operationes aſsiduę, & cap.27. Sed cũ viro ſancto aſsiduus eſto,& cap.Si laudabo nomen tuũ aſsidue, & tradit Mandoſ.in gloſ.facult.§.volentes, verſ.Aſsidue, fol.173.

2 Secundo,aſsidue,idem eſt,quod frequenter,& quandoq; aſsidue, & frequenter pro eodẽ accipiũtur, imo iſta dictio, aſsidue,de ſui propria natura denotat frequentiã, non vero tẽporis continuationẽ,de primo ſcilicet,quod aſsidue,& frequẽter põnãtur pro eodẽ,prob.tex.in l.ei qui,ff.de furt.l.quod ſi nolit,§.qui aſsidua, ff.de edilit.edict.l.aſsiduis,C.qui pot.in pign.& in proh.Clemen. §.hęc ſane,verſ.accidit tamen occupatio,& ibi Bonifac.de Vitalin.num.15.& Mandoſ. in gloſ. facult.§. volentes in ver. aſsidue,& de ſecundo, ſcilicet , quod iſta dictio, aſsidue,deuotet frequentiam, non autem tem-

3 poris continuationem , & ſic,quod aſsidue idem ſonet, quod horis competentibus, & non omne momentum exigatur,eſt tex.in l. ſi quis legauit,ff.de cond,& demonſ.& l.męuia, ff.de manumis.teſt. & ibi Alber.& tex. & ibi gloſ.fin.in cap.de quibuſdam 37.diſt. & in cap.Sacroſancta, & ibi gl.1.& Archid. 22.diſt.cap.frequens,& ibi Domin.54.diſt. Felin.in prohem.Gregor.verb. Rex pacificus,poſt nu.3. verſ.idem ſi dicatur aſsidue, gloſ.in pragm.ſanct.tit.de cauſis, in prin.in verb. iugiter. Domin.in cap.1.in princip.in 2.notab.& ibi etiam Franc.de teſtit.ſpol.in 6. per illum tex. vbi notant, quod illud dicitur eſſe aſsiduum,quod non ſit continuato tempore,ſed interpellato,dum tamẽ fiat congruis temporibus, quia querella,de qua, in eo textu,nõ fiebat tempore dormitionis, vel celebrationis diuinorum,& tamen tex. ibi dicit aſsidua , vnde infert ibi Dominic. quod probat teſtis, qui dicit, talis Prælatus aſsidue contulit tale beneficium , quia per hoc probaret, licet nõ omni die fecerit,ſed caſu occurrẽte ſecundum eum, & quod iſta dictio intelligatur congruis temporibus,& non continuato tempore, tenet etiam Mandoſ.in glo.facult.§.volentes,in ver.aſsidue, ex fol.173.in fin.& eſt tex. in cap.1.de offi.

4 Archipreſ.& ibi Hoſtien.exponit aſsidue,id eſt,horis competentibus.

Tertio,aſsidue, aliquando exponitur,id eſt,ſępe,vel crebro,vt in l.mæuia, §.vxore, ff.de ann.legat. vbi etiam iuncta gloſ.in ver. difficile, elicitur, quod aſsidue,& rato opponuntur,Mandoſ.in glo.facul.§.volentes, in verb.aſsidue, fol.174.colum.1.

Singul.XIII. de prępoſitione, Ante.

SVMMARIVM.

1 Dictio iſta, ante, regulariter ſignificat tempus ante principium actus.

2 Aliquando denotat tẽpus poſt principium actus, & hoc fit ratione concordiæ teſtium diſcordantium.

3 Quãdo iſta dictio refertur ad actum, qui habet tractum

tractũ ſucceſiuũ determinatũ, & cõcurrit fauor debitoris, tunc receditur ab illius proprietate.

4 *Dictio iſta, ante, incluſionem, & finem actus ſignificat, ſecundum aliquos.*

5 *Eandem vim habet quam dictio, poſt.*

6 *Denotat principium actus, ex ſui natura, ex auctoris ſententia.*

7 *Denotat, quod illud cui adijcitur, debet interuenire.*

8 *Poteſt ſignificare actum immediate ſequentem, & diſtantem.*

DICTIO iſta, ante, habet aliquas ſignificationes, & primo
1 & regulariter, & de ſui propria natura dictio iſta, ante, ſignificat tempus ante principium actus, l. ſi quis id quod, verſ. quod ſi diſponi, ff. de iur. omn. iud. ibi; dum proponitur, vel ante propoſitionem, & cap. ante triennium 31. diſtinct. l fin. ff. de alb. ſcrib. & per iſta iura tradit Aretin. in cap. cum tu, colum. penult. de teſtibus, & in l. qui ante Kalendas, colum. 2. ff. de verb. oblig. Bal. in l. ex his, in verſ. opponitur, C. Quando dies leg. ced. vbi ait, quod proprie ante dicitur, quod eſt omnino ante, & omnia iſta tenet Dec. in l. 2. §. creditum, in 1. lect. num. 6. & 11. & in 2. lect. num. 13. & 23. ff de reb. cred. & idem Dec. conſ. 593. nu. 3. vbi etiam nu. 1. vide alia de natura huius dictionis.

2 Et licet ſupradicta ſit propria natura huius dictionis ante, ſcilicet ſignificare temp⁹ ante principium actus, tamen aliquando recedimus ab eius proprietate, & natura, denotatque tempus poſt principium actus, & hoc fit ratione cõcordiæ teſtium diſcordantium, exempli gratia, ſi vnus teſtis dicat, talem rem fuiſſe factam ante nuptias, alter vero teſtis diceret poſt nuptias, tunc gratia reductionis teſtium ad concordiam, interpretabimur dictionem ante nuptias, ſcilicet finitas, & verbũ poſt nuptias, ſcilicet incohatas, & hoc fit gratia cõcordandi teſtes, cum aliàs iſta dictio ante, ſignificaret tempus ante principium actus, & ſic ante nuptias, ſcilicet incohatas, & idem dicas, ſi teſtes ante guerram, & poſt guerram, quia reducuntur ad concordiam, interpretando ante guerrã, ſcilicet finitam, & poſt guerram incohatam, & ſic hoc caſu, recedimus à proprietate verbi, ante, fauore concordię teſtium, ita tradit Bar. in l. 2. §. creditum, ff. de reb. cred. & ibi Iaſſ. num. 8. & Dec. num. 5. in 1. lect. & nu. 9. in 2. lect. Et eodem etiam modo interpretabimur dictionem, ante, quando vni teſtes dicerent ante publicationem, & alij poſt publicationem, quia concordabimus ſi dixerimus, ante publicationem finitam, poſt publicationem vero incohatam, vt tradit Angel. conſ. 274. col. fin. Iaſſ. in d. §. creditum, num. 8. & ibi Dec. num. 5. in 1. lect. & num. 10. in 2. lect. & vide notata in dictione, poſt.

3 Item etiã recedimus à proprietate huius dictionis, ante, quando iſta dictio refertur ad actum, qui habet tractum ſucceſsiuum determinatum, & concurrit fauor debitoris; puta ſi dicamus, promitto tibi ſoluere ante vnum annum, vel ita, promitto tibi ſoluere ante Kalendas Auguſti, quia tũc dictio ante, reſpicit finem actus, & intelligitur ante Kalendas finitas, & ante annum finitum, nec debitor poterit cõueniri in ipſo die Kalendarum, ſed in altero ſequenti, l. qui ante Kalendas, & l. 14. ff. de verb. oblig. & ibi Bar. Alexan. & Aretin. & tex. in l. 56. cum qui ita, §. qui ita ſtipulatur ante, ff. de verb. oblig. ſecundum intellectum. Ioan. & Hugon. quem refert ibi gloſ. in verb. ante Kalendas, quæ interpretatur illa verba, ante Kalendas, ſcilicet finitas dare ſpõdes, quem intellectum ſequitur ibi Bart. Bal. Angel. Imol. Cuman. Alex. & Iaſſ. & Bar. & Alex. in l. 2. §. creditũ. de reb. cred. vbi Alex. atteſtatur illum intellectum eſſe cõmuniter approbatum.

Ex quo ibi infert, quod ſi promitto tibi ſoluere ante menſem Auguſti, quod intelligitur ante menſem ſcilicet finitum, & hoc videtur etiam ſequi Curt. Iun. conſ. 40. n. 4. fol. 55. & Oldrad. conſ. 49. ad fi. ratio autem quare in dict. l. qui ante Kalendas, iſta dictio non ſeruet ſuam proprietatem, & naturam, ſed interpretetur, vt reſpiciat finem actus, eſt quia quando adijcitur tempus gratia debitoris, tũc fauore debitoris reſpicit finem actus, ita Bolognet. ibi tradit, dicens communiter Doctores eam ſic intelligere, vel ideo ibi dictio, ante, non ſeruat ſuam naturam, quia loquitur in ſtipulatione, in qua interpretatio fieri debet contra ſtipulatorem, qui potuit legem apertius cõſcribere, l. quidquid aſtringendę, de verb. oblig. l. veteribus, ff. de pact. ac etiam, quia ibi concurrebat fauor debitoris, & has rationes refert Dec. in l. 2. §. creditum, in 2. lect. num. 23. ff. de reb. cred. nec omittendum in præſenti videtur deciſionem Alexan. ſuperius memoratam, reprobari à Dec. in dict. §. creditum, num. 23.

num.23. poſt Bal.in tit.de pace conſtant.in verb.opizone,qui tenent,quod ſi promiſsio fiat de menſe Maij, ante menſem Auguſti, quod intelligitur inchoari,& quod alia opinio Alex.non conſonat auribus vulgi; præſertim,quia iſta dictio,ante, de ſui propria ſignificatione denotat tempus ante principium actus, vt per Deci. in dict.num.23.de quo etiam videndus eſt Curt.Iun.conſ.40. numer.4.

5 Sunt tamen aliqui, qui per dictam l. qui ante Kalendas,& per alia iura tenēt,& aſſerunt dictionem ante,incluſionem,ſeu finem actus ſignificare, vt per Oldrad.conſ.49.ad fin. per l. cum ſtipulatus, de verb. oblig.& cap.Presbyter 88.diſt.& tenet expreſſe glo. in cap.anteriorum,in ver.dietum, 2.quæſt. 6.quę dicit,quod ſi lege caueatur, vt appellatio fieri debeat ante decem dies,quod poteſt appellari ipſo decimo die,allegat l.enim qui ita,§.qui ita, de verb.oblig.ſuperius allegatam,& videtur idem tenere Ioã.Andr. in cap.præterea,2.colum.2.verſ.intra viginti dies,de appell.& Alber.in Auth.hoc ius, colum.2. C. de Procurat. & in dictionar.in verb.ante, Tiraquel.de retr.linag.§.1.gloſſ. 11.numer.70.vbi etiam ſubdit,quod dictio iſta, ante, eandem vim, & naturam habet, quam dictio,poſt, ſeſeq; mutuo reſpiciunt, quod etiam notat Tiraquel.in dict.glo.11. num. 49. & in l. ſi vnquam, in verb.poſtea, num.14.C.de reu.donat.at dictio,poſt,proculdubio reſpicit finem actus, vt per Deci. in d.l.2.§.creditum,in 1.lect.n.6.& 11.& in 2.lect.nu.13. & 23.ff.de reb.cred.& dicetur infra in dictione,poſt.

6 Ego tamen, his non obſtantibus, teneo iſtam dictionem,ante,de ſui natura importare principium actus,illud namq; probant iura, & Doctores ſuperius allegati in principio, maxime Deci.in dict.§. creditum, in 2.lect.num.13. & 23.& in conſ.593.num.3. quem vide.

7 Secundo,dictio iſta,ante, proprie ſumpta,denotat, quod illud cui adijcitur debet interuenire, vt ſi dicā, ante acceptationem debes illud facere, ergo præſuponit, quod acceptatio debet interuenire, ita tenet Zabarel.cōſ.95.n.4.per iura ibi ab eo allegata, licet aliquādo minus proprie ſumpta bene denotat,quod non interuenit, vt in cap.Ioſeph.de verb.ſignif.vt per Zabarel.in dicto conſ.95.num.4.

8 Tertio,hæc dictio,ante, poteſt ſignifica re actum immediate ſequentem, & diſtantem,Gomes in cap.Si annuni, §.ſi vero,numet.3.de iudic.in 6.fol.551.

Singulare XIIII. de dictione, Ex nunc,prout,ex tunc.

SVMMARIVM.

1 Clauſula iſta habet hunc effectum, vt actus poſtea factus,cenſeatur tam à principio factus,quia retrotrahitur.

2 Si ponatur in actu conditionali, non afficit ante aduentum conditionis, ſed ſuſpenditur effectus ipſius.

3 Quando apponitur in actu conditionali, operatur a die adimplementi conditionis,non autem a die prolationis verborum, ideſt, non operatur ex tempore data, ſed ex tempora conditionis adimpletæ.

4 Ex nunc,prout, ex tunc, idem eſt, ac ſi dicatur ex tunc, prout, ex nunc, quia ſemper trahitur ad diem exiſtentis conditionis, quidquid dicat Felin.& num.6.

5 Appellatio interpoſita ante aduentum conditionis,vel diei,ſuſpendit ſententiam excōmunicationis, & nu.ſeq.cum limit. ibi poſita.

6 Tempus appellādi à ſententia excōmunicationis, ſub conditione latę,incipit currere,non a die prolationis,ſed à die exiſtentis conditionis.

1 CLAVSVLA Iſta (ex nunc, prout,ex tunc)habet hūc effectum, vt actus poſtea factus, cenſeatur iam à principio factus,quia retrotrahitur,gloſ. in Clem. nolentes, verb. ex tunc,de hæret. & ibi Zabarel.in 1.oppoſ,& Imol.in col.1. Bald.in Auth.contra rogatus,C.ad Trebel. colum.1. Angel. Paul. de Caſtr. & Alexan. num.2.in l. huiuſmodi 2. de verb.oblig. & Doctores in l.ſi ita ſtipulatus fuero, eodem tit. Bal.in l. lecta.colum.1.in vlt.notab.ff.ſi cer.pet.& in cap.1.num.16. verſ. ſed pone Clericus, tit.de mil. vaſal.qui contu.Angel. in l.1.in fin.& ibi Alex. & Iaſ.num.4.C.de codicil.Angel.conſ.42.in fin. Alex.conſ.83. poſt num.8.verſ.confirmatur hoc, vol.2.& in conſ.111.ex num.26. verſ. ex prædictis, volu.6. Aretin.conſ.160. colum.4.verſ.ſed certe,Barb.conſ.64.col antepen. volum.4. Guid.deciſ.218. Iaſ. conſ.147.col.9.verſ. ſecundo

Digitized by Google

ſecundo poſſet reſponderi,volum.2.Felin.
in cap.licet cauſam , poſt num.6. verſ.nota
ſexto , de probation. Rip.in l.1.num.5. de
pign. Chaſſan.conſ.53.col.1.verſ.14. & in
verſ.23.ad 4. & conſ.66.col.5. verſ.ad hoc,
Socin. Iun.conſ.106. n.28.vol.1. latiſsime
Tiraq.de retr.conuen.§.2.gloſ.vn.num.86.
& de iur.conſti.3.par.lim.2.num.16.Rimi-
nald.Iun.conſ.678.n.12.vol.6. Guid.deciſ.
588.Dec.conſ.247.col. vlt. Siluan.qui plu-
res citat,conſ.97.num.3.Pariſs.conſ.19.nu.
119.volum.2. Mandoſ. in prax. ſign. fol.4.
colum. 2.ad fin. vbi plures , Conſtantin.ad
conſtit.Gallic.art.62.fol.121.col.2.in verſ.
ex tunc,glo.in prag.ſanct.tit.de collat.§.vt
vero,in verb.prout ex tunc,Iofred.conſ.9.
ex num.13. Tiraq. de conſtit. part.3.limit.
2.num.16.

2 Sciendum tamen eſt,quod dictio iſta,ex
nunc,prout,ex tunc, poſsita in actu condi-
tionali , non afficit ante aduentum condi-
tionis, ſed ſuſpenditur effectus ipſius: gloſ.
verb.ex tunc,in Clemen.1. de iure patron.
gloſ.in Clem.1.in ver.ex tunc,& ibi Zabar.
in 1.oppoſ.de conceſ.pręben. Collectar.in
cap.præterea requiſiti, in verb. excommu-
nicatum,paulo ante fin.& ibi Bal.colum.3.
verſ.quæro nunquid,Pan.col.pen. verſ.ex-
tra gloſſam,& ibi Alexan.colum.3.& Deci.
colum.pen.verſ.extra gloſſam,de appellat.
Ioan.Andr. Dominic. & Franc. in cap.du-
dum , de præbend.in 6. Guid deciſ. 588.&
conſ.126. Felin.in cap.licet cauſam , col.4.
nu.6. verſ.nota ſexto, de probat. Tiraq.de
retr.conu.§.2. gloſ.vn.num.87. Pariſs.conſ.
82. num.17. volum.4. & pulchre Caſador.
deciſ.3.nu.15.de præben.& Gigan.reſpon.
23.num.13. qui dicunt , quod quando iſta
dictio,ex nunc,prout ex tunc,apponitur in
actu conditionali,tunc iſta dictio operatur
à die adimplementi conditionis, nó autem
à die prolationis verborum , taliter quod
terminus conditionis impletę atenditur nó
ſermonis prolati , & ſic in gratia conditio-
nali,non operatur ex tempore datæ, ſed ex
3 tempore conditionis adimpletę,vt pulchre
per eos,vbi etiam dicit Caſador.ꝙ illud,ꝙ
dicitur per Alex.in l.1. C.de codicill.quod
clauſula,ex nunc prout ex tunc, operatur a
tempore præſenti, procedit quando appo-
nitur in diſpoſitione pura, ſecus autem eſt,
ſi poneretur in diſpoſitione conditionali,
quia operatur à tempore exiſtentis condi-
tionis,& quod nulla eſt differentia, an dica
tur , ex nunc prout ex tunc, an dicatur , ex
tunc prout ex nunc, & hoc vltimum tenet
gloſ.in pragm.ſanct.titul.de collation,§. vt
vero, in verb. prout ex tunc , vbi ait, quod
nulla eſt vis , an dicatur (ex nunc prout ex
tunc) vel è contra (ex tunc prout ex nunc)
quia ſemper trahitur ad diem exiſtentis có-
ditionis , vt etiam probat Tiraquel. de iur.
conſtit.3.par.limit.2.numer.16.Abb.in cap.
præterea, num.11. de appellat.el 2. optime
Bal.in cap.1.de milit.vaſſal. qui contum.eſt
num.16. & 17. ita Gutierrez lib.1. Canon.
Quæſt.cap.4.nu.20.& ratio eſt, vt ipſe ſub-
dit in nu.21. quia licet aduerbium ex nunc,
ſit pręſentis temporis,l.1 §.nunc tractemus,
4 ff.de tutel.Tiraquel.de retr.conu.§.2. gloſſ.
1.nu.86.in fin. futurum tamen denotat effe
ctú,vt etiam tradit Rebuf. in l. mulieris ap-
pellatione, §.deſinere, verſ. præterea, pag.
126.ff. de verb. ſignif. maxima tamen vide-
tur eſſę differentia,ſi credimus Felin.in cap.
licet cauſam,de probat.n.6. vbi dicit,quod
dictio,ex nunc, ſignificat actum verbi pro-
lati,& illud verbum prout ex túc, effectum
actus eſſe collatum in tempus futurum,vn-
de ſi dicitur,ſi hoc non feceris, excommuni
co te,exnunc prout ex tunc,eſt ac ſi diceret,
declaro,quod ſi non ſatisfeceris in termino,
ſis excómunicatus tunc,ſed quando dicitur
è contra,ex tunc prout ex nunc,videtur col
latus effectus in tempus præſens , hactenus
fallens.

Nihilominus tamen ego ſuperiori adhę-
reo ſententriæ per ſuperius adducta,nec nul
lam reperiri differentiam exiſtimo,quando
in diſpoſitione conditionali Iudex profert
ſententiam excommunicationis,ex núc pro
tunc,vel ex tunc pro nunc,quia in nullo ho
rum caſuum videtur quis excommunicatus
à tempore ſententię , ſed tunc demum poſt
impletam conditionem , & ratio eſt , quia
tempore ſententię debitor non erat contu-
max,vnde illo tempore non poteſt intelligi
quod excómunicatus ſit,vnde appellatio in
5 his caſibus ante aduentum conditionis, vel
diei interpoſita, ſuſpendit ſententiam excó
municationis latam,per ea quæ tradunt Gu
tierrez in d.cap.4.ex nu.20.verſ.niſi, Spino
in Spec.teſtament.in gloſ.rubr.in 11.par.ex
num.19.Couarr.in cap.Alma mater,1.part.
§.10.num.4.verſ.imo licet,Tabienſ.in ſum.
verb.excomunicatio,el 2.num.16.verſ ſed
quid ſi Iudex, Lancelot. de atten. 2.p. cap.
12. limitat. 21. ex numer. 30. ex pag. 252.
ſubdens

Digitized by Google

ſubdens ex Bal. in cap. Paſtoralis, §. præterea nu. 10. de off. deleg. quod ſi quis probet ſententiam excommunicationis latam ſub conditione, & nõ probet implementum cõ-
6 ditionis, non dicitur probata excommunicatio, cum aliàs tempus appellandi à ſententia excommunicationis ſub conditione latæ, incipiat currere, non à die prolationis, ſicut in alijs ſententijs, ſed à die exiſtẽtis cõditionis, & ſic non retrotrahitur ad diem pronuntiationis, vt probat Gutierrez in d. cap. 4. ex nu. 32. & ſic ait Petr. Bollo in œconomi. Canon. 3. claſ. cap. 4. §. 5. pag. 442. verſ. quintus decimus, quod appellatio ante aduentum conditionis interpoſita, ſuſpendit ſententiam excõmunicationis prolatam cõditionaliter, vt puta ſi non ſatisfeceris intra decem dies, de quo dixi in 2. p. Collect. 36. num. 3. & in Collecta. 42. num. 2. Quod ego limitarem, niſi quãdo pars tali ſententię cõſentit; tunc enim, ſi intra illum terminum nõ ſatisfecerit, ſtatim excommunicationem incurrit per rationes quas recenſent Couarr. in d. §. 10. num. 4. verſ. illud vero. Gutierrez in d. etiam. cap. 4. ex nu. 16. Spin. in d. 11. p. ex num. 20. Nauarr. in man. cap. 27. nu. 272. verſ. 12. quod.

Secundo ſupra dicta opinio confirmatur ex Rebuf. in l. mulieris appellatione, 13. §. deſinere ex verſ. ex quo infertur, de verb. ſign. vbi ait ex Imol. quod quamuis huiuſmodi dictiones (ex nunc pro vt ex tunc) interdum iunguntur, non tamen vt in eff. ctu reſpiciant tempus celebrati actus, ſed tempus conditionis extantis, & licet aduenientę conditione trahunt effectum diſpoſitionis retro, hoc tamen non procedit in excõmunicatione, in qua nõ fingitur retro, quia iudex non poteſt ante contummaciam excõmunicare, nec pro futura culpa, ex quibus certe ſatis colligitur aduerſus Felin. nullam eſſe differentiam, nec vim, an dicatur in ſententia excommunicationis de qua ipſe loquitur, nunc pro tunc, vel è cõtra, tunc pro nunc, cum huiuſmodi verba ſemper trahantur ad diem exiſtẽtis conditionis, non vero ad diem celebrati actus.

Singulare XV. de dictione, Seu.

SVMMARIVM.

1 *Iſta dictio ſeu, ex ſua propria natura, & regulariter eſt diſiunctiua.*

2 *Hæc dictio non eſt diſiunctiua, vel alternatiua, ſed potius copulatiua, & augmentatiua ſecundum plures Doctores.*

3 *In legatis, & vltimis diſpoſitionibus fauore legatorum iſta dictio, ſeu, ſemper ponitur ampliatiue, & augmentatiue, & copulat potius quam diſiungit.*

4 *Iſta dictio, nec in legatis ſtat augmentatiue, ſed potius diſiunctiue, quia eſt propria illius natura vt accipiatur diſiunctim, vt tenẽt plures DD.*

5 *Iſta dictio, ſeu, ampliat moderate, vt dictio, Plus, quæ ad modicam ſummam referri ſolet.*

6 *Limitatur communis opinio, quando dictio ſeu, ponitur in legato concepto per verba pluralis numeri, ſecus autẽ ſi per verba numeri ſingularis.*

7 *Quãdo dictio ſeu, ponitur inter duo, quorũ vnũ, ſub altero continetur, habet vim copulatiuæ.*

8 *Quando iſta dictio ſeu, ponitur inter genus, & ſpeciem, inter totum, & partem ſubiectiuam ſeu prędicamentalem, vim habet coniunctæ, & copulatiuæ.*

9 *Ponitur declaratiue, ſeu, expoſitiue pro, ideſt, quando ponitur inter genus, & ſpeciem, & ponitur ſpecies poſt genus.*

10 *Quando ponitur inter duas dictiones idem ſignificantes, ponitur declaratiue ad præcedentia, & expoſitiue, & proprie diſiungit verba, ſed coniungit ſignificatum.*

11 *Iſta dictio, ſeu, tribus modis accipitur alternatiue, ampliatiue, & declaratiue.*

12 *Diſcrimen eſt quando ponitur hæc dictio ſeu, inter perſonas, & quãdo ponitur inter res, & quid quando inter appellatiua nomina.*

1 ISTA dictio, ſeu, ex ſua propria natura, & regulariter eſt diſiunctiua, ex Bar. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum num. 1. & ibi Soci. col. 2. de reb. dub. Bar. in l. ſi quis ita, num. 1. de auro & arg. leg. Bal. & alij in l. cum quidam, C. de verb. ſign. & maxime ibi Iaſſ. nu. 1. quem vide, Socin. conſ. 63. nu. 11. vol. 1. Gomeſ. in §. ſed iſte, num. 36. inſtit. de action. Aſtutia in conſtit. proſequentes num. 7. de pugn. ſubl. fol. 82. Panor. in cap. 3. num. 17. de poſtul. prel. Couarr. lib. 2. var. cap. 5. num. 10. ad med. verſ. probatur, Bal. Fel. Dec. Socin. & Rip. in cap. Inter cæteras de reſcrip. per tex. in l. 1. §. ſublata, ad Trebell. & l. generali, C. de ſacroſanct. Eccle. vbi etiam hoc tenet Bar. & tex. in cap. fin. circa fin. 75. diſ. & in l. filiæ, & ibi Bal. in 1. oppoſ. C. de collat. Bar. in auth. vt omnes obed. iudi. num. 11. cap. Si quis Preſbyterum

de ſacroſanct. Eccleſ. ideo nullo modo po-
teſt ſtare augmentatiue, nec etiam in lega-
tis, quia non debet accipi improprie, &
contra eius propriam ſignificationem, &
maxime contra hæredem, contra quem in
dubio non debet fieri interpretatio; ita per
iſtam, & alias rationes tenent, & à commu
ni opinione recedunt Bald. Deci. Marc.
Socin. & Rip. numer. 44. in cap. inter cæte-
ras, de reſcript. Fachineus lib. 5. controu.
iur. cap. 68. verſ. ſed contrarium, Couarr.
in dict. num. 10. à qua etiam recedere vide
tur Benuenut. de adiect. 4. par. quæſt. 1. nu-
mer. 9. & contra communem expreſſe tenet
Canal. de vſufruct. mul. rel. in dict. cap. 9. nu.
48. fol. 201. vbi ait, ſibi perſuadere nõ poſ-
ſe, quod ſi teſtator legat vxori vſumfructũ
fundi Semproniani, ſeu Corneliani, quod
vtrunque debeatur, quia hoc videtur eſſe
contra expreſſam mentem teſtatoris, qui
alterum tantum relinquere voluit, & ad d.
l. ſi quis ita, de aur. & argen. l. reſponde, vt
pulchre per Couarr. & Benuenut. in locis
his allegatis, & Fachineum vbi ſupra.
5 Quia tamen à communi opinione aliqui
bus recedere non videtur, ea retenta, limi-
tari debet, vt dictio iſta, ſeu, ampliet, mode
rate tamen, vt dictio, plus, quæ ad modicã
ſummam referri ſolet; ita tradunt Iaſ. in l.
cum quidam, num. 1. C. de verb. ſign. Cott.
in memor. in verb. ſeu, & Benuen. de adiect.
4. par. q. 1. n. 7. fol. 246. Item & 2. limita di-
6 ctam communem opinionem, vt procedat
quando dictio, ſeu, ponitur in legato con-
cepto, per verba pluralis numeri; ſecus au-
tẽ, ſi per verba numeri ſingularis, vnde ſi te
ſtator legat equum ſuum album, ſeu nigrum,
vnus tantum debetur; quia ex eo quod te-
ſtator vſus eſt ſingulari numero, apparet
vnicum equum legare voluiſſe, quia à nume-
ro eſt optimũ argumentũ, l. fin. ad Trebell.
ita tenet Bal. in cap. inter cæteras, col. fin. de
reſcrip. & Iaſ. refert in d. l. cum quidam, nu.
1. dicens tamen, eam eſſe dubiam, & pericu
loſam limitationem; ſed ipſam probare vi-
detur, Cott. in dict. verb. ſeu, & tradit pun-
ctim Euerard. in loco à vi numeri, ex num.
1. in fin. Maria. Socin. in dict. cap. inter cæ-
teras, & ibi etiam Dec. Sed ex alia ratione,
ſcilicet quia in limitatione Bal. dictio, ſeu,
ponitur inter diuerſa, quo caſu habet vim
alternatiuę, ſeu disiunctiuę ſecundum eum;
& limitationem Bald. refert Bennenut. de
adiect. 4. par. quæſt. 1. num. 8. fol. 247. quam
non improbat, ſed Couar. lib. 2. variar. cap.
5. num. 10. poſt princ. verſ. nec refert, iſtam
limitationem reprobat, dicens, quod non
refert, concipiatur legatum per verba ſin-
gularis, an pluralis numeri, ex mẽte eorum,
qui communem opinionem ſequũtur, licet
Iaſ. dubitauerit, in dict. l. cum quidam, om-
nes etenim frequentiſsime, dum commu-
nem opinionem exemplis explicant; vtun-
tur numero ſingulari, & rebus ita diſtinctis,
vt vna ſub altera minime contineatur; qua
re ſecundum Couarr. non eſt vis, an verba
concipiantur in numero plurali, vel ſingu-
lari.
Sciendum etiam eſt in hac materia, quod
7 quando dictio, ſeu, ponitur inter duo, quo-
rum vnum ſub altero continetur, habet
vim copulatiuę, & tunc non disiungit, ſed
potius copulat, & ampliat, quia, vt aſſerunt
Doctores, quando ponitur inter ea, quæ
quodammodo idem ſunt, & inter ſe con-
uenientiam habent, ponitur pro, &, am-
pliatiue, ita Dec. in cap. inter cæteras, &
ibi Rip. numer. 44. de reſcript. & Benbe-
nut. de adiect. 4. par. quæſt. 1. numer. 9.
fol. 247. Couarr. lib. 2. variar. cap. 5. num.
6. verſ. non obſtat, quorum quilibet rem
iſtam late per exempla declarat.
Quando etiam iſta dictio, ſeu, poni-
8 tur inter genus & ſpeciem, inter totum
& partem, ſubiectiuam ſeu prædicamen-
talem, vim habet coniunctæ, & copula-
tiuæ, Bar. in l. 1. ff. de reb. dub. per tex.
in l. Quintus. ff. de aur. & argento legato,
& l. ſæpe §. cum vero. ff. de verbor. ſigni-
fic. Decius & Ripa num. 44. in d. cap. in-
ter cæteras, Benbenut. de adiect. 4. parte
quęſt. 1. num. 9. ad med. verſ. quibus ad-
des, & eſt cõmunis opinio vt atteſtatur Co
uarr. lib. 2. variar. cap. 5. num. 10. verſ. non
obſtat, ad med. licet contra hanc comunem
opinionem teneat Ludouic. Luſitanus in
rep. l. 1. de reb. dub. fol. pen. eam tamen
defendit Couarr. vbi ſupra, & eſt viden-
dus Mandoſ. in gloſ. facult. §. & proprium
in verſ. ſeu, fol. 331. colum. 2. ad fin. vbi
9 ait, quod dictio iſta, ſeu, ponitur decla-
ratiue, ſeu expoſitiue pro, id eſt; quan-
do ponitur inter genus & ſpeciem, & po-
nitur ſpecies poſt genus, vt probatur in c. 1.
& ibi not. Archid. de cogn. ſpirit. in 6. tex. &
ibi Archid. in c. 1. §. verum de ſtat. regul. in
6. & tradunt Zabar. in clem. 1. §. porro ante
n. 1. de Sũ. Trin. glo. in auth. vt omnes obed.

indici,in verb pecuniarum, & ibi Bart.nu.
12.Archid.& Gemin.num.2.in cap.genera
li,de elect.in 6.Bal.in cap.1.in 2.lect.nu.22.
ad fin.de iudic.Alexan.conſ.125. vol.7.nu.
2.glo.in prag.ſanct.tit.de collat.§. inſuper,
in verb.ſeu,vbi etiam, quod accipitur cor-
rectiue,vt in auth.de nupt.§. quia vero, &
in cap.1.§ porro,de ſtat.regu.in 6.& ibi Ar
chid.& Cardin. in Clemen.1.§. porro, de
Sum. Trinit.& gloſ.in prag.ſanct. vbi ſupr.
alios citat,& Iaſſ.conſ.64. nu.2. volu.1.vbi
hoc declarat optime.

Animaduerſione etiam dignũ eſt, quod
10 quando hæc dictio,ſeu, ponitur inter duas
dictiones,idem ſignificantes,ponitur decla
ratiue ad præcedentia,& expoſitiue,& pro
prie diſiungit verba, ſed coniungit ſignifi-
catum;ita Corn.conſ.18.col.3. verſ. quini-
mo,vol.1.& conſ.180.eod.volu.1. Bart.in
rubr.de nauib.lib.11. C. rex.in l.fin.§. ſed
ea,quæ,ibi,ciuilia,ſeu publica,ff.de muner.
& honor.l.1.ff.de his quib.vt indign.ibi;le-
gato,ſeu fideicommiſſo,tex.in cap.3.ibi;po
ſtulationem,ſeu nominationem,& ibi gloſ.
fin.& Panormit.numer.17. de poſt.Prælat.
Clem.1.§ porro,& ibi Zabar.in prin. & ibi
addit.ad eum,de Sum.Trinit. Benuenu.de
adiect.4.par.quæſt.1.nu.6. vbi alios,Franc.
in c.licet,num.3.de offi.vic.in 6.Bald.conſ.
442.vol.1.& conſ.218.vol.2. & conſ. 466.
vol.3.Pariſ.conſ.22.num.64. 68. & 69.vol.
3.& conſ.7.ex num.38.vol.2. Alexan.conſ.
125.num.2.vol.7.Alberic.in diction.verb.
ſeu,Neapod.in prohe.Carol.n.338.fol.61.
Bald.in cap.Paſtoralis,num.3.de cauſ.poſſ.
& quod iſta dictio,ſeu, licet diſiungat ver-
ba, ſenſum tamen coniungat,vltra ſuperius
allegatos,id etiam tenet Bart.in l.ſi quis ita
legauerit,ff.de aur.& arg. leg. & in auth.vt
omn.obed.iudi.nu.13.Curt.iun.conſ.145.
num.12.Socin.conſ.50.nu.5.vol.4.Dec.cõ-
ſil.339.nu.6.Mandoſ.in gloſ.facult.§.& pro
prium,in ver.ſeu,fol.332.col.2. Paul.de Ca
ſtro conſ.162.num.4.& ibi additio, vol.2.
Corn.conſ.113.num.2.vol.4.

Et tandem circa hanc dictionem,ſeu, ad
11 uertendum eſt,quod tribus modis accipi-
tur,alternatiuè inquam, ampliatiuè,& de-
claratiuè,vt tradunt Bal.conſ.442.vol.1. &
conſ.218.vol.2.& conſ.466. vol.3. & conſ.
179. ad fin. volum.5. Benuenut. de adiect.
4. part.quæſt.1.numer.5.& 6. Panormit.in
cap.inter cæteras, numer. 4. de reſcrip. vbi
etiam Fel. & Dec. & gloſ. in pragm. ſanct.
titul.de collationibus, §.videlicet, in verb.
ſeu,Cott.in memorab. in verb. ſeu, & Ca-
mil. Saler.in addition. margin.ad Neapo-
dem.in prohe.Caroli,num.338.in ver.ſeu,
fol.61.idem tradit late Mandoſ. in gloſ. fa-
cult. §.& proprium,in verſ.ſeu,per tot.fol.
331.per tres colum.Franc.in cap. licet, nu.
3.de offic.Vicar.in 6. vbi conſtituit tres re-
gulas ad cognoſcendum,quando ampliati-
uè,& quando diſiunctiuè, quando vero re-
ſtrictiuè, & declaratiuè ponatur, ad quod
eſt etiam omnino videndus, Parit.conſ.22.
num.64.68 & 69.volum.3. & conſ.7. num.
38.& 39.vol.2.& Roman.conſ.65.ex num.
12 8. Late Barbac.conſ.33.ex numer.4.verſ.ex
iſtis,volum.2.& in quo differat iſta dictio,
ſeu, quando ponitur inter perſonas,& quã
do ponitur inter res? & quid quando inter
appellatiua nomina? ad quod eſt conſulen-
dus Barbac.in conſ.33.colum.5. ex num.4.
volu.2.Mandoſ.in gloſ.facult. in §. & pro-
prium,in ver.ſeu,fol.332. colu. 1. Lamber-
tin.de iure patr.in art.28.quæſt.7.1 par.lib.
2.num.8.qui reſoluit eam eſſe naturam hu
ius dictionis,ſeu,quod quando ponitur in-
ter res,ſtat copulatiuè, quando vero inter
perſonas,ſtat diſiunctiuè.

Singulare.XVI.de dictione, Ac.

SVMMARIVM.

1 *HÆc dictio, Ac, eſt coniunctio copulatiua, & ponitur pro, &.*
2 *Accipitur expoſitiue pro, ideſt,*
3 *Sumitur etiam illatiue.*
4 *Vſurpatur etiam ſimilitudinarie, & comparatiue, & denotat ſimilitudinem, ſeu comparationem.*

PRIMO,& regulariter dictio,
Ac, eſt coniunctio copulati-
1 ua,& ponitur pro, &, l. 2. §.
& cum placuiſſet, ibi;ac pro-
tinus recés accede,ff.de orig.
iur.l.ſcire leges, ff. de legib.l.
libertas, §. fin. ff. de ſtat. homin. l.2.§. fin.
C. de Summa Trinitate, l. 1. & ibi Luca
de Penn.in verſ.ac patres, C. de fugi.colo.
patrim.gloſ.in pragm. ſanct. in prohem. in
§.quæ quidem, in verb. obſecrando, & in
titul.

titul. de interd. indif. non pon.§.ſtatuit,in verb.ac, Io. Andr.in cap. cum acceſsiſſent, col.1.ad fin. per eum tex. de conſtit. Mandoſ.in gloſ.facult.§.ac etiam,in verb.ac, & dictio iſta,ac,copulat inter diuerſa, vt probatur Deuter.cap.32.Gens abſque conſilio eſt,vtinam ſaperent,& intelligerent,ac nouiſsima prouiderent.

Secundo accipitur expoſitiue,pro,ideſt, l.decernimus,cum gloſ.ver.ac, C.de ſacroſanct.Eccle.l.facultas,C.de fideiuſſ.lib. 10.
2 ibi,& ſuper modo facultatum ac rerum, vt res,& facultates pro eiſdem ponantur,iuxta primum intellectum,ſeu primam expoſitionem;Luc.de Penn.ibid. & in l.pęn.in 1. declaratione eiuſdem Luc. de Penn. C. de exact.tribut.lib.10.gloſ.in pragm.ſanct. in prohe.in §.quę quidem,in verb. obſecrando,& in tit.de collation.§. cui rei,in verb. ac pecunię.& in tit.de interdict.indif. non ponen.§.ſtatuit,in verb.ac,Mandoſ.in glo. facult.§.ac etiã,in verb.ac,fol.140.col.2. & iterum in eodẽ §.in verb.ac,fol.262.col.1.

Tertio,iſta dictio, ac, accipitur illatiue, c.1.31.diſt.& tradit gloſ.in pragm.ſanct.in dicto verb.obſecrando,& in dict.§.ſtatuit, in verb.ac,fol.214.

3 Quarto,accipitur ſimilitudinarie,& comparatiue,& denotat ſimilitudinem,ſeu comparationẽ,Mandoſ.in gloſ.facult.§.ac etiã, in verb.ac,fol.140. qui ad hoc nihil allegat
4 niſi illud Terentij,nunquam ſecus habui illam,ac ſi eſſet ex me nata, cum potuerit allegare Dec.conſ.362. ante num.1. qui hoc expreſſe tenet,& in id citat textum,in Clemen.1.§.1.de iudi.l.1.C.de erro.aduoc. & tex.in §.ex hoc inſtit.quib. non eſt permiſ. fac.teſtam.& tenet etiã gloſ.in prag. ſanct. tit.de collat.§.vt vero,in verb. ac ſi,quæ exponit illum tex.ac ſi,ideſt, ſicut ſi, & tenet etiã idem Mandoſ.in gloſ. facult. in §.nec non,in verb.ac,fol.336.qui in id ſolum allegat Cicero.in Vatin.honor talis populi Romani voluntate paucis dabatur ac mihi.

Sing. XVII.de præpoſitione, In.

SVMMARIVM.

1 *Dictio,in,quando adiungitur alia dictioni ſignificat augmentum, & ponitur pro; valde,quamuis aliquando minuat, ſeu priuet.*

2 *Quando reperitur ſimpliciter poſita ſine compoſitione alterius dictionis,ſi adijciatur nomini ſignificanti locum, ſiue adijciatur in accuſatiuo, ſiue in ablatiuo,ſignificat quandam intrinſecitatem,& ponitur pro,intus.*

3 *Limitatur hoc,vt non procedat ratione euitandæ contrarietatis,quia tunc non denotat intrinſicitatem.*

4 *Quando adijcitur nomini ſignificanti tempus,ſi adijciatur ablatiuo, intelligitur intra tempus, nam idem eſt dicere in anno; quod intra annum.*

5 *An ſit incluſiua,vel excluſiua?*

6 *In,facit conditionem,ſeu ſuſpendit actum.*

7 *In,denotat etiã aliquid eſſe minus principale.*

8 *In,inducit conditionem , quando diſpoſitio ſuſpenditur in aliquem incertum futurum euentum.*

PRÆPOSITIO iſta,in, multis
1 modis capitur,vt per Menoc. de arbitr.caſ.495.&Mandoſ. in gloſ.facult. in §. habita, in verb.in officiũ, fol.237. opt. Roman.conſ. 376. ex num.1. aut enim reperitur compoſita , hoc eſt,alij dictioni adiuncta,aut reperitur ſimpliciter poſita,in primo caſu,quando reperitur cõpoſita,regulariter ſignificat augmentum,& ponitur pro valde,vt in l.Gallus, §. ille caſus,& ibi glo.in verb.indifficilis,& ibi Bar. num.2.Alexand.& Iaſſ.num.21. de liber. & poſth.& probat optima glo.in Clem.Paſtoralis in verb.inuigilare, de re iudi. quæ exponit inuigilare, ideſt , valde vigilare, l. ſi quis in graui, ad Syllanian. l. cum duobus, §.damna,ff.pro ſoc.l.1. §. in ſumma, in fin. de aqua pluu.arcen.Panot.in cap.1.num.1. per eum tex.de fideiuſ.Specul.in tit.de diſput.& allegat.aduoc.§. poſt hęc, verſ.vlti. num.15.gloſ.in pragm.ſanct. in tit. de cauſis,ad princ.in verb.inuigilare , Mandoſ. in gloſ.facult.§.habita,in verb. in officiũ, fol. 238.col.1.ad fin. Quandoque tamen reperitur compoſita, & non ſignificat augmentũ, ſed minuit,ſeu priuat,vt in dictionibus iniuſtus,inſipiẽs, & in alijs ſimilibus apparet, & probat tex.in cap.ad noſtram, & ibi Panor.nu.4.de conſuet. ſubdens, quod in his caſibus ſtat priuatiue , & exponitur dictio inſipiens,quaſi,nõ ſapiens, & idem etiã de 2
dictionibus, innoxius, iniquus, & inſanus, dicendum videtur,& tradit Mandoſ.ſupra in fol.238.col.1.

Si vero iſta dictio,in,reperitur ſimplici-
2 ter poſita,ſine compoſitione alterius dictio
nis,tunc fac ſequentes concluſiones. Prima
eſt,quando dictio,in, adijcitur nomini ſig-
nificanti locum,ſiue adijciatur in accuſati-
uo,ſiue ablatiuo,ſignificat quandam intrin
ſicitatē,& ponitur pro intus,l.3.§.1. & ibi
Bal ff.naut. caup. vbi merces non dicuntur
in nauim receptæ, vt Nauta teneatur, niſi
ſint intra nauim collocatę,non ſi in littore,
iuxta nauim ſint poſitæ; & ſic denotat in-
trinſicitatem,vt etiam in l.2.§. ſi quis cloa-
cam,ne quid in loc.publ.& in l.2. in princ.
& in §.locum,de rel.& ſumpr.fun qui text.
loquuntur in accuſatiuo, & idem eſt, ſi lo-
quantur in ablatiuo,vt in l.1.§ in publico,
ff.de fluminib vbi in publico flumine dici-
tur eſſe factum,ſi in ipſa aqua factū ſit,non
ſi extra,vt in Ripa fuerit factum, & ita di-
ctio,in,denotat intrinſicitatē, ſiue adijcia-
tur accuſatiuo,ſiue ablatiuo,vt contra Bar.
in l.Gallus,§.ille caſus, nu. 3. tenet ibi Iaſſ.
poſt nu.21.de liber.& poſth.& quod deno
tet intrinſicitatē, tenet etiam Felin. in cap.
Eccleſ. S.Mariæ num.99.de conſtit.& in c.
tertio loco,de probation.Felin. in rubr.de
ſponſal.num.1,verſ vnde dicit.

3 Hoc tamen limita, vt non procedat, ra-
tione euitandæ contrarietatis,quia tunc nō
denotat intrinſicitatem, l. ſi ſtatua, & ibi
gloſ.ver. monumento,vbi Bar.num.2.ff.de
iniur. gloſ.in Clem.cauſam,in verb.domu,
de elect.quæ exponit,in domo, ideſt, ante.
domum, ne ſit contra,l. plerique, de in ius
voc. & tradunt Alexand, & Iaſſ.in dict. l.
Gallus,§. ille caſus, & Chaſſen in conſuet.
Burg.rubr.1. §.8. in ver. iuur. num.19. fol.
328.vbi dicit,in,accipi pro ante.

4 Secunda concluſio, quando dictio, in,
adijcitur nomini ſignificanti tempus, tunc
ſi adijciatur ablatiuo,intelligitur intra tem
pus, nam idem eſt dicere, in anno, quod
intra annum,l.ſi ita fuerit libertas,de man.
teſtam. Bart. in l. ſi cui legetur de legat. 1.
Ruin. conſ.114.vol.1.num.6.& 7. & conſ.
82.vol.1.nu 1. Si vero ponitur cum accuſati
uo,ſignificat poſt tēpus, ſcilicet annos pro-
ximos,l. ſi in annos,& l.non putabam,ff.de
condit.& demonſt.declarat Bart.in l. ſi cui
legetur de leg.1.& Socin.in dict.l. non pu-
5 tabam. Et huc referri poſſunt ea, quę late,
& indeciſè,affert Tiraquel de retr.lin.§.1.
gloſ.11.num.74.vbi agit, an dictio iſta, in,
ſit incluſiua,vel excluſiua, & dicit iſtam di-
ctionem eſſe eiuſdem naturæ,ac dictio, in-
tra, Menoch.de arbitr.quæſt.79 num.7. Ro
man.conſ.376.num.5.vt per Aul.Gelli.lib.
12.noct.atic.c.13.Menoch.lib.4. præſump.
126.nu.5.Tiraquel.in l.ſi vnquam, ver.ſuſ-
ceperit liberos,nu.210. verſ.nam, in, & in-
tra,pag.275.& probatur in l.1.§.quod di-
ximus, ff. de ſucceſſ.edict. l. in annos, ff.de
cond.& demonſt. & declarat Bart. in dict.
§.ille caſus,col 2.verſ. vltimo vos videtis,
& quod ſit incluſiua, tenet Oldrad. conſ.
49. num. 9.vbi, ſi dicatur in menſem Maij,
includitur menſis,ſic, an ſit incluſiua,vel ex
cluſiua,vide tex.in l.ſi quis ſic dixerit,& ibi
Alciat.de verb.ſign.Signor.conſ.16.in prin.
Alber.in auth.hoc ius,col.2. C.de ſacroſan.
Eccleſ.& in diction.in verb.in, Panorm in
Clem.vlt.colum.2.verſ.aliud importat, de
ætat.& qual.& ſcribent.in dict.§.ille caſus,
Tiraquel. & quos ipſe refert de retr. linag.
§.1.gloſ.11.num 74. qui tamen nihil reſol
uit,ideo ſecundum ſupradictam diſtinctio-
nem iſta poteris reſoluere.

6 In,facit conditionem,ſeu ſuſpendit actū,
l.ſolemus,de cond.& demonſt.l.ſi cui lege-
tur,vbi Bart.de leg.1. & declarat Bart, in l.
1.num 23 ff.de cond.& demonſt.quandoq.
etiam facit modum,vt pet Bar.in l.quibus
diebus,§. Termilius,nu.11.ff.de condit. &
demonſt.Bal.in l.ex arrali,C.de act.empt.

7 Dictio,in,denotat etiam aliquid eſſe mi
nus principale, vnde ſi Summus Pontifex
mandet alicui in tali Eccleſia prouideri,
non intelligitur, quod poteſt prouideri de
ipſa Eccleſia,quia requiritur, quod de ali-
quo in ipſa Eccleſia prouideatur, non au-
tem de ipſa met Eccleſia. Zabarel.in Clem.
2.§.illi vero, num.2. & 12. circa med. poſt
gloſ. ibi in verb.in eiſdem,de ætat. & qual.
& gloſ.in Clemen.1.§.ad hoc, in verb. cer-
tæ,& ibi Zabar.num.7. de prębend. Panor.
in cap.fin.numer.2.de præben. Subdens in-
de,quod vi iſtius mandati, nō poterit quis
obtinere Rectoriam Eccleſiæ.

8 Vltimo dictio,in, inducit conditionem,
quando diſpoſitio ſuſpenditur in aliquem
incertum futurum euentum, l. nec ſemel §.
in habitatione,ff quand.dies leg.ced.l.ſole-
mus,ff.de cond. & demonſt. quod declarat
Bar. in l.1. verſ. tertio principaliter quęro,
quid de propoſitionibus,& in l quibus die
bus,§. Termilius,col.2.de cond.& demonſ.
& tradunt Nat.conſ.661. nu.27. & in conſ.
662.nu 4.Ruin.conſ.115.nu.5.vol.3.

Singu-

Singul. XVIII. de dictione, Duntaxat.

SVMMARIVM.

1 *Duntaxat, eſt dictio taxatiua, & de eius natura eſt excludere omnes alios caſus, & omnes perſonas præter expreſſas.*

2 *Licet iſta dictio ſit taxatiua, non tamen excludit caſus ſimiles.*

3 *Non excludit ea, quæ ſunt de natura rei, nec excludit ea quę veniunt de conſuetudine contractus.*

4 *Dictio iſta, & alia ſimiles taxatiua appoſita diſpoſitioni de aliquid faciendo formam inducit, & ipſarum tranſgreſſio vitiat actum.*

5 *Dictio, duntaxat, eſt taxatiua, & reſtrictiua, & concludit negationem in alijs.*

6 *Dictio taxatiua non ita excludit, quin includat cuncta ad ſe pertinentia.*

1 DVNTAXAT, eſt dictio taxatiua, & de eius natura eſt excludere omnes alios caſus, & omnes perſonas præter expreſſas, Bart. in l. 1. num. 1. & ibi Iaſ. num. 8. in fin. ſi quis ius dicen. non obtemp. Dec. in l. liberi, num. 5. verſ. ex quibus, C. de bon. poſſ. contr. tab. Sebaſt. medic. de diffinit. 2 par. c. 88. nu. 2. & probat tex. in Clem. 1. & ibi Zabarel. in prin. in 3. notab. de ſequeſt. poſſ. & fruct. & tex. in c. ſtatutum, §. in nullo, & ibi Archid. de reſcrip. in 6. & cap. 1. de iureiur. in 6. vbi etiã Archid. & Doctores, & in cap. 1. de tempor. ordin. in 6. tex. in l. nemo, C. qui teſtam. fac. poſ. tex. in extr. 3. §. nec obiat, de verb. ſign. in extr. Io. 22. gloſ. in prag. ſanct. tit. de collation. §. item cẽſuit, in verb. duntaxat, quæ inter alios citat Bart. in l. 3. §. Titio, de adim. legat. & Oldrad. cõſ. 186. & trad. Iaſ. in l. ſi conſtante, nu. 84. & ibi Bart. nu. 42. ff. ſol. matr. Maſcard. vol. 3. concl. 1397. num. 37. Roman. conſ. 512. nu. 2. vbi Horat. Mandoſ. in addit. in lit. C. Rebuf. in concord. in rub. de Regia ad Pręla. nom. §. 1. in glo. ver. cõſanguineis, ver. præterea hoc probat, pag. 175. vbi ait, quod iſta dictio limitat, & reſtringit, & Mãdoſ. in reg. 8. q. 6. n. 6. fol. 100.

2 Verumtamen licet iſta dictio, duntaxat, ſit taxatiua, non tamen excludit caſus ſimiles, l. ſi mora, in ver. duntaxat, & ibi Paul. de Caſtr. num. 3. & Iaſ. nu. 5. ff. ſol. matr. idem Iaſ. in l. 1. num. 11. verſ. 2. limita, vbi addit. margin. in lit. C. ff. ſi quis ius dicen. idem Iaſ. in l. ſi conſtante, nu. 88. ff. ſol. matr. tex. in l. contractus, iuncta gloſ. in prin. de reg. iur. Dec. in l. ſi bonorum, in 2. lect. nu. 2. C. qui admit. Abb. in cap. cum dilecta num 8. de confirm. vtil. vel inutil. Gutierrez lib. 1. Can. quæſt. cap. 14. ex nu. 4. in fin. verb. De quo latiſsime ad vtramq. partem, diſputat Tiraq. de retr. con. §. 1. gloſ. 6 ex num. 2. vbi concludit, etiam per eam dictionẽ non excludi hæredem, quando tamen affirmatiue ponitur, omnes caſus excludit præter expreſſos, Nat. conſ. 78. num. 3.

3 Similiter etiam per hanc dictionem, non excluduntur ea, quę ſunt de natura rei, vt notat Paul. de Caſtr. in l. 1. §. ſi veſtimenta, num. 2. ff. depoſit. per eum textum, iuncta l. quod Nerua eod. tit. & probatur in l. 1. §. 1. ſi menſ. falſ. mod. dixerit.

4 Quemadmodum etiam nõ excludit hęc dictio duntaxat, ea quę veniunt de conſuetudine cõtractus, vnde ſi data fuit poteſtas alicui, vt acciperet mutuo duodecim ducatos dũtaxat, & iſte acceperit duodecim, ſed ſub vſuris, quod non videtur exceſsiſſe fines mãdati, quia videtur facere ea, quę ſunt de natura contractus; cum ſit conſuetudo, quod mercatores iſto modo mutuent, ita Roman. in l. 3. §. iurari, de iureiuran. & quos allegat additio margin. in lit. C. ad Paul. de Caſtr. in l. ſi mora, nu. 3 ff. ſol. matr. ꝑt. Iaſ. in l. ſi conſtante, ex nu. 97. ff. ſol. matr. idem Iaſ in l. 1. nu. 11. verſ. tertio principaliter, ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & in l. ſi mora, n 6. ſol. matr. quibus in locis allegat Bar. in l. viros, C. de diuer. offic. lib. 12. vbi vult dictionem taxatiuã, non excludere ea, quæ veniunt de conſuetudine, etiam dato, quod excludat ea, quę veniunt de iure communi.

Similiter ſciendum eſt, quod dictio iſta duntaxat, & aliæ ſimiles taxatiuę appoſitæ diſpoſitioni de aliquid faciendo ſolemnitatem, & formam inducunt, & ipſarum tranſgreſsio vitiat actum, Pariſ. conſ. 19. nu. 19. vol. 2. Mandoſ. in reg. cancel. 8. quæſt. 6. numer. 6.

5 Dictio, duntaxat, eſt taxatiua, & reſtrictiua, & concludit negationem in alijs, vt dicit Card. in Clem. 1. de ſequeſtr poſſeſ. & in c. cõtingit, vbi etiam Felin. de fid. inſtrum. Bart. in l. ſi quis, §. cum Titio, ff. de adimend. legat. l. omnibus, ff. ſi quis ius dicen.

non obtemper. Vnde voluit Rota Rom. in deciſ. 5. tit. de procurator. in antiq. Quod procurator datus ad audiendam ſententiã duntaxat, non poſsit appellare, nec alium actum exercere: ſed contrarium tenet Rota, in antiq. in deciſ. 6. incip. An conſtitutus, eodem titulo de procurator. quam refert Felin. in cap. cauſamq. ſub num. 6. de re iudic.

6 Et quod dictio taxatiua non ita excludat, quin includat cuncta ad ſe pertinentia, eſt tex. in Clem. exiui, §. cum autem natura, de verb. ſign. quam Roman. facit valde ſingularem in l. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. & in l ſtipulatio iſta, in princ. de verbor. oblig. & in conſ. 114. & 456. & Anan. conſ. 36. dicit illum textum eſſe aureum, & peregrinum, pro quibus vide Felin. vbi ſupra, & in cap. cum olim, de offic. deleg. Et quod hæc dictio denotet limitationem, & taxationem, vide etiam gloſ. in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioan. 22. de elect. in verbo duntaxat, & de natura taxatiuæ, videndus eſt Bart. Socin. in l. 1. ff. de vulg. nu. 38. & in l. 1 ff. qui & à quibus, Crauet. qui multa dicit, de antiquit. 4. par. in princ. Abb. in cap. cum dilecta, de confirmation. vtil. vel inutil.

Singu. XIX. de præpoſitione, Apud.

SVMMARIVM.

1 *HÆc dictio, Apud, denotat idem quod pænes, regulariter.*

2 *Differunt hæ duæ dictiones, quia plus eſt (pęnes te) quam apud te.*

3 *Apud, ſignificat perſonam in loco; pęnes vero ſignificat perſonam, & dominium, ac poteſtatem.*

4 *Hæc dictio, apud, ſumitur pro coram.*

5 *Sumitur hæc dictio pro, ab.*

6 *Accipitur hæc dictio pro, in.*

7 *Accipitur pro prope.*

1 HÆC dictio, apud, varias continet ſignificationes, & Primo denotat idem quod pęnes, l. is apud quem, ff. de acquit. hæred. l. is apud quem, ff. de verb. ſignif. l. is apud quẽ, C. de edend. l. vni. §. pro ſecundo, C. de cadu. tollen. l. ius ciuile, in fin. & l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. l. 2. verſ. omnium tamen harum, ff. de orig. iur. & tradunt Mandoſ. in gloſ. facult. in prohem. in verb. apud quos, fol. 54. Luc. de Penn. in l. litibus, col. 5. verſ. & res dicitur apud eum, C. de agric. & cenſit. lib. 11. Rebuf. in l. pęnes te, de verb. ſign. verſ. notandum etiam, pag. 442. per quem tex. probat ibidem in prin. idem Rebuf. quod quã-

2 uis hoc verum ſit, regulariter tamen differunt, dicere apud te, & pænes te, quia plus eſt pænes te, quam apud te, vt probat textus expreſſus in dict. l. pęnes te, amplius eſt quam apud, ff. de verb. ſign. & declarat etiã Luc. de Penn. in d. l. litibus, col. 5. verſ. & res dicitur apud eum, non pænes eum deponi, differunt etiam, quia apud ſignificat perſonam in loco, vt apud Platonem, ideſt, in loco, in quo eſt Plato, pænes, vero ſignificat perſonam, & dominium, ac poteſtatem, vt

3 pænes te eſt ſalus, & vita mea, vt poſt feſtum Pompeium, tradit Mandoſ. in gloſ. facult. in prohe. in ver. apud quos, fol. 55. col. 1. & dicetur inferius in explicatione dictionis, pænes te.

4 Secundo, hæc dictio ſumitur pro, coram, in l. 1. & 2. ff. de off. Pręſid. l. 3. de adoption. l. eum pro quo, iuncta gloſ. in verb. acta, ff. de in ius voc. l. de iure, ibi apud eum Præſidem, ff. ad municip. & probatur, Exod. 34. Nulluſq. apud te per ſe eſt innocens, & Numer. 32. Tunc eritis inculpabiles apud Iſrael, & Prouer. 11. Stateta doloſa abominata eſt apud Deum, & probatur in cap. Nouit, ad med. ibi, apud Deum nulla eſt acceptatio perſonarum, de iudic. & l. 2. de Sicar. ibi inauditum filium pater occidere nõ poteſt, ſed accuſare eum apud Præfectum, Pręſidem vè Prouinciæ poteſt, & licet gloſa multas expoſitiones aſsignet, verbum tamẽ illud inauditum, exponit eleganter Rebuf. in d. l. pęnes te, de verb. ſignif. in verſ. interdum, pagin. 443. ideſt, non eſt auditum coram iudice, & quod dictio, apud, aliquãdo accipiatur pro dictione, coram, tradit Mandoſ. in gloſ. facult. in prohem. in verb. apud quos, Iaſſ. in l. poſſeſsio appellata, de acquir. poſſeſſ. numer. 93. & Rebuf. in concord. in rubr. de Regia ad Prælat. nomin. faci. §. 1. in verb. apud ſedem, vnde apud acta dicitur factum, quod fit coram iudice.

5 Tertio, iſta dictio ſumitur pro, ab, l. apud antiquos quærebatur, ideſt, ab antiquis, C. de

C.de furt.& tradit Mandoſ. in gloſ. facult.
in prohe.verb.apud quos,fol.54.

6 Quarto hęc dictio, apud, accipitur pro,
in,vt eſt gloſ.in cap.ſtatutum,in verb.in cu-
ria,de præb.in 6.& notat Archidiacon.in c.
fin.num.2.de conſu.in 6.qui in id citat d. c.
ſtatutum in princ. gloſ. in pragm. ſanct.tit.
de concluſ. Eccleſ.Gallicanę,§. 1. in verb.
apud Mandoſ.in gloſ.facult.in prohe.verb.
apud quos,fol,54.Rebuf.in l.pęnes te,ff.de
verb.ſign.verſ.apud Iulianum quæritur,id-
eſt in libris Iuliani, l. apud Iulianum, ff. ex
quib.cauſ.in poſſ. eatur,l. apud, ff. de aqua
pluu.arc.Differunt autem,apud,& ,in, quia
dictio,apud, perſonæ præponitur, in, vero
propriè ſumpta , loco præponitur , prout,
Geneſ.8.Cuncta animantia, quę ſunt apud
te,& cap.12.Et laudauerunt eam apud illū,
ac cap.24.in prin.Aduena ſum, & peregri-
nus apud vos, & probatur in l. 1. verſ. do-
mos,& verſ.viduas. C.de falſ. monet. & in
l.1.ibi apud ſe diu, & ibi prædij in quo la-
titant.C.de deſertor.lib.12.& tradunt Man
doſ.in d.verb.apud quos, & Rebuf. in d.l.
pænes te,in fin.

Quinto dictio iſta, apud , recipitur pro
7 prope, vt tradit Rebuf. in concord. tit. de
reg.ad prælat. nomin. facien. §.1.in verb.
apud ſedem.

Singulare XX. de dictione, Vt.

SVMMARIVM.

1 Dictio, Vt, denotat cauſam finalem.
2 Hac dictio, vt, regulariter denotat modū, & non conditionem.
3 Denotat modum, etiam ſi ante dictionem, vt adyciatur clauſula, ea conditione vt, quia adhuc facit modum, & non conditionem, licet aliqui contrarium teneant.
4 Diſpoſitio, adhoc vt ſit conditionalis, vel modalis, non attenditur dictio, ea conditione in diſpoſitione poſita, nec eſt vis in eo verbo, ea conditione, ſed attenditur tantum effectus rei.
5 Dictio, ea conditione, non facit conditionem, ſed ſumitur pro pacto, vel lege in contractu appoſito cum limitatione.
6 Si ponatur iſta dictio, vt, in rubrica ſtatuti importat neceſſitatem.
7 Aliquando denotat ſimilitudinem, & idem eſt quod, ſicut,
8 Aliquando accipitur, pro (quia) aliquando pro (&) nonnunquam confirmatiue, & conſecutiue, aliquando ſimilitudinarie, interdum etiam reſtringit.

VT denotat cauſam finalē,Go-
meſ.in reg.de annali,quæſt.1.
1 num.2.Cardin. in Clem.vt ij
qui , in 1. notab. de ætat. &
qual.Mādoſ.in reg.33. quęſt.
1. num.3.fol.165.vol.2. & in gloſ. facult §.
volentes,in verſ.ad hoc,in fin. fol.175.col.
1.Bald.conſ.106.vol.1.Plot.de in lit.iur. §.
43.num.8.fol.208.Franc in cap.vt debitus,
num.1.de appell.Bertachin.in verb.vt,& vi
de Corn.conſ.305.num.12.volu.4.vbi ait,
quod iſta dictio,vt,aliquando ponitur cau
ſatiue, aliquando vero denotat veritatem,
& quod denotet cauſam finalē, tenet Man-
doſ.in gloſ.facult. in prohe. in ver. vt, fol.
38.col.1.vbi etiam,quod aliquando deno-
tat cauſam impulſiuam.

Regulariter tamen iſta dictio, vt, deno-
2 tat modum,& non conditionem , Bermon.
in tit.de publ.concub. in verb. vt primum,
fol.180. Dec.in l.debitori,n 12. C.de pact.
Bart.in l.quibus diebus,§.fin. colu.2. verſ.
quid ſi teſtator , vbi dicit , quod ſi teſtator
reliquit tibi centū,vt aliquid facias,eſt mo-
dus,& non conditio,allegat.l.Mæuia, ff.de
cond.& dem.idem tenet Bald. in l. quoniā
per illum tex.C.de rer.perm. Alexan. conſ.
119.nu.1.vol.1.& conſ.102.col.2.eod. vol.
1.num.2.Felin.in cap. cum Ioannes, nu.2.
de fid.inſtrum.Neuiſan. conſ.45.nu. 19 &
20.Grat.conſ.102.num.30. vol.2. & conſ.
108.num.12.eod.vol.2. Pariſ.conſ.19.num.
250.vol.2.Nat.conſ.373.ex num.26. Man-
doſ.in gloſ.facult.in prohe.in verb. vt, fol.
38.colu.2. Bertachin. in repor. in verb. vt,
Franc.in cap.vt debitus, num.1. de appell.
Molin.de primog.lib.2.cap.15. num.28. &
in cap.14.num.40.

3 Et in tantum facit modum, vt procedat
etiam ſi ante dictionem,vt, addiciatur clau
ſula,ea conditione,vt, quia adhuc facit mo
dum, & non conditionem., vt tradit Dec.
in l.debitori,num.12. C.de pact. per illum
tex.Felin.in cap.cum Ioannes, nu.2. de fid.
inſtr.Neuiſan.conſ.45.nu. 19. & 20. Grat.
d.conſ.102.nu.2.& 30. vol.2.& conſ. 108.
nu.12.eod.vol. Molin.in d.lib.2.cap.14.nu.
40.& cap.15.nu.28. Sed contrarium tenet
Grat.conſ.102.num.18.& 27. volum. 2. &

 conſ.

conſ.108.ex nu.10.eod.vol.vbi tenet,quod proprie denotat, & facit conditionem, & non modum, quia quando adijcitur in diſpoſitione dictio,ea conditione, diſpoſitio eſt conditionalis,vt tenent Iaſſ. num.35. & ſcribentes in l.3.deleg.1.

4 Hæc tamen opinio ſi recte conſideretur non eſt vera, quia ad hoc vt diſpoſitio ſit conditionalis,vel modalis, non inſpicitur, nec attenditur dictio,ea conditione,in diſpoſitione poſita;nec eſt vis in eo verbo, ea conditione,ſed attenditur tantum effectus rei,quia ſi agitur, quod prius debeat impleri illud,quod per iſtas conditiones (ea conditione vt,expreſſum eſt,antequam emolumentum conſequatur)tunc eſt conditionalis diſpoſitio, quia prius adimpleri debet; ſecus autem eſt, quando prius emolumentum conſequitur, antequã faciat,quia tunc eſt modus, quia prius conſequitur effectũ, ita pulchre tenet in propoſito, Dec. in l.cũ mota,num.6.C.de tranſact. quem omnino vide,& tenet Bar.in l.quibus diebus §.Termilius.col.2. verſ. quid ſi teſtator expreſſe voluit,ff. de cond. & dem. Alex. conſ.119. num.1.vol.1.Ant.de Butr.conſ.49. quos citat Dec.in dict.num.6. & tradit Iaſſ. in d.l. mota,num.2.vbi etiam Meneſ.nu.1. & Peralt.in l.Titia cum teſtamento,§. ſi ea conditione,num.11.deleg.2.Alciat.conſ.70.& Nat.conſ.373. ex num.16. qui Decium ſequitur, eandem etiam Decij reſolutionem ſequitur Aymon.conſ.59.num.1.Ruin.conſil.26.num.7.vol.3.& eam videtur tenere Felin.in cap.cum Ioannes nu. 2. de fid. inſtrum.Alex.conſ.101.& ibi add.nu.2.vol.1.

5 Et quod dictio,ea conditione,nõ faciat conditionem,ſed ſummitur pro pacto, vel lege, in contractu oppoſito, & quod non faciat conditionem, tradit alios allegans Tiraquel.de retr.conuen.§.2.glo.vni.n.72. itaque vera eſt, & tenẽda prædicta opinio, quod dictio,vt,faciat modum,etiam ſi adijciatur dictio,vel clauſula, ea cõditione vt, quam vltra prædictos, & Dec. in d. l. cum mota,num.6. C.de tranſac. tenet Bald. per illum tex.in l.quoniam, C.de rer. perm. & eſt etiam tex.in l.ea conditione,& ibi Bald. C.de reſcin.vend.& in l.cum res,& ibi Bal. C.de donat.textus in l. Mæuia, in princ. ff. de man.teſtam.& Mandoſ.in gloſ.facult.in prohe.in verb.vt in fin.fol.39.colu.2.in fin. Limita tamen iſtam opinionem,vt nõ procedat, quando conſtaret de contraria mente,ex alijs verbis,quia tunc iſta dictio, vt, non faceret modum,ſed conditionem,Nata conſ.373.num.28.Alexan. conſ.119. nu. 1.vol.1. Pariſ.conſ.19.n.150.vol.2. & vide Bart.in l.ſub conditione,num.8.ff. de ſolution.vbi dicit,quod dictio, vt, iuncta cum dictione,ſi,vel cum ablatiuis abſolutis, facit conditionem.

6 Et licet dictio, vt, regulariter denotet modum,vt ſuperius dicebatur,tamen ſi ponatur in rubr. ſtatuti,importat neceſſitatẽ, Bermon. de publ.concub. in verb. & primum, fol.180.

7 Dictio etiam,vt,aliquando denotat ſimilitudinem,& idem eſt quod,ſicut,l,vt hæredibus,deleg.2.& cap.laudabilem de frig & malef. Bald.conſ.106.nu.3.volum.1. Mandoſ.in dict.prohe.in ver.vt,fol.38. colu. 2.

8 vbi alios tex.citat ad propoſitum. Accipitur etiam dictio,vt,pro,quia, Mandoſ. vbi ſupra,fol.39.col.1.& ibi, quod aliquando accipitur pro,&, & aliquando confirmatiuè,& quandoque conſecutiuè, quandoque etiã ſimilitudinarie, & quandoque reſtringit diſpoſitionem ad caſum tantum relatiui,& ,vt, idest poſtquam, vt late per ipſum Mandoſ.vbi ſupra,fol 39. vbi explicat omnes iſtas ſignificationes huius dictionis, vt, quem omnino vide pro vera intelligentia præfatæ dictionis.

Singulare XXI. de dictione, Tantum.

SVMMARIVM.

1 Aduerbium hoc (*Tantum*) de ſui natura eſt dictio quædam taxatiua, & excludit alias perſonas, & alios caſus,præter expreſſos.

2 *Non excludit caſus ſimiles.*

3 *Non excludit perſonas hæredes, ſed prorſus extraneas, & ideo promittens de ſuo facto tantũ cenſetur promittere etiam de facto hæredis,& ſucceſſoris ſui.*

4 *Venditor promittens de ſuo facto tantum, nihilominus tenetur de facto ſui prædeceſſoris.*

5 *Promittens de ſuo facto tantũ, non obligat ſuos hæredes,ſecundum quamplures auctores.*

6 *Promittens euictionem de ſuo facto tantum, nullatenus tenetur de facto ſui prædeceſſoris; nec multo minus de facto ſui hæredis, & hoc receptiſſimum eſt in Regno Aragoniæ.*

7 *Conci-*

7 *Conciliantur hæ duæ opiniones ab auctore.*
8 *Licet promittens euictionem, de ſuo facto tantum; licet non teneatur ad plenam euictionem de facto alterius, tamẽ tenetur ad pretij recepti reſtitutionem.*
9 *Quando ſequitur nullitas actus, ſi dictio taxatiue ſtaret excluſiue, tunc non excludit.*

ADVERBIVM hoc tãtum,
1 de ſui natura eſt dictio quædam taxatiua, & excludit alias perſonas, & alios caſus
præter expreſſos Bar. in l. 1.
num. 1. & ibi Iaſ. nu. 9. ff. ſi quis ius dicen.
non obtemp. Dec. conſ. 183. n. 1. circa med.
Cardin. in cap. contingit & ibi Felin. nu. 3.
de fid. inſtrum. Gozadin. conſ. 31. nume. 22.
Dec. conſ. 328. num. 5. vbi alios, gloſ. in prag.
ſanct. tit. de collation. §. itẽ in ſuper, in verb.
tantum, Bar. in l. ſi conſtante num. 42. & ibi
Iaſſ. ex num. 84. ff. ſol. matr. Panor. in cap.
Cũ Eccleſia ſutrina num. 9. de can. poſſ. per
illum tex. Tiraq. de retr. con. §. 1. gloſ. 6. nu.
2. & 8. Curt. iun. conſ. 12. nu. 4. vbi plures,
Cot. in memorab. in verb. tantum, & dicit
Ruin. conſ. 45. vol. 1. nu. 13. quod ſi dictio tã
tum, vel ſimiles, quæ dicitur excluſiua, appo
natur orationi affirmatiuę, affirmat illud
quod ponit, & excludit ac negat omne
aliud, verbi gratia, Petrus tantum currit, &
nullus alius, l. 1. C. de patr. pot. & ſubdit
Ruin. idem in tempore, vt ſcilicet excludat
omne aliud tempus extra illud tempus poſitum
in omnem aliam perſonam extra per
ſonam poſitam.

Tamen licet iſta dictio, tantum, ſit taxatiua,
non propterea excludit caſus ſimiles,
2 ex Iaſſ. in l. 1. ex num. 10. ff. ſi quis ius dicen.
Bar. in l. ſeruum nomine, num. 2. per illum
tex. ff. de vſucapionib⁹ Dec. in l. 1. num. 3. C.
de bon. poſſ. & in rubr. num. 21. C. qui admitt.
Sebaſt. Medic. de diffinit. par. 2. cap. 1.
num. 6. Angel. in l. ſciendum de euiction. &
in l. Paulus, §. 1. de vſur. & in l. ſi debitor ff.
qui potior. in ping. hab. Iaſſ. in d. l. ſi conſtan
te num. 86. ſol. matr. Tiraq. de ret. conu. §.
1. gloſſ. 6. num. 6. Dec. in rub. de conſtit. lect.
1. num. 18.

Similiter etiam iſta dictio non excludit
3 perſonas extraneas, & ideo promittens de
ſuo facto tantum, cenſetur promittere etiã
de facto hęredis, & ſucceſſoris ſui, cum cenſeatur
eadem perſona cum defuncto, & vẽditor,
promittens euictionem de facto ſuo
tantum, cenſetur etiam factum hęredis pro
mittere. Paul. de Caſtr. in l. ſtipulatio iſta ha
bere licere, in prin. de verb. oblig. Bal. in l.
vlt. ad finem C. de act. emp. Roman. in rubr.
de arbitr. col. 9. verſ. ſcias tamen, & l. hæres
in omne ius, verſ. imo plus notabiliter voluit,
ff. de acqui. hęred. Alex. conſ. 18. col. 3.
in 2. dub. & in col. 4. in 3. dub. vol. 5. Barb. in
cap. vlt. col. pen. de emp. & vend. Curt. iun.
conſ. 76. col. pen. Fabian. in tract. de empt.
& vend. 6. quęſt. princip. col pen. verſ. circa
19. membrũ. Angel. in §. fin. inſtit. de empt.
& vendit. opt. Iaſſ. in l. 1. nu. 11. in 4. limit.
ff. ſi quis ius dic. & in l. ſi tibi §. ſi quis ex nu.
1. ff. de pact. Dec. in l. hęredem poſt. med. ff.
de reg. iur. Euerard. in ſua centur. loco de na
tura taxati. Ruin. conſ. 94. col. 4. verſ. nec ob
ſtat vol. 1. Dec. conſ. 262. col. 2. verſ. ſexto
hoc idem, & conſ. 281. col. 3. verſ. ad maiorẽ
Tiraquel. de retr. conu. §. 1. gloſ. 6. num. 4 &
iſta eſt cõmunis opinio, vt atteſtatur Boher.
deciſ. 67. num. 5. Hippol. ſing. 656. Mandoſ.
in prax. comis. for. 4. in verſ. Petri. fol. 34. col.
4. in fin. Dec. conſ. 213. nu. 8. & plures quos
refert Ant. Gabr. lib. 6. com. opin. tit. de ver
4 bor. ſignif. concl. 5. num. 2.

Sic etiam venditor promittens de ſuo
facto tantum, nihilominus tenetur de facto
ſui prodeceſſoris, vt tenent Bar. & ſcribentes
in l. ſi ſeruus furtiuus in princ. per gloſ.
ibi in verb. intereſt ff. de cond. furt. Cardin.
Alex. in cap. 1. col. 1. qui ſucceſ. teneantur
Alex. conſ. 18. vol. 5. Cremen. ſing. 32. & ſing.
138. qui tamen intelligit in prędeceſſore vniuerſali,
& non in ſingulari, quem ſequitur
Hippolit. ſing. 656. & Petr. de Ferrar. in
prax. in form. libel. in cauſa vendition. in
verb. promittens de euictione, verſ. octauus
eſt, ſequitur etiam Ant. Burgos, in cap. fin.
col. 8. de emp. & vend. qui ſimiliter limitat
vt ſupra, Iaſſ. in d. l. 1. vbi ſupra, ff. ſi quis ius
dicen. num. 11. verſ. ſimiliter ẽ contra, Dec.
conſ. 213. col. 3. verſ. præterea, & conſ. 281.
col. pen. verſ. pręterea iſto caſu, vbi oſtendit
maiori ratione hic comprhendi factum prę
deceſſoris quam hæredis, & Euerad. vbi ſupra,
& Ruin. dict. conſ. 94. vbi ſupra, volum.
1. & conſ. 70. volu. 2. Tiraquel. de retr.
conu. §. 1. gloſ. 6. num. 5. quem omnino vide
& Boher. deciſ. 67. ex num 3. vbi in nu. 5.
dicit hanc eſſe commnẽ opinionem, in cuius
confirmationẽ plures Doctores allegat, ideo
eum omnino vide, qui ſimiliter in nu. 6. in
telligit, hanc opinionem procedere in hæ
rede

Digitized by Google

tede uniuerſali non vero in ſingulari.

5 Contrarium tamen,quod imo promittēs de facto ſuo tantum,non obliget ſuos hære des, tenet Alex. col. 2 Aretin.in 3.notab.& Iaſſ.in 4.notab.ſibi cōtrarius in l. ſtipulatio iſta habere licere ff.de verb.obl.Alex.in addit.ad Bal.in l.vlt.C.de act.emp. Aretin.in l.hæres in omne ius ff.de acqui.hęred.Ruin. conſ.41.num. 36.vol.1. & conſ.42. num.18. vol.etiam.1.& conſ. 43.eod.vol.1. & conſ. 184.num.10.& 14.vol.1.& Aretin.in vtroquè,loco proxime allegato,reprobat,quod dictum eſt, eum qui promiſsit de facto ſuo tantum,teneri quoquè de facto ſui prædeceſſotis, quāquam ſecundum Dec.conſ. 28. col.pen.maior ratio eſt,& verſatur,quod hæres excludatur per taxatiuam, quam quod excludatur prædeceſſor, vt ibi videbis, & hoc refert Tiraquel. de retr, conn.§.1 gloſ. 6.num.8 & quod non teneatur de facto ſui prædeceſſoris, quando dixit, quod volebat teneri de euictione de ſuo facto tantum, vltra prędictos Doctores tenet etiam Bal.in cap.1.in fin.qui ſucced.tenean. & in l.ſi ſeruus,§.1.de verb.obli.& quos citat Boher.in d.deciſ.67. nu.4.pulchre Ruin.conſ.94.vol. 1.nu.3.& quos refert Ant. Gabr.lib.6. cōm. tit.de verb.ſign.concl.5.num.1.

6 Supra dictarum tamen opinionum, hæc vltima in hoc Aragonum Regno receptiſſima eſt, quia ſi quis promittit euictionē de ſuo facto tantum, nullatenus tenetur de facto ſui prædeceſſoris, nec multo minus de facto ſui hęredis, quia in hoc Regno verba intelligūtur ad literam,& prout iacent, nec habemus interpretationem extenſiuam; vt in obſeruantia prima de equo vulnerato. Et ideo à verbis recedere non licet, pro inde quando quis promittit euictionem de facto ſuo tantum,nullatenus tenetur de facto ſuorum auctorum, vel predeceſſorum, & ita ſepiſsime in contradictorio iudicio obtentum fuit.

7 Mihi etiā ſemper vera viſſa eſt harum opinionū cōciliatio,quā tradit Rui.cōſ.94.n.6. volu.1.vbi aſſerit, quod aut quis promiſsit de facto ſuo tantū in contractu, in quo quis tenetur etiam de facto extranei, & tunc dictio taxatiua perſonam hæredis non excludit; ſi tamen dictio taxatiua fuit adiecta in contractu, in quo quis de facto extranei nō tenetur, tūc ne taxatiua videatur ſuperflue appoſita,perſona hæredis excluditur;quam etiam opinionum conciliationem refert, & ſequitur Ant.Gabr.lib.6.comm.opin.tit.de verb.ſign.concl.5.num.3.

8 Illud tamen animaduertendum eſt,quod dato quod quando quis promittit euictionem de ſuo facto tantum, non teneatur ad plenam euictionem de facto, tamen nihilominus tenetur ad pretij recepti reſtitutionem,ex Alciat. conſ.158.nu.1.vbi alios citat, quia etſi quis dicat, quod nullo modo vult teneri de euictione, adhuc tenebitur ad pretij reſtitutionem,pro quibus facit textus in l.emptorem §.qui autem, verſ. ibidem ait,ff.de act.empr.& ibi, Paul. de Caſtr.quem tex.ſingularem dicit Roman.ſing. 387.& ſequitur Aretin. in §.actionum. numer.22.inſtit.de action.Ant.de But. in cap. fin.num.15.de empr.& vend.Corn.cōſ.226. num.6.volum.2.Chaſſen.conſ.55.num. 43. Tiraq.de retr.lin.§.12.gloſ.1.ex nu.10.Couar.lib.3.var.cap. 17. num.2. Rubeus conſ. 152.num.2.& 3. Rebuf.rom.3.tit. de dilation.art. 5. gloſ.vni.num.50.Cauallin.tract. de euictio.§.5.nu.25. fol.209. Quod tamen verum eſſe intelligo, vbi in genere euictio excipitur,at ſi ita conuentum ſit, vt venditor omnino teneatur de euictione,ſi res empta fuerit euicta à Sempronio, vel ex cauſa libertatis ſecus erit,quia nec ad pretium agere poterit emptor; ita tenent gloſ. Angel. Fulgoſ. Bal. & Salic. per illum tex. in l. qui libertatis in prin.de euiction. per quem etiam text. id tenet. Roman. in dict. ſingul.387.Bal.& Salic.in l.1.queſt.5.C. de peric.& com. rei vend. Rebuf.in d gloſ. vnic. num.51.opt. Hippol. ſingul.656.Rip. in l.ſi aliquam num.47.ff.de acquiren.poſſeſſ. Tiraquel.de retract.lin.§.12.gloſ.1. num. 14. rationem differentię ponit Bal. in d. l. qui libertatis, & Nat. conſ.181.num. 7.& prædictos ſequitur Cauallin.in tract.de euictiō §. 5.num. 26.fol. 209.& Couarr.lib. 3. var. cap. 17. num.2. vbi etiam de ratione diuerſitatis.

9 Et vt ad dictionem, tantum, redeamus videndus eſt Iaſ.in l.1. ex num.10.ff. ſi quis cautiōn. & in l. ſi conſtante ex num. 86. ff. ſolut. matrim. & Cott. in verb. tantum fol.839.quibus in locis aſſerunt plures limitationes, in quibus dictio, tantum, non eſt taxatiua,nec excludit, apud quos plura etiam iam reperies vltra ſupradicta de natura, & proprietate, & vera ſignificatione præfatę dictionis,tantum,quos omnino videas; & inter alias declarationes, nota illā, quod

quo.l quando ſeqnitur nullitas actus, ſi dictio taxatiua ſtaret excluſiue, tunc non exclu lit, ex Iaſ. in l. omnibus num. 11. verſ. quinto fallit, ſi quis ius dicen. non obtemp.

Singul. XXII. de pronomine Ipſe.

SVMMARIVM.

1 *Iſta dictio (ipſe) eſt perſonaliſſima, nec perſonam ipſam egreditur, imo perſonam veluti ad oculum demonſtrat.*

2 *eſt dictio perſonaliſſima, neque poteſt per alium adimpleri; eſt relatiua, & repetitiua operaturq. repetitionem pracedentium cum omnibus ſuis qualitatibus.*

ISTA dictio, ipſe, eſt perſonaliſsima, nec perſonam ipſã
1 egreditur, imo perſonam veluti ad oculum demõſtrat, gloſ. in §. fuerat in verb. cum ipſa, inſtit. de action. Io. Andr. in cap. Contra eũ, in 2. arg. quæſt. 18. de reg. iur. in Mercurial. Rip. in l. filius familias, §. diui, de leg. 1. num. 111. vbi etiam Iaſſ. in 2. lect. num. 151. Dominic. cõſ. 108. col. 1. Zaſ. conſ. 12. poſt. prin. Bal. conſ. 304. vol. 5. Rolan. conſ. 97. vol. 4. num. 21. Rolan. conſ. 55. nu. 29. vol. 3. Surd. deciſ. 210. num. 18. Menoch. conſ. 106. num. 196. & conſ. 120. num. 20. Tiraquel. de retr. conu. §. 1. gloſ. 6. num. 25. ſic diſpoſitio loquens de ipſo hęrede, non extenditur ad hęredem hęredis, Cott. in memorab. verb. ipſe, vnde ſi in alienationis prohibitione teſtator dicat, & volo, & prohibeo, ne ipſe hęres meus bona alienet, quod iſta prohibitio non eſt perpetua, ſed ipſum tantum hæredem comprehendit, non autem hęredem hæredis. Et ita per ipſum hæredem hęredis, bene fieri poteſt alienatio, quia illa demonſtratio, ipſe, perſonam ipſam grauatam veluti ad oculum demonſtrat, nec eam egreditur, ita tenent Bald. in d. conſil. 304. Iaſ. & Rip. vbi ſupra, & Loazes in d. §. diui num. 408. Tiraq. in dicto num. 25. Roland. conſ. 59. volum. 3. num. 29. & in conſil. 97. volum. 4. num. 22.

2 Ipſe, eſt dictio perſonaliſsima, neque poteſt per alium adimpleri, & facit demõſtrationem ad oculũ corporis, vt poſt Cagnol. in l. 2. num. 46. verſ. ſecundo C. de pact. inter emp. & Rip. in d. num. 111. & alios ex ſuperius allegatis, tradit Cephal. conſ. 43. nu. 8. vol. 1. Curt. iun. conſ. 144. num. 42. Grat. cõſ. 28. nu. 10. vol. 1. Cagnol. in l. qui per ſucceſſionem nu. 14. de reg. iur. Grat. conſ. 76. nu. 11. vol. 1. & conſ. 52. num. 58. vol. 2. Mandoſ. in reg. 34. quæſt. 69. num. 5. vol. 2. fol. 210. Bal. conſ. 304. vol. 5. Moron. de pace, quæſt. 57. num. 1. Rolan. conſ. 59. num. 28. vol. 3.

3 Verbum, ipſe, ſui natura, relatiuum eſt, & repetitiuum, operaturque repetitionẽ pręcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus, Rolan. conſ. 30. num. 20. vol. 4. & conſil. 97. nu. 20. eod. vol. 4. Patiſ. conſ. 95. nu. 14. vol. 2. Neapod. in conſuet. hæredes, in verb. dotes ipſas, de iure dot. fol. 245.

¶ Singul. XXIII. de dictione, Niſi.

SVMMARIVM.

1 *Hæc dictio (niſi) de ſui natura eſt exceptiua; & in effectu aduerſatur pręcedentibus, vnde ſi oratio negatiua pręcedit, dictio, niſi, ponit, & affirmat, ſi vero affirmatiua præcedit, negat, & priuat,*

2 *Eſt dictio exceptiua, & neceſſario ſignificat oppoſitum antecedentis cui immediate aduerſatur.*

3 *Denotat, & importat conditionem ſuſpenſiuam.*

4 *Facit conditionem in vltimis voluntatibus, ſecus autem in contractibus, quia non facit diſpoſitionem conditionalem, ſed facit eam ſub conditione reſolui.*

5 *Dictio, niſi, negat potentiam, quando oratio negatiua reſpicit futurum tempus; quando oratio negatiua reſpicit præſens tempus, tunc dicitur negare actum.*

6 *Dictio niſi, importat formam, & idem quod nõ, ſignificat.*

9 *Dictio niſi, ſi ſubſequitur orationem negatiuam illam tollit in caſu excepto; tamen nihil aſſerit ex propria vi, ac natura negatiuę orationis, niſi aliquid extrinſecus additum fuerit affirmatiua, vel ſub intellectum ex materia ſubiecta.*

1 NISI, iſta dictio de ſui natura eſt exceptiua, & in effectu aduerſatur præcedentibus, vnde ſi oratio negatiua pręcedit dictio, niſi, ponit, & affirmat, ſi vero affirmatiua pręcedit, negat, & pri-

cedenti dictionem, niſi, ſed potius dimitti
peccatum; dummodo concurrant alia quæ
ad peccati remiſsionem neceſſaria sũt, ſic
dum in eiſdem iuris regulis dicitur, peccati
venia non datur niſi correcto. Cum ex natu
ra rei appareat, peccati veniam concedi ve-
re correctis, manifeſtiſsimum eſt, dictionẽ,
niſi, ibi affirmare, & ponere quod pręcedẽs
oratio negauerat, nec hoc, ex propria vi, ſed
ex materia ſubiecta, & id maxime ea ratio-
ne procedit, quod regula illa loquatur de
remiſsione peccatorum, quæ remitti à Deo
conſtat, & tamen non niſi correctis, ergo
correctis datur peccatorum venia.

Singul. XXIIII. de dictione, Omnino.

SVMMARIVM.

1 *HÆc dictio omnino, habet viginti ſignificationes, communiter tamen ſignificat idem quod omni caſu, vel nullo modo.*

2 *Omnino, eſt dictio præciſſa.*

3 *Adeo eſt præciſſa, vt decretum irritans tacite continere videatur.*

4 *Licet ſit præciſſa, recipit tamen interpretationẽ à iure communi.*

5 *Adeo eſt præciſſa, vt non admitat diſpenſationem in contrarium; imo eam excludit.*

6 *Dictio, omnino, eſt latę ſententiæ, & quando verbo futuri temporis adijcitur, idem eſt acſi diceret ipſo iure.*

HÆC dictio, omnino, habet vi-
ginti ſignificationes, vt per
1 Felin. in cap. Ex parte 1. de
off. deleg. addit. ad Roman.
ſingul. 1. & add. ad Mattheſ.
ſing. 111. tamen communiter accipitur, om
nino, ideſt, omni caſu. ſeu omnino, ideſt nul
lo modo, Alex. in l. qui vſumfructum col.
pen. de verb. obl. Iaſ. in l. 1. §. per ſeruum
num. 2. ff. de acqui. poſſ. & ibi additio citat
plura conſilia, Alex. Felin. cap. Ex parte. 1. in
princ. de off. de leg. Grat. conſ. 1, num. 33.
volu. 2. & conſ. 9. num. 91. vol. 1. addit. ad
ſingul. 111. Mattheſ. num. 2. Ruin. conſ. 133.
vol. 2. num. 8. & omnino, ideſt omni ex par-
te, & eſt vniuerſalis, Iaſ. in l. 1. nu. 5. de reb.
cred. per gloſ. in l. ſi cũ exceptione, §. quod
ſi homo, ff. quod met. cauſa, & omnino, de-
notat indiſtincte, & idem eſt quod totali-
ter, vel imperpetuum, & comprehendit om
nem caſum, vt probant Menoch. conſ. 2. nu.
257. Rolan. conſ. 100. vol. 4. num. 144. Ruin.
conſ. 117. num. 10. vol. 3. & conſ. 20. num. 4.
vol. 1. vbi dicit, quod omnino, ſignificat ſi-
ne diſtinctione, & omnia comprehendit, ad
quod etiam eſt conſulendus Felin. in capit.
de regularibus, de Simon. numer. 2. Rolan.
conſ. 61. vol. 3. nu. 37. Rolan. conſ. 84. vol. 1.
num. 24. Ruin. conſ. 133. vol. 2. nu. 8. & om-
nino, ideſt nullo modo, vt per Alex cõſ. 13.
nu. 7. vol. 2. & omnino, ideſt, ſine fine, Dec.
conſ. 260. num. 2. omnino, ideſt libere, gloſ.
in prag. ſanct. tit. de elect. in cap. Licet. §. ſta-
tuit in verb. omnino.
2 Omnino, eſt dictio pręciſſa, l. ſi cum ex-
ceptione §. ſed ſi quis & ibi gloſ. in ver. om-
1 nimodo, ff. de eo quod met. cauſa, gloſ. in
cap. ex parte in verb. omnino, de off. de leg.
gloſ. in cap. & ſi Chriſtus, in verb omnino,
de iur. iur. quę allegat. l. Græce, §. illud ff. de
fideiuſ. tradit Felin. in cap. Rodulphus col.
21. in verb. omnino, de reſcrip. Dec. in l. om
nes C. qui teſtam. fac. poſſ. num. 1. & 2. Iaſſ.
in l. precibus nu. 2. per illum textum, C. de
impuber. & idem Iaſſ. in l. 2. num. 72. per il-
lum tex. C. de iur. emphit. Direct. de arte te
ſtan. tit. 8. caut. 8. nu. 4. pag. 360. Alph. Ho-
jed. de benef. 2. par. cap. 1. num. 4. Pariſ. cõſ.
21. num. 4. vol. 1. Dec. conſ. 1. num. 5. & conſ.
582. num. 2. Rolan. conſ. 84. vol. 1. num. 23.
Tiraquel. in l. ſi vnquam verſ. reuertatur,
num. 78. C. de reuoc. donat. Riminal. in §. 1.
de donat. num. 43. & 142. Iaſſ. in l. ſi inſulam
num. 16. ibi, quarto ff. de verb. oblig. & in l.
quod te n. 28. ff. ſi cert. pet. Zabarel. in Clẽ.
1. ex num. 12. de vit. & hon. Cler. Menoch.
conſ. 2, num. 256. vbi dicit, quod cum dictio
iſta omnino, præciſſam naturam habeat,
reſtrictionem aliquam nõ patitur, imo im-
portat pręciſſam executionem, glo. in prag.
ſanct. tit. de concubin. §, quia vero in verb.
omnino, Tiraquel. ſupra num. 78. vbi etiam
quod præciſe cogit ad factum, pręciſſam de
niquè denotat neceſsitatem, Gramat. vot. 31
num. 4. & adeo eſt præciſſa, quod Decre-
3 tum irritans tacite continere videtur, Ma-
tienz. lib. 5. tit. 4. l. 1. gloſ. 4. numer. 18. ad fin.
& pręciſſe ſignificat (vt id obiter dicam) vt
ſine vlla exceptione, & vt vulgo dicimus ſi-
ne remedio, & ad vnguem, indiſtincte & ſi-
ne conditione id fiat, vt poſt Bal. in rubr. de
conſtit. col. 2. verſ. quid eſt dicere præciſe,
tradi

tradit,pluta ſuo more cumulando Titaq.in
dict.verb.reuertatur,num.79.vnde cum cō
tineat clauſulam decreti irritāris, quidquid
ſit contra clauſulam, vbi talis dictio reperi-
tur,pro infecto haberi debet,per ea quæ tra
dunt Hojed. de benef.1.par. cap.10.num.6.
Caballin. Milleloq.467.& Ceuall.quęſt.727.
ex num. 12.

4 Notandum tamen eſt,qnod quamuis hęc
dictio, omnino,ſit præciſa,vt dictum eſt,re-
cipit tamen congruam interpretationem
à iure cōmuni, vt tradunt Corſet.ſing.149.
Iaſſ.in l. præcibus num.2. per illum tex.C.
de impuber.Bal.l.fi.de contr. emp.col.1.&
latius dicetur in dictione omnimodo, Dec.
in l.ſi quis in conſcribendo,C.de pact.num.
12.& adeo eſt preciſa,vt non admittat diſ-
5 penſationem in contrarium,imo eam exclu
dit,vt notant Panor.in cap.Qualiter & quā
do el 2.num.18. de acuſſation.Felin.in cap.
at ſi Clerici, §.de adulterijs, num.4. ad fin.
de iudic. Marien. lib.5.tit.1.in gloſ.1.rubr.
num.39.& in tit.4.l.1.gloſ.4.num.18.ad fin.
Tiraquel. in l.ſi vnquam, verb. reuertatur,
num.81.

6 Omnino,eſt dictio late ſententiæ, Tira-
quel. in dict. verſ. reuertatur num.47. poſt
med.& denotat ipſo iure.gloſ.in l.1.§.pecu-
niam & ibi Bar. ff. depoſit. Roman. ſing. 1.
Corſet.ſing.194.addit.ad Matheſ.ſing.111.
Alex.ad Bar.in l.43.Imperator ff.de iur.fiſc.
Zachar.ad Panor.in cap.qualiter & quando
el 2.num. 18. de accuſat.Bermon. in tit. de
publ. concub. in verb. iubemns vt ipſum in
prin.fol.197. addit. ad Iaſſ.in l.1. num.44.
in verſ.omnino,ff.ſolut. matr.gloſ.in cap.Li
cet Canon.in verb.carere de elect.in 6.glo.
in prag.ſanct.tit.de concubinar.§. quia ve-
ro in verb. omnino, eo præſertim, quando
verbo futuri temporis adijcitur dictio,om-
nino, quia idē eſt ac ſi diceret ipſo iure, vt
plures allegando tenet Titaq. in dict.verb.
reuertatur.num.76.

Singul. XXV. de dictione, Omnis.

SVMMARIVM.

1 Omnis, eſt dictio generalis,non vero vni-
uerſalis,& de ratione differentiæ.
2 Limitatur,quando ex verbis præcedentibus col-
ligeretur voluntas reſtringendi.
3 Hęc dictio non extenditur ad bona probibita
alienari.
4 Non comprehendit omnia,quando ex eo abſur-
dum reſultaret.
5 Reſtringitur ratione ſubiectæ materiæ.
6 Diſtinguitur à dictione, totum,nam totum dici-
tur de eadem re,omne vero de pluribus.
7 Natura huius dictionis,Omnis,eſt comprehende
re plures caſus etiam diſſimiles.
8 Dictio Omnis,quando profertur in numero ſin-
gulari,attribuit actum cuilibet in ſolidum, &
eſt diſtributiua,vt quilibet. Quando vero pro-
fertur in plurali,attribuit ſimul collectiue.

OMNIS, eſt dictio generalis,
non vero vniuerſalis, de qua
& de ratione differētię diſſe-
1 rit Ant.Theſaur.deciſ.199.&
iſta dictio omnis,cuncta inclu
dit,Parıſ.conſ.90. num.6. vol.4.Gomeſ.in
reg.de triennali quæſt.14.col.2.in prin.Ro-
lan.conſ.87. nu.8.vol.2. Plot. de in lit.iurā.
§.1.num.14.fol.6.vbi plures,Ruin.conſ.61.
nu.25. vol.5.Natta conſ.63.ex n. 12.vol.1.
gloſ. in pragm. ſanct.tit. de reſeruat.cap.&
quia,in §.ipſas omnes,in vet. omnes,Gom.
in §.ſequens, num.6. & in §.omnium nu.7.
inſtit.de action.vbi late,Alex.conſ.195.vol.
6.Rolan.conſ.27.vol.4.num.27.& conſ.85.
vol.4 num.49.& conſ.87.vol.2.nu.8.Caual.
de vſufr.cap.1. num. 82. fol.232. Dec.in l.
omnia, ſi cert. per. & in cap.fin.in prin.de
conſtit. & comprehendit etiam inhabiles
Dec. in l.ex teſtamento numer. 3. C. de te-
ſtam.mil. & omnia comprehendit. Curr.iun.
conſ.183.n.4.& Menoc.de recup.poſ.rem.
15.nu.294.vbi dicit,quod natura huius di-
ctionis eſt latiſsima,& omnia cōprehendit,
ſiue mobilia,ſiue immobilia,& ratio ſupra-
dictorum eſt quia dictiones vniuerſales non
poſſunt reſtringi,etiam ſi materia ſit odioſa
cū de ſui propria ſignificatione ſint amplia-
tiuæ,& in materia etiā reſtringibili nū quam
excluditur lata interpretatio, quæ ex pro-
prietate verborum deſcendit,vt tradit Ro-
lan.conſ.54.vol.3.num.39.Rebuf. in l.vn.in
4.notab.num.17.C.de ſenten.

2 Hoc autem, quod dictum eſt, quod iſta
dictio de ſui natura omnia, & cuncta com-
prehendit,& includit,limitatur, vt non pro
cedat, quando ex verbis præcedentibus col
ligeretur volūtas reſtringēdi, Bar. in l. gene
rali §. vxori per illum textum ff. de vulgar.
Alex.

Alex.conſ. 167.col.2.vol.7. Gomeſ. in.d.§. omnium,num.7. inſtit.de actione.

3 Secundo etiam limitatur,vt non extenda tur hæc dictio , omnis , ad bona prohibita

4 alienari,Beroi.queſt 95. Aymon. cõſil.256. num.8.Caualc. de vſufru. mul. relic. cap. 9. n.105.fol.166.in prin. Tertio non cõprehen dit omnia,quando ex eo abſurdum reſulta-

5 ret ex Dec. in l.omnia nu.1. ad fin.ff.ſi cert. pet. Quarto ratione ſubiectæ materiæ aliquando reſtringitur,Boher.dec.158.nu.14. iux med.vbi etiam concludit illã dictionem eſſe vniuerſalem, & integralem,quando ad diuerſos,& non ad vnum refertur. Vnde di

6 cit Dec.in dict.l.omnia num. 2. inter has dictiones totũ, & omne, illud intereſſe,quod totum de eadem re dicitur , omne vero de pluribus, ad quod etiam erunt conſulendi, quos allegat Tiraquel.in l.ſi vnquam,verb. totum.num.8.C.de reuoc.donar.

Natura huius dictionis, omnis, eſt comprehendere plures caſus , etiam diſsimiles

7 Aretin.in l.1.§.ſed ſi mihi, de verb.oblig.& in l.Centurio,in verſ.Paganus,de vulgar.& in l.hæres, in prin.de acqui. hæred. Gomeſ. in §.ſequens, num.6.de action. & in §. omnium,eod.tit.num.7.Dec.in cap.Quoniam, num.2.de conſtit.& ibi addit.in litera,A.& in litera,B.Et iſta dictio ad minus verificatur in tribus,Rebuf.in l.vn.in 4.not.nu.17. C.de ſenten.fol.356.& non poteſt in vno tã tum ſaluari,Oldrad.conſ.139.num.6.& iſta dictio eſt vniuerſalis, & integralis ,quando ad diuerſos , & non ad vnum refertur; Boher.Dec.158.num.14.poſt prin.qui in id citat alios Doctores.

8 Dictio,omnis,quando ponitur in numero ſingulari , vt omnis homo fert lapidem, atribuit actum cuilibet in ſolidum , & eſt diſtributiua,vt quilibet, gloſ.in prag.ſanct. tit. de collat.§. ſtatuit.in verb. omnes, Boher.dec.158.num.14.gloſ.& Bar.in l. Moſchis,de iur. fiſc.Bar.in l.hoc articulo de hęred.inſt.Couar. lib.3. var.cap.7.nu.7. in fin. quando vero profertur in plurali , atribuit ſimul collectiuè,Boher. in dict.nu.14.gloſ. & Bar.in l. ſi pluribus de leg. 2. & in dict.l. Moſchis,gloſ.pragm.ſanct.in dict.verb.omnes, Bal. in l. maximum virium C.de liber.præterit. & ſic eſt intelligenda gloſ.in prag.ſanct. tit de reſeruation.cap.& quia in §.ipſas omnes,in verb.omnes, fol.157.

¶ Singul. XXVI. de dictione, Quilibet.

SVMMARIVM.

1 *Iſta dictio, quilibet, attribuit actum cuilibet inſolidum,& eſt dictio diſtributiua.*

2 *Fallit, quando iſta dictio diſtributiua ponitur inter perſonas duorum.*

3 *Quilibet idem operatur,quod dictio omnis,& eſt vniuerſalis.*

1 ISTA dictio,quilibet,atribuit actum cuilibet in ſolidum, & eſt dictio diſtributiua,Bar.& Imol in l. ſi pluribus de leg.2. poſt gloſ.ibi & eſt textus in l. non diſtinguemus §. cum in plures, & ibi Bar.& alij.ff.de de recep.arbitr. & c.cũ plures,de off.de leg.in 6.gloſ.in prag. ſanct. tit. de collation.§.ſtatuit,in verb.quolibet,Paul.de Caſtr. qui adfert exemplum de procuratoribus conſtitutis per verbum, & quem libet eorum,vt quilibet cenſeatur conſtitutus in ſolidum,in l.pluribus procuratoribus num.8.ff.de procurat. quia iſta dictio eſt diſtributiua,& atribuit actum cuilibet in ſolidum,& id etiam tenet Bar.in l.hoc articulo de hered.inſtit. Iaſſ.in l.ſiquis in fundi vocabulo, §.ſi quiſ hęredes nu.2.de leg. 1.& in l. qui filiabus §.ſi quis ita nu.7. de leg.1.Ruin. conſ.76.nu.4.vol.1. Socin.conſ.7.num.11. vol.1. Anton. conſ.29. col.1. Anchar. conſ. 355.col.1.Bal.cõſ.158.in 2.dub.vol.3.Paul. de Caſtr.conſ.383.col.1.vol.1.Cępol.conſ. 14.num.14.fol.35.in crimin.Bernon.in tit. de public.concub.in verb. iubemus inſuper fol.368 Pariſ.conſ. 16.num.1. vol.1.& conſ. 49.nu.3.vol.2.Socin conſ. 16.nu. 19. vol.4. Corn.conſ.40.in fin.vol.2.& conſ.240.col. 2.vol. 2. Guid. Pap. ſing. 319. in cip.dictio cuilibet,Gozadin. conſ. 26. num. 38.Alex. conſ.13.col.fin.vol.5.& conſ.22.col.3.verſ. quarta ratione , eod. vol. 5. & conſ. 135.in prin.eod.vol.5. Ruin. conſ. 76. vol.1.nu. 4. Socin.conſ.33.num. 8.in fin. vol.1.& conſ. 50.num.1.eod.vol.1.Tiraquel. de retr.lin.§. 31.gloſ.1.num.11.plures congerens , quem omnino vide,quia loquitur de obligatione facta per verbum,& eorum quilibet teneatur etiam ſine ea adictione in ſolidum , & dicit adhuc teneri omnes in ſolidum, ratio ne

ne huius dictionis diſtributiuæ, cuius natura eſt, atribuere actum cuilibet in ſolidum, vt tenet Grat.conſ.99. num.25.vol.1.Benuenu.de mercat.par.1.num.86.Oſaſc.deciſ. 23.num.11. vbi plures, qui loquitur in feudo,& Iacob. de Butrig. in l.vn.num. 12. C. qua. non peten.part.vbi poſt Bal.ibidem in queſt. 12. tenet, quod ſi princeps inueſtiat de emphiteoſi Petrum & Sempronium, & quemlibet illorum, tunc vno deficiente, etiam poſt emolumentum acquiſitum ſuperſtes totum habebit, propter illam dictionẽ diſtributiuam, quemlibet, idem tenet ipſe Bal in cap.1.§. fin in fi.& ibi quoque Aluarot.de ſuc. feud. & ſequitur Alex. conſ.30. col 3. vol. 1. quod eſt repetitum in conſ.2. vol.5. & idem Alex. in l. ſi mihi & Titio de verb.oblig. & late Curt. ſen conſ. 50.num. 258.verſ.vndecimo, vbi dicit. quod iſta eſt communis opinio,& quod non habet contradicentem,quod etiam tenet Bellon. cõſ. 20.ex num.2. & Socin. conſ. 50.ex num,1. vol.1.& conſ.33. numer.8.in fin.eod.vol.1. pro quo etiam vide Pariſ. conſ.16. ex nu.1. vol.4.& Dec.conſ.326.numer.2. qui omnes mouentur per iſtam diſtributiuam quemlibet eorum, vt etiam affirmat Villalob. in ſuis commun.opinonib.in verb.diſtributũ, dicens hanc eſſe communem opinionem.

Hoc tamen fallit,quando iſta dictio qui-
2 libet, diſtributiua ponitur inter perſonas duorum,ſic dicendo,concedo Titio,& Sẽpronio, & pro cuiuſlibet illorum filijs, & deſcendentibus, nã tunc vno decedẽte,redit feudum ad Dominum, non autem ad alium coinueſtitum;Anchar.cõſ.245.Curt. iun. conſ. 55.col.fin. optime Alex. conſ.13. vol.5.col fi. Bellon.conſ.20.n.3.& 4. Villalob.in commun.in verb.diſtributum.

Quilibet,idem operatur quod dictio om-
3 nis;Mandoſ. in reg.12.queſt.6.num.9.differunt tamen,quilibet,& omnis,vt tenet Dominic. in cap. vt circa col. 2. de elect. in 6. Chaſſen. in conſ. burg. rubr. 7. §. 3. verb. *vn chaſcun*,num.1.colu. 921.Natt. conſ.675. num.27.& adeo eſt vniuerſalis, quod comprehendit omnes etiam inhabiles ad acuſãdum,Hippol. conſ.85.num.26.ſubdens etiã in num.27.quod eſt verbum generale,& cõprehendit maleficium etiam non punibile, & quod ſit dictio vniuerſalis,& includit omnes,tenet Dec. conſ.619.numer.2.quilibet, accipitur pro aliquis, itẽ pro,quiſquis.Hieron.Paul.in ſua pract.fol.143.& 144.eſt etiã dictio reiteratiua, vnde non dicitur quolibet anno exhibuiſſe, qui ſemel tantum exhibuit,l.in ſingulos,ff.de an.legat l. cum in annos ff.quan.dies leg.ced.& allegat etiam ad hoc alia iura gl.in prag. ſanct. rit.de collat. §.ſtatuit,in verb.quolibet.

Singul. XXVII. de dictionib' Quiſquis, & quis, vel qui.

SVMMARIVM.

1 *Quiſquis,eſt dictio diſtributiua, & facit coniunctos haberi pro diſiunctis.*

2 *Quando plures vocati ſunt ſub nomine collectiuo, habentur pro vno tantum, ſecus vero eſt quando ſunt vocati ſub hoc verbo diſtributiuo, quiſquis, quia tunc perinde eſt ac ſi, eſſent ſingulariter nominati.*

3 *Dictio,quiſquis,requirit duplex verbum, & eo modo quo actus primo verbo attribuitur,ita & ſecundo verbo debet attribui.*

4 *Dictio quis vel qui,eſt relatiua & reſtringit antecedentia.*

5 *Limitatur ſex modis, in quibus non reſtringit.*

6 *Relatiuũ quis vel qui,iunctum verbo futuri tẽporis,facit conditionem,ſed iunctum verbo præſentis temporis,inducit demonſtrationem.*

Hæc dictio quis, comprehendit tam maſculum quam fæminam.

QVISquis, eſt dictio diſtributiua, & facit coniunctos haberi pro diſiunctis, Paul. de Caſtr.in l. 33. cum plures num.2. de vulgar. per l.fin.C. de impub.Angel.cõſ.290. Bar.in l.1.ff.de cõd. & dem.& iſta dictio eſt huius naturæ,vt videlicet quando plures vocati ſunt ſub nomine collectiuo, habeantur pro vno tantum, ſecus vero eſt, quando ſunt vocati cum hoc verbo diſtributiuo quiſquis,quia tũc per inde eſt, ac ſi eſſent ſingulariter nominati, & veniunt omnes in viriles,iuxta, Bar. Alex. Iaſſ.& Dec. num.1. dicens eſſe communem opinionem in l.fin.C. de impub.ipſe tamen Dec.ibi nu.3. hoc impugnat & tenet, quod imo iſta dictio,non facit vt vocati ſubſtituti veniant in viriles, ſed pro portione hæreditaria, quia verbum quiſquis mihi hæres erit,non viriliter,ſed pro portionibus hæreditarijs intelligitur,l.qui liberis,§. hæc verba

ba,de vulgar.& in l.ſed ſi plures,eod.tit.
Et iſta dictio, quiſquis, requirit duplex
3 verbum,& eo modo, quo actus primo ver-
bo attribuitur,ita,& ſecundo verbo attribui
debet, Bart.in l.hoc articulo, de hæred. in-
ſtit.per l.qui filiabus,§. ſi quis ita,de leg. 1.
tradit iſta Decius in d.l.fin.num.3. C.de im
pub.ex quibus ipſe Dec.recedit à commu-
ni opinione, ſed vide ipſum Dec. in conſil.
382.nu.6. vbi tenet,quod dictio, quiſquis,
attribuir actum cuilibet in ſolidum.
4 Dictio,quis,vel qui,eſt relatiua,&reſtrin
git antecedentia,l.ea tamen adiectio, & ibi
gloſ.& Bart.ff. deleg.3.Bart.in l. omnes po-
puli,num.1.de legib. Angel.in §. omnium,
num.1.de action.Iaſſ.in l.cunctos populos,
num.2. C.de ſacroſanct.Eccleſ. Mandoſ. in
gloſ. facult. in verb. qui, fol. 172. Iaſſ. in §.
omnium,de action.Panormit. in cap.de cæ-
tero,per illum tex. de Cler.non reſid.& ibi
addit. Zabarel. in Clemen. 1. num. 18. q.9.
de for.compet.Panor. in cap.nouit, nu. 17.
de iudic. & ibi addit. Dec.conſ. 261. num.
1.verſ.his non obſtantibus, Mandoſ. tegul.
27.quæſt.16. num.4. volum. 2. fol.63. Ger-
mon. in tit. de public. concubin. in verb.
qui, fol. 158. Mandoſ. in gloſ. facult. in §.
ſitquè,in verb.quod, fol.278. & in §. ſane,
§.quod,fol.75.
Limita tamen, & declara hoc, vt per Iaſ.
5 in l.cunctos populos,num.2.vſque ad num.
6. C.de ſacroſanct.Eccleſ.vbi affert ſex limi
tationes,in quibus dictio quis,vel qui, non
reſtringit, ſed declarat potius, vt per eum,
& Mandoſ.in gloſ. facult.§. ſirque, in verb.
quod,fol.278.colum.2. & limita etiam, vt
per Cott. in memor. in verb. quis, vel qui,
fol.727. & per Alciat. conſ.82.num.3. & li-
mita etiã, quãdo abſurditas reſultaret,ſi re-
ſtrictiue intelligeretur, vr alijs allegatis no-
tat Zacharias in addit. ad Abb. in cap. de
cætero,nu.4 de Cler.non reſiden.in lit.A.
6 Relatiuum,quis, vel qui, iunctum verbo
futuri temporis facit conditionem, ſed iun-
ctum verbo futuri temporis,inducit demõ-
ſtrationem, vt tradit Iaſſ. in l. ſtichum qui
meus erit,ex nu.1.del egat. 1.per quem tex.
id tradit Tiraq. in l.Boues,in 16.limit. nu.
1.quod declarat Iaſſ.in l. ſi ita quis promiſ-
ſerit,ex nu.2.de verb.oblig.
Hæc dictio,quis,comprehendit,tam maſ-
7 culum,quam fœminam, Tiraquel. retr. lin.
§.1.gloſ.9.nu.216. vbi alios citat poſt Dec.
conſil.339.colum.1.& conſ. 507. colu.1. &
in l. generaliter,numer.8. C.de inſtit. Surd.
de aliment.rit.8. priuileg. 38. num. 18. Re-
buf.in l. 1. de verb. ſignif. ex pag. 9. verſic.
primo hæc regula, Menoch.lib.4.præſump.
89. num.48. Rebuf.in tract.nominar.queſt.
8.num.9.Dec.in l.ſi familia, num. 9. de iur.
omn. iud. etiam in materia pęnali, compre
hendit familiam, & vniuerſitatem, de quo
etiam Iaſſ. ibid. num. 4. reprobatus à Dec.
vbi ſupra.

Singul. XXVIII. de dictione, Secundum.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones, ſecundum, & iuxta, de ſui natura conditionales ſunt, & important conditionem,ſi apponantur in reſcriptis iuſtitiæ.*
2 *Ponuntur cauſatiue.*
3 *Dictio,ſecundum,exponitur pro,quia.*
4 *Intelligitur,ſi certitudo haberi poteſt de eo,quod relatum ſit,alias ſecus,tunc ſiquidem dictio, ſecundum, vel provt, facerent conditionem, nec ſtarent cauſaliter cum limitationibus.*
5 *Dictio,ſecundum, ſtat reſtrictiue, & idem eſt, quod,provt.*
6 *Iſta dictio eſt relatiua.*

QVAMVIS iſtæ dictiones,
1 Secundum, ſicut, & iuxta,
de ſui natura importent
conditionem, ſi apponan-
tur in reſcriptis iuſtitiæ;vn
de omnia verba facti narra
riua,in huiuſmodi reſcrip-
tis proculdubio ſtant conditionaliter, ſem-
perq. in eis ineſt racita, vel expreſſa condi-
rio(ſi preces veritate nitantur) l. fin. C. de
diuerſ. reſcrip. non enim emanant, ad noui
iuris publici, vel priuati diſpoſitionem, vt
cum Ludo.Roman.conſ.336.nu.3.vbi Man
doſ.in l.B.tamẽ vt dicit Bar.in extrauag. ad
reprimendam,in verb.provt,in verſ. ad cu-
ius inrelligẽtiã,quod in legibus,priuilegijs,
contractibus,& ſententijs, & quæ fiũt cum
cauſæ cognitione,& reſcriptis gratiæ,& eo-
rũ, ex quorũ natura eſt aliquid diſponere,
nã tunc ponuntur cauſatiue, cũ appareat de
certa intẽtione reſcribẽtis,ad pure,& ſimpli
2 citer diſponendũ de narratis, & cõrentis in
reſcripto,vt trad. Dec.conſ.169. nu.4. ante
fin.Felin.in c.ex parte,el 1.nu.10.de reſcrip.

Bellon. conſil. 36. num. 5. Curt. iun. conſil. 98. nu. 4. Roman. conſ. 336. nu. 3. aſſerentes, quod quando ponuntur cauſatiue huiuſmo di dictiones, falſa cauſa non vitiat diſpoſitionem, quando diſpoſitio in ſe eſt certa, nec tunc opus eſt, quod illa relatio aliter verificetur, per tex. in c. Abbate, de verb. ſignif. ibi; iuxta preteriti temporis morem concedimus, & in verſ. cōtra quod, & probat tex. in l. ſi teſtamentū, & ibi gloſ. & Bart. & Dec. num. 2. C. de inſtitut. & optime tradit Boer. deciſ. 16. nu. 1. ſubdens in nu. 2. quod ſi quis fuerit condemnatus dare vnum par caponum, ſecundum quod ſui anteceſſores ſoluebant, & ſoluere conſueuerunt, dicitur pure condemnatus, quia illa verba, non faciunt conditionem, & ideo non opportet probare, quod anteceſſores ſoluere conſueuiſſent; & ita etiam dato, quod anteceſſores ſui nihil ſoluerent, tamen tenetur ſoluere, quia hæc dictio non importat conditionem, ſed
3 exponitur pro, quia, ita tenēt Bart. in l. eum qui §. Iulianus, & ibi Alex. in addit. & ibidē etiā Paul. de Caſtr. & Salic. ff. de Conſtit. pecun. & ten. Iaſ. & Dec. n. 2. in l. pen. C. de inſtit. & ſubſt per tex. & gloſ. fin. ibidem, Fel. nu. 12. in cap. quoniā Abbas de offi. deleg. & in c. ex parte n. 12. verſ. clauſula ſi præces, de reſcrip. Io. Leciriel, de primogen. lib. 2. q. 4. nu. 10. Grammat. deciſ. 59. nu. 25. Alex. conſ. 146. vol. 2. Iaſ. in l. admonendi in 2. lect. ex nu. 32. de iur. iur. vbi etiam Alex. & Rip. & Paul. de Caſtr. col. 3. verſ. ſed quęritur Dec. in l. edita, nu 86. C. de edendo Dec. conſ. 63. nu. 5. Felin. in c. ex parte, el 1. nu. 10. verſ. dicens quod ſi, de reſcript. Dec. conſ. 169. nu. 4. in fi. verſ. vltimo non obſtat, Bologn. conſ. 2. col. 4. verſ. quatto. Chaſſen. in conſ. burg. rubri. 4. §. 6. in verſ. *ſelon la genarale couſtume*, n. 2. col. 590. Matienz. lib. 5. recol. tit. 4. l. 2. gloſ. 9. num. 12. ad med.

4 Superiora tamē intellige vt procedāt, dū modo certitudo haberi poſsit, in eo quod relatū ſit alias, ſecus ſiquidē dictio, ſecundū, vel prout, facerent conditionē, nec ſtarent cauſaliter, vt per Bal. in l. 1. in fin. C. de Epiſ. & Cler. Aretin. conſ. 73. in 3. dub. Gramma. in d. n. 8. Dec. in l. pen. n. 2. C. de inſti. & ſubſ. & faciunt, quæ traduut conſ. 8. col. 3. in prin. vol. 3. & Socin. conſ. 53. nu. 9. vol. 1. Chaſſen. conſ. 69. num. 24. qui dicunt, quod quando in inſtrumento relato, non eſt apoſita conditio, nihil valet diſpoſitio, ſi dictum ſit, do tibi ſecundum conditiones in tali inſtrumento ſcriptas, quia non valet, ex quo non conſtat de relato.

Iſtud tamen ſublimita, vt non procedat, quando relatio fit per eum, qui circa eam tunc habet poteſtatem diſponendi, nam ſi conſtat de eius voluntate, valet diſpoſitio, dato quod relatio non verificetur, licet ad illam relatio facta ſit, vt per Dec. in l. edita, C. de edēd. qui loquitur de dictione, prout, & ibi affert exempla, idem Dec. in authen. ſi quis in aliquo, num. 40. C. de edend. & in conſ. 169. num. 4. verſ. in quibus locis, quia tunc non receditur à diſpoſitione, quæ certa eſt; ex quo conſtat de voluntate diſponētis, ſecundum prędictum.

Iſtam tamen ſublimitationem intellige, vt procedat, & ſit vera, quando illa diſpoſitio, ad quam facta fuit relatio, non reperitur; quia tunc non receditur à diſpoſitione referēte, quę certa eſt; ſecus vero eſt, ſi diſpoſitio ad quam fit relatio reperiatur, & aliter dicit, quam relatum fuerit, quia tunc illa diſpoſitio non valet, quia erronea videtur, vt tradit Alex. conſ. 9. vol. 5. num. 12. verſ. & hoc ſaltem in caſu noſtro, Zabarel. conſ. 11. col. 1. Dec. conſ. 63. num. 6. & in cap. 2. colu. 2. de reſcrip. & in l. edita, n. 86. C. de edend. & idem Dec. in cap. quoniam, Abbas in fin. de offi. deleg. & in Aut. ſi quis in aliquo, nu. 40. C. de edend. Benuenut. de mercat. fol. 152. num. 13. Siluan. conſ. 68. numer. 15. vbi alios citat, & tenet Dec. in l. pen. num. 2. ad fin. C. de Inſtit. & ſubſt. idem Dec. conſ. 106. num. 4. in fin. Pariſ. conſ. 7. nu. 5. volu. 3. Neuizan. conſ. 12. num. 10. vbi plures, & Bellon. conſ. 23. nu. 2. & 3. & licet plures ex Doctoribus ſupra allegatis non loquantur de dictione ſecundum, ſed de dictione, prout, tamen idem ſentiunt de dictione, ſecundū, quia dictio ſecundum, & dictio prout, idem ſunt quo ad propoſitum, vt conſtat ex proxime dicendis.

5 Dictio, ſecūdum, ſtat reſtrictiue, & idem eſt quod, prout, vt tradunt Ruinus conſil. 61. numer. 36. ad med. volum. 5. Grat. conſil. 103. numer. 20. volum. 1. Dec. conſil. 195. numer. 1. vbi quod eſt limitatiua, & idem Dec. in l. liberi, numer. 4. C. de bon. poſſeſſ. contra tab. & eſt videndus Cott. in memor. in verb. ſecundum, fol. 750. Gozadin. conſ. 62. nu. 11. verſ. pręterea, vbi dicit, quod dictio ſecundum ſtatuta, limitat, ad prædicta ſtatuta, & reſtringit, & eſt vidēdus Chaſſen. in conſuet. Burg. rubr. 4. §. 6. 6
in

in verſ. *ſelon la generale couſtume*,ex nu. 1. col. 590.vbi de varia ſignificatione & natura huius dictionis,ſecundum.

Secundum,iſta dictio eſt relatiua, Pariſ. conſ.39.num.4.lib.3. Dec.conſ.63. & conſ. 195.num.1. Iaſ.in l. admonendi ex num.32. & ibi, Alex.& Rip.ff. de iur. iur. opt. Curt. iun.conſ.98. num.4.

Singul. XXIX. de dictione, Vel.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, vel, eſt diſiunctiua quoad verba, & quoad effectum, ſic in ea cum vnum in effectu contineat, ſufficit alteram partem eſſe veram.*

2 *Dictio, vel, quando ponitur inter genus, & ſpeciem, ponitur copulatiue pro, &.*

3 *Dictio, vel, quando ponitur inter duas dictiones, idem ſignificantes, ſeu inter duo, idem ſignificantia, ponitur declaratiue, pro ideſt.*

4 *Dictio, vel, quando ponitur vni ſolo, accipitur pro etiam.*

5 *Vel, aliquando ponitur pro ſaltem.*

6 *Dictio, vel, aliquando accipitur pro, vt.*

7 *Dictio, vel, quando ponitur inter incompatibilia non electionem ſignificat, ſed ordinem.*

8 *Dictio, vel, de ſui natura inter diuerſa, non idem ſignificantia collocatur.*

9 *Quandoq. ponitur inter ſimilia, & inter eadem importantia.*

1 DICTIO vel, eſt diſiunctiua quo ad verba,& quo ad effectum, ſic in ea cum vnum in effectu contineat, l. eum, ff. quando dies leg.ced.l.ſi illud vbi Bald. delegat. 2. ſufficit alteram partem eſſe veram,l.plane.§.pen.de leg.1.l.quicunque, C. de ſeru. fug. l. fin. §. ſi autem ſub conditione, C. comm. de leg. clem. 1. verſ. & nihilominus, & ibi, gloſ. in verb. vel ad ipſum, de ſeq. poſſeſ.cap. inter cæteras,& ibi,Panor.num.4.& ibi,addit,ad cum in verb. vel, de reſcript. vbi etiam Dec. ex num.22. Pariſ.conſ. 47.num.3. volum.3. Alciat. in l. litus, in verb. vel alio,de verb. ſignif. Chaſſen. conſ.39. num.101. Rebuf. in l. vn. in gloſ. verb. proferuntur.num.3. C. de ſenten. fol.455. idem Rebuf. in l. 37. in fin. de verb. ſing. fol. 286. & quia hæc dictio eſt alternatiua,ad veritatẽ ipſius ſufficit alteram partem eſſe veram, nec omniũ cõcurſus requiritur.l.ſi hæredi plures, ff. de condit.inſtit.cap.in alternatiuis, de reg.iur. in 6.& tradunt Dec.nu.20.in cap.inter cęteras,de reſcrip.& ibi Felin.late in num.16.& latiſs.Rip.ex num.24.Alciat.reſponſ.57..ex
2 num.9.Menoch.conſ.3.nu.10.

Vel,quãdo ponitur inter genus,& ſpeciẽ, ponitur copulatiue,pro,&,Bar.in l. ſi is qui ducẽta,§.vtrũ,in 7.oppoſ.n.2.ff.de reb.dub. vt in l.ſępe,verſ.& cum dicimus,ff.de verb. ſign.vbi Scribentes,Cuman.in l.lege, nu.2. ad leg.aquil.textus in cap.vendentes, 1.q.3. & in cap.experientiæ,iunct. gloſ.11. q.2. & in l.Fulcinius, iuncta gloſ. 1. iuxta primam interpretationem,ff.de vi,& via arm. & vide in ſimili,quę dixi in dictione, ſeu, quando ponitur inter genus,& ſpeciem,& quod dictio,vel,quando ponitur inter genus, & ſpeciẽ,reſoluatur in copulam, tenet etiam, Bald.conſ.378.nu.9. vol.5. Sebaſt. Medices de diffinitionib.2.par.cap.1.nu.2.

Iſta etiã dictio,vel,poſita inter duas perſonas,æqualiter vocatas, ſtat pro copulatiua,& nõ pro diſiunctiua, vt pulchre probat Menoch.conſ.187.ex nu.19.per tex.in l.cum
3 quidam,§.melius,itaq. C.de verb. ſign.

Vel quãdo ponitur inter duas dictiones idẽ ſignificãtes,ſeu inter duo idem ſignificãtia ponitur declaratiue,pro ideſt,vt in rubr. ſi ager vectig.vel emphit.pet. & in l.ſciẽdũ, §.1.qui ſatiſd.cog.& in l.1.iunct.gloſ. C. de repud.Curt.iun. conſ.145.n.12. Ruin.conſ. 99.vol.2.n.11.Bellon.conſ.53.n.7.& tũc eſt inculcatio verborum ſecundũ eos, & quod iſta dictio,aliquando ponatur pro,ideſt,declaratiue,eſt tex.id probans in l.vbi pactũ, & ibi gloſ.verb.pactum. & ibidem Bart. in prin.& in nu.1.C.de tranſact. & allegat tex. in l.2.& ibi notata,ff. ad leg. aquil. ibi,quadrupedẽ,vel pecudem,& in l.pen.§.nullo tamen,C.de iur.iur. & tenent etiam Bal. in c. Paſtoralis,poſt nu.3.de cauſ.poſſ. Felin in c. cũ dilectus,poſt nu.30.de fid.inſtrum. Mandoſ in gloſ.facult.§.ac tam,in verb. vel,fol. 311.col.2. Oſaſc.deciſ.89.nu.4. Corn.conſ.
1 96.num.16.vol.1.Bald.in cap.1.ad fin. in 2. lect.de iudic.Mandoſ.in gloſ.facult.§.& taxam,in verb.vel,fol.333.colu.2.Rebuf.in l. 37.in fin.verſ.notate,ff. de verb.ſign.pagin. 286.Portol.de conſor.cap.1.nu.65. Alexan. in l.1.nu.8.de iur.omn.iud.

Dictio,vel, quando ponitur vni ſolo,ac-
4 cipitur pro,etiam,Bart.in l.ſupra iter,§. of-

ficium,num.3.ff.de aqua pluu.arcen. per il-
lum tex.vbi bene declarat, & eſt gloſ. in l.
proinde,§.ſi ſeruus,ff.de ſtip.ſeru.quæ expo
nit vel,pro etiam,& eſt textus,& gloſ.in l.1.
de vend.reb.Fiſcal. lib.10. C.& in princip.
inſtit.ad leg.falcid.iuncta gloſ. in verb. vel,
& gloſ.in l.1.in verb. vel hoc,ff.ad Sillania-
num,& Mandoſ.in gloſ.facult.§. ac tam, in
verb.vel,fol.311.col.1.in fin. Rebuf. in d. l.
37.de verb.ſign.in fin.pag.286.& aliquãdo
eſt coniunctio augmentatiua, aliquando di
minutiua, & aliquando diſiunctiua, vt per
Alciat.in l.96.littus,§. prædia, in verb. vel,
de verb. ſignif.

5 Vel,aliquando ponitur pro, ſaltem,.l. &
ſeruorum,iunct.gloſ.fin.ff.de ſtat, homin.l.
teſtamento,iuncta gloſ.in verb.vel,ff.de ma
num.teſtam.gloſ.in l.1.§.ſerui quotiens, in
verb.vel hoc,ff.ad Sillanian.l.Fulcinius,iun-
cta gloſ.1.iuxta 2.intellectum,ff.de vi, & vi
arm l.1.verſ.ſed & ſi quis,iuncta gl.ff. quod
vi,aut clam.§.ſufficit,ibi,vel medio tempo
re,iuncta glo.inſtit.de ingenu.& in §.1.ibi,
vel ſeruum,iuncta gloſ.inſtit. quib. ex cauſ.
manum.non lic. Mandoſ.in gloſ.facult.§.ac
tam.fol.311.in verb.vel,col. 1. & tenet etiã
Angel.in tract.de teſtam.glo.98.n.2. vbi di
cit,ꝙ iſta dictio,vel, quãdo ponitur vni di-
ctioni,denotat idem quod ſaltem, & idem
etiam dicit Rebuf.in d.l.37.ad fin. de verb.
6 ſign.pag. 286. vbi ſimiliter varias ſignifica-
tiones affert huius dictionis,vel,de quo, Al
ber. in diction. verb. vel, aliquando etiam
hæc dictio,vel,accipitur pro vt,gloſ.in pra-
gmat.ſanct.tit.de elect.in c.ſicut,in glo.vel.

Vel, eſt dictio æquiparatiua, & per eam
inducitur æquiparatio, l. 1. ff. de iur. fiſc.l.
vel malencolici,cum l. ſeq. de ædil. edict. l.
7 ſolutum,§.fin.& l.ſeq. ff. de pign. act. Man-
doſ. in d.§.ac tam,in verb.vel,fol.310.quan
do etiam iſta dictio,vel,ponitur inter incõ-
patibilia,non electionem ſignificat, ſed or-
dinem,Guid.Pap.conſ.33.num 3. Similiter
etiã dictio,vel,repetit qualitate præcedẽtẽ,
Boſſ.in tit.de raptor.mulier.n.8.& de ſui na
tura eſt alternatiua,Menoc.caſ.544.nu.3.

8 Dictio,vel,de ſui natura, inter diuiſa nõ
idem ſignificantia collocatur, vt patet in
rubr. ff. de acquir. vel omitend. hæredit.&
traduut Bart.in l.ſupra,§.officium,in fin.de
aqua pluu. Alexan.in rubr. nu.4. de vulgar.
Cepol.conſ.71.numer.7.in crimin.fol.161.
Bald. conſ.378.num.9. volu. 5. Rebuf. in l.
vni.in gloſ.1.num.3.fol.385.& in glo.verb.
proferuntur num. 3. fol.455. C. de ſenten.
Mandoſ.in gloſ. facult.§.& taxam, in verb.
vel,fol.333.colu.1.Bald in l.filiæ, in 1.oppo
ſition.C.de collation. Bart. in l.ſi is qui du-
centa,§.vtrum,in 6.oppoſit.nu.1.ff. de reb.
dubi.Mandol.in reg. 1. Cancell. quæſt. 10.
num.10.vol.1.fol.17.Zabar.in Clem.2.q.2.
num.8.de ætat.& qual.Rebuſ.in l.130.verſ.
accedit,pagin.679. de verb.ſignif. Roman.
conſ.83.num.2.

Quandoque etiam iſta dictio,vel, poni-
tur inter diuerſa idem importantia, ſeu pa-
rum diſtantia,Grat.conſ.104.num.8.vol.1.
Roman.conſ.83.num.2. Chaſſen. in conſu.
Burgun.rubr.4.§.23.in verſ.*Ou promis*,nu.1.
9 col.781.Chaſſen.conſ.39 n.101.Grat.conſ.
43.nu,17.vol.1.& conſ.111. nu.3.volu.1. &
Mandoſ.in reg.1.q.10.nu.18.vol.1.fol.18. di
cit,quod iſta dictio,vel, quãdoque ponitur
inter ſimilia, & inter eadem importantia.

Singulare XXX. de dictione, Ex.

SVMMARIVM.

1 Dictio, Ex, de ſui propria, vera, ſtricta, & regulari ſignificatione, denotat cauſam proximam, & immediatam, eſtque relatiua præcedentium.

2 Iſta dictio, Ex, aliquando non denotat cauſam immediatam, ſed potius remotam.

3 Dictio, Ex, ſecundum ſubiectam materiam aliquando cauſam immediatam, & aliquando mediatam ſignificat.

4 Inter varias quas habet ſignificationes, aliquãdo accipitur pro, propter, & ſic exponitur ex præcepto, ideſt, propter præceptum.

5 Accipitur etiam pro A. vel Ab, & pro dictione poſt, & pro dictiono, de, pro, in, ex hoc, ideſt, hinc.

6 Dictio iſta, Ex, propoſita diei, eum diẽ excludit.

7 Dictio, Ex, eſt ſeparatiua.

DICTIO iſta, Ex, de ſui propria
1 vera, ſtricta, & regulari ſignifi
catione, denotat cauſam pro-
ximam, & immediatam, eſtq.
relatiua præcedẽtiũ, vt tradũt
Olaic.decif.80.nu.5.Sebaſt. Medic.tract.de
legib.& ſtat.1.par. quæſt.17. nu.15. Barbat.
conſ.63.colu.3.ad med.vol. 3. Dec.in rubr.
in 2.lect.C.qui admit. num. 13. & 64. & in
rubr.

rubr.de conſtit.in 1.lect.num.34. & ibi op-
tima additio.in lit. B. & probat tex. in l. eo
tempore, §.fin. & ibi Bart. de pecul. Dec.in
l.cui iuriſdictio.num.23.ff.de iur.omn. iud.
& in cap.1. de iudic.num.1.tex in l.qui libe
ris, §.hæc verba,& ibi Aretin. ff. de vulgar.
tex. in l. fin.& ibi gloſ.in verb. ex parte, ff.
de edend. Bart.in l.cum filius,§.hæres,nu.21
deleg.2. Dec.conſ.69.poſt numer.3.Gram-
mat. conſ.2. num.3. Tiraquel. in tract.ceſſ.
cau.limit.20.num.29. Mandoſ.in gloſ.facul.
in prohem.in verb.ex,fol.18.colu.1. Rimi-
nal.in §.1.nu.131. inſtit. de donat. Guilier.
Bened. in cap. Raynutius, in verb. cætera
bona,num.28.de teſtam. Rebuf.in l. vni. in
verb.prout,num.150.C.de ſenten.ſol.404.
Bart.in l.non dubium,nu.23. & ibi Paul. de
Caſtr.num.11. & Iaſſ. num. 23. C. de legib.
Riminal.in princ. inſtit. de donat. nu. 647.
fol.234. Nat. conſ.64. num. 3. Bald. in l. ex
hoc iure,num.14.ff.de iuſt. & iur. Panor.in
cap.exhibita,num.3.per eum tex.de rer.per
mut.& in cap.inter dilectos, nu. 4. per eum
tex.de fid. inſtrum. & ibi late in addition.
per duas colum. Dec. conſ.626. nu.3. Hip-
polit.qui infert ad pulchram decisionem,in
l.nihil intereſt,numer.16.ff.ad l. Cornel. de
Siccar.poſt Felin. in cap. de cętero, de ho-
micid.Pariſ.conſ.20.num.29.vol.2. & conſ.
47.num.85.vol.3.& conſ.114.num.12. vol.
4.Hippol.in l.1.num.11. C.ad leg. Corn. de
Siccar.Dec.conſ.339.n.7. Cephal.conſ.16.
nu.24. Euerar.conſ.142.in fin. Camil.Saler.
in addit.ad Neapod.in conſu. ſi quis, vel ſi
qua,in lit.D.n.227. de ſucceſ. ab inteſt. ſol.
13.Menoch.conſ.152.nu.42.& conſ.40.n.3.

2 Nihilominus tamẽ aliquãdo iſta dictio,
ex,non denotat cauſam immediatã,ſed po-
tius remotam,vt in l.1.§.ex incendio,& ibi
not.Bart.nu.1.ff.de incen.ruina,naufr.& in
l.certi conditio,& ibi Iaſſ. num.15. de reb.
cred.& in l.Prętor,ait,§.quod de fructibus,
quam ad iſtud ibi not.Bart.nu.2. ff. de bon.
autor.iudic.poſsid. Ruin.conſ.109. num.8.
vol.1.late Tiraq.in tract.ceſſ.cau. in 20. li-
mit.num.30. Riminal.in §.1.inſtit.per quas
perſ.nu.67. Nat.conſ.64.n.9.vbi ait,dictio-
nem,ex, poſſe ſignificare cauſam remotam,
ob euitandum abſurdum intellectum; & quod
denotet aliquando cauſam remotam,viden
tur tenere Bald.colu.1.verſ. quæro quid,&
Paul.de Caſtr.in l. 1. numer. 6. C. de cond.
infer. in illa quæſtione vbi aiunt; quod ſi te
ſtator grauat filium ſuum, ſi deceſſerit ſine
filijs,ex proprio corpore procreatis; & ille
decedat cum nepote ex filio, non cenſetur
grauatus,nec obſtat quod dictio,ex,ſignifi-
cet cauſam immediatam, quia auus videtur
nepotẽ ex ſuo corpore procreaſſe arg. eius
textus, in l.1. C. de condit. infer. nam licet
Malleus, vel inſtrumentũ dicatur facere do
mum, nihilominus, & Faber dicitur facere
etiã ipſam domum, vt notatur in l.per pro-
curatorem, C.de acquir.poſſ. & cum Bal. &
Paul.tenet Socin. conſ.14. nu.3. vol.1. Cæ-
pol.conſ.7.num.15.in ciuilib.

Pro qua opinione argumẽtatur Socin.cõ
ſil.51.nu.10.vol.4.ſed vide contrarium ibi-
dem,ex nu.7.tamen cum Bald.videtur tenẽ
re Guid.deciſ.353.& Alciat.in l.liberorum,
in fin.de verb.ſign.Curt.iun.conſ.136.nu.4.
Bertran.conſ.82.nu.15.vol.3. in 1. p. tamen
contra Bald.in d.l.1.C.de cond.in ſerr.vltra
Socin.in d.conſ.51.ex nu.7.vol.4. tenet etiã
3 Nat.conſ.64.nu.3.vnde dicendũ videtur hu
iuſmodi dictionẽ, ex, ſecundum ſubiectam
materiam,aliquando cauſam immediatam,
& aliquando mediatã ſignificare, vt tradũt
poſt alios Tiraq.in d.20.limit.nu.30. in fin.
Menoch.conſ.40.nu.29. quamuis negari nõ
poteſt,quod proprie denotat cauſam imme
diatã,improprie tamẽ cauſã mediatã, Alex.
l.10.ſed etſi,§.inarrogato,nu.6.de vulgar.

Dictio, ex, vltra alias, & varias ſignifica-
tiones,quas habet,vt colligitur ex Mandoſ.
in gloſ.facult.in prohe.in verb.ex, ſol.18. &
Luc.de Penn.in l.ſciant,col.2.ante med.quę
his qui ex publ.ration.lib.10.& in l.quotiẽs,
4 col.fin.in verſ.ex C.de naufr.lib.11.& Bald.
in l.ex hoc iure,nu.14.de iuſt.& iur. frequẽ
ter tamen accipitur pro,propter,& ſic expo
nitur,ex præcepto,ideſt, propter pręceptũ,
vt in l. dotale prędium, 2. iunct.gloſ. fin.ff.
de ſund.dot.l.additio ad fin.ff.de acq.hære.
l.3.§.cum pollidius, de vſur. Pariſ. conſ. 9.
num.44.vol.2.Mandoſ.vbi ſupra.

5 Accipitur etiam pro,A.vel Ab,vt in l.2.
verſ.initium,& in verſ.ex veteri iure, C. de
veter.iur.enucl.l.in ambigua,ff.de legib.Bal.
in l.fin.ante nu.4.C.de tempor.appell. Man
doſ.in d.verb.ex, Tiraq.de rett.lin.§.1.glo.
11.num.54. vbi etiam, quod aliquando ac-
cipitur pro dictione,poſt,& quod etiam ac
cipiatur pro dictione,de,tenet Oldrad.con
ſil.329.numer.11.vbi exponit ex mandato,
ideſt,de mandato,idque etiam aduertit Pa-
uin. de off. & poteſt. capit. ſed. vac. in 1.
prælud. in fin. & Mandoſ. in dicto verb.ex,

exponitur etiam ex hoc, ideſt hinc, ſeu vnde, in l.& ſeruorum, §.ex hoc quæſitum, de ſtat. homin. ex, accipitur etiam pro in, in l. ex his, ff.de legib.& in l.2. ibi; vt ex vinculis cauſam dicat, ff.de cuſtod. reorum, vt ibi declarat Budeus, & tradit Mandoſ. vbi ſupra, vbi etiam, quod dictio ex eo interpretatur aliquando, ideſt, inde, l.4. §.fin. de ſtat. homin.

6 Dictio iſta ex, propoſita diei, eum diem excludit, Bald.in l.vlt.in princ.C.de de temporappell.& in l.vltim.colum.2. C.de iur. dom.imper. Alex.in add.ad Bar. in l.pater, §.ſexaginta, in lit.D.ff.ad leg. Iul.de adulter. Bart.in l.ex hoc iure, in prin.ff.de iuſt.& iur. Tiraq. de retr.lin.§.1.gloſ.11.num.55.cum ſeq.

Dictio ex, eſt ſeparatiua, Bald.conſ. 196.
7 paulò ante fin.vol.4. Tiraq.de retr. lin. §.1. gloſ.11.nu.54.per l.1.§.ex incendio, ff.de incen.ruina, naufr. Rebuf.in l.vni.in gloſ.pro- vt, nu.150.C.de ſent.quæ pro eo, fol.404.

Singulare XXXI. de dictione, Item.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, item, repetit qualitates præcedentis orationis, quando oratio ſequens eſt defectiua verbi principalis; hoc eſt quando oratio præcedens non erat perfecta.*

2 *Dictio, item, quando ponitur poſt orationem perfectam, & non defectiuam verbi, nullam inducit repetitionem, ſed continuat eandẽ materiã.*

3 *Iſta dictio eſt continuatiua.*

4 *Dictio iſta non ſtat repetitiue, ſed potius continuatiue, quando eſt diuerſa ratio, vel non eſſet eadem æquitas.*

1 DICTIO, item, repetit qualitates præcedentis orationis, quãdo oratio ſequens eſt defectiua, verbi principalis, hoc eſt, quando oratio præcedens nõ erat perfecta; puta ſi teſtator dixit, relinquo decẽ Titio iure inſtitutionis, itẽ filiæ meę quinquaginta, quia intelligitur, ſcilicet iure inſtitutionis, nam per dictionem, item, cenſetur repetita qualitas præcedentis orationis, quando omnino ſequens eſt defectiua verbi principalis, ita Bart. in l. in repetendis, num. 1. verſ. ſecundo caſu, in fin. de legat.3. & idem Bart.conſ.3. Titius numer.4. Et ibi late in addit. vbi plura conſilia allegantur, præcipue illud Dec. conſ.190.colu. 1.num.1. & tenet etiam ipſe Bart. in conſ. 27. viſſa facti, num.1. & ibi addit. ad eum, & idem Bart. in l.1. per eum tex. & ibidem Paul. Caſtrenſ. num.2. vſque ad fin.ff de publican. & vectig. vbi optime declarat Guilier. Benedict. in cap. Raynutius, in verb. in eodem teſtamento, ex nu.77. Alexan. conſ. 99.num.8.volum.7.Rebuf. in l.14. Labeo, §. item ſi dominus, de verb.ſignific.in verſ. aliquando repetitionem, pag.135. Dec.conſil.433.num.3. late Iaſſ. in conſil.107. num. 1, vol.2. Dec. conſ.190. num.1. Siluan.conſil.64. num. 8. ſed intellige, vt ibi per eum num.28.Bart.in l. à ſententia, ff.de appellat. Grat.conſil.18.num.36.vol.2. ſed intellige, vt ibi per eum num. 39. Boher. in conſuet. Bituric. tit. de iuriſ.omn. iud. §. 2. in verſ. item, Paul.de Caſtr.conſ.88. num.1. vol.1. & ibi additio, (& Paul.de Caſtr. ibidem per totum Conſilium plura agit de natura huius dictionis, item) & Gomeſ.in §. item Seruiana num.6. inſtit. de action. per eum textum, ibi, & idem Gomeſ.in §.æque, num.19. poſt Iaſſ.ibidem numer.45. eod.tit. & vide etiam Pariſ. conſ.18.num. 24. volum.2. vbi dicit; quod iſta dictio eſt repetitiua copulatorum, & idẽ operatur vt copula, & quod ſit repetitiua præcedentium, tenent etiam Menoch.conſ.86.num.5.& 81. Pariſ. conſil. 16.numer.44. volum. 3. qui omnes volunt, quod dictio iſta, item, repetit qualitates præcedentes orationis.

Et licet magna pars Doctorum ſupra relatorum non diſtinguat, an oratio pręcedens ſit perfecta, vel non? Sed generaliter dicunt, quod iſta dictio repetit qualitates orationis præcedentis, tamen Doctores debent intelligi ſecundum doctrinam Bart.in dict.l.in repetendis, nu.1.verſ. ſecundo, de leg.3.& aliorum, qui diſtingunt, vt repetat qualitates pręcedentis orationis, quando ipſa præcedens oratio erat imperfecta, ſecus ſi perfecta fuerit, vt ſtatim ſubijciam, & tenet etiam Anchar.reg.1.quęſt.53. in prin. & nu.1.par.2.fol.276.vbi nonnullas declarationes, & limitationes affert ad doctrinam Bart.in dicto, l. in repetendis, quem vide, quia ad propoſitum eſt elegans locus.

2 Dictio, itẽ, quãdo ponitur poſt orationẽ, perfectam, & non defectiuam verbi, nullam indu-

inducit repetitionem, ſed continuat eandẽ materiam, Bart.in dict.l.in repetendis, nu. 1. de leg. 3. quem omnino vide, & tenet etiam Paul.de Caſtr.in l.1.nu.3. ff. de publ. & vectig. qui rem hanc bene declarat, & ibi in addit. ad propoſitum plura allegantur, præcipue Aretin. conſ. 1. & plene conſ. 121.& tenet hoc ipſum Nat. conſ.387.nu. 12.volu.2.& Socin.conſ.11.num.26. vol.1. Grat.conſ.18.num.39. volu.1. Siluan.conſ. 64.num.28.Rebuf.in l. 14. labeo, §. item ſi dominus de verb. ſign.in verſ.item hæc dictio,pag.135.qui dicunt, quod quando iſta dictio,item, ponitur in oratione perfecta, & ſeparata, non inducit repetitionem, ſed ſimplicem ſermonis continuationem,& Pariſ.conſ.49. num.48.volum.2. vbi ait,quod iſta dictio eſt continuatiua, & quod continuet, tenet Panormit.in c. Paſtoralis,§.item num.2.per eum textum, de offic. deleg. & ibi addit. ad eum.

3 Sed intellige,quod nõ eſt repetitiua qualitatis præcedentis,quãdo ponitur poſt orationem perfectam,vt procedat,quando diuerſitas perſonarum, & rerum interuenit, ſecus vero eſt, ſi ſit identitas perſonarum, quia tunc repetit, & ſi ponatur poſt orationem perfectam, ſecundum Curt. iunior. in conſ.102.nu.4.& Anchar.reg.1.quæſt.53. num.2.& 3.par.2. vbi dicit hanc eſſe communem opin.

4 Dictio,item,non ſtat repetitiue, ſed potius continuatiue,quando eſt diuerſa ratio, vel non eſſet eadem æquitas, Pariſ.conſ.87. num.40.volum.2.quem vide,& Curt. Iun. conſ.153.num.7.& conſ.44.n.7.& conſ.72. num.5.verſ.non obſtat alia,nec repetit qualitates præcedentes, quando non eſt perſonarũ,& rerum identitas, Curt.iun.conſ.44. nu.6.& conſ.102.nu.4.Anchar. reg.1.q.53. num.2.& 3.fol. 276. in 2.p.Ruin.conſ.104. num.21.volum.5.

Singulare XXII. de dictione, Iuxta.

SVMMARIVM.

1 *IVxta,eſt aduerbium locale,& aliquando accipitur pro,prope.*

2 *Iuxta, denotat vicinitatem, vel propinquitatem,per vnum,vel duos pedes.*

3 *Iuxta,& ſecundum,quandoq. idem ſunt.*

4 *Dictio,iuxta,quando profertur ſuper certo,ſtat cauſatiue,non autem conditionaliter.*

5 *Dictio,iuxta,eſt relatiua, & an per illam repetantur vincula,& fideicommiſſa.*

IVXTA, eſt aduerbium locale, & aliquando accipitur pro,
1 prope, gloſ. in pragm. ſanct. tit.de elect.§.ſtatuit, in verb. iuxta c. ſolite, §. hoc autem, de maior.& obed.l.qui ædes, ff. de incend. Pariſ.conſ.58.nu.58.volu.2. vbi dicit,quod iſta dictio verificatur, nedum in contiguis, ſed etiam in aliquantulum diſtantibus; & tenet Alexand.conſ.44. num.2. volu.6. Grat. conſ,112.nu.22.vol.1. & Marc. deciſ. 644.
2 in 1.par.vbi dicit,quod iuxta,denotat vicinitatem per decem pedes prope, Alexan.ramen,conſ.120.vol.2.num.6. dicit,denotare propinquitatem per vnum,vel duos pedes.

Iuxta,& ſecundum,quandoque idẽ ſunt,
3 Panor.in c.Abbate nu.2.de verb. ſign. gloſ. in prag. ſanct.in.d.verb. iuxta, & in tit. de pacif.poſ.in fine principij in verb.iuxta,fol. 70.vbi dicit,quod iſta dictio iuxta,& ſecundum, æquipolent, & quod accipitur relatiue,vt in iuribus ibidẽ allegatis, & à Rebuf. in concor.in rubr. de regia ad præl. nomin. §.vltimus,in verſ.iuxta, fol.221. aliquando ſimiliter accipitur pro intra,Alexan.conſ.8. vol.4.ex nu.6.in fin. Tiraq.de retr. lin. §. 1. gloſ.11. num.81.

4 Dictio,iuxta, quãdo profertur ſuper certo,ſtat cauſatiue,non antẽ conditionaliter, Bellon.conſ.36.nu.11.poſt Aretin.conſ.76. col.3.Dec.in c.pẽn.in prin.de cõfir. vtil.vel inutil.& conſ.169.col.2.& quos ibi citat. Licet Roman.cõſ.2.& conſ.336.n.3.tenuerit, quod dictio iſta,iuxta, in reſcriptis iuſtitiæ ſtat conditionaliter, vt ſi dicatur; executioni mandes talem ſententiam, iuxta eius ſeriem,quia intelligitur, ſi ex eius ſerie liquere poterit;& ita ſtat conditionaliter, ſecundum Roman.vbi ſupra, qui allegat textum in c.quoniam Abbas,ad fin.cum glo.de off. deleg. nam Romanum reprobat Riminald. in l.Edita,col. penult. verſ. & ideo Romanus,C.de edend.& Bellon.in d.conſ.36. ex nu.11. Sed de veritate huius dubij videnda ſunt,quæ latiſsime adducuntur in explicatione dictionis,ſecundũ,& Felin.in c.ex parte,el 1.de reſcrip.num.10.quę tradit Dec.in conſ.169.n.4.dicẽs, ꝙ quando dicitur iuxta morẽ,nõ opportet ꝓbari,illud eſſe de more.

Circa hanc dictionem, iuxta, obtulit ſe in praxi quæſtio hęc grauis, & ardua: Pater in ſuo teſtamento inſtituit Titium filium ſuum hæredem, & grauauit, vt ſi ſine liberis decederet, bona ſua peruenirent ad talem, & eadem bona certo modo diſtribuerentur; poſtea Titius liberos habens, confecit teſtamentum, & reliquit filios ſuos hæredes, & adiecit clauſulam huiuſmodi, ſi filij mei moriantur ſine filijs, volo, quod bona mea diſtribuantur iuxta teſtamẽtum patris mei; quęritur, an per iſtam dictionem iuxta, quæ eſt relatiua, videatur Titius repetere vincula, & fideicommiſſa, quę ſuus pater in ſuo teſtamento appoſuit Titio filio ſuo? eſt videndus Alex. conſ. 81. num. 8. & 10. volu. 6. vbi pulchre, & Dec. conſ. 498. ex numer. 2. Curt. Iun. conſ. 92. num. 9. Pariſ. conſil. 2. ex num. 51. vol. 3. ſed Dec. in conſ. 362. in princ. & per totum tenet, quod non cenſetur inductum fideicõmiſſum, & vide Alex. conſ. 55. ex num. 1. vol. 4.

Sing. XXXIII. de dictione, Perinde.

SVMMARIVM.

1 *Dictio iſta, perinde, denotat fictionem, & im proprietatem.*

2 *Dictio, perinde, denotat ſimilitudinem.*

3 *Denotat omnimodam ſimilitudinem.*

4 *Iſta dictio, Perinde, regulariter importat fictionem, ſed quando ponitur in his, quæ ſunt iuris, denotat veritatem.*

1 DICTIO iſta, Perinde, denotat fictionem, & improprietatem, vt tradunt Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, nu. 79. 191. & 274. ff. de vſucapion. vbi late textus & gloſ. afferens concordantes in l. ſacrilegij, 1. §. is autem, & ibi Bar. ff. ad leg. Iul. pecul. gloſ. in l. ſi quis, & ibid. Roman. & Alex. de acquir. poſſeſ. Bal. in l. ſed & ſi lege. §. perinde, de petit. hæred. Sebaſ. Med. de regu. iur. 1. par. reg. 10. num. 39. Tiraq. de retin. conſ. 5. 1. gloſ. 6. num. 27. Iaſ. in l. filio quem pater num. 18. de liber. & poſth. Bar. in extrau. ad reprimendum in verſ. perinde & ibi additio, Hippol. ſing. 236. Tiraq. in l. ſi vnquam in verſ. ſuſceperit num. 7. C. de reuoc. don. Hippol. in rubr. C. de probat. num. 76. idem Hippol. in l. ſi quis obrrepſerit, num. 3. ad leg. Corn. de falſis, Tiraq. in legib. conn. gloſ. 7. num. 187. vbi dicit iſtã eſſe communem opinionem, contra Bal. in d. l. ſed & ſi lege. §. perinde, de petit. hęred. & tenet Mandoſ. in ſignat. in verb. perinde valere, poſt princ. fol. 17. colum. 2. poſt Iaſ. in d. l. ſi is qui pro emptore, numer. 218. & Ruin. conſ. 54. num. 3. & conſ. 43. nu. 2. vol. 5. quod tamen intellige, vt ſtatim ſubijciam, in verſ. ſed contrarium.

2 Sic dictio (perinde) denotat ſimilitudinem, Iaſ. in l. Tiria. §. idem reſpondit, nu. 2. de verb. oblig. & in l. cum inofficioſo, nu. 4. C. de inoffic. teſtam. & Barbac. conſ. 57. col. 3. ad fin. volum. 3. vbi dicit, quod denotat ſimilitudinem, ſed non per omnia, & hoc ipſum tenet Bar. in extr. ad reprimendum, in verſ. perinde, qui ſubdit, non tamen per omnia, & Iaſ. in l. filio quem pater num. 18. ff. de liber. & poſthum.

3 Sed contrarium, quod imo denotet omnimodam ſimilitudinem, tenent Grat. conſ. 137. num. 10. vol. 1. & Dec. conſ. 361. nu. 4. vbi dicit, quod iſta dictio, perinde, denotat omnimodam, & totalem ſimilitudinem, & perfectam iuris identitatem, & idẽ Dec. conſ. 190. num. 3. colum. 2. verſ. & quia, & conſ. 124. col. 3. poſt med. Bald. & Angel. in l. ſed ſi lege §. perinde, per illum textum.
4 de petit. hęred. Pro concordia tamen dic, quod iſta dictio, perinde, regulariter importat fictionem, ſed quãdo ponitur in his, quæ ſunt iuris, denotat veritatem, ita tenet Rip. in l. rem quę nobis, num. 3. & 4. de acq poſſeſ. vbi etiam vide Claudi. num. 1. & id videtur ſentire Dec. in dictis conſilijs. Vel dic etiam, quod inducit veritatem, & non fictionem, quo ad effectum, vt per Mandoſ. in ſignat. in verb. perinde, fol. 17. col. 2. qui ſic intelligit Dec. & Angel. ſupra allegatos.

Sing. XXXIIII. de dictione, Poſt.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Poſt, quando apponitur in diſpoſitione, in qua tempus vel terminus ſtatuitur & ponitur ante dictionem, diem, tunc ſtat excluſiue, et facit, vt dies ille, cui adijcitur, non com*

pre

prebendatur in termino.

2 *Quando iſta dictio ponitur in diſpoſitione, in qua poteſt ſignificare, & longum, & modicum interuallum, tunc dictio poſt, denotat modicum interuallum.*

3 *Dictio poſt, denotat interuallum, licet aliquando denotet idem, quod ſtatim, vel confeſtim. Et non videtur eſſe differentia inter poſt, & Poſtea.*

4 *Dictiones poſt, & Poſtea, ſignificant vtrumq; & ex interuallo & ſine interuallo.*

5 *Iſta dictiones poſt, & poſtea, parum aut nihil differunt interſe ex auctoris ſententia.*

6 *Iſtę dictiones ambiguę ſunt, & ideo quantum interualli denotent, iudicis arbitrio relinquitur.*

7 *Dictio poſt, ſemper refertur ad actum immediate ſequentem, cui adiungitur.*

8 *Quando iſta dictio poſt, apponitur in aliqua depoſitione, in qua poteſt ſtare incboatiue, & completiue, tunc ſemper accipienda eſt completiue, & finitiue.*

9 *Iſta dictio, poſt, prolata a teſtibus inuicem contrarijs aliter ſumitur, gratia euitandæ contrarietatis.*

10 *Limitatur hoc, quando apparet de mente contraria deponentium.*

11 *Quando dictio poſt, ponitur in aliqua depoſitione, in qua poteſt denotare conditionem, tunc inducit conditionem, eo principaliter & non acceſſorie, & in hoc differt à dictione (cum) quę acceſſorie conditionem denotat.*

12 *Dictio poſt, eſt omnino contraria dictioni Ante, quia dictio, ante, denotat tempus, quod præcedit, poſt, vero denotat tempus, quod ſequitur.*

ISTA dictio poſt, varias ha-
bet ſignificationes, ideo pro
1 eius clara, & reſoluta intelli-
gentia ſequẽtes conſtituo cõ
cluſiones, quarum Prima eſt.
Quando dictio poſt, apponitur in diſpoſi
tione, inqua tẽpus, vel terminus ſtatuitur,
& ponitur ante dictionem diem, tunc ſtat
excluſiue, & facit, vt dies ille, cui adijcitur,
non cõprehendatur in termino. Exemplum
eſt, ſi dicatur, intra quindecim dierum ſpa-
tium, poſt diem, quo proponitur exceptio,
eam probare teneatur excipiens, nam hoc
caſu, iſta dictio poſt, quę excluſiua diei eſt,
facit, vt ille dies, inquo exceptio proponi-
tur, non computetur inter illos quindecim
dies; ita tenet glo. in cap. frequens in verb.
proponitur de reſtit. ſpol. lib. 6. & ibi Ar-
chid. ante num. 1. in verſ. poſt diem, & ibidẽ
Franc. & gloſ. in cap. quod à partibus, in
gloſ. 1. poſt med. 75. diſt. Specul. tit. de citat.
§. viſſo, col. vlt. verſ. item nota, Io. Andr. in
cap. cupientes col. 1. de elect. in 6. & voluit
Alberic. in diction. in verb. poſt diem Saba-
ti, Bar. in l. 2. §. creditum col. 2. verſ. aduerte
ff. de reb. cred. & Salicet in l. ſi pacto, col. 5.
verſ. ad legem. nuda, C. de pact. Tiraquel. de
retr. lin. § .1. gl. 11. num. 40. & 50. & pro-
batur in l. ſi cui legetur, in verſ. poſt bien-
nium, & in verb. præſentibus, & ibi Aret.
col. 2. de leg. 1. & in l. ſi ita fuerit libertas, ff.
de manum. teſtam. & facit textus in l. anni-
culus 1. quæ eſt. l. 132. ff. de verb. ſign. vbi ſic
dicitur: ante diem decimum Kalendarum,
poſt decimum diem Kalendarũ, neutro ſer-
mone decimus dies ſignificatur, & ibi gloſ.
in verb. poſt diem tradit, quod eo caſu, non
poterit agere, niſi vndecimo die, eſt tamen
differentia, ſi ponas dictionem poſt, ſine
die, aut cum ea, Exemplum eſt, ſi dicas decẽ
dies poſt conſenſum, habeas ad probandũ,
quia hoc caſu tempus computatur ſtatim,
ſecus vero ſi dicas, poſt diẽ conſenſus, quia
tunc illa dies excluſiuè ponitur, nec compu-
tatur in termino, vt per Io. Andr. in cap. Cu
pientes, col. 1. de elect. in 6.

Secunda cõcluſio, quando iſta dictio po
2 nitur in diſpoſitione, in qua poteſt ſignifica
re, & longum, & modicum interuallum, tũc
dictio, poſt, denotat modicũ interuallum,
quia iſta dictio, poſt, ſimpliciter poſita, dif-
fert à dictione, poſtea, ſimpliciter poſita,
quia dictio poſt, non denotat interuallum,
ſed pro cõfeſtim, aut incontinenti accipitur
dictio vero poſtea, ſuapte natura interual-
lum longum, vel ſi malueris paruum, ſignifi-
cat, ſecundum ſubiectam materiam, ex Tira
quel. l. ſi vnquam, verſ. & poſtea, ex num. 7.
ita probat tex. de vtroq; in l. iuris gentium,
§. quinimo de pact. ibi; poſt emptionem ex
interuallo, ſi namquè poſt importaſſet ex in
teruallo, fruſtra fuiſſet hæc dictio ex inter-
uallo addita, & eſt ſimilis textus in, l. duo-
bus in prin. ff. de duob. reis, & facit tex. in
cap. 1. in prin. de reſtit. Spol. in 6. perquem
tex. dicit ibi Geminian. num 8. quod dictio
poſt, importat actum immediatè ſequentẽ
ſine interuallo, vnde ſi teſtis dicat, Titius
poſſedit poſt Sẽpronium, intelligitur imme
diate, quã opinionẽ, & differentiã inter prę
dictas dictiones, ſequũtur Iaſ. in l. iuris gen-
3 tiũ §. quinimo, n. 8. de pact. Chaſſen. in con-
ſu. Burg. rubr. 4 §. 6. in verſ. *Apres le treſpas*,
ante num. 1. col. 592. optime idem Iaſ. in l.

fructus

fructus num,5. verſ.tu autem dic,ff.ſol.matr.& eſt textus,& ibi ad hoc eum notat Iaſ. num.12.in l.ſi quis ita,§.ſeia cauit,de verb. oblig.& tex.in l.adiuo Pio,§.ſi poſt adiectū ff.de re iudic.& tenent idem Gomeſ.in cap. 1.num.116.de conſtit.in 6.fol.87.& quos refert Tiraquel.in l.ſi vnquam, verſ. poſtea num.12.C.de reuoc.donat.Iaſſ.in l.poſt do
3 tem num.3.ff.ſol.matr.

Sed contrarium,quod imo dictio poſt,de notet interuallum, licet aliquando denotet idem, quod ſtatim, vel confeſtim, & quod non ſit differentia inter poſt,& poſtea,ſatis probatur ex l.pro forma, §.quæ poſt cenſū ff.de cenſib. vbi textus primo vtitur dictione poſt,& ſtatim dictione poſtea, & in l.1. §.rectiſsime,ff.de vi, & vi armat, vbi quod per poſtea primo dixerat, ſecundo loco dicit per poſt,& in l.legem, C. de natural. liber. vbi primum dicit poſtea, quod paulo inferius dicit poſt, idquē ita videtur tenere Bar.in l.fructus num.9.ff.ſol. matr.dum allegat iunctim leges loquentes, de dictione poſt, & dictione poſtea, quaſi ſentiat inter has dictiones nullum diſcrimen eſſe, & de dictione poſt, quod denotet interuallum, allegat,l. poſt. diem,ff. de leg.comm.l.quotiens,§. fin.de hered.inſtit. & l.poſt. dotem ff.ſol.matrim.& eam ad hoc not.ibi Iaſſ.nu. 2.& Franc.in cap.1.num.1.in fin.& ibi add. in lit.A.de conſtit. in 6. aſſerentes dictionē poſt, temporis interuallum ſignificare, vt etiam tenet Domin.de Santo Gemin.per illum tex.in cap. non ſolum in prin.in 1. notab. de appellat. in 6. vbi notat dictionem poſt, ſignificare actum, qui fit ex interuallo poſt terminum cui adiungitur,&idem tenet ipſe Domin. in cap. frequens col. 1.in verſ. nota quod dictio poſt,de reſtit.ſpol.in 6.& quod dictio poſt, poteſt referri ad actum mediatum,& immediatum, tradit per eum textum Domin.de ſancto Gemin. in cap.2. in prin.de confeſ. in 6.& Iaſſ. in l.ſi quis ita, §.ſeia cauit,ex num. 12. de verbor.obligat. vbi etiam Aretin. in 2.notab. & idem Aretin.in l. Gallus in prin.col.5.verſ. in gloſ.vl-
4 tima, ff. de liber.& poſth. Anton Theſaur. deciſ.30. num.1.& deniquē dictiones poſt, & poſtea, vtrumquē ſignificare,& ſine interuallo,& ex interuallo, pluribus comprobat iuribus, Tiraquel .in l.ſi vnquam, verb. & poſtea, ex num.18. Anton. Theſaur. vbi ſu-
5 pra, num.2.

Ego tamen in his opinionibus huic ſecū dę adhæreo; exiſtimo namquē doctrinam Bar.in l.fructus,num.9.ff.ſol.matr.veriorem eſſe,contra Iaſſ. ibidem,num.5. verſ.tu autē dic,& in alijs locis ſuperius allegatis,indeq. has dictiones poſt, & poſtea parum aut nihil differre inter ſe, imo eiuſdem eſſe ſignificationis,& naturæ,vt ſatis probatur ex iuribus ſuperius relatis. Quam etiam opinionē diffuſſe defendunt Tiraquel.in l.ſi vnquam, in verb.& poſtea ex nu.15.Anton Theſaur. deciſ.30. num.2. & pulchre Rebuf. in l.14. Labeo,§. item ſi dominus, ff. de verb.ſign. pag.139.verſ.item hę dictiones, vbi eleganter ſatisfacit argumentis huic opinioni pugnantibus, & præſertim textui, circa cuius intellectum tantum laborant ſcribentes, in l.quotiens,§.ſi quis ita,ff.de hered.inſtit.vnde optime dicit Capiz. in deciſ. 37.num. 3. quod hæc dictio poſt,prolata à teſte,poteſt referri etiam ad longum interuallum, ad
6 quod etiam allegat iura, & Doctores, non inquā huiuſmodi dictiones poſtea, & poſt, certum tempus, ſed ambiguum, ſecundum ſubiectam materiam ſignificant; vt tradit Rebuf.in d. pag. 138. verſ. poſtea,& in l.3. in itinere pag. 35. verſ. hęc dictio, ſubdit hęc verba,hæc dictio poſt, & ſimiles ambiguę ſunt,quantum interualli denotent,ideo arbitrio iudicis relinquitur.

7 Quia tamen opinio Bar. in dict.l.fructus num.9.ff.ſolut.matr. reprehenditur expreſſe,à Iaſſ. ibidem in nu.5. verſ.tu autem dic, aliqui à ſupradicta opinione recedunt,ſuperiuſquē relatam diſtinctionem inter prædictas dictiones poſt,& poſtea,admittunt, & hinc inferunt pro ſecunda concluſione in hac materia dictionem poſt, ſemper referri ad actum immediatē ſequentem, cui adiungitur,vnde ſi teſtis deponat Titium poſſediſſe poſt Sempronium,intelligi debet immediate poſſediſſe, quia dictio iſta denotat modicum interuallum, & refertur ad actū immediate ſequentem,ita Dominic.in cap. frequēs in prin.verſ.nota quod dictio poſt, de reſtit. Spol. in 6. Iaſſ. in l. ſi ita quis, §. ſeia cauit num.13. de verb.oblig.Gomeſ.in cap.ſi annum,§.ſi vero num.4.de iudic in 6. Iaſſ.in d.l. poſt dotem ,num.3. ff.ſol. matr.

Horum tamen Doctorum opinio mihi nunquam placere potuit, nec ob eorum rationem deſcedere puto à ſuperius à me adductis, nec videtur concludens depoſitio, quod teſtis dicat Titium poſſediſſe poſt Sēpronium,vt vnum immediate, & illico poſt alium

alium poſſediſſe exiſtimemus, vt tenet Geminian. ſibi contrarius, in cap. 1. de conſt. in 6. num. 2. & ibi Franc. num. 1. & quos refert Tiraquel. in d. l. ſi vnquam, verſ. & poſtea, num. 20. & Aur. Theſaur. in d. deciſ. 30. nu. 2. dicens, quod cũ huiuſmodi dictio poſsit denotare vtrumquè tempus, & immediatũ, & mediatum, probationem, quę de tempore requiritur, non concludere tanquam ambiguam, ideoquè omnino neceſſariam eſſe declarationem ipſorum deponentium; quod fieri poterit etiam parte non citata, per ea, quę tradit Rebuf. de reprob. teſt. num. 119.

8 Tertia concluſio, quãdo iſta dictio poſt, apponitur in aliqua diſpoſitione, in qua poteſt ſtare inceptiue, ſeu inchoatiuè, & poteſt ſimiliter ſtare completiue, perfectiuè, ſiue finitiuè, tunc ſemper eſt accipienda perfectiue, completiuè, & finitiue. Exempli gratia, ſi teſtator dicat, do ſeruo meo libertatẽ poſt decem annos, à morte mea, quia hic poteſt dubitari, an requiratur quod ille decimus annus ſit perfectus, completus, & finitus, an vero ſufficiat, quod ſit incepus, & inchoatus, taliter quod in principio decimi anni competat libertas, an vero non competat, donec dictus decimus annus ſit omnino completus, & finitus? Ideo quia dictio iſta poſt, ſtat completiuè, & finitiue, non competit libertas, donec decimus annus ſit omnino completus, & finitus, ita in terminis eſt textus, in l. ſi ita fuerit libertas, quę eſt, l. 41. ff. de manum. teſtam. & eſt bona gloſ. in l. inter illam conditionẽ quę eſt l. 217. de verb. ſignif. in verb. fari poſsit, vbi gloſa, ait eſſe differentiam, ſi teſtator dicat anno duodecimo liber eſto, vel poſt annum duodecimũ nam primo caſu, ſtatim inchoato duodecimò anno, liber erit, ſed in ſecũdo, minime, donec fuerit annus perfectus, ad quod allegat d. l. ſi ita fuerit libertas, ff. de man. teſtã.

9 Sciendũ tamẽ eſt, quod iſta dictio poſt, prolata à teſtibus inuicem contrarijs, aliter ſumitur gratia euitandæ contrarietatis, nã ſi vnus teſtis dicat, promiſsit poſt nuptias, alter verò dicat, promiſsit ante nuptias, tũc dictio poſt, intelligitur poſt nuptias, ſcilicet contractas, & alter teſtis intelligitur ante nuptias, ſcilicet finitas, Bar. in l. 2. §. creditũ & ibi Dec. numer. 5. in 1. lect. & num. 9. in 2. lect. & ibi Iaſſ. num. 9. ff. de reb. cred. ſic etiã quando vnus teſtis diceret, hoc contigiſſe poſt publicationem, & alter teſtis diceret ante publicationem, nam dictio, poſt, hoc caſu interpretari debet, poſt publicationem ſcilicet inchoatã, & ante publicationem ſcilicet finitam, & hoc quidem fit gratia euitandæ contrarietatis, & tradunt Angel. conſil. 274. colum. penult. verſ. nunc venio, Capiz. deciſ. 37. num. 1. Dec. in l. 2. §. creditum, in 1. lect. num. 5. & in 2. ex num. 9. ff. de reb. cred. quia teſtis debent reduci ad concordiam, ſi poſsibile eſt, Bal. in l. item videndum per illum tex. de petit. hæred. & idem Bald. in 1. Conſtitut. C. §. quibus, in colum. 1. Bart. in l. Gallus, § ille caſus, nu. 3. de liber. & poſth. & in l. Inſulam, §. 1. num. 1. vbi opt. ff. ſolut. matrim. Doctores in cap. cum tu, de teſtib. Dec. in dict. nu. 5. ex d. num. 9. vſque ad 12. late Rebuf. in tract. de reprob. teſt. ex num. 98. & 111.

10 Aduertendum tamen eſt, ſupradictam cõcordiam, & intellectum recipi non poſſe, quando apparet de mente contraria deponẽtium, puta, quod alter deponit de maiori ætate, & dicit natum eſſe poſt aduentum Imperatoris, alter vero deponit de minori ętate, & dicit natum eſſe ante aduentum Imperatoris, nam hoc caſu, non poteſt fieri concordia ſupradicta, nec iſtę dictiones, ante, & poſt, in eo caſu recipere poſſunt interpretationem ſupra relatam, quia manifeſte patet de contrarietate, & mente deponentiũ, ex quo vnus deponit de maiori ętate, alter vero de minori, ita tradunt Bal. in cap. cum tu, colum. 2. de teſtib. & Dec. in dict. l. 2. §. creditum, in 1. lect. num. 6. & in 2. nu. 13. ff. de reb. credit.

11 Quarta concluſio, quando dictio, poſt, ponitur in aliqua diſpoſitione, in qua poteſt denotare conditionem, tunc inducit conditionem principaliter, & non acceſſorie, & in hoc differt à dictione, cum, quæ acceſſorie conditionem denotat, vt poſt alios tradit Iaſſ. in l. ſi cui legetur, §. hoc autem, num. 9. delegat. 1. fol. 81.

12 Quinta concluſio, iſta dictio poſt, eſt omnino cõtraria dictioni ante, quia dictio ante, denotat tempus quod præcedit, poſt vero denotat tempus quod ſequitur, vt poſt Bar. & alios trad. Dec. in l. 2. §. creditum, n. 11. ff. de reb. cred. in 1. lect. & num. 23. in ſecunda lect.

(†)

SINGV-

Singul. XXXV. de dictione, Sed.

SVMMARIVM.

1 *SED, eſt dictio aduerſatiua, quæ ſi ponatur ſimpliciter ſine copula (&) aduerſatur præcedentibus in iure, & in facto, ſi vero cum copula (&) bene denotat diuerſitatem facti, ſed idem ius.*

2 *Iſta dictio, ſed, aliquando ponitur cum copula, & denotat diuerſum ius.*

3 *Hæc dictio, ſed, aliquando non aduerſatur.*

4 *Iſta dictio poſita in materia prohibitiua poſt orationem negatiuam ſtat incluſiue, ita, vt denotet poſitum in oratione negatiua ſtare excluſiue, & id, quod dictioni adiungitur, ſtare incluſiue.*

5 *Dictio, ſed, quandoque aduerſatur proxime ſuperioribus*

6 *Dictio, ſed, quandoque etiam aduerſatur his, quæ ſunt eiuſdem qualitatis, & aduerſatur retentis eiſdem terminis.*

1 SED, eſt dictio aduerſatiua, quę ſi ponitur ſimpliciter ſine copula, &, aduerſatur præcedentibus in iure, & in facto, ſi vero cum copula, &, bene denotat diuerſitatem facti, ſed idem ius, Iaſſ. in l. 2. num. 11. nequis eum, qui in ius, gloſ. 1. in l. ſed, & ſi lege, & ibi Barr. num. 1. & Paul. de Caſtr. num. 1. & 2. ff. de petit. hęred. gloſ. in l. patris, & filij, & ibi Bart. & Paul. nu. 2. Alex. & Iaſſ. num. 6. & ibi addit. de vulgar. Bart. in l. qui quartam, num. 4. de leg. 1. Iaſſ. in l. 1. §. municipes, num. 3. de acquir. poſſ. Bart. in l. prætoris, §. ſed & ſi nullus, num. 1. per illũ tex. ff. de prætor. ſtipul. Boher. deciſ. 155. num. 20. Ruin. conſ. 41. nu. 8. vol. 2. Chaſſen. in conſuet. Burg. rubr. 7. §. 6. in verſ. *Mais*, in princ. fol. 984. & idem Chaſſen. conſ. 14. nu. 22. & quod eſt aduerſatiua, tenet Pariſ. conſil. 45. nu. 8. vol. 3. Iaſſ. in auth. quod locum, num. 1. & ibi Dec. etiam num. 1. C. de collat. Dec. conſ. 386. numer. 6. Mandoſ. in gloſ. facult. § nos qui, in verb. ſed, fol. 109. vbi late plures ad propoſitũ; & quod ſit aduerſatiua, & intelligatur repetere qualitates præcedentis diſpoſitionis, tenet Dec. conſ. 335. num. 3.

2 Aliquando tamẽ iſta dictio, ſed, ponitur cum copula, & denotat diuerſum ius, vt per Iaſſ. in l. nam & poſtea, §. ſed & ſi quis, nu. 9. de iureiuran. & in l. 2. num. 11. in fin. nequis eum qui, & in l. patris, & filij num. 6. de vulgar. Zaſi. in l. ſi non ſortem, §. libertus, verſ. ſed & ſi delegatus, ff. de cond. ind. iſta tamẽ dictio, ſed, quomodocunque ponatur denotat diuerſitatem in facto, vt tradit Riminal. in princ. per quas perſon. nob. acq. num. 7. fol. 627.

3 Aliquando etiam hæc dictio, ſed, non aduerſatur, vt in l. 2. in prin. verſ. ſed Seruius, ff. ad leg. Rod. de iact. & in l. qui ſe debere, ff. de cond. cau. dat. Zaſ. lib. 2. ſingul. intell. ſup. intell. l. qui ſe debere, nu. 2. & vide tex. in §. ſciendum, verſ. ſed quidem, quib. non eſt permiſ. fac. teſtam. vbi ponitur pro, etiã, idque probatur ex gloſ. in l. Iulianus, §. fin. ex quib. cauſ. maior.

4 Sed, poſita in materia prohibitiua poſt orationem negatiuam, ſtat incluſine, ita vt denotet, poſitum in oratione negatiua ſtarę excluſiue, & id quod dictioni adiungitur, ſtare incluſiue, tradit Domin. in cap. 2. n. 13. de reb. Eccleſ. non. quod dicit eſſe notandũ pro ſtatutis, & ſequitur Mandoſ. ipſum Dominic. in gloſ. facult. §. habita, in verb. ſed, fol. 225. col. 1. ad fin. & optime Rebuf. in l. 193. hæc verba, de verb. ſignif. pag. 852. in princ.

5 Dictio, ſed, quandoqne aduerſatnr proxime ſuperioiibus, Iaſſ. in l. 1. §. municipes, num. 3. de acquiren. poſſeſſ. & in l. qui vſum fructum num. 8. de verb. oblig. & ibi, quod aliquando aduerſatur remotis, ad quod facit tex. in §. ſed tamen, inſtit. de vſucap. & in l. 2. §. Iuris ciuilis, ff. de orig. iur. inducendo, vt per Mandoſ. in gloſ. facult. §. nos qui, in verb. ſed, fol. 109. col. 2.

6 Dictio, ſed, quandoque etiam aduerſatur his, quæ ſunt eiuſdẽ qualitatis, & aduerſatur retentis eiſdem terminis, Grat. conſ. 15. numer. 17. volum. 1. Bart. in l. mariti, §. fin. numer. 1. ff. ad l. Iul. de adulter. textus in §. fin. inſtit. de ſingul. reb. per fideicommiſ. rel. & in §. ſed aliquando, inſtit. de vſucap. Portoles de conſor. cap. 40. numer. 10. Iaſſ. in l. quominus, mimer. 12. ff. de fluminib. Dec. conſ. 386. numer. 7. qui hoc limitat, qnando eſſet diuerſa ratio, quia tunc non repetit qualitates præcedentes, nec aduerſatur retentis eiſdem terminis, vt etiam notat Alexand. conſil. 66. colum. 2. volumine 2.

Singu-

Singul. XXXVI. de dictione, forte.

SVMMARIVM.

1 *HÆc dictio forte, regulariter dubitationem importat, quando factum reſpicit.*

2 *Dictio forte, ponitur ſuper iure, & tunc non inducit dubitationem.*

3 *Conſulens ſi reſpondeat per verbum, forte, non inducit dubitationem iuris; nec quaſtio pendet indeciſa; quia per verbum forte, reſpondent ſape petiti.*

4 *Valet ſententia Iudicis dicentis, condemno Titium in decem Sempronio, quia forte ei debitor eſt, quia in eo caſu, importat certitudinem.*

5 *Lex quando adducit rationem, vel cauſam per hanc dictionem forte; illa cauſa non eſt finalis, ſed impulſiua, & ita, & ſi ceſſet ratio aſſignata per dictionem forte, non tamen ceſſabit diſpoſitio ſeu effectus.*

1 HÆC dictio, forte, regulariter dubitationem importat, quādo factum reſpicit; vt tradit late Barbac. in cap. ſuper literis, num. 147. de reſcrip. Felin. in cap. accedens, el 1. num. 10. vt lit. non conteſt. Iaſſ. in l. in ſubſtitutione, n. 5. de vulgar. Alex. conſ. 29. num. 7. vol. 2. Ruin. conſ. 170. volu. 2. num. 5. Iaſſ. in l. ex falſis, num. 5. C. de tranſact. per eum tex. & eſt tex. in l. & ſi forte, in princip. & in §. 1. ff. ſi ſeru. vend. & in l. 1. §. 1. iuncta gloſ. in verb. adiecta cauſa, ff. de rei vendic. & in cap. 2. de ſponſal. & in c. S. in diuerſis in fin. de Cler. coniug. Dec. in l. ſi quis Imperatorem nu. 1. C. qui teſtam. fac. poſ. Pariſ. conſ. 19. vol. 2. num. 18. Subdens iſtam dictionē dubitationem inducere, nec excludere omnes caſus, vt traditur per gloſ. verb. forte, in cap. ex parte, de celebr. Miſſ. & in cap. ſi forte, de elect. in 6. pro quibus eſt etiam conſulendus Mandoſ. in gloſ. facult. in §. habita, in ver. forſan, fol. 235. & in prax. ſignat. in verb. prouiſiones, fol. 5. colu. 1. verſ. ſi in prouiſione.

2 Quando vero dictio, forte, ponitur ſuper iure, tunc non inducit dubitationem, ex Iaſ. in l. in ſubſtitutione, nu. 5. de vulg. & in l. ex falſis, num. 5. C. de tranſact. Socin. conſ. 28. num. 3. volum. 1. Ruin. conſ. 170. volum. 2. num. 5. & probatur in cap. 2. verſ. neceſſariū, & ibi glo. in verb. forte, de teſtam. & in cap. quam ob rem, & ibi gloſ. in verb. ſi forte, in fin. de pœniten. diſt. 1. & in cap. admonere, verſ. id circo, 33. quæſt. 2. l. item ſimile, §. 1. de rei vēdic. l. ſi filius familias, de procurat. l. ſi duo de arbitr. tex. in cap. accedens, §. cū igitur, & ibi gloſ. in verb. propter contumaciam, & ibi Panor. num. 3. vt lit. non conteſt. vbi etiam Felin. nu. 10. Dec. in l. ſi quis imperatorem, nu. 1. C. qui teſtam. fac. poſſ. gloſ. in cap. magnę, de vot. & gloſ. in cap. ſuper literis, in verb. niſi forte de reſcript. Mandoſ. in gloſ. facult. in §. habita, in verb. forſan, fol. 235.

3 Ex quo inferunt Doctores, quod ſi conſultor in ſuo conſilio apponit verbum, forte, quod non propterea inducit dubitationem iuris, nec minus quæſtionē indeciſſam pendere, quia per verbum, forte, reſpondēt ſępe petiti, vt ait gloſ. in l. ſi duo, ff. de recept. arbitr. & refert Rebuf. in l. 38. oſtentū, de verb. ſignif. pag. 289. verſ. forte, Felin. in d. cap. accedens, el 1. num. 10. vt lit. non conteſt. & ita tenent Bald. Alexan. numer. 5. & Iaſſ. num. 5. in l. in ſubſtitutione, de vulgar. Barbat. conſ. 13. num. 8. verſ. & licet loquatur per aduerbium, forte, volu. 1. Menoch. conſ. 25. nu. 14. Dec. in cap. ſuper literis, nu. 38. de reſcrip. Dec. in d. l. ſi quis Imperatorem, ex nu. 1. Mandoſ. in d. §. habita, in verb. forſan, fol. 235. col. 2. Aymon. conſ. 91. nu. 4. inde inferentes, quod quamuis conſultor in conſilio in his quę iuris ſunt, vtatur verbo forte, non propter hoc conſilium eſt dubiū, nec dubitatiuè, ſed aſſertiue conſulere dicitur.

4 Similiter etiam valet ſententia, ſi iudex dicat, condemno Titium in decem Semprónio, quia forte ei debitor eſt, quia importat certitudinem in eo caſu dictio forte, per ea quæ tradunt Iaſſ. num. 5. & Alex. ex num. 6. in d. l. in ſubſtitutione de vulgar. Felin. in cap. accedens, el 1. num. 11. verſ. ſecūdo nota, vt lit. non conſtet. Socin. conſ. 28. col. 1. vol. 1. Dec. in cap. ſuper literis, num. 38. de reſcript. Alex. in l. cum quo, num. 2. ff. ad leg. falcid. quamuis contrarium videantur tenere, Raph. Cuman. relatus à Iaſſ. & Alex. in locis ſupra allegatis in d. l. in ſubſtitutione, & à Iaſſ. in l. 1. num. 22. de iuſt. & iur.

5 Sciendum eſt etiam circa hanc dictionē forte, quod quando lex rationem, vel cauſā adducit per iſtam rationem forte, illa cauſa non eſt finalis, ſed impulſiua, vnde & ſi ceſſet

ſet ratio aſsignata per dictionem forte, non
tamen ceſſabit diſpoſitio ſeu effectus, opti-
me Iaſſ. in d. l. in ſubſtitutione, nu. 6. de vul-
gar. Dec. in d. cap. ſuper literis, numer. 38. in
fin. de reſcript. Felin. in d. cap. aceedens el 1.
num. 11. vt lit. non conſtet. Dec. in l. ſi quis
Imperatorem num. 3. C. qui teſtam. fac. poſſ.
Iaſſ. in l. ſi ex falſis, num. 5. C. de tranſact.

Sing. XXXVII. de dictione, Maxime.

SVMMARIVM.

1 *Hęc dictio maxime, de ſui natura eſt impli-
catiua, ſeu comparatiua, & implicat caſum
magis dubitabilem, hoc eſt, quod natura huius
dictionis eſt exprimere caſum minus dubitabilē,
& implicare magis.*

2 *Dictio maxime, eſt incluſiua, & implicatiua ſi-
cut dictio tam, & habet vim augmentandi, &
non minuendi ſtatque comparatiue includendo
caſum magis dubitabilem.*

3 *Maxime, ponitur comparatiue, idem implicans
in caſu conuerſo.*

4 *Maxime, denotat identitatem eſſe in caſu contra
rio, & quandoque ponitur pro tantum, & tunc
ponitur improprie.*

5 *Huius dictionis plures ſignificationes, & poni-
tur pro valde.*

6 *Quando iſta dictio adiungitur cum verbis im-
portantibus cauſam finalem, tunc abundat, nec
ſtat implicatiue.*

HÆC dictio, maxime, de ſui
propria natura eſt implicati-
ua, ſeu comparatiua, & im-
1 plicat caſum magis dubita-
bilem, hoc eſt, quod natura
huius dictionis, eſt exprimere
caſum minus dubitabilem, & implicare ma-
gis dubitabilem, tradit Iaſ. in l. qui ſe patris,
num. 36. C. vnde liber. & ibi Dec. num. 10.
qui in id plures textus citant, tex. in l. pro
hærede, §. ſi quid tamen, & ibi Iaſſ. in prin.
ff. de acquir. poſſ. Panor. in cap. damnamus
num. 3. per illum textum, & ibi add. pleniſsi
ma, de Summ. Trin. tex. in l. 1. in verſ. maxi-
me de non. cod. comp. & in l. qui ſtatus, de
teſtam. milit. gl. in verb. extimari ad fin. in l.
illud, ad leg. aquil. gloſ. in pragm. ſanct. in
prohæm. in §. quæ quidem, in verb. maxime
Menoch. de arbitr. caſ. 416. nu. 19. Mandoſ.
in gloſ. facult. in §. nos qui, in verb. præſer-
tim fol. 93. Riminal. in prin. de donation. nu.
157. fol. 93. Alciat. conſ. 53. num. 18. Domin.
conſ. 6. num. 4. Aymon. conſ. 227. nu. 9. & 10.
Pariſ. conſ. 90. num. 17. & conſ. 60. num. 18.
vol. 1. Menoch. conſ. 69. num. 26. Socin. iun.
conſ. 30. ex nu. 41. vol. 1. & conſ. 180. nu. 71.
vol. 2. Alex. in l. Neſſennius nu. 2. de re iud.
Dictio, maxime, eſt incluſiua, & implica-
2 tiua, ſicut dictio tam, & habet vim augmen-
tandi, & non minuendi, ſtatquè comparati-
ue, includendo caſum magis dubitabilem,
& includit vtrumquè caſum, & idem ius in
vtroquè ſtatuit, licet ſit maior ratio in vno,
quam in alio, opt. Aymon. in d. conſ. 227. nu.
9. & 10. & vide etiam ad hoc Alciat. conſil.
260. num. 3.
Maxime, ponitur comparatiue, idem im-
3 plicans in caſu conuerſo, gloſ. in prag. ſanct.
in proh. 5. quæ quidem, in verb. maxime,
& eſt comparatiua dictio, & includit poſi-
tiuum in diſpoſitione, in qua profertur, vt
eſt gloſ. in cap. 1. in verb. maxime, & ibi Ge-
minian. num. 10. de Renun. in 6. Iaſ. in l. ſi ita
ſtipulatus fuero hanc ſummam, num. 3. de
verb. oblig. Domin. conſ. 6. nu. 4. vbi dicit
quod ſtatutum cēſetur plus adſtringere nu-
meratos, non tamen alios excludit.
Maxime, denotat identitatem eſſe in caſu
4 contrario, Mandoſ. in reg. can. 9. quæſt. 6.
num. 2. Angel. de Peruſ. in tract. ſuit. quæſt.
9. num. 19. Cardin. in Clem. vn. in 3. notab.
de Renun. Caſador deciſ. 4. nu. 8. de conceſ.
præben. & quandoq. ponitur pro tantum,
& tunc ponitur improprie, gloſ. in Pragm.
Sanct. in d. verb. maxime, Panor. in cap. cha-
riſsimus, num. 8. de conu. coniug. & addit.
ad Panor. in cap. damnamus, nu. 3. de Sum.
Trin. Mandoſ. in gloſ. facult. 5. nos qui, in
verb. pręſertim fol. 94. Quandoq. etiā po-
nitur pro valde, & quandoq. abundat, vt
5 Mandoſ. vbi ſupra late referens plures ſigni-
ficationes huius dictionis, & per addentes
ad Panor. in d. cap. damnamus, num. 3. vbi
ſimiliter plures ſignificationes traduntur, &
inter alios vide addit. in lit. C. ad Iaſ. in l. 1.
num. 42. ff. ſolut. matrim. in verſ. dictio ma-
xime, vbi dicitur, quod quando iſta dictio,
6 maxime, adiungitur cum verbis importan-
tibus cauſam finalem, tunc abundat, nec ſtat
implicatiue, vt eſt tex. iunct. gloſ. in verb.
maxime, in cap. ſi quis Epiſcopus damna-
tur, 11. quæſt. 3. & in cap. cum olim, in verb.
maxime ſenex, iuncta gloſ. fin. de teſtib. &
tradit Alexan. conſ. 77. volum. 3. num. 23. &
quod

quod ponatur pro tãtum, & ſimiliter, quod aliquàndo abundet, renet Mandoſ. in reg. Can.29.q.6.nu.5.fol.76.

Sing.XXXVIII.de dictionib⁹ Ita, Ita tamen, Ita vt.

SVMMARIVM.

1 *HÆC dictio, ita, ſimilitudinem denotat, & tunc idem ſignificat, quod ſicut.*

2 *Aliquando etiam ſumitur exemplatiue, aliquando eſt dictio continuatiua, non nunquam eſt expoſitiua, & illatiua.*

3 *Dictio, ita tamen, repetitiua eſt præcedentium, & reſtringit, limitat, & declarat, ſecundum ſubiectam materiam.*

4 *Iſta dictio, ita tamen, venit ad pręcendentia ampliatiue, & augmentum inducit.*

5 *Eſt dictio taxatiua, & inducit formam.*

6 *Dictio, ita vt, & ita quod, idem ſunt.*

7 *Dictio, ita vt, ſumitur pro ſicut.*

8 *Dictio, ita vt, denotat modum, & quod non facit conditionem.*

9 *Dictio, ita tamen, & dũmodo, free æquiparãtur.*

1 ITA, hæc dictio ſimilitudinem denotat, & tũc idem ſignificat, quod ſicur, Gozadin.conſ.8.nu.19.Grat. conſ.9.nu.86. & conſ.13. num.5.vol.1.gloſ.in prag. ſanct. rit.de elect.in prin. in verb.ita.Mandoſ.in gloſ.facult. in §.volẽtes, in verb. ita, fol. 198. & in verb. ita vt, fol.181.

2 Aliquando, etiam, ſumitur exemplatine, vt in l.ſi res ita, & in l.ſi ita, ff.de contr.empr. aliquando etiam reſtrictiue, l. ita demum, C.de procur.§.prererea inſtit.quib.mo.toll. obl.& aliquãdo affirmatiue, c.ita dominus, 19.diſtinct.hæc omnia tradnnt gloſ.in dict. prag.ſanct.in d.verb. ita, & Mandoſ. vbi ſupra, & aliquando eſt dictio continuatiua, Pariſ.conſ.17.num.19. volu.1. & aliquando expoſitiua, & illatiua, ex præcedentibus effectum eorum, quæ in præcedentibus erant diſpoſita, inferens, & ſignificans, non autem extenſionem denotans. Grat. conſ 9.nu.86. & conſ.13. nu.5.volum.1. aliquando etiam inducit conditionem, Pariſ.in d.conſ.17.n. 19.vol.1.Grat.conſ.126.nu.31.vol.2.

3 Dictio, ita tamen, repetitiua eſt pręcedẽtium, & reſtringit, limitat, & declarat, ſecundum ſubiectam materiam, ita Dec.conſ.226. num.6.Ruin.conſ.74.vol.2.num.17.Rebuf. in l.labeo, 14.§.item ſi dominus, in fi.verb. pag.140.& in prax.titul.de diſpenſ. ratione ætat. in verb. prouiſsio, in princip. optime Mandoſ. in reg.Canc.32.quæſt.28. ex nu.4. vol.2.144.fol.Sali.in l.vbi adhuc, per eũ tex. C.de iur.dot.verſ.ita tamen, Pariſ.conſ.17. vol.1.nu.19.Ruin.conſ.74.volum.2. nu.17. Rebuf.in concor.tit.de mandat.Apoſt.§.1. in gloſ. ita tamen, Mandoſ. in prax. ſign.in verb. licenriæ, verſ. an autem, fol.63.col.2. Pariſs.conſ.106.num.9.vol.1.Iaſſ.in l.1.nu. 10.ff.ſi quis ius dicen. non optemp.Neuiz. conſ.50. num.12. Alber. in diction.in verb. ita tamen, vbi vult, qnod legatis domibus vxori, ita tamen, quod ibi habeat habirationem omnibus diebus vitę ſuę, illa dictio, ita tamen, reſtringit legarum ſupradictum, taliter quod comprehendit habitationem rantum, non autem proprietarem, & ita tradit Capiz.deciſ.108. nu.7. & Aymon conſ. 25. num.26.vbi conſuluit, quod ſi teſtator legauit vxori victum, & veſtitũ, ita tamen, quod teneatur bene regere, & gubernare, legatũ victns, & veſtitus, cenſetur reſtrictum, & limitatum per verba regere, & gubernare, adeo quod non videtur vxori relicta proprietas, nec facultas alienandi, & Alber.Aymon, tefert, & ſequitur Mandoſ. in reg.32. q.28.ex num.4.fol.144.volum.2.vbi optime loquitur de iſta dictione, ira tamen, de quo etiam idem Mandoſ.in ſignat.in verb.licentię, fol.63.col.2.verſ.an autem, vbi etiam ſequitur Aymõ, & Pariſ.conſ.17.n.17.vol.1.& vide de iſta dictione, ira tamen, Caualc.de vſufruct.mulier.cap.9.nu.119.fol.283.poſt Aymon conſ.101.num.40.& Pariſ.in dicto conſ.17.num.19.

4 In contrarium, quod imo, iſta dictio, ita tamen, in caſibus ſupra relatis veniat ad pręcedentia ampliatine, augmentum inducit, tenet Pariſ.conſ.1.ex nu.23.volum.3.vbi alios in id citat, & Iaſſ.in l.1.num.11.ff.ſi quis ius dic.non obtemp. Ruin.conſil.18.volum. 1. numer.8.

5 Dictio, ita tamen, eſt dictio taxatiua, & inducit formam, Neuizan.conſ.50.num.12. & facit cõditionem, l.Lucius, §.2.de legat.2. l.hac edictali, §.1.C.de ſecun.nup.l. Lucius, §.pater, ad Trebellian. l.4.de fund.patrim. lib. 11. C.Andr.de Iſern.in cap.1. ſi vaſall.

poſt

Digitized by Google

poſt alienat. feudi recup. Neapod. in conſue tud. ſi qua mulier, in verb. ita tamen, num. 6. fol. 206. de muliet. haben. filios, vbi ad hoc plures textus citat, quandoq; tamen non facit conditionem, ſed modum, & aliquando, nec facit modum, nec conditionem, ſed alicuius noui caſus ponitur intentio, vt proſequitur Neapod. in dicta conſuet. ſi qua mulier, in verb. ita tamen, in d. num. 6.

6 Dictio, ita vt, & ita quod, idē ſunt, l. 2. §. ideoq; ff. de his qui ſunt ſui, l. pen. §. quiſquis, de leg. 2. Bat. cōſ. 4. n. 2. Mando. in glo. facul. §. volentes, in verb. ita vt, fol. 181. vbi etiam

7 habetur, quod dictio, ita vt, ſumitur pro ſicut, vt in l. quidam teſtamento, in princ. de legat. 1. & dictio, ita vt, denotat modum, Riminal. in §. 1. num. 499. inſtit. de donat. fol. 391. & vide textum in l. libertas, verſ. & illā adiectionē, ita vt, & ibi gloſſa, ff. de manu miſ. teſtam. per quem textum Mandoſ. in d.

8 §. volentes, in verb. ita vt, in fin. fol. 181. tenet, quod iſta dictio, ita vt, non facit conditionem, ſed de hoc vide pro, & contra, Neapod. in dict. conſuetud. ſi qua mulier, in ver. ita tamen, num. 6. fol. 206. de mul. haben. fil. vbi citat aliquos textus pro, & contra.

9 Dictio, ita tamen, & dummodo, fere ęquiparantur, & reſtringunt, ac modificant præcedentia, l. Lucius, §. quę habebat, & l. ita tamen, ff. ad Trebel. Luc. de Penna in l. r. C. de Coll. fund. Fiſci, lib. 11. Rebuff. in concord. in glo. ita tamen, §. 1. de mand. Apoſtol. & in prax. titul. de diſpenſ. rat. ætat. in verb. prouiſio, pag. 406.

Singul. XXXIX. de dictionib. Ita quod, Ita demum, & Itaque.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, ita quod, eſt limitatiua, & reſtrictiua præcedentis diſpoſitionis.*

2 *Dictio, ita quod, non ſtat limitatiue, ſed potius declaratiue, & augmentatiue.*

3 *Dictio, ita demum, de ſui natura eſt limitatiua præcedentis diſpoſitionis.*

4 *Dictio, itaque, eſt continuatiua, & determinatiua caſus præcedentis.*

5 *Dictio, itaque, quandoque exponitur, id eſt, igitur.*

1 DICTIO, ita quod, eſt limitatiua, & reſtrictiua præcedentis diſpoſitionis, l. Lucius, §. quę habebat, cū ibi not. ff. ad Trebell. Socin. conſ. 241. poſt num. 14. verſ. nam dictio, ita quod, videtur limitatiua, vol. 2. Mandoſ. in reg. Can. 32. quęſt. 28. num. 4. vol. 2. fol. 146. Dec. conſ. 521. num. 16. & conſ. 226 numer. 6. Mandoſ. in gloſ. facult. §. ſitquè in verb. ita quod, ſol. 279. col. 1. Ruin. conſ. 92. numer. 2. vol. 3. & conſ. 18. num. 11. vol. 2. & conſ. 1. vol. 4. nu. 12. Aymon. conſ. 201. num. 41. vbi, quod iſta dictio, habet naturam limitatiuam, ſeu taxatiuam, de quo etiam Pariſ. conſ. 1. num. 23. vol. 3. vbi venire declaratiue hanc dictionē dicit, de quo etiam ipſe Pariſ. conſ. 20. vol. 2. num. 47. & in conſ. 22. nu. 39. vol. 3. Dec. d. conſ. 226. nu. 6. & quod referatur ad proxima, tradit Capiz. deciſ. 108. n. 8. & ſit cōtinuatiua præcedentis diſpoſitionis, dicit Afflict. deciſ. 248. ex num. 10. in fin. quod huiuſmodi dictio veniat intelligenda ſecundum pręcedentia, & numquam ampliet, ſed reſtringat præcedentia, tradit Alciat. conſ. 492. nu. 17. ſic venite qualificatiue, apponēdo conditionem præcedēti diſpoſitioni, dicit Socin. conſ. 49. num. 2. vol. 1. & pro his videndus eſt Caualcan. de vſufr. muliet. rel. cap. 9. nu. 119. fol. 283.

2 Contrarium tamen, quod imo dictio, ita quod, non ſtet limitatiue, ſed potius declaratiue, & augmentatiue, tenent Socin. conſ. 99. num. 15. vol. 4. Ruin. conſ. 18. nu. 7. & 8. vol. 1. & in conſ. 84. vol. 3. num. 2. & quod iſta dictio ampliet, & non reſtringat fideicō miſſum, tenet Pariſ. conſ. 90. ex nu. 26. vol. 2.

3 Dictio, ita demum, de ſui natura eſt limitatiua præcedentis diſpoſitionis, Aretin. in Auten. ex teſtamento, num. 2. in 2. notab. C. de collat. & tantum ſignificat, quantum præcipue, Rebuf. in l. 3. de verb. ſign. pag. 41. in princ. & dictio, ita demum, importat illud eſſe de forma, cui per partes renuntiari non poteſt, Chaſſen. in conſuet. Burg. rubr. 4. §. 2. verſ. *Femme*, num. 11. & 15. col. 523. & 524. Felin. in cap. cum dilecta, num. 6. verſ. ſeptimum ſignum, de teſcript. Chaſſen. conſil. 49. num. 14.

4 Dictio, itaquè, eſt continuatiua, & determinatiua caſus præcedentis, & reſtrictiua caſus ſequentis; Aretin. in l. ita ſtipulatus, verſ. Sabinus, in princ. de verb. oblig. Io. Crot. in rep. l. ſi conſtante, col. 4. in prin. ff. ſolut.

ſolnt. matr. qui inter alia ad id allegat tex. in l.libertis, §. hac ſcriptnra, ff.de manum. teſtã.& eſt tex.& ibi Gomes in §.ſic itaque, num.2.inſtit.de action.textus natabilis in l. Lucins,§.qui habebat,ad Trebell. & in l.ne ganda,C. de his qui acuſ. non poſ.vnde dicit Pariſ.conſ.40.num.9.vol.4. quod dictio itaq;,referenr ad pręcedẽtia cõtinuatiue,& quod ſtet declaratiue ad præcedentia, dicit Dec.cõſ.226.n.6.& Pariſ.cõſ.22.n.39.vol.3.

Dictio, itaqnè, quandoqnè exponitur, ideſt,igitur,gloſ.in pragm.ſanct. tit.de collation.§.volens itaqnè,in verb.itaquè,& ad hoc allegar l.1.ff.de his qui ſunt ſui,l. in repetendis,de leg.3.

Singulare XL.de dictione, Vltra.

SVMMARIVM.

1 *Vltra,de ſui natura eſt dictio incluſiua.*

2 *Aliquando dictio, vltra,excludit.*

3 *Dictio,vltra,repetit qualitates pręcedentes.*

1 VLTRA, de ſui natura eſt dictio incluſiua,vt ſi vltra dolia legatur vinum,vidẽtnr etiam dolia legata,& ſi vltra dotem leganturcentũ,videtur etiam dos legata,quia cũ iſta dictio,vltra,ſit incluſiua,vtrnnq; includit, Bar.in l.cum ira,in q. ſi.de dot.præleg.& tradunt in terminis glo. in prag.ſanct.tit.de friuol.appell.§. quodq; in ver.vltra,Azeb.ad Cur.Piſan.lib. cap 6. n.128.Guil.Bened.in rep. c.Raynu.in verb. Alterochę filię,ex n.1.Dec.in l.actione,n.9. C.de tranſact.& in l.filiam,n.1.C.de collat. Oſaſc.deciſ.52.nu.1. Barbac.conſ.74.col.6. vol.4.Fulgoſ.conſ.40.col.2. Tiraq.de Retr. lign.§.1.glo.11.num.68. & hæc eſt cómunis opinio , vt affirmat Deci. in dict.l.actione, num.9.C.de tranſact.

2 Aliqnando tamen iſta dictio,vltra, excludit,vt tradit Rebuf.in cócor.in rubr.de collat.§. præfatiq; ordinarij, in ver.vltra,Dec. in cõſ.296.n.1.verſ.& ideo illa dictio,Guil. Bened.in d.vet.Alterochæ filiæ,n.7.aſſerẽs, quod quando iſta dictio addirnr rei à iure prohibitæ , vel quando abſonus reſultaret intellectus,ſi ea incluſiue intelligetur,in eo caſu,excludit,& non includit;vt etiã tradit gloſ.in Clem.1.verb.facere,de vſnr.quæ dicit,quod ſi ſtatnto caueatur,quod nullus accipiat pro vſura vltra duos denarios pro libra,in menſe,ſtatutũ nõ videtur permittere vſnrã,qno ad dnos denarios,cum ſir contra iꝰ vſutã exercere,abſonusq.inde reſultet intellectus,ſi ea permitteretur,cum omni iure ſit prohibita , vt probat Iul. Clar. §.vſura, ex nu.3.Lud.Meſſ.in prag.tax.concl.2.n.69. quam gloſſam in d.ver.facere, ſequitur Bal. in Auth.ad hęc,C.de vſur.& gloſ.in pragm. ſanct.tit.de appell.friuol.§.quodq; in verb. vltra, addit.in lit.A.ad Panor.in c.literas,n. 10.de pręſum.Sed de veritate d.glo.& quo modo ſit intelligenda?eſt viden.Dec.in d.l. actione,n.8.verſ.& hoc modo,& in n.9.declarat,quando iſta dictio,vltra,nõ includit.

3 Dictio,vltra,repetit qualitates præcedentes,Azeb.ad Cur.Piſan.in d.c.6.n.1 8.Paul. Caſtr.conſ.88.n.1.vol.1.Dec.conſ.189.alias 190.n.7.verſ.quarto,& in l.lecta,nu.24.ff.ſi cert.pet.qui tenent,huiuſmodi dictionẽ eſſe repetitiuam pręcedentiũ legatorum.

Singulare XLI.de dictione, Præter.

SVMMARIVM.

1 *Dictio,præter, quãdo adijcitur rei,quæ contiuebatur ſub genere pręcedenti,ponitur exceptiue. ſecus autem,ſi apponatur rei,quæ nõ ſit ſub genere pręcedẽti, quia tūc ponitur incluſiue.*

2 *Limitatur,vt non procedat in odioſis, in quibus iſta dictio,præter, indiſtincte excluſiue ponitur.*

3 *Quando dictio,præter, nõ poteſt apparere clare, an illud includatur ſub pręmiſſis,an nõ? Tunc in eo ſẽſu accipiẽda eſt,qui magis cõuenit materię, vt ſic odia reſtringãtur, & fauores amplientur.*

4 *Variæ ſignificationes huius dictionis,præter.*

1 MAgna inter ſcribentes extat cõtrouerſia,circa naturã,& propriam ſignificationẽ hnius dictionis,pręter,qnod namque ſit incluſiua regulariter,tenet Panor.in cap.prouideas,de offi.Vic.nu.2.& add.magna in fi.ad eundẽ, Abb.in c.literas, n.10.de pręſumpt.Menoch.lib.4.præſ.145. nu.3.Iaſſ.in l.1.nu.14.ff.ſi quis caution.Abb. in c.cum ab omni,nu.5.de vit. & hon.Cler.

Contrarium ramen,qnod imo ſit exceptiua,& excludat de regula,tenet Aymon Crauer.conſ.320.nu.1.Ego tamen pro vera harum opinionũ cócordia cenſeo, quod qnando iſta dictio,præter,adijcitur rei,quę continebarur ſub genere præcedenti , ponitur exceptiuè , vt ſi dicam , lego omnes libros meos; præter Codicem,ponitur exceptiue,

Digitized by Google

& liber Codicis non comprehenditur in le-
gato,quia eſt de genere librorũ,& exceptio
debet eſſe de cõtentis in regula, vt ſi dicã,le
go tibi veſtes prӕter Codicẽ,intelligitur ſi-
quidẽ incluſiue,vt vltra veſtes,habeas Codi
cem,& vtrumq; cenſetur legatum,ne fruſtra
videatur apposita.Secus autem eſt,ſi dictio
(præter)apponatur rei, quæ non ſit ſub ge-
nere prӕcedenti,quia tunc ponitur incluſiue
pro vltra,ita tenet Bar.in l.actione, nu.2.&
ibi Dec.nu.8. C.de tranſact.Bar.in l.1.nu.6.
in fin.de pign.act.Bar.in l.Sæio,§.vxori,nu.
1.de ann.legat. gloſ.in prag.ſanct tit.de his
quæ in Miſſa,§.1.in ver.prӕter,fol.154.Rip.
in cap.cum M.num.19.de conſtit.Iaſſ.in l.ſi
ita legatum, nu.3.de leg.1.& in l.Titiæ tex-
tores,nu.36.eod.tit.optime Zabatel.in Cle
ment.1.num.2. de Sum.Trin. Panor.in cap.
literas,nu.10.de prӕſump.Iaſſ.in l.ſi cum,§.
qui iniuriarum,n.35.ff.ſi quis caution.Paul.
de Montepico conſ.51.num.11.

2 Hoc tamẽ limita,vt nõ procedat,in odio
ſis, in quibus iſta dictio, præter, indiſtincte
excluſiue ponitur , vnde ſi Sũmus Pontifex
diſpenſet cum aliquo,vt poſsit obtinere be
neficium curatum,præter obtentum,illa di-
ctio,prӕter,ſtat excluſiue,& nõ videtur diſ-
penſatio facta ſuper beneficio obtento , vt
illud poſsit obtinere,aut retinere,quia mate
ria eſt odioſa,in qua dictio,prӕter,indiſtin-
cte ſtat excluſiue, Dec.in d.l.actione, C.de
tranſact.nu.8.& ibi Bar.num.2.& Iaſſ.nu.6.
Innocen.in cap.dudum,2.de elect.Bar.in l.
ſcio,§.vxori,num.1. de ann.legat.Bal.in l.ſi
ita legatum,de leg.1.Zachar.ad Panor.in c.
2.verſ.prӕter,de offi.Vicar.Rip.in cap.cum
M.num.19.de conſtit.Panor.in cap.dudum,
nu.16.de elect.Ang.conſ.293.col.3. Zabar.
in Clem.1.n.2.de Sum. Trin.ſed de veritate
huius dictionis , & quomodo intelligenda
ſit?eſt omnino videndus Dec.in d.l.actione,
num.8.ad med.C.de tranſact.qui ſubtiliter,
& vere reſoluit rem iſtam.

3 Aduerte autem, quod iſta dictio,præter,
quando nõ poteſt apparere clare,an illud in
cludatur ſub præmiſsis, aut non. tunc in eo
ſenſu accipienda eſt,qui magis cõueniat ma
teriӕ, vt ſic odia reſtringantur, fauores am-
plientur,in materia vero indifferenti, ſem-
per iſtã dictionem interpretari debemus ex
ceptiue , quia hoc videtur importare pro-
pria ſignificatio vocabuli,ita tenet Panor.in
c.dudũ,nu.16. de elect.quem omnino vide.

4 Quod ſi varias huius dictionis,præter,ſig
nificationes videre cupis,Cõſul.Rom.conſ.
328.nu.1.& quod latiſsime recenſet Tiraq.
de retr.lign.§.1.glo.11.n.73.fol.218.

Singulare XLII.de dictione, Siue.

SVMMARIVM.

1 *HÆC dictio,ſiue,habet eandem vim, & na-
turã,quã dictio,ſeu,quia eſt diſiunctiua,&
diſiungit verba,ſed cõiungit ſignificatũ,& n.2.*

2 *Iſta dictio , ſiue, ita alternatiuam inducit , ſicut
dictio, aut,*

3 *Iſta dictio ſtat ampliatiue,maxime in diſpoſitio-
nibus fauorabilibus.*

4 *Aliquando ponitur pro,ideſt,declaratiue.*

HÆC dictio habet eandẽ vim,&
naturam,quã dictio,ſeu.quia
eſt diſiũctiua,& diſiungit ver
1 ba,ſed cõiungit ſignificatum,
Bar.in l.ſi quis ita legauerit,ff.
de aur.& arg.legat.Iaſſ.in l.huiuſmodi,§ cũ
pater,nu.14.de leg.1. Paul.Caſtr. conſ.162.
num.4.vol.2.vt cum dicitur Alexander,ſiue
Paris, citat tex.in l.ad protegendũ, vbi etiã
gloſ.iſtud exẽplum affert, C. de in lit.dand.
tutor,& ibi eſt bonus tex.in verſ.tutor,ſiue
curator,vbi ait,iſtã dictionem,ſiue,eſſe diſ-
iunctiuam,& nõ vtrumq; requirere,ſed alte
tum tantũ,ita tenet Ruin.conſ.57.n.3.vol.1.
vbi dicit,quod coniungit ſignificatum,licet
verba diſiũgat,& idẽ Rui.conſ.18.n.11.vol.
5.& in tantũ eſt diſiunctiua,quod reddit te-
ſtimoniũ incertũ, Alex.cõſ.50.n.11.vol.1.Bẽ
uen.de adiec.in 4.p.q.1.nu.9.fol.247.

2 Et iſta dictio,ſiue,ita alternatiuam indu-
cit,ſicut dictio,aut,Soc.iun.conſ.41.nu.34.
vol.3. & idem eſt iudicium huius dictionis,
cum dictione,ſeu, quia idem omnino ſigni
ficant,ſecundum Benuenu.de adiect.4.par,
quӕſt.2.num.1.& ideo, quod dictum eſt in
verbo,ſeu,de legato facto per dictionẽ,ſeu.
habet locum ſi fiat per dictionem, ſiue, vt ſi
teſtator dicat,lego vina quӕ habeo in vrbe,
ſiue in portu;vtrumq; comprehendere cen-
ſeatur , habet locum ſi legatum factũ fuerit
per dictionem, ſiue, vt per eum,quod dicit
liquere ex DD. in dicto verbo, ſeu, allega-
tis, & Benuenu. ſequitur Canal. de vſufru.
mul.cap.9.n.48.in fi.fol.202.quod dicit eſſe
notãdũ, quia ſi relata loca nõ ſuccurrerent,
contrariũ facile reſponderetur,vt dicit Ene
rard.in ſua centur.in loco 46. à natura alter
natiuarum.

Et

3 Et quod iſta dictio ſtet ampliatiue, ſentit
Mãdoſ. in glo. facul. §. & proprium, in verſ.
ſeu, fol. 331. dũ allegat tex. in §. pręſens iũct.
glo. in ver. ſiue in Aut. de trient. & ſemi. &
Roman. conſ. 363. nu. 2. & Vital. in Clemẽt.
ſi Religioſus, num. 7. de procur. qui dicunt,
quod dictio, ſiue, ampliatiue ſtat, maxime in
diſpoſitionibus fauorabilibus.
Et de hac dictione, quod ſtet augmenta
tiue, ſeu ampliatiue, tenet etiam Bart. in l.
cum quis decedens, per illum tex. ff. de legat.
3. & iſta dictio ponitur inter diuerſa, & diſ-
iunctionem, & diuerſitatẽ inducit, Gomeſ.
in cap. ſtatutum, nu. 21. de reſcript. in 6. fol.
431. ſed Iaſſ. in l. huiuſmodi, §. cũ pater, nu.
14. de legat. 1. tenet hãc dictionem, ſiue, nõ
eſſe ſimpliciter diſiunctiuam, ſed habere ali-
quam naturam copulæ, & ſenſum coniunge
re. Et iſta dictio, ſiue, aliquãdo ponitur pro,
4 id eſt, declaratiue, Oſaſcus deciſ. 89. num. 4.
& de hac dictione, vid. Bart. in l. ſi is qui du-
centa, §. vtrum, num. 2. de reb. dub. & Bald.
in l. cum quidam, C. de verb. ſignif. & in ad-
dit. ad Panor. in cap. interceteras, num. 4. de
reſcript. & Curt. conſ. 23. num. 4. & Socin.
Inn. conſ. 69. num. 22. volum. 1.

Singul. XLIII. de dictione, Citra.

SVMMARIVM.

1 *HAC dictio, citra, regulariter eſt exceptiua, & ponitur pro, pręter,*
2 *Citra, id eſt, contra, & aliquando accipitur pro ſiue, & aliquando pro, ante.*
3 *Dictio, citra, quãdo ponitur cum copula, &, vel abinde citra, tunc denotat continuationem temporis, ſecus vero ſi non ponatur copula, &,*
4 *Iſta dictio, citra, eſt incluſiua, & contrariatur dictioni, vltra,*
5 *Citra praiudicium iuris mei, quid operetur iſta clauſula poſita in venditione?*

1 HAC dictio, citra, regulariter eſt
exceptiua, & ponitur pro, pręter,
vt in l. fin. ff. de collat. vbi
gloſſ. cum ſim. vt per Alber. in
ver. citra, ad idem tex. in l. nec
filius, ff. de reb. cred. & in cap. prudentiam,
§. illa quippe, de offi. de leg. Bal. in l. tranſige
re, C. de tranſact. Dec. per eum tex. in l. cer-
tum, num. 1. C. vnde legitimi, & iſta dictio
aliquando exponitur citra, id eſt, contra, &
aliquando pro ſiue, & aliquando citra, ante,
vt per Albet. vbi ſupra, de quo etiam vide
2 Felin. in cap. licet, col. 5. verſ. no. 10. de pro-
bat. & Bart. in §. ſi vero intra, nu. 2. in Auth.
de Monachis.
3 Obſeruãdum tamẽ eſt, eſſe maximũ diſ-
crimen, an iſta dictio, citra, ponatur cum cõ
pula, &, an ſine copula, vel ſi dicatur abinde
citra, vel ſine dictione, abinde? Quia quãdo
ponitur cum copula, &, citra, vel abinde ci-
tra, tunc denotat cõtinuationem temporis,
& dierum ab illo principio temporis, quod
eſt expreſſum, Gratuſ. conſ. 12. nu. 90. vol. 1.
& ideo ſi teſtis dicat, quod talis poſſedit à
decem annis, & citra, denotat continuatio-
nem poſſeſsionis per decem annos, ſecus vè
ro ſi non ponatur copula, &, c. licet. cauſam,
verſ. ex pręmiſsis igitur, & ibi Hoſtiẽ. & Io.
Andr. de probat. & ibidem Anchar. num. 14.
pulchre iſtud declarat Rot. deciſ. 316. ſi poſ-
ſeſſor, in nou. Bar. in l. Celſus, nu. 23. & 24. ff.
de vſucap. Bal. in l. indicia. n. 7. C. de rei vẽd.
Felin. in cap. quoad conſultationem, nu. 26.
verb. item ſuas ſi diceretur à decem diebus,
& citra, de re iud. Alex. conſ. 45. colum. 2. &
conſ. 118. col. pen. vol. 2. Dec. in l. certum, nu.
1. C. vnde legitimi, Mandoſ. in gloſ. facul §.
volentes, in verſ. abinde, fol. 161. Io. Bap. Bo
nius in tract. de Statutar. vrbis præſc. gloſ.
24. num. 9. & 10. fol. 187.
4 Item obſerua, iſtam dictionem eſſe inclu-
ſiuam, gloſ. in prag. ſanct. in ver. citra, tit. de
collat. fol. 122. col. 3. §. ne tamen allegat, Bar.
in l. inuitus, C. de Procur. & in l. Celſus, ff. de
vſucap. & eſt cõtraria dictioni, vltra, & ſunt
veluti oppoſita, Bal. in add. conſ. 411. vol. 5.
Tiraq. de Retr. ligna. §. 1. gloſ. 11. nu. 69. fol.
217. vbi plures de natura, & vi huius dictio
nis differentes recenſet, & inter alios Bald.
in l. falſus, nu. 7. C. de furt. vbi ait, quod iſta
dictio, citra, eſt nota veritatis, & ibi vide
alia de natura huius dictionis. Citra pręiudi
5 cium iuris mei, quid operetur iſta clauſula
poſita in venditione? vide Soc. iun. conſ. 89.
numer. 8. volum. 3. fol. 108.

Singulare XLIIII. de dictione, Semper.

SVMMARIVM.

1 *ISta dictio, eſt vniuerſalis affirmatiua, & denotat regulam, & idem eſt, quod plerunq.*

2 *Iſta dictio, ſemper, inducit perpetuitatem.*
3 *Iſta dictio, ſemper, in fideicommiſſis ſolet multum operari.*
4 *Hæc dictio, ſemper, non eſt impedimento, quin locum habeat præſcriptio triginta annorum.*
5 *Dictio, ſemper, denotat generalitatem quo ad tempus, ſed non quoad caſus.*

ISTA dictio eſt vniuerſalis affirmatiua, & denotat regu-
1 lam, & idem eſt, quod plerunque, Oſaſc. deciſ. 87. num. 8. Soc. omnino videndus conſ. 11. nu. 5. volum. 1. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. gloſ. 9. num. 224. & 225. fol. 157. & ſeq. Sal. in l. 1. in princ. C. quo. & quando iud. Boer. deciſ. 158. nume. 7. & 8. fol. 271. Mandoſ. in gloſſ. facult. §. nos qui, in verſ. Semper, fol. 100. colum. 1.

Et iſta dictio, ſemper, inducit perpetuitatem omni caſu, & omni tempore, Ludouic. Abend. l. 40. gloſ. 15. num. 1. Roman. conſil. 407. num. 4. l. ſemper, quod vi, aut clam. l. 1. ff. ſol. matrim. Pariſs. conſ. 75. num. 34. vol. 2. Mandoſ. in gloſ. facul. §. nos qui, in verſ. ſemper, fol. 110. col. 1. vbi alios citat, Morla 1. part. tit. 6. in initio, num. 60. Pariſs. conſ. 90. num. 28. vol. 2. & conſil. 92. nu. 11. volum. 3. Amic. conſ. 42. num. 12. Et dictio, ſemper, exponitur, ideſt, omni tempore, & omni caſu. Boer. deciſ. 158. num. 4. fol. 270. Mandoſ. in gloſ. facul. §. nos qui, in ver. ſemper, fol. 100. colum. 1. vbi alios refert, Berous in rubr. de iur. patron. num. 81. & Boſ. in titul. de bon. publ. num. 49. fol. 516. Pariſ. conſ. 93. nu. 17. volum. 2. Rebuff. in concord. Rubr. de reg. nom. §. 1. in verſ. ſemper, fol. 156. vbi plura de iſta dictione affert.

Et quod denotet continuationem, ſeu cō-
2 tinuitatem, Iacobi in l. circa eum, num. 11. ff. de probat. Boer. deciſ. 158. nu. 6. & 7. vbi etiam dicit, quod aliquando non denotat continuitatem, num. 9. & 10. & 11. & 12. & Mandoſ. in gloſ. facul. §. nos qui, in verſ. ſemper, fol. 100. col. 2. vbi tenet, quod aliquando iſta dictio, ſemper, comprobatur in his, quæ habent in ſe temporis interuallum, vt etiam tenet Corn. conſil. 171. num. 6. & 7. volum. 2. & omnino num. 13. vbi citat alios ad propoſitum.

Et iſta dictio, ſemper, in fideicommiſſis
3 ſolet multum operari, ad hoc, vt reſultet fideicōmiſſum abſolutum, Curt. Iun. conſ. 2. nu. 23. & conſ. 161. nu. 12. & Boer. deciſ. 158. nu. 1. cum pluribus ſequentibus.

Hæc tamen dictio, ſemper, non eſt impe-
4 dimento, quin locum habeat præſcriptio triginta annorum, Bal. in l. 1. ff. ſol. matr. Roman. in l. 1. de vſucap. Aret. in l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo, col. 3. verſ. tu autem cōſidera, ff. de ver. oblig. Tiraq. de Retract. lign. §. 1. gloſ. 2. nu. 10. fol. 636. & iſta dictio, quando iungitur actui, qui continue fieri poteſt, denotat idem, quod continue, Boher. deciſ. 158. numer. 6. vbi alios refert fol. 271. & ibi, quod ſi iungitur actui interpolato, tunc dicitur ſemper fieri, quod fit ex interuallo, & debito tempore, poſt Felin. in prohem. Gregor. Rex pacificus, verſ. ſed & iſta, Corn. conſ. 171. num. 7. vol. 2. vide etiā Boher. deciſ. 158. num. 6. vbi plures citat ad propoſitum, & num. 10.

Item dictio, ſemper, denotat generalita-
5 tem quoad tempus, ſed non quo ad caſus, Iaſſ. in l. 1. ſol. matr. verſ. in ead. glo. ad fin. Boher. deciſ. 158. num. 9. fol. 271. & pro iſta dictione vide, quos reffert Mandoſ. in glo. facul. §. nos qui, verſ. ſemper, & maxime ad fin. fol. 100. col. 1. & 2.

Singulare XLV. de dictione, Ea, & eorum.

SVMMARIVM.

1 *HÆC dictio, eſt relatiua, & repetitiua, referens præcedentia ſequentibus, cum ſuis qualitatibus.*
2 *Iſta dictio reſoluitur in ſingularitatem, ac ſi dictum ſit, poſt vniuſcuiuſque mortem.*
3 *Eadem, ſignificat identitatem in omnibus, & per omnia, & eo modo ſignificat identitatem.*

HÆC dictio eſt relatiua, & repetitiua, referens præceden-
1 tia ſequentibus, Aymon conſil. 220. num. 20. & eſt repetitiua, & reſtringitur ſecūdum diſpoſita in præcedentibus, ad quæ fit relatio, Pariſs. conſ. 18. num. 32. volu. 2. & conſ. 103. num. 14. volum. 1. & ſtat declaratiue, & relatiue cum ſuis qualitatibus, Mandoſ. in gloſſ. facult. § nos qui, in verſ. eiuſdem, fol. 105. & in §. volentes, in verſ. ex eiſdem, fol. 172. poſt Socin. conſil. 251. nume. 6. Alciat. conſil. 610. num. 5. fol. 418.

Et

Et qnalirer iſta dictio,eorum,quæ eſt relatiua, & repetitiua pręcedentium cnm ſuis qualitatibus, tenet Cephal.conſ.140. num. 17.volum.1. & Mandoſ.in gloſ. facult. §.& proprium,in ver.eo, fol.32 r.colum.1.& in §.nos qui,in verſ.eiuſdem, fol.106.Aretin. conſ.155.num.r. & vide in verbo idem, & in verbo,is,& quod iſta dictio reſtringatur ſecundum præcedentia, & quod non habet tractum ad futurum,renet Tiraquel.de Retract.linag.§.8. gloſſ.9.num.24.fol.354.Socin.conſil.250.colum.penult.verſ. Secundo hoc, volum.2.

2 Aduerte etiam, quod iſta dictio reſoluitur in ſingularitatem , ac ſi dictum ſit, poſt vniuſcuiuſque mortem, Torniel. in l. hæredes mei,§.cum ira,num.5.verſ.aliquando,ff. ad Trebel. & ibi Rip.numer.129.& Zanch. num.552.& 561.Alex.conſ.117.num.1.vol. 1.& conſ.204. & ibi addit. ad vol.2.Pariſs. conſ.18.num.19. & ſeq.volum.2.Marzar.in Epithom. fidci, quæſt. 11. fol.13. vbi alios in id citat.

3 Eadem ſignificat identitatem in omnibus,& per omnia,Grat.conſ.9.num.88.vol. 1.fol.19.& eadem reperit Nauiſ. conſil.72. nu.26.ad fin. & eadem eſt relatina ſubſtantię,Barr.in l.ſi quis,§.ſi initium,num.2.in 2. lect.de eden. Anch. Regun. quæſt 66. num. 4.par.2.fol.122.Mandoſ.in gloſ.facul.§.nos qui,in verſ.eiuſdem,fol.106.

Eo modo , ſignificat identitatem in omnibus,& per omnia, Grat.conſil.140.num. 22.volum.primo,fol.156.

Singulare XLVI.de dictione, Donec.

SVMMARIVM.

1 *DICTIO,donec,regulariter facit conditionem extenſinam.*

2 *Iſta dictio,donec,quouſque, quoad,quandiu,ſunt eiuſdem effectus, & idem ſonant.*

3 *Aliquando non inducunt conditionem,ſed diem, quando iſtę dictiones ponuntur ad ſuſpendendum diſpoſitionem in euenium certo tempore.*

4 *Iſta dictiones,donec,quouſq; quoad,dum,quandiu,& ſimiles,requirunt perſeuerãtiam, ad effectum conſequendi legatum pro futuris annis.*

5 *Iſta dictio,donec, non requirit perſeuerantiam, ad effectum conſequendi legatum , pro tempore perpetuo.*

6 *Donec , eſt aduerbium limitatiuum.*

7 *Donec , infinite accipitur.*

1 HÆC dictio , donec , plutibus modis accipirur , vr late per Bar.in l.1.2.num.15.de cond. & demonſt. regulariter tamē facit conditionem,vnde ſi lego decem , donec fuerir in ſtudio , viderur ſub conditione relictum, dum in ſtudio fuerir,Barr.in dict.l.1.num.15.de cond.& demonſtr. & qnod inducat conditionem , tenet Pariſ.conſ.18.num.4.cum ſeq.volum.4. Dec.in l. ſi quis hæredem,num.7. ad finem, C.de inſtit.fol.257. & conſil.620.num.3 & Socin.Iun.conſ.58.num.8.volum.3.& 485. num.6. & conſ.537.nnm.5. Paul.conſ.184. num.2.& ibi addirio,Cephal.conſ.71.num. 17.volum.& Doctores ſtatim citandi,vide Boer.decif.44.nu.39. vbi ait, quod hęc dictio denotat condirionem extenſiuam.

2 Obſeruãdum eſt,quod iſtę dictiones,donec,qnouſq; quoad,quandiu,ſnnt eiuſdem effectus, & idem ſonant,Boer.deciſ.44,nu. 30. & 38. & faciunt conditionem extinctiuam, Barr.in l.1.num.16.ff. de cond. & demonſtr. & in l.fin.§.1. num.1 . & 2. ad Tertil. Caſtr.in l.ſeruitures, nu.8.ff.de ſeruitur. & in l.ſeruo alieno, num.2.de leg.1.fol 49. & in l.ambiguit.n.6.C.de vſufr.fol.186.

3 Obſerua ſecundo , quod aliquando non inducunt conditionem , ſed diem , quando iſtę dictiones ponuntur ad ſuſpendendum diſpoſitionem in euenium , certo tempore limitatum, quia tunc diem inducũt, & non conditionem;ſecus ſi ponãtur ad ſuſpendendum in aliquem euentum incertum, quia faciũt cõditionem,vt declarat Paul.Caſtr.in l. ſufficir,nu.8.& ibi Iaſ.n.5.ff.de cond.indeb.

4 Obſerua tettio, quod iſtę dictiones,donec,quouſq; quoad,dum,quandiu, & ſimiles,de ſui natura requirunr perſeuerantiam, ad effectnm conſequendi legatum pro fututis annis;verbi gratia ſi dicatur,relinquo cētum vxori meæ,quolibet anno, donec caſte vixerit,& vidua fuerit, quia requiritur perſeuerantia ad hoc,vt pro anno futuro cõſequi poſsir legatũ, pract.Pap.in for.lib. quo vxor agir ad dotem,in glo.donec,nu.8.pulchre renet Dec.in l.ſi quis hęredem,num.7. C.de inſtit.fol.257.Roma.conſ.516.num.9. Natta conſil.459.num.16.& 17.Ruin.conſ. 34.num.4.& ſeq.volum.2.Capic deciſ.203. num.1.Caualc.in tract.de vſufru.mul.relict.

cap.9.num.110.fol.280. nam ſtantibus iſtis dictionibus,donec,quouſque,dum,& ſimilibus,legatum pro primo anno erit purum, & pro ſequentibus erit conditionale,Boer. deciſ.44.num.39. & Doctores infra citati, & mulier per tranſitum ad ſecundas nuptias, amittet illud legatum in futurum, pro tempore tamen præterito , legatum valuit, nec mulier tenetur fructus perceptos reſtituere,& ſi ceſſauerit conditio viduitatis, & caſtitatis, quia in præteritum, licite fructus percepit,ita declarando iſtas dictiones,donec, quouſque, & ſimiles , tradit Caualc.in tract.de vſufr. mul.relict.cap.9. nu.115.fol. 279.Aymon conſ.300.num.5.Pariſ.conſ.95. num.44.volum.2.Socin.conſ.81.num.7.volum.3.Ruin.conſ.51.num.17.volum.2.& in hoc, iſta dictio, donec, & ſimiles, differunt à dictione , dummodo , quæ facit perdere etiam fructus præteritos perceptos,vt dicetur in dictione dummodo.

5 Item obſerua,hanc dictionem ,donec,nõ requirere perſeuerantiam, ad effectum conſequendi legatum pro tempore prætetito, nam per eam,teſtator non prohibet vt non nubat , ſed vult quod habeat,quovſq; non nupſerit;poſtquàm vero nupſerit,quod nõ habeat , & ita iſta dictio nõ denotat caſtitatẽ perpetuã,ſed per tẽpus;vt per Caual.de vſu fru.muli.c.9.n.117. fol.281. Dec.conſ.621. Rui.conſ.65.n.1. & 6.vol.2. Boer.deciſ.44. nu.38.& 39.vbi etiam plures Doctores adducit de iſta dictione.

6 Donec, eſt aduerbium limitatiuum, Decius conſ.621.num.7.Chaſen.conſ.11.num. 19.Deci.conſ.637.num.12.& conſ.585.nu. 11.Caualc.de vſufr.mul.cap.9. num.79.fol. 229.vbi plures tradit,quod iſta dictio eſt finitatiua,& reſtrictiua.

7 Donec,infinite accipitur, Luc.de Pen.in l.ſi ad Magiſtratum,col.3.ad fi.de Decurio. lib.10.C.& eſt repetitiua, vt per Caſtr.cõſ. 86.num.9.vol.1.vbi vide exemplum.

Singul. XLVII. de dictione, Dum.

SVMMARIVM.

1 *ISta dictio,habet varias ſignificationes,accipitur pro quia,pro tantum,pro donec, quandoq; denotat continuationem actus.*

2 *Huiuſmodi dictio, dum,donec,quandiu,tria tempora reſpiciunt , præteritum , præſens , & futurum.*

3 *Iſta dictio,dum, denotat actum dum eſt in fieri, non in facto eſſe.*

4 *Dum , & donec , ſunt eiuſdem naturæ , & ita quæ dicta ſunt in dictione donec , adaptari poſſunt huic dictioni, & precipue,quod iſta dictio, dum,importat conditionem,ſeu ſuſpenſionem.*

5 *Facit conditionem iſta dictio, dum, iungitur rei perfectæ.*

6 *Dictio,dum,& donec,& ſimiles,in vltimis voluntatibus faciunt relictum annuum.*

1 ISTA dictio, dum , varias habet ſignificationes,vt per glo. in pragm. ſanct. in tit.de cauſis,in §.inoleuerũt,in verſ.dũ fol.109.col.1.& Alber.in ver. dum,& Mandoſ. in glo.facul. §.ſane in ver. dum,fol.79. quia ſecundum eos, iſta dictio accipitur pro,quia,vt in l.diem,ff.de arbitr. item pro tantum,§.ſed nondum,inſt.vi bonor. rap.quandoq; pro,donec,l.1.§.circa,ff. de offi.præf. vrb. quandoq; denotat continuationem actus, vſquè ad fi.l.diuortio, ff. de neg.geſt.vt per Alber.& glo.prag. & Mãdoſ.ſupra citatos.

2 Obſeruãdũ eſt, quod huiuſmodi dictio,
dum,donec, quandiu,tria tẽpora reſpiciũt,
ſcilicet pręteritum, pręſens, & fututum; vt
per Mandoſ.in glo. facul.§. ſane,in verſ.dũ,
fol.78.pręteritũ reſpicit, Gen.cap.42. Quia
peccauimus in fratrẽ noſtrum, videntes angustias animę illius,dum depræcaretur nos,
&nõ audiuimus,& Pſal.31.Quoniam tacui,
inueterauerunt oſſa mea,dum clamarem to
ta die,l.diuortio,ff.de neg.geſt.ibi hac ita ſi
in negotijs geſtis , dum geſſit facere potuit,
præſens tẽpus denotat, 2.Reg.cap.11.Dum
hæc agerentur,& Thob.cap.11.Dum ex eodem loco, ſpecularetur adductũ eiq.& Nelius in l.in tantũ, §.ſi quis ergo,ibi dũ mortuũ inferr in locum ſuum, ff. de rerum diui.
l.3.ibi dum in Prouincia eſt, ff.de offi.Pręſ.
& l.2.ff.de in ius vocan.ibi;nec Pontificem,
dum ſacra facit,& parum poſt,nec iudicem
dum de re cognoſcit,& ibi not.Iaſſ.num.4.
Quod iſta dictio,dum, denotat actum dum
eſt infieri , non in perfecto facto eſſe, vt in l.
3 ſi quis id quod,verſ. quod ſi dum proponitur,de iur.om.iud.l.Arboribus,§.Iulianus,
vbi tex.& glo.de vſufr.& vtrobiq;Bal.inducit ad ſtatuta , & Iaſſ.in l.clam poſsidere,§.

quia

qui ad nundinas, num.3.& ibi Aretin.ff.de acquir.poſſ.futurũ tempus denotat in l.bones.§. hoc ſermone,dũ nupta erit, de verb. ſig.& in l Imperator.ff. de ſtat.hom. & Virgil.3.Æneid.dũ memor ipſe mei, dum ſpititus hos reget artus.

4 Obſerua ſecundo, quod dum, & donec, ſunt eiuſdem naturæ, vnde dicta ſupra in dictione donec, adaptari poſſunt huic dictioni, & ſignanter, quod iſta dictio, dum, importat cõditionem, ſeu ſuſpenſionem, Neapod. in conſu.ſi qua mulier, nu.15.de mul.haben. filios, fol.208.Bar.in l.1.n.17.ff. de cond.& demonſtr.& in l.1.nu.1.C.de leg.Iaſ.in l.clã poſsidere, §.qui ad nundinas, nu.4.de acq. poſſ.gloſ.& Bar.in l.ſi quis ita, ff.de cond.& demonſt.Iaſ.in l.2.in 2.lect.nu.4.ff. de in ius voc. & in l. non exigimus.§. quod nu.5.ff.ſi quis caut. Siluan.conſ.18.n.10.Pariſ. conſ. 95.n.47.vol.2.Dec.conſ.526.n.2. Mando.in gloſ.facul.§.Sane.in verſ.dum, fol.79.

5 Sed intellige, quod facit conditionẽ, quãdo iſta dictio, dum, iungitur rei perfectæ, vt in c.præterita de elect.& in l.qui cócubinã, §.vxori de leg.3.& Io.de Ligna.in c.verũ, de cond.appoſ.ſecus vero ſi iungitur rei perfectæ, quia facit modũ, vt in queſ.quã ꝓponit Io.Andr.in c.nõ poteſt de prębend.in 6.& Specul.in tit.de leg.§.penul. verſ. ſed quid ſi indulgentia? ita declarat glo.in prag.ſanct.tit. de cauſis, in §.inoleuerunt, in ver.dum, fol. 109.col.1.& ad hoc vide Bart.in l.1.nu.17. ff.de cond.& demonſtr. & Ioan.Andr.in c. ex tuarum, de vſu Pal.

Et an iſta dictio, inducat conditionẽ actu perſeuerãtem? vide Io.Andr.in add.ad Speculat.tit.de cond.appoſ.vbi tractat quęſtionem, ſi cõmunitas alicui dederit prædia publica in emphyteuſim, dum Princeps conſenſerit, an ſufficiat Principẽ ſemel conſenſiſſe, an vero requiratur Principẽ in conſenſu perſeuerare? de quo etiam vide Iaſ.in l.2.in 2. lect.n.4.ff.de in ius voc. Mand.in glo.facul. §.ſane, in verſ.dum, fol.79.& vide quos citat Caual.de vſufr.mul.c 9.nu.115.fol.279.

6 Tandem obſeruandum eſt, quod dictio, dum, & donec, & ſimiles, in vltimis voluntatibus, faciunt relictum annuum. Rom.conſ. 516.n 9.Mandoſ.in glo.facul.§.ſane, in ver. dum, in fin.fol.79.vide quos citat Caual.de vſufr.mul.cap.9.nu.115. fol.279. vbi affert plures DD.& Boer.deciſ.44.nu.39. ad fi.& quod reſtringat, vide Cauale.de vſufr.mul. cap.9. num.79.fol.229.

Singul. XLVIII. de dictione, Duntamen.

SVMMARIVM.

1 *Iſta dictio, duntamen, de ſui natura reddit actũ cui apponitur conditionalem, & actum perſeuerantem importat.*

2 *Et requiritur, quod de neceſſitate exiſtat illud, cui iſta dictio, duntamen, iniungitur.*

3 *Iſta dictio, aliquando nõ facit modũ, neq; conditionem, ſed ponitur in textu alicuius noui caſus.*

1 ISTA dictio, duntamen, de ſui natura reddit actum cui apponitur cõditionalem, & actum perſeuerantem importat, tex. in cap.licet, & ibi notat Pau. n.5.& 10.de translat.Pręl & ibi Zach.& Io. Franc.in addit.glo.in Clem.ei quem, de conceſ.præb.glo.in c.non poteſt, de conc.pręb. in 6.Bart.in l.4.§.vxores, de legat.3.Burſat. conſ.44.vol.1.num.27.Bar.in l.ſi quis ita, de cond.& demon.& in l.1.eod.tit.

2 Et requiritur, quod de neceſsitate exiſtat illud, cui iſta dictio, duntamen, iniungitur, Rui.conſ.137.nu.2.vol.1.& conſ.215.nu.6. eod.vol.1.& iſta dictio, ſiue ſonet in modũ, ſiue in conditionem, debet adimpleri actus, & ante adimplementũ non conſequitur effectum ciuilitatis, Anchar.conſ.169.n.2.verſ. ſiue enim, Dec.conſ.661.nu.12. verſ.ſecundo, vbi loquitur de dictione, dũmodo, tamẽ contrarium tenet Alciat.conſ.211.n.3.

3 Sed aliquando iſta dictio, duntamen, nõ facit modum, neq; conditionem, ſed ponitur in tex.alicuius noui caſus, vt in l.in offerendis, C.de appell.Neapod.in conſu.ſi qua mul.nu.6.de muli.hab.filios, fol.206.

Singulare XLIX. de dictione, Ad.

SVMMARIVM.

1 *ISTA dictio, Ad, accipitur incluſiue.*

2 *Accipitur etiam pro iuxta, vel ſupra.*

3 *Denotat cohærentiam.*

4 *Ad, in cõpoſitione, perfectionem actus deſignat.*

5 *Aliquãdo ponitur pro intus, aliquando pro cum, pro vt, & pro in.*

6 *Dictio iſta, ad, aliquando accipitur pro, poſt.*

7 *Aliquando accipitur pro ſub.*

8 *Dictio, ad, denotat cauſam finalem.*

Digitized by Google

9 Ad,denotat per.
10 Plures ſignificationes huius dictionis,ad.
*11 Ad hoc,ſi dicatur, tunc dictio ad hoc,denotat,
ideſt,ad effectum eorum,quæ ſequuntur.*
12 Ad hoc,ideſt,iuxta hoc,ſiue ſecundum hoc.
*13 Ad beneplacitum,quando denotet conditionem,
quando vero non?*
*14 Ad beneplacitum,ideſt,arbitrio noſtro,ſeu do-
nec nobis placuerit.*
*15 Ad beneplacitum noſtrum, per mortem cenſe-
tur reuocatum,ſecus ſi dicatur,ad beneplacitum
Sedis Apoſtolicæ,quia tãtum per reuocationem
ceſat,& ibi vide,an per mortem concedentis re-
uocetur?*
*16 Confeſſor habens licentiam ad beneplacitum,ex
pirat ipſa licentia, mortuo Epiſcopo.*

VARIÆ huius dictionis repe-
1 tiũtur in iureſignificationes,
Primo accipitur incluſiue,vt
ſi dicam:promitto tibi ſolue-
re ad diem S. Ioannis , nam
illa dies Sancti Ioannis erit cõprehenſa, ita
quod niſi finito illo die,non potero conue-
niri, Oldrad.conſ.49.nu.6. ſic ſi dico,do ſer
uo meo libertatẽ ad annum, quod moriar,
intelligitur poſt annum,l.qui duos,§.1.ff.de
manum.teſt.& ratio,quare accipitur incluſi
ue eſt,quia ſi ego promitto ad diem certum
ſoluere,illo die non poſſum conueniri,quia
nunquam certum eſt illo die datum nõ eſſe,
niſi poſt illum diem,§.in diem,Inſt.de verb.
oblig. Dec.in l.2.§.creditum, num.11.in fin.
in 1.lect.ff.de reb.cred.& eſt bonus tex.in l.
item queritur,§.ſi in lege, ff.loca.vide,an te
neant cum Oldrad. Alber.in Auth.hoc ius,
col.2.C.de Procurat. & in l.ordinata paulò
ante finem,de liber.cau.& in diction.in ver.
ad, Bart.& Bald.in l.ſi cui legetur.de leg.1.in
prin. & ibi quoq; Alex.& Aret.col.2. & alij
quos refert Tiraq.de retr.linag.§.1.gloſ.11.
nu.67.& quod ſtet incluſiuet,enet Mandoſ.
in gloſſ.facult. §. ac etiam, in verb. ad, fol.
255.colum.1.

2 Secũdo accipitur,pro iuxta,vel ſupra,vt
in l.quidam hiberus, ff.de ſeruit.vrb. præd.
ibi,non licet tibulos habere admotos ad pa
rietem,vbi glo.in verb.ad parietes expones
illud verbũ(ad parietẽ) dicit,Ideſt,ſupra pa
rietẽ, vel ad parietem,ideſt,nimis prope,&
pro hoc facit,quod trad.Bat.in l.meminiſſe
num.4.ff.de offi.Proconſul. vbi dicit, quod
dictio,ad,denotat coherentiam, ex quo in-
3 fert , quod ſi ſtatuto caueatur, quod ſi quis
agrediatur aliquem ad domum ſuam,punia
tur certa pœna, ſi agrediatur in portico,vel
hoſtio.quod debet illa pœna puniri,quia di
ctio,ad,denotat coherentiam.

4 Tertio,ad,in compoſitione,perfectionem
actus deſignat, Mandoſ. in reg. Cancel.34.q.
66.num.3.vel 2.fol.207.& 2.Reg.cap.24.ad
augeat Dñs Deus tuus, ad populum tuum, l.
non putabam , & ibi gloſ. Alb. & Bald. ff.de
cond.& demonſtr. Archid.in cap.Presbyter,
in prin.78.diſt.Oldra.conſ.49.col 2.in fi.Fe-
lin.cap.cum vigeſimum,poſt nu.7.verſ.ſed ſi
dicatur, cum peruenit ad annum 18.de offi.
de leg.Mandoſ.in glo.facul.§.etiam,in verſ.
ad,fol.255.col.2.& ibi; quod deſignat quen
dam acceſſum,& quod aliquãdo ponitur pro
intus,& aliquando pro cũ,& aliquando pro
5 vt,& aliquando pro,in,& ibi in fi.vide quos
citat de hac dictione ,ad, Alexan. in l.ſi cui
legauit, n.3.de leg.1. Luc.de Pen.in l.1.col.
5.ad fin.in verb.ad agrũ,C.de agent.in reb.
lib.12.Alber.in dict.in verb.ad.

6 Quarto accipitur pro poſt, vt in l.militis
codicillis, & ibi glo.in verb.ad teſtamentũ,
& ibi Bar.& Bal.ff. de teſt.milit. & ibi gloſ.
exponit ad teſtamentum, ideſt, iuxta teſta-
mentũ,vel poſt teſtamentum, & ten.Tiraq.
de retr.lign.§.1.glo.11.nu.67.qui in id citat
Cicer.ad Atticum lib.12.aut neſcio quid in
terſit,vtrum illud nũc veniam,an ad decem
annos,& iterũ ſolebat me pungere,ne ſam-
pſicerani merita in patriam ad annos ſexcen
tos maiora viderentur, quam noſtra, ſuper
quod citat, vide Alex.conſ.137.col.3.verb.
peccat in alio, vol.2. & vide etiam tex.in l.
qui duos, §.1.ff.de manum.teſt. vbi tex.ipſe
declarat verbum, ad annum , accipiendum
eſſe,ideſt,poſt annum.

7 Quinto,ad, quandoq; accipitur pro ſub,
vt ſi dico,accipio rem hãc ad annuum cen-
ſum, vel ad tributum,vel ad emphyteuſim,
ideſt,ſub annuo cenſu, ita ſumitur in cap.fi.
ne Prælati vices ſuas.

Sexto,ad,denotat cauſam finalem, Soci.
8 Iun.conſ.48.nu.2.volum.3. Mandoſ.in reg.
Cancell.34.quæſt.66.num.5. vol.2. fol.207.
vbi dicit quod denotat perfectionem actus
& cauſam finalem,ſeu ſubſtantialem.

9 Septimo, ad, explicatur, & denotat per,
vt non poſsit rem Eccleſiæ locare ad vitam,
vel ad longum tempus,ideſt,per tempus vi-
tæ,vel per longum tempus,ſic in Clemen.1.
de reb.Eccleſ.non alien.vbi gloſ. & D.D.ci-
tant iura hoc modo loquentia.

De

De hac dictione, ad, vid. Tiraq. de retr.
10 lign.§.1.gloſ.11.num.67.vbi in genere plu-
res Doctores citat, de hac dictione differen
tes, ſed nihil certum determinat, & vide etiã
Archid. in cap. ſi gratioſæ, num.1. in fin. in
verb. ad ſuæ, & ibi Ioan. Andr. nu.1. de reſ-
cript. vbi plura iura recenſent de hac dictio
ne, ſed nihil decidunt, ſed in confuſo iura al
legant, prout Tiraq. vbi ſupra, & plures ſig
nificationes huius dictionis, ad, vide apud
Mandoſ. in gloſ. facult. §. ac etiam, in ver. ad,
fol.255. quas hic non refero breuitatis gra-
tia.

11 Obſerua, quod ſi dicatur ad hoc vt, tunc
dictio ad hoc, denotat, ideſt ad effectũ eo-
rũ, quæ ſequuntur, vt in c.1. in princ. de ſe-
queſtr. poſſeſſ. & in cap. ad hoc, 89. diſt. Mã
doſ. in gloſ. facult. §. volentes, in verb. ad
hoc, fol.175.

12 Item accipitur ad hoc, ideſt, iuxta hoc,
ſeu, ſecundum hoc, l. iubemus, §. ad hoc, &
ibi Luc. de Pen. exponit, ad hoc, ideſt, iuxta
hoc, C. de ſilenti. lib.12. Bart. in extrauag. ad
reprim. in ver. ad hoc, Mandoſ. in glo. facul.
§. volentes, in ver. ad hoc, fol.175.

13 Obſerua, quod ſi dicatur ad beneplacitũ,
de natura huius dictionis, vide Ioan. Andr.
in cap. ſi gratioſe nu.1. & ibi Archid. nu.1.
& ibi etiam Dom. & Franc. de reſcrip. lib.6.
& Dec. conſ.108. num.5. vbi declarat, quan
do iſta dictio denotat conditioné, & quan-
do non, & vide Bart. in l. centeſsimis, §. fin.
num.9. de verb. oblig. Io. Franc. Paui. de of-
fic. & poteſt. Cap. ſed. vac. in prin. 6. Prælu-
dio, Fel. in cap. ex literis num.10. de conſt.
Mandoſ. in gloſ. facult. §. volentes, in verb.
ad beneplacitum, fol.169. qui omnes con-
cludunt, quod dictio iſta ad beneplacitum,
ſignificat, ideſt, arbitrio noſtro, ſeu donec
nobis placuerit.

14 Et quod eſt differentia, an dicatur ad be
neplacitum noſtrum, an ad beneplacitũ Se-
dis Apoſtolicæ? Quia ſi dicitur ad benepla-
citum noſtrum, per mortem cenſetur bene-
placitum reuocatum, ſecus ſi dicatur, ad be
neplacitum ſedis Apoſtolicæ, quia tantum
per reuocationem ceſſat. De quo, & an per
mortem concedentis reuocetur? Vide Van
15 tium de nullit. ſent. C. de nullit. ex defect.
iuriſd. deleg. num.104. Capiſc. deciſ.136.
Ioan. Nichol. in tract. de hæret. not.4. pul-
chre Socin. conſ.77. num.1. cum ſeq. vol.3.
Io. Conſtantinum ad l. Gall. art.1. fol.4. Ay-
mon. in conſuet. Alber. tit.2. art.7. num.6.
fol.8. Gozad. conſ.22. in princ. & per tot.
maxime num.7. Marc. deciſ.624. in princ.
cum tribus num. ſeq. & Dec.780. num.6. in
1. par. Chaſſen. rubr.1. §.6. in verb. *Meſiers*,
num.82. fol.264.

16 Ex dictis infertur, confeſſores habentes
licentiam ad beneplacitum Epiſcopi, illam
concedentis ad audiendas confeſsiones, ex
pirare mortuo Epiſcopo. Nũcios vero crea
tos ad beneplacitum Summi Pontificis, &
Sedis Apoſtolicæ, mortuo Papa, qui illos
creauit, non ceſſare ipſorum Nunciorum
iuriſdictionem, quia Sedes Apoſtolica non
vacat.

Singulare L. de dictione, Et, &c.

SVMMARIVM.

1 Dictio, &, eſt copulatiua, et ſufficit alteram partem eſſe veram, ſiue copulet affirmatiue, ſiue negatiue.
2 Et, copulat principaliter, & copulat diuerſa.
3 Et, tripliciter ponitur; Primo pro etiam, implicatiue, ſecundo, pro item, continuatiue, & repetitiue; tertio ponitur ampliatiue.
4 Et, ponitur inter diuerſa.
5 Limitatur, niſi ponatur inter duo idem ſignificantia.
6 Si ponatur dictio, &, inter genus, & ſpeciem, cauſam, & cauſatum, ponitur declaratiue, pro, ideſt.
7 Quando ponitur inter ea, quæ ſunt eiuſdem poteſtatis, ſeu effectus, tunc ponitur pro, vel, & reſoluitur in diſiunctam, præſertim, quando ponitur inter incompatibilia, ſeu repugnantia.
8 Et, copulatiua eſt; & requirit concurſum copulatorum, quamuis non ſemper requirat concurſum vtriuſque copulati.
9 Et, habet virtutem copulandi, primo in ſenſu compoſito; ſecundo in ſenſu ſingulari.
10 Et, ampliat, & auget, non autem minuit, & põnitur pro, etiam.
11 Aliquando reſtringit diſpoſitionem.
12 Et, auget, & ampliat, ſeu adijcit ad præcedentia.
13 Et, auget in materia largá, in materia ſtrictá reſtringit.
14 Et, repetit qualitatem præcedentem.
15 Et, habet quamplures ſignificationes.
16 Et, quando ponitur inter perſonas, inter quas
eſt

Digitized by Google

eſt ordo charitatis,tunc non coniungit, ſed induxit ordinem.

17 *De natura huius dictionis, & quod illa decem modis vtimur.*

18 *Et, repetit qualitatem in ſequenti legato, quæ in primo fuerat adiecta.*

19 *Et,copulatiua,denotat eſſe paritatem,ſeu identitatem terminorum in copulatis.*

20 *Et,copulatiua, facit copulatos æque, & pariter admitti.*

21 *Et, eſt implicatiua.*

22 *Et,ſolet eſſe cauſalis,& ponitur pro quia.*

23 *&c. hæc abbreuiatio,&c. importat, quod ſub illa intelligatur,id quod in charta debet, & ſolet apponi.*

HAC dictione, Et,varijs modis
1 vtimur in iure, & primo eſt
copulariua,& ſufficit alteram
partem eſſe veram,ſiue copulet
affirmatiue,ſiue negatiue,
& copulat principaliter,&,co
2 pulat diuerſa; vide omnia iſta per Rebuf.
in concord.tit.de collat.§.1.in verſ. Canonicatum,
fol. 253. & an ſemper coniungat?
Vide Boher.decif.202.num.1.& 2. & quod
copulet principaliter tenet Chaſſen.rubr.7.
§.10.in verb.*deligne*,fol.1037.

Et, tripliciter ponitur,primo pro,etiam,
3 implicatiue.Secundo pro Item,continuatiue,
& repetitiue. Tertio ponitur ampliatiue,
& tunc diuerſa coniungit, vt de his per
Bermon.in tit.de Publ.concub. in princ. in
ver.Et, num.1 cum ſequen.fol.132.& 133.

4 Et, ponitur inter diuerſa,gloſ. & rubric.
de iur.& fact.ignor. gloſ. in cap. querellam
de ſimon. & in cap. vbi pactum de ſimon.
Rebuf.in concord.tit.de collat. §.1. in verſ.
Canonicatum,fol.253.Pariſ.conſ.39. num.
21.& conſ.95.numer.6. & 8.volum.1. Dec.
conſ.502.num.4.Gozad.conſ.33. numer.17.
Euerar. conſ.141.fol.384.Salon in prohem.
legũ Taur.num.151.Mandoſ.in gloſ.facult.
nos qui,in verſ.& fol.95. Iaſſ.in l. 1. de iuſt.
& iur.Mandoſ.in reg. 1. quæſt.10. num.11.
vol.1.fol.17.vbi alios citat.

Sed hoc intellige, niſi ponatur inter duo
5 idem ſignificantia,quia tunc ponitur declaratiue,
pro ideſt,Barr. Iaſſ. & alij in l. 1. de
iuſt.& iur.Bello.conſ.53.num.6.gloſ.in pragmat.ſanct.
tit. de pacif. poſſeſſ. poſt princ.
in ver.Et,fol.132.colum.4.Chaſſen. rub. 7.
§.10.in ver. *De ligne*,fol.1037.Mandoſ.reg.
1.quæſt.10.nu.19.vol.1. fol.18. gloſ. in cap.
cupientes,§.denique,de elect.in 6.Panorm.
in cap.Monaſteria,de vit. & honeſt. Cepola
conſ.17.nu.4.Salon in prohem. leg.Taur.
num.151. Mandoſ.in gloſ. facult.§. nos qui,
in verb.Et,fol.95.late Felin.in cap.ex,parte
1.num.32.verſ.copula,Et,de reſcrip.Beroi.
in rubr.de offi.deleg.nu.69.Pauin. de offic.
& pot. Capit.ſed.vac.in 3. Prælud.de virtu.
copul.

6 Idem eſt ſi ponatur inter genus, & ſpeciem,
cauſam,& cauſatum,quia ponitur declaratiue
pro, ideſt,gloſ.in pragm.ſanct. tit.
de pacif. poſſ. poſt princip. in verb. Et, fol.
132.colu.4. allegat.l.de quibus, ff. de legib.
& in l.1.de pact.& ibi gloſ.in verb. conſenſus.

Item,quando ponitur inter ea, quæ ſunt
7 eiuſdem poteſtatis, ſeu effectus, tunc ponitur
pro,vel, & reſoluitur in diſiunctam, vt
in exemplo, concedo tibi omnia, quę talis
exercere poteſt de iure, & conſuetudine;
quia tunc declaratur,ideſt,vel conſuetudine,
vt ſtet pro diſiuncta, Oldrad.conſ.161.
nu.8.& ibi additio Porrol. de conſort. cap.
1.ex numer.20. vbi optime. l. ſępe, vbi late
Alexan de verb.ſign.Tiraquel. de retr. lign.
§.1 gloſ.20.numer.3.ad fin.fol.291. Burſat.
conſ.81.volum.1.numer.20. Theſaur.decif.
189. numer.2. Mandoſ.in gloſ.facult. §.nos
qui,in ver.Et,in fin. fol.96.col.2.ad fin.Bertrand.
conſ.156.num.9.vol.9 Nam quando
ponitur inter incompatibilia,ſeu repugnantia,
reſoluitur in diſiunctã, & accipitur pro,
vel,prax.Pap.in for.lib.pro leg. rei patti, in
verb.valere,col.1.in 2.caſu,Mandoſ.gloſ.facult.
§.& proprium,in ver.&,fol.312.

Item,Et, copulatiua eſt, & requirit con-
8 curſum copulatorum, l. ſi hæredi plures, ff.
de condit.inſtit.Theſaur.decif.189.num.1.
Moron.in tract.de pace,quæſt.447. num.1.
& 2.fol.330.Anchar.reg.1.quęſt.9.num.6.in
1.par.fol.12. Dec.conſ.89.nu.2. Pariſ.conſ.
34.num.8.volu.2.Paul.conſ.44. nu.3. vol.1.
Bart.in l.1.num.2.& Iaſſ. num.2. ff. de iuſt.
& iur Felin.in cap.2.num.32.in verb.copula,
de reſcrip.Dec.conſ.417.num.1. & conſ.
433.numer.6. Mandoſ. in gloſ. facult. §.ac
etiam,in verb. pro tempore,fol.247. col.1.
Roch.de viſit.ver. Et ij,pag.254.Pariſ.conſil.
95.num.7.vol.1.& conſ.63,num.14. volum.
3. Aymon.in conſu.Alb.tit.1. art.4. nu.
7.fol.2.Plot.de in lit.iur.§.6.nu.33. fol. 84.
Tamen non ſemper requirit concurſum
vtriuſque copulati,Rom.conſ.104. num.4.

Alex.

Alex.conſ.64.numer.3. volum.7. Rebuf.in concord.rubr.de collation. §.1.in vet. Canonicatum, fol.253. Aymon. in conſu. Alb. rit.1.art.4.num.7.fol.2. Plot.de in lit.iur.§. 6.num.33.fol.84. quem vide.

9 Et, habet virtutem copulandi ptimo in ſenſu compoſito.2.in ſenſu ſingulari, vt per Aleiat.conſ.487.num.17.

10 Et,ampliat,& auget, non autem minuit, Plot.de in lit.iur.§.6.num.33.fol.84. Chaſſen.rubr.7.§.10.in verb. *De ligne*, fol. 1037. Bermon.in tit.de publ. concub.in princ. in verb.&,fol. 132.Pariſ.conſ.90.num.15.vol. 1.vbi dicit,quod ponitur pro, etiam, & ſic augmentatiue,& idem Pariſ. conſ.95. nu.6. & 8.eod. vol.1.& conſ.63. num. 14. vol. 3. Iaſſ.in l.re coniūcti,num 38. deleg. 3. Pariſ. conſ.17.num.24.vol.1.vbi ait,quod iſta dictio,&,quando ponitur geminate,auget,& non reſtringit,Mandoſ.in gloſ. facult. in §. & proprium,in ver.&,fol.312. Bald. in l.1. col.2.C.de ver.ſign. Socin.conſ.8. num.10. volum.1.Grat. conſ.9.num.83.vol.1.

11 Aliquando tamen reſtringit diſpoſitionem,vt per Peki. de teſt. coniug. lib.5. c.9. num.1.

12 Et, auget & ampliat, ſeu adijcit ad præcedentia eſt,tex.in l.ea tamen iunct. gloſ.& ibi Bart.not.ff.de leg.3.Bal.in l.1.C.quando non pet. par.pet. & in l.1. ff. de iuſt. & iur. Cin. in Auth. eiſdem C.de ſecund.nupt.vnde ſi relinquatur legatum mille ducatorum doctoribus Iuris & Medicis Cæſarauguſtanenſibus,tale legatum comprehendit , tam Medicos,quam Doctores Iuris , nec requiritur, quod idem ſit Medicus,& Doctor Iuris ſimul,ita Bald.in d.l.1. ff. de Iuſt. & iur. quem ſequitur Felin.in cap. 2. de reſcrip. vbi dicit, quod ſi legatum relinquatur militibus , & doctoribus , includitur ſimplex miles , & ſimplex doctor. Hinc etiam eſt, quod ſi teſtator legauerit equum ſuum & arma,intelligitur legaſſe arma equi & equitantis,quia natura copulæ eſt ampliare, quā plurimum poteſt.d.l.ea tamen.

13 Aduerte autem , quod id quod diximus copulam augere,& ampliare, intelligitur in materia larga , vt in materia legatorum,ſed in materia ſtricta copula reſtringit , & ita infert Io. de Imola,quod pœna impoſita à ſtatuto,nobili & baſtardo percutienti officiarium Regis , requirit vtramq. qualitatem, & ſic nobiles non baſtardi , vel baſtardi nō nobiles,non cōprehēderētur in tali ſtatuto.

14 Hæc copula repetit qualitatem præcedentem. l. auia in princ. iuncta gloſ. ff. de cond.& demonſtr.l.ſeiæ.§.Caio.& ibi Bar. ff. de fundo inſtructo. Vnde infertur,quod ſi teſtator legauerit Titio fundum,ſub conditione,ſi Nauis ex Aſia venerit, & domū, in legato domus cenſetur,repetita dicta cōditio,ſi Nauis ex Aſia venerit per tex.in d. l. Auia,& in d.l.Seię.§.Caio,& Bart.in d. l. 1. ff.de iuſt.& iur. quod limita per Bar.in d. §. Caio.

Vnde infertur,quod ſi maritus relinquat vxori in teſtamento omni anno , ex fundo ſuo Semproniano , decem ſaccos frumenti, & decem florenos,quod decem floreni erūt ſoluendi tempore meſſium , ſicut frumentū propter coniunctionem , quam habent ſimul,ita notauit Bart.in l. ſi legatarius. §. ſi. ff.de leg.3.

15 Et qui plura de natura & proprietate iſtius dictionis, Et , ſcire voluerit,per legat. Nat. conſ.573.num.14.& conſ.582.nu. 19. & conſ.626.num.17.Ruin.conſ.104.vol.5. num.21. Pariſ. conſ.111.volum.1. num.23. Ruin.conſ.91.volum.4.num.5.Burſat.conſ. 141.volum.2. ex num.43.Iaſ.in l.Gallus. §. quidam recte num.35.ff.de lib. & poſthum. Mandoſ.in gloſ. facultatum.§. & proprium in verbo, Et,pag.312. Brun.à Sole in quæſt. legal.quæſt.35.num.4. Iarc Rodul. Cuperſ. in cap. oportebat 79. d. §.textus ſequitur, ex num.1. pag.170. Couar. in cap. Rainutius,§.2.ex num.1.de teſtam.Menoch.conſ. 4.num.22.volum.1. Abb. nume. 6. & Felin. ex num.21.in cap.2. de reſtrip. Anchar. in cap.1.de conſtit.num. 35. Socin. Iun. conſ. 83.num.22. volum. 1. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſ.20 num.3. ad fin. Alexan. conſ.101.num.8. volum.3.& conſ.25.vol.7. num. 15. Peritiſſimus Hieronym. Porroles tract.1.de Conſortibus cap.1.num.20.aſſerens cum Cepol.in l.ſæpè num.4,ff.de verb. ſignifi.in cap.Clerici arma de vita & honeſt. Cler.ad ferendam excommunicationem minime copulatiue iſta duo requiri , ſcilicet, quod clerici arma portent, & vſurarij exiſtant,ſed alterum tantum ſufficere, vt excōmunicari poſsint.

16 Et, quando ponitur inter perſonas,inter quas eſt ordo charitatis , non abſtractus à ratione debiti naturalis, tunc natura copulę non eſt coniungere,ſed inducere ordinē, vt ſic copulati , non faciant ſibi partes per concurſum , ſed primo nominatus , primò voce-

vocetur,& eo excluſo, vocetur ſequens in ordine,ita ſentit gloſ. ſing.in l.Gallus §.qui dam recte, in verbo non exprimat, & ibi hoc notant Doctores (licet varie loquantur) ff.de lib.& poſthu.

17 De natura huius dictionis, Et, eſt φ illa decem modis vtimur,vide latiſs.Lucam de Penna in l.1.colum.3.C.de Caſtr.Pecul.mil. lib.12.& Mandoſ.in gloſ. facult. §. nos qui, in verb.Et,fol.94.95.& 96.Aymon. in conſu. Alber.art.4.num.7.

18 Natura huius dictionis, Et, eſt repetere qualitatem in ſequēti legato, quæ in primo fuerat adiecta,Bart.in l.ſi cui dulcia,de vin. tritic. oleoq. leg.gloſ. 1.in l. ſi ſic, quęmad. ſeruit.amit. Iaſſ. in l. legato generaliter,nu. 11.de leg.1.Aymon.conſ.9.num.25.Gozad. conſ.33.num.18.Cephal. conſ.16. num.20. volu.1. & Riminal. in princ. inſt. de donat. num. 495. fol. 186. & 187. vbi plures in id citat,& Guid. deciſ. 527. & omnino Socin. Iun.conſ.144.num.12.volum.3. & omnino Iaſſ. conſ.228.num.2. vol.2. Nauiſ.conſ.72. nu.14.16.& 20.

19 Et,copulatiua denotat eſſe paritatem, ſeu identitatem terminorum in copulatis, Bal. Paul.Salic.& Alex.in l.2.C.de ſuc.edic. Iaſ. in l.ſi à furioſo,§.ſi ſeruus,numer.1. de reb. cred.

20 Et, copulatiua facit copulatos ęque, & pariter admitti, l. vni. §. his itaque, C. de cad.toll. Iaſſ.in l. Gallus, §. quidam recte, num.21.de lib.& poſth. & in l. Titia textores,§.nihil.num.2.& 3.de leg.1.

21 Et,eſt implicatiua, Dec.in l.1. num.1.de offic.eius.Iaſſ.in l.1.§.municipes, num.4.de acquir.poſſ.gloſ.in l.ſed ſi,§.fi.in verb.eius, & ibi Imol.de vulg.Bart.in l. non ſolum, in princ.de nou.oper.nunciat.debet autem implicare caſum minus dubitabilem, ſecundū prędictos Doctores, & Roman. in l. qui ſe patris, C. vnd.lib.& Alex. conſ.23. volu.5. colu.3.Iaſſ.in dict.§.municipes,nu.4.

22 Et,in ſacris literis, dictio iſta coniunctiua, ſolet poni pro, quia, ita interpretatur Theophilat.illa verba: Et benedictus fructus ventris tui,ideſt, quia benedictus fructus,ideo benedicta Mater. Marci.5. habetur,anuncia illis,quāta tibi fecerit Deus,Et miſertus eſt tui,ideſt, quia miſertus eſt tui, & in Pſal.59. Da nobis auxilium,& vana ſalus hominis,ideſt,quia vana ſalus eſt ab homine, & Iſai.54. Tu iratus fuiſti,& nos peccauimus,ideſt,quia nos peccauimus;& Io.8. dixit Chriſtus. Scio illum,& mādatum eius ſeruo,ideſt,quia mandata eius ſeruo: Et ſic etiam arbitror intelligi poſſe, illud, Luc. 2. Gloria in excelſis Deo,& in terra,&c.ideſt, quia in terra pax, quę contingit pro bona Dei voluntate erga homines, aut hominū erga Deum; quem locum ita interpretatur Greg.Niſſen.in homil.Natal.Domini.

23 &c Hæc abreuiatio,&c. importat, quod ſub illa,intelligatur, id quod in charta debet,& ſolet apponi,Iaſſ.in l.argētarius, numer.3.de edendo,Alex.in l. Gallus, §. idem credendum,num.2.de lib.& poſth. & eſt ſimilium repetitiua,Rub.conſ.50.num. 9. Et an ſit diſcrimen, ſi dictio etcetera, abreuiate,an extenſe ſcribatur? Dec.in cap.nam cō cupiſcentiam,in 2.lect.num.3.de Conſt. vbi optime add.in lit.A. Et pone quę ibi tradit, vide Rebuf.de ver.ſign.pag. 765. quid contineat,&c.Ruin.conſ.132.volu.5.nu.8.Mantica pag.322.num.18.

Singulare. LI. de dictione, Etiam.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, Etiam, implicatiua eſt, & ponit caſum magis dubitabilem.*

2 *Eſt implicatiua ad maiora expreſſis, Etiam, in materia ſtricta, & exorbitante.*

3 *Iſta dictio eſt extenſiua, & ponit quę alias non erant dicta.*

4 *Dictio, Etiam, eſt repetitiua.*

5 *Aliquando abundat, vel ponit caſum minus dubitabilem.*

6 *Aliquando ſumitur affirmatiue.*

1 ETIAM, implicatiua eſt, & ponit caſum magis dubitabilē, l. Conuenticula, C.de Epiſc. & Cler. l.etiam, C. ſi tut. vel curat. Dec. in l. quamquam, num.16.C.de teſtam.milit.cap.vni. de com mod.& ibi Panor.num.3.tex.in Clem.Religioſus,& ibi Zabar. num.1. de præſ. Roch. de viſit.ver. etiam,pag.54.tex.in Clem. vni. §.fin.in princ. & ibi Zabar. num. 2. de ſup. neglig. & tex.in Clem.nolentes,ver.& tam, & ibi Zabar.num.1.de Hæret. Geminia. in cap.cum de beneficio,num.7.de præb. in 6. & ibi Celſus in addit.Iaſſ.in l.ſi cui legetur, §.Ti-

ſ. Titio,num.11. de leg.1.Deci. in l. qui ſe patris,num.11. C. vnde liberi, Socin. conſ. 23.num.7.volum.1. Pariſ. conſ.41. num.5. volum.4.& conſ.36.num.9. & conſ.65. nu. 18. & conſ.98. num.69. volum.1. Dec. in l. cognitio,num.2.ff.de offic.eius cui,Alexan. conſ.117 col.4.vol.2.& conſ.23. col.3. vol. 5. Calder.conſ.4.in fin. de præb. Deci. in l. nepotibus,in 2.notab.C.vnde legi. & in l.1. num.1.de iuriſd.omn. iud. & in l. qui iuriſdictioni num.23.eod.tit. Gom.in regul.can cell. in compend. vtrius ſignatu. fol.164.in princ.Cephal. conſ.68.num.9.vol.1. Socin. Iun.conſ.41.num.32. vol.3. Bermon. in tit. de publ.concub.in verb.etiam, num. 2. fol. 148.Riminal.in princ. de donat. num.164. fol.95.& num.198.fol.132. & idem Riminald.in ſ.1.quib.alien.numer.139.fol.555. Gemin.in c. cum in illis, ſ. illis vero, num. 4.de præb. in 6.

Ratio eſt,quia iſta dictio eſt implicatiua
2 ad maiora expreſsis, etiam in materia ſtricta,& exorbitante,Pariſ. conſ.46. num.30. & 31. & Dec.conſ.696.nu.13. & conſ.466. num.17. Menoch. de recup. poſſ. remed. 9. nu.256.fol.146. vbi plures in id citat, Mandoſ.de ſignat.fol 73.colum.1. in fin. Belam. deciſ.734.num.5.qui volunt, quod iſta di-
3 ctio eſt implicatiua, & auget, vt etiã Ruin. conſ.21.num.3.vol.1.Siluan.conſ.64.nu.10. vbi plures citat tenentes, quod iſta dictio eſt extenſiua, & ponit, quæ alias non erint dicta,vt etiam tenet Dec.conſ.696.nu.13.

Etiam, includit diuerſas ſpecies ab expreſsis, Riminal. in princ. per quas perſon. num.8.fol.627.vbi plures.

Etiam,eſt repetitiua,Boer. ad conſu. Bi-
4 tur.tit.de iuriſd,omn.iud.ſ.1.gloſ.fin. & repetit qualitates præcedentes, Boſsius in tit. de rapt.mul.num.8. fol. 326. & eſt repetitiua præcedentium,cum omnibus ſuis qualitatibus,Nat.conſ.476.nu.8.

Etiam,aliquando abundat, vel ponit ca-
5 ſum minus dubitabilem, Bart.in l.ſuus quoque,num.4.ff.de hæred.inſt.aliquando ſumitur pro,item,vt in l.re coniuncti,de leg.3.& in l. ſi quis ex his,ſ.fi.vnde liberi, & in cap.
6 cum omnes, de conſtit. aliquando ſumitur affirmatiue, vt Matth. cap.3. ibi, Propheta etiam, & pluſquam Propheta, & Ioan.11. Etiam Domine,tu ſcis,quia amo te. Aliquãdo ſumitur pro, ſcilicet, Gozad. conſ.73. num.15.

Singulare LII.de dictione, Imo.

SVMMARIVM.

1 *Iſta dictio de ſui natura eſt coniectiua præcedentium,& eius effectus eſt, vt vltimum valeat.*

2 *Dictio,Imo,eſt aduerſatiua,& auget.*

3 *Si dicat Iudex in ſententia, abſoluimus Titium, imo condemnamus;cenſetur cõdemnatus, & non abſolutus.*

4 *Si teſtis diceret vnum, & poſtea diceret, Imo ſic, vltimum dictum valebit, & non diceretur vacillaſſe,ſed ſe ſtatim correxiſſe.*

5 *Aliquando iſta dictio non ponitur correctiue,ſed copulatiue, & ampliatiue, vt quando ponitur cum dictione, Etiam,vel cum copula,&c.*

6 *Interdum etiam iſta dictio, Imo, ponitur alternatiue, quando ſcilicet in præcedenti eſt eadem ratio,vel maior.*

ISTA dictio de ſui natura regulariter eſt correctiua
1 præcedentium, & eius effectus eſt, vt vltimũ valeat, Paul. Caſtr.in l.ſi qua, 21. per eum tex. num. 1. ff. ſi ſeru. vend. vbi declarat tex. qui in contrarium facere videntur, & probatur in l.ſi.ita ſcriptũ, quę eſt,46. ff. de hæred.inſt & ibi late Bart. vbi etiam de hac dictione agit, & eſt tex.in l. Stichus, imo, Pamphilus, & ibi Bart. ff. de manum. teſt. Doctores in cap.filij de hæret. in 6. & Doctores in l.Pomponius,ff.de neg.geſt.tex.in l.1.in princ.ff. ad leg. Rod. de iactu, Panor. in cap.accedens,num.9. per eum tex. vt lit. non conteſt. & ibi magna additio ad eum Panormit.in cap.inter corporalia,num.17. & ibi Zachar.in addit. in verſ. de dictione, Imo,de translat.Prælat.tex.in cap.innotuit, verſ pari poſt eum, imo eadẽ, & ibi Panor. num.5 & ibi additio ad eum, de elect. gloſ.
2 in cap. prædicator.16. quæſt.1. Felin. in cap. nemo,in princ.de ſimon. Aret.conſ.18. verſ. ſed in contrarium. Alciat.conſ.577. num.4. fol.401.vbi ait, quod dictio, Imo, eſt aduerſatiua, & auget.

3 Hinc eſt, quod ſi in ſententia diceretur, abſoluimus Titium, imo condemnamus, quod cenſetur condemnatus, & non abſo-

lutus

lutus,Paul.Caſtr.in l.1.num.16.de nouo,C. faci.poſt Bald.ibidem,pro quo eſt gloſ. expreſſa,in cap.prædicator,in verſ.imo, 16.q. 1.& tenet Roman in l.1.de re iudic. vbi vide Imol. & Alexan. & quod per iſta verba cenſeatur condemnatus,tenet ipſe Roman. conſ.14.& Dec.conſ.445.num.11. quem vide, ſed de veritate huius deciſionis, vide quos citat Curt. in addit. ad Paul. in dicta l.1.nu.16.in verſ. de dictione, Imo, de nou. C.faci. Alexan. conſ.90. colum. penult.vol. 1.& conſ.119.col.penult. ver. & quamuis, vol.3.& in l.iudex poſteaquam,de re iudic. Felin.in cap.qualiter,& quando, el 2. colu. 16.verſ.fallit,2. de accuſat.

Hinc etiam eſt, quod ſi teſtis diceret vnū,
4 & poſtea diceret,imo,ſic,quod vltimum dictum valebit, & non dicetur vacillaſſe, ſed ſe ſtatim correxiſſe, Paul. Caſtr. in l. ſi qua, num. 2. ff. ſi ſeruit. vend. & ante eum,idem tenuerat Bart. quem non allegat, in l. ſi ita ſcriptum,num.2.de hæred.inſtit. & Bart.citat Specul.in tit. de teſte.

5 Aliquando tamen iſta dictio non ponitur correctiue,ſed copulatiue; & ampliatiue, ſcilicet, quando ponitur cum dictione, etiam,vel cum copula, &, vt declarat Bart. in l.1.§.quibus, num.17. de nouo. C. faci. per eum tex.& ſequitur Dec. in l. cognitio, per illum tex.num.3.ff.de offic.eius,vide Alciat.conſ.577.num.4.vbi dicit,quod iſta dictio auget.

6 Interdum iſta dictio,Imo,ponitur alternatiue,quando ſcilicet in præcedenti eſt eadem ratio,vel maior,vt in l.iubemus,§.œconomus,C.de ſacroſanct. Si vero non eſt eadem ratio,tunc ponitur correctiue, vt in l. ſi vehenda, in princ.& §.2.ff.ad leg.Rod. de Iactu, & alijs iuribus,in princ. allegatis, ita tenet Bart. omnino videndus in l. ſi ita ſcriptum,num.1.ff.de hęred.inſtit,& in l.1. nu. 17.de nou.C.facien.& Paul. Caſt.in l.ſi qua, num.1.& ſeq. ff.ſi ſeru.vendic.

Singulare LIII.de dictione, Infra.

SVMMARIVM.

1 *INfra triginta dies, iſta dictio includit vltimū diem.*

2 *Excludit de ſui natura diem,quo aſſignatur terminus, & ſic quando aſſignatur terminus per iſtam dictionem, Infra, dies ipſe primus termini non computatur in termino, & natura huius dictionis eſt,quod contineat contenta inter extrema,quibus adiungitur.*

3 *Dictio iſta,an ſit incluſiua,vel excluſiua?*

4 *Infra,denotat actum immediate ſequentem terminum cui adiungitur,aliquando actum mediatum,aliquando extremam partem.*

5 *Infra, iuncta tempori, denotat diminutionem, ſeu imperfectionem temporis.*

6 *Infra,proprie refertur ad locum, licet quandoque reſpiciat tempus.*

INFRA triginta dies,iſta di-
1 ctio includit vltimum diem, Oldrad conſ.49.num.5. & natura huius dictionis eſt,quod excludit diem, quo aſsignatur terminus; & ſic quando
2 aſsignatur terminus per iſtam dictionem, Infra, dies ipſe primus termini non cōputatur in termino,& natura huius dictionis eſt, quod contineat contenta inter extrema,quibus adiungitur,Chaſſen.rubr.1.§.8.in verb. *Iour*,nu.8.verſ.& primo,& num. 9. fol.323. & omnino, Tiraquel. de retr. lignag. §. 1.
3 gloſ.11.num.76.fol.219.vbi plures congerit tractantes,an iſta dictio incluſiua ſit, an excluſiua? Inter quos vide Collectar.in cap. 1. in princ. & ibi quoque Panor. in 1.notab. de Cler.coniug. Bald.in marga. in verb. infra,& eundem Bald.conſ.115.vol.4.Zabar. in prohem.Clem.in §.ſane, queſt.9. Panor. in cap.ex parte, in 2. notab.de reſtit. ſpol. Corn.conſil.244.col.3.verſ.quia,volu.1.

Infra,denotat actum immediate ſequen-
4 tem terminum cui adiungitur,& aliquando actum mediatum,aliquando extremam partem, Gom.in cap.ſi annum,§.ſi vero, num. 2.& 8.fol.551. vbi vide alia de natura huius dictionis.

5 Infra,iuncta tempori, denotat diminutionem, ſeu imperfectionem temporis: vnde dicitur puellam eſſe conſtitutam, infra 12. annos,quando nondum peruenit ad pubertatem, Panor. in cap. ex parte,nu.3. de reſt. ſpoliat.

6 Infra,proprie refertur ad locum, l.in venditione,ff. de act. emp.ibi,Infra, domum,l. ſcire opportet,§.multa de excuſ.tut. cap.12 de aut.& vſu pal. Dec.in rubr.C.qui admitti,nu.8.in 1.lect.& nu.36.in 2.lect.licet quādoq. referatur, & reſpiciat tempus,ſecundū eum,ibidem plures tex.citantem.

Singu-

Singulare. LIIII. de dictione, Intra.

SVMMARIVM.

1 *INtra, proprie ſumpta refertur ad tempus, aliquando locum reſpicit.*

2 *Intra, ſi reſpicit locum, denotat intrinſicitatem loci, & verificatur in qualibet parte loci.*

3 *Intra, ſi reſpiciat tempus, includit vltimum diem anni; Infra, an ſit incluſiua, vel excluſiua?*

4 *Intra, & extra, ſibi ex diametro aduerſantur; & ſimiliter intra, & poſt.*

1 INTRA, proprie ſumpta refertur ad tempus, vt in l. 1. ff. de dol. excep. & in l. emancipata, C. qui admit. trad. Dec. in rub. C. qui admit. num. 8. in 1. lect. & num. 36. in 2. lect. & ibi etiã tradit, quod aliquando locum reſpicit, vt in l. 1. §. ſin autem, ff. de nou. oper. nunc. ibi, intra oppida. vide Rebuf. de ver. ſign. fol. 699. & 700.

2 Intra, ſi reſpicit locum, denotat intrinſicitatem loci, & verificatur in qualibet parte loci, vt ſi dicam, facias intra diœceſim, vt in cap. cum ſuper, & ibi Panor. num. 2. & ibi addit. de auctoritate & vſu pallij, gloſ. in l. ſi ſtatim de iniur. Doctores in cap. ſolitæ, de maior. & obed. vide Gom. infra allegatum.

3 Quod ſi iſta dictio, Intra, reſpiciat tempus, vt V. G. ſi dicatur, intra annum ſoluere tenearis, includit vltimum diem anni. Bart. in l. 1. ff. de offic. Præfect. Vrb. per illum tex. in l. 1. §. quod diximus, de ſucceſ. edict. Oldra. conſ. 49. num. 4. Cagnol. in l. quotiens nu. 4. de Reg. iur. fol. 76. Gomes. in §. rurſus num. 11. de action.

Intra, an ſit excluſiua, vel incluſiua? Vid omnino Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 11. num. 71. fol. 218. vbi plures citat, inter quos, vide Alciat. in l. ſi quis ſic dixerit. de ver. ſignific. Aret. in l. ex facto. §. itẽ quæro, col. vltim. verſ. no. vlt. ff. de vulga. Oldrad. conſil. 49. Bart. in l. qui ita, de dote præleg. Alber. in diction. in verb. intra, Bart. in l. 1. §. cum vrbem ad fin. & ibi Alberic. & Bald. in §. in initio. ff. de offic. Pręf. Vrb. Bald. in Margarita in verbo intra, Bald. conſ. 115. volu. 1. Roma. & Aret. in l. qui ante Kalendas de verb. oblig. Alex. conſ. 8. colum. 2. verb. pręterea, vol. 4. & conſil. 211. colum. 1. vol. 6. Corn. conſ. 244. col. 3. verſ. quia, vol. 1. Socin. conſ. 211. in prin. vol. 2.

4 Intra, & extra, ſibi ex diametro aduerſantur, vt patet in l. 1. §. ſi autem. ff. de aqua. quot. & eſtiua, gloſ. in l. ſi fines in fi. C. de euicti. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 11. num. 72. fol. 218. & idem dicit eſſe inter dictionem intra, & poſt, quod ſibi ex diametro aduerſantur.

Singulare LV. de dictione, Interdum.

1 *INterdum, de ſui natura preſuponit regulam in contrarium, & denotat exceptionem, & raritatem.*

2 *Aliquando iſta dictio, Interdum, denotat regulam.*

1 DE natura huius dictionis, interdum, eſt vt præſuponat regulam in contrarium, & denotat exceptionem, & raritatẽ, vt in l. interdum, ff. de minor. l. interdum in princ. & ibi glo. & ibid. Salic. ff. de cond. indeb. l. interdum, & ibi etiam Salic. in princ. ff. qui pot. in pign. hab. & renet Signor. conſ. 155. col. 4. ver. item certi ſunt, Alber. in l. ait prætor, §. interdum, de neg. geſt. vbi dicit hanc dictionem ſignificare caſum ſpecialem, & ten. Tiraq. de retr. lign. §. 1. glo. 9. num. 224. fol. 157. quem omnino vide, & glo. in l. fin. ff. vt in poſſ. legar. glo. in l. qui aliena, §. interdum, ff. de acq. hęred. & glo. in l. legitima, & ibi trad. Paul. Caſtr. num. 4. ff. de pact. & probatur eleganter in l. 1. §. duo autem, ff. de aqua quot. & ſtiua, & in l. 2. C. de Carbon. edict. & tenet Gomeſ. in §. ſed iſtę, num. 21. de act. qui allegat Corn. conſ. 13. colum. 1. vol. 4. & tex. in l. interdum, de verb. ſignif. & tex. in l. ſeruitutes, §. ſtillicidium, de ſeruit. Vrb. Præd. & in l. Interdum, de vſufru. accreſc. l. ſi vt certo, §. interdum, ff. cõmodat, §. interdũ, Inſt. de hæredit. quæ ab inteſt. de fer. ac tenet etiam hoc ipſum Dinus in l. nemo plus iuris de reg. iur. Alber. in l. interdum, in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſſ. in l. admonendi, num. 7. ff. de iureiuran. & idem Iaſſ. in l.

iuris

Digitized by Google

iuris gentium,§. Prætor ait, num. 22. ff. de pact. gloſ. in pragm. ſanct. tit. de cauſis,§. inoluernnt, in verſ. interdum, fol. 108. colum.4.

2 Aliqnando tamen videtur, qnod iſta dictio denotat regulam, vt in l.legitima. ff.de pact. & in cap. quemadmodum in fi. princip. de iur. iuran.

Singulare LVI. de dictione, In continenti.

SVMMARIVM.

1 *Iſta dictio, & ſimiles ſunt aduerbia temporalia, & de ſui natura denotãt celeritatem.*

2 *In continenti dicitur fieri charta de retro vendendo, quando fit ſub eodem Notario, & teſtibus, & in continenti fieri dicitur, petendo dilationem temporis breuis, arbitrio iudicis moderandam?*

3 *Iſta dictio, In continenti, quot modis accipiatur?*

4 *Arbitrio iudicis relinquitur, an aliquid dicatur factum in continenti, an non: ſecundum ſubiectã materiam.*

5 *In continenti, denotat ipſo iure.*

6 *In continenti dicitur fieri, quod fit ſtatim poſt actum, & idem eſt, atque ſi ante actum fieret.*

7 *In continenti, circa iſtam dictionem, plures Doctores plura tradunt.*

1 ISTA dictio,& ſimiles ſunt aduerbia temporalia, & de ſui natura deſiderat celeritatem, Grillan. de hæret. lib. 1. quæſt. 5. num. 5. & in continenti ſignificatur, quando non eſt diuerſum ad extraneos actus, Socin. conſ. 65. nu. 16. vol. 1. & conſ. 66. numer. 35. eo. vol. 1. & quod celeritatem denotet, tenet Bermond. in tit. de pub. concubin. in verb. ſtatim num. 3. fol. 227. vbi plures dictiones refert celeritatem denotantes.

2 In continenti dicitur fieri charta de retro vendendo, quando fit ſub eodem Notario, & teſtibus, Chaſſen. conſ. 33. numer. 12. Et in continenti fieri dicitur, petendo dilationem tẽporis breuis arbitrio iudicis moderandam, Dec. in cap. prudẽtiam, §. ſexto, in 3. nota. de offi. deleg. Aym. cõſ. 156. nu. 17.

3 Et quot modis accipiatur iſta dictio, vide Panor. in cap. pręterea, colum. vlt. & ibi Felin. num. 10. de teſtib. cogend. & quando dicatur fieri in cõtinenti? vide Nattam cõſ. 236. num. 3. vol. 2. & omnino Menoch. de recup. poſſ. primo remedio num. 224. fol. 50. qnem vide vſque ad num. 232. qui latiſsime de hac re agit, & Hieron. Tort. caſ. 1. num. 15. & 16. Bermon. in tit. de publ. concub. in verbo ſtatim, num. 5. fol. 227. Nauiſ. conſ. 56. num. 8. fol. 480. & communiter relinquitnr arbitrio iudicis, an aliquid dicatur factum in continenti, vel nõ, ſecundum ſubiectam materiam? vt tenet Felin. in cap. præ-

4 terea, num. 10. de teſtib. cogend. Bermon. in tit. de publ. concub. in verb. ſtatim, numer. 5. fol. 227 Nauiſ. late in conſ. 56. nu. 8. fol. 480. Aymon. in conſu. Alber. tit. 3. art. 1. num. 11. fol. 10. Nauiſ. conſ. 82. num. 11. Gigas de penſion. quæſt. vlt. num. 26. vbi late Grilan. de hæret. lib. 1. quæſt. 5. num. 13. vbi dicit, quod iſta dictio, etſi deſideret celeritatem, tamen qnod debet intelligi cum ciuilitate: & quod remittatur arbitrio iudicis, quando dicatur fieri in continenti, citat plures Menoch. de arbitr. iud. caſ. 9. num. 5. quem omnino vide, & Neapod. in caſu primo, in verb. in continenti, de inr. dot. fol. 232.

5 In continenti, denotat ipſo iure, Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, num. 95. Aymon. conſ. 239. num. 2.

6 Et quod paria ſint, aliquid fieri ante actũ, vel in continenti poſt, etiam in his, quę de neceſsitate debent fieri ante actum, vt probat Rebuf. in concord. in tubr. de collation. §. præfatique graduati, in verb. ante vacationem, pag. 372. quia quæ in continenti fiunt, ineſſe videntur, tex. eſt in l. lecta, in verſ. dicebam, ff. ſi cer. pet. Et hinc infertur, quod ſi teſtis primo depoſuit, & in continẽti iurauit, valet depoſitio, licet ante debeat inrare, Iaſſ. in l. admonendi, num. 227. & ſequenti in repet. ff. de iure iuran. per gloſ. in l. 2. C. de iureiuran. propt. calumn. dand. Rebuf. vbi ſupra.

7 Circa iſtam dictionem, vide Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. reuertatnr, in 3. fallentia, num. 114. C. de renoc. donat. & in verb. donatione largitus, nu. 117. cum ſeq. Emilian. conſ. 12. nu. 58. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 1. nu. 224. & de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. caſ. 9. dub. 5. Nat. conſ. 502. num. 7. Gomez in reg. de imp. benef. vti per obit. quæſt. 9 in fi. Ant. Gabr. in concluſ. cõmun. lib. 1. tit. de præſumptiõ. concl. 13. Hier. Gabr. cõſ. 65. n. 2.

Singu-

Singulare LVII. de dictione, Iterum.

SVMMARIVM.

1 ITerum, eſt dictio repetitiua eiuſdem actus; pro vna vice tantum.
2 Aliquando etiam denotat iſta dictio, Iterum, pluſquam, bis.
3 Iterum, quando profertur ab homine, denotat reiterationem eiuſdem actus, pro vna vice tantum, ſi proferatur à lege, denotat reiterationem actus, pro pluribus vicibus.
4 Aliquando iſta dictio, Iterum, non eſt repetitiua, & aliquando ſumitur. Iterum, ideſt, diuerſum.

1 ITERVM, eſt dictio repetitiua eiuſdem actus, pro vna vice tantum, ita eſt tex. in l. fideicõmiſſa, §. ſi quis alicui decẽ, circa fin. & ibi tradit Bart. nu. 1. & ibidem Bald. de leg. 3. glo. in l. 1. C. ne lic. tertio prouo. per eum tex. & opt. tex. & ibi gloſ. in l. fin. in verb. quamuis, ad fin. ff. de bon. aut. iud. poſsi. tex. in c. olim, in princ. & ibi Zabar. notab. 1. de reſcript. tex. in c. quamuis, in princ. & in §. his auctoritatibus, de conſecr. diſt. 3. Fulgoſ. conſ. 154. Paul. Caſtr. in l. veluti, §. hæc vox, nu. 1. ff. de edend. Bar. in l. eum qui certarum, §. 1. & ibi Aret. col. 2. ff. de ver. oblig. Gomeſ. in §. rurſus, nu. 9. inſt. de act. Iaſſ. in §. prætor ait, nu. 10. l. ſi quis ex argentarijs, quam legit, ſub l. Pretor ait, ff. de edend. vbi nu. 10. dicit, de hoc eſſe ibi bonum tex. & ibi late de hoc agit, & tenet Boer. deciſ. 31. num. 14. fol. 229.

2 Aliquando tamen iſta dictio, iterum, denotat pluſquam, bis, vt in l. veluti, in fin. ff. de edend. ſed illi legi poteris ſatisfacere, vt per Bart. in l. fideicommiſſa, §. ſi quis alicui, num. 1. de leg. 3. & per Paul. in ead. l. veluti, §. hęc vox, num. 1. Aret. in dict. l. eum qui certarum, colum. 2. de verb. obligat. ſed mihi verior videtur reſolutio, quam ſtatim ſubijciam.

3 Iterum, quãdo profertur ab homine, denotat reiterationem eiuſdem actus, pro vna vice tantum, ſic procedit, l. fideicommiſſa, §. ſi quis alicui de leg. 3. cũ ſimil. ſupra in principio allegatis, ſi vero iſta dictio profertur à lege, quia lex debet poni, ita vt lites dirimat, tunc iſta dictio, iterum, denotat, & admittit reiterationem actus, pro pluribus vicibus, ita procedit lex veluti, ad fin. ff. de edendo. Iſtam doctrinam, & reſolutionem trad. Bal. in l. 1. in verſ. quarto quęro, C. de his quæ penæ nomi. Iaſſ. in §. prętor ait nu. 10. l. ſi quis ex argentarijs, ff. de edendo, quã legit ſub. l. prætor ait eod. tit. & tradit etiã, Gomeſ. in § ſic itaq; nu. 9. verſ. & ideo pro vera reſolutione, inſt. de act. vbi alios in id citat, quem vide, qui ex hoc ad plura infert, vt per eum, & ſignanter quod ſi datur poteſtas, & facultas arbitro ab homine prorogandi ſemel, & iterum, non intelligitur niſi pro duabus vicibus; Alex. in l. qui bona. §. ſi. in prin. & in l. ſi finita in princ. num. 4. ff. de damn. infect. ſi vero datur facultas à lege, vel ſtatuto, tunc actus fieri debet toties, quoties opus fuerit, Alex. conſ. 70. vol. 2. cum alijs vt per Gomeſ. d. num. 9.

4 Aliquando tamen iſta dictio, iterum, nõ eſt repetitiua, vt in l. filio quem pater, verſ. iterum arogauerit, ff. de adop. & ibi not. Bald. & Iaſſ. num. 11. & aliquando, iterum, ſumitur, ideſt, diuerſum, l. receptitia in verſ. & liceat, & ibi glo. in verſ. iterum, de conſt. pecun.

Singulare LVIII. de dictione, Libere.

SVMMARIVM.

1 LIbere, denotat, quod actum quis facere poſſit, ſine alterius conſenſu.
2 Per iſtam dictionem, fideicommiſſarius poteſt apprehendere rem, abſque conſenſu hæredis.
3 Libere, aliquando denotat prærogatiuam, & dominium ſuper actum, cui adijcitur.
4 Libere, denotat, quod fundus non eſt obnoxius ſeruituti, vel alteri obligationi.
5 Dictio, libere, non excludit exceptionem prouenientem ex natura actus, & ex ſubiecta materia.
6 Per hanc dictionem, cenſetur intentatum petitorium.
7 Libere, habet plures ſignificationes.
8 Libere, ideſt, non obſtante contradictione.

LIBERE, denotat, quod actũ
1 quis facere poſsit ſine alterius
conſenſu, idem aſſerit Panor.
in cap.ſi pro debilitate, nu.5.
& ibi add.ad eum,& ibi Dec.
num.45.& 46.& ibi add. mul
ta citat pro,& contra,de offic.deleg.& hanc
ſententiam docet,gloſ.in Clem.dudum,§.ſi
vero,in verb.libere, de ſepult. & ibi Imol.
num.3.& ibi quoque add.ad ipſum,& Alex.
conſ.80.num.10.vol.1. late Curt.iun. conſ.
2. num.3.Rimin.in princ.de donat. nu.515.
fol.192.plures citat Menoch. de arbitr. lib.
1.quæſt.7.num.34. Aretin. conſ.76. num.3.
Dec.conſ.360.num.5.Gozad.conſ.58.nu.2.
& conſ.91.num.9.Plot.de in litem iuran.§.
1.num.28. fol. 13. Mandoſ. regula de infir-
mis,quęſt.15.num.3.fol.356.volu. 1. Andr.
ab Exea.in,cap.1.num.422. & num. ſeq. de
conſtit.fol.340. vbi citat plures, Alciat.conſ.
212.num.4.glo.in pragm.ſanct.tit. de elect.
§.quod ſi,in verb.libere,fol.34.colu.1. An-
char.Regi.q.40.num.5.& 6. par.2. fol.244.
2 vbi plures allogat, & tenet, quod per illam
dictionem, fideicommiſſarius poteſt appre
hendere rem,abſque conſenſu hæredis.
3 Libere, aliquando denotat prętogatiuã,
& dominium ſuper actum cui adijcitur, Re
buf. in concord. in rub. de reg.nomin.§.1.
in verb.libere,fol.157. Sic per verbum libe
re,ſi vxor relinquatur vſufructuaria libere,
habebit plenum vſumfructum, cum tamen
alias habeat ſola alimenta, Caualc.de vſufr.
cap.1.num.50. fol.202.
4 Item libere,denotat, quod non eſt fun-
dus obnoxius ſeruituti, vel alteri obligatio-
ni, Rimin.in princ.de donat.n.548.fol.205.
Item libere, ſignificat idem, quod arbi-
trio ſuo, Alciat.conſ.212.nu.4.fol.176. Ni-
hilominus tamen dictio libere, recipit reſtri
ctionem à iure.
Dictio, libere, non excludit exceptionem
5 prouenientem ex natura actus, & ex ſubie-
cta materia, Farinac.q.24.nu.82.
6 Libere, ſi petatur teſticul, dicitur intenta
tum petitorium, quia illa dictio eſt huius na
turę, vt per eam cenſeatur intentatum peti-
torium, Menoch.de recup.poſſeſ. in præfat.
num.15.fol.4.
7 Plures ſignificationes huius dictionis, li-
bere, vide per Rebuf. in concord.tubr. de
collat.§.præfatique,in verb libere,fol.308.
vbi affert vndecim ſignificationes huius di-
ctionis.& gloſ.in prag ſanct tit. de elect.§.
quod ſi aliter,in verb.libere,fol.34. colu.1.
vbi affert plures ſignificationes huius di-
ctionis.
8 Libere,ideſt, non obſtante contradictio
ne, Tiraq.in l.ſi vnquam,in verb.reuertatur,
in 40.fallen.num.134.C.de reuoc.donat.Re
buf.in concord.tit.de collat. §. præfatiq. in
verb.libere, Vall.conſ.42. num.17. Emilian.
conſ.6.in princ.Socin.iun.conſ.1.nu.13.volu.
4.Menoch.conſ.10.num.10.Brunot.à Sole,
quęſt.39.dub.1.

Singul. LIX. de dictionibus, Hinc,Haud,Hoc.

SVMMARIVM.

1 *Hinc, denotat quod tempus currit de momẽ to ad momentum.*
2 *Hinc, cauſam finalem denotat.*
3 *Haud, inducit negationem.*
4 *Hoc, dictio, eſt demonſtratiua ad oculum.*
5 *Hoc, dictio, eſt demonſtratiua ad intellectum.*
6 *Hoc, eſt dictio relatiua, & refertur ad proximio ra non tamen ſemper.*
7 *Hoc amplius, repetitiua eſt precedentium, & de nouo aliquid inducit.*
8 *Hoc ipſo, denotat ipſo iure.*

HINC ad decem dies, vel ab
1 hinc decem diebus probare
teneatis, iſta dictio, hinc, de-
notat quod tempus currit de
momento ad momentum, &
quod dies ipſe termini com-
putatur in termino, quia iſta dictio incluſi-
ue ponitur, Bart.num.1. Roman. num. 10.
& Iaſſ.in l.1.ff.ſi quis caut. Imol. in l.huiuſ-
modi,2.ff.de verb.oblig.Ioan.Andr.ad Spe
cul.tit.de dilat.§.dilationum,verſ. ſed pone
iudex, Din.& Alb.in l.pater, ff. ad l. Iul. de
adult. Bald.in l.eos,§.ſi autem, colu.2.verſ.
quæro autem an dies, C. de appel. Angel.
conſ.404.colum.2.verſ. & hoc importat ad
uerbium, Paul.Caſtrenſ.conſ.217.verſ.quã-
tum vero, vol.1.Alex.conſ.75.nu.5.verſ.qui
nimo ille dies, vol.2. quod repetitur conſ.
56.vol.6.ac tradũt pulchre Dom. in c.1.col.
4.ver.nota ex iſta glo.quod dies termini, de
reſtit.ſpol.ibi aut dicitur hinc ad tres dies
probaſſe teneatis,& tũc computatur de mo
mento ad momentũ,& hoc ipſum tenet ibi
Phil.Fran.num.5. & Guid Pap.dec.270. vbi
tamen

tamen dicit alitrr ſeruari, ſed & de hoc eſt
bonus tex in l. placet. iuncta gloſ. in verſ. ab
hinc. C de ſacroſan. Eccleſ. quam ad hoc di
cit ſingularem Rom. in d. l. 1. nu. 10. ff ſi quis
caut. & hoc etiã tenet plures allegando Ti-
raquel. de retract. lig. §. 1. gloſ. 11. num. 23. &
facit Bart. conſ. 13 num. 1. vol. 2. ibi hinc de
notat. ideſt, ab hoc tẽpore, & tenet etiã pul-
chre Mandoſ. in gloſ. facul. §. volentes, in
verſ. hinc, fol. 150. vbi plures ad hoc citat,
quem vide, vbi ſubdit, quod aliquando hoc
aduerbium futurum reſpicit exponimusq;
ab hinc, ideſt, in futurum vt in l. placet ratio
nalis, iunc. gl. in verb. ab hinc, C. de ſacroſan.
